

0
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35

7 400 40

SEAB

Made in Spain

S. ROTÆ ROM.
DECISIONVM
CENTVRIÆ DVÆ,

QVAVM PRIOR IAMPRIDEM EDITA EST;

POSTERIOR

Ex Recentissimis selecta nunc primùm prodit.

VTRAQVE

Materiam Labyrinthi Creditorum illustrat.

Delalmeina dellogio Mayor Seal Crib & Swan



LVGDVNI,

Sumptibus LAURENTII ANISSON.

M. DC. LXV.



S. R O T Æ R O M.
D E C I S I O N V M
C E N T V R I Æ D V Æ.

Materiam Labyrinthi Creditorum Concernentium.

DECISIO I.

EMINENTISSIMO ET REVERENDISSIMO
D. CARDINALI OTHOBONO.

Bononien. Pecuniaria.

Lune 10. Ianuarij 1650.

ARGUMENTVM.

Administratio bonorum ex quibus probetur: statutum Bononiæ de probatione non comprehendit rationem administrationis.

S V M M A R I V M.

- 1 Administratio probatur per Instrumentum locationis.
- 2 Et per testes.
- 3 Dicta testium coadiuvantur, ex adminiculis Instrumentorum.
- 4 Statutum Bononiæ de probationibus vers. possit etiam probari per testes, declaratur non habere locum in ratione administrationis.
- 5 Et in vers. possint tamen Testes: nec minus comprehendere ea, quæ probantur partim ex testibus, partim ex Instrumentis.
- 6 Præterita arguunt continuationem in futurum; concurrente aliqua coniectura.
- 7 Administrationis continuatio præsumitur cessante causa occasionali.
- 8 Redditio rationum non excludit continuationem administrationis.
- 9 Causa de præterito non excusat ab administratione: Secus verò, causa de nouo superueniente, ibid.
- 10 Podagra non est legitima causa excusandi aliquem ab administratione.
- 11 Testes examinati criminaliter, non probant in civili.
- 12 Testium maior numerus attenditur.
- 13 Testes adminiculati ab Instrumentis prævalent.
- 14 Administrationis præsumptio bonorum extradotalium, est contra Viros.
- 15 Instrumentis potius standum est; quam Testibus.
- 17 Administratio concipit tacitum pactum de ratione reddenda.
- 17 Vir tenetur restituere fructus perceptos bonorum extradotalium, Vxorè dissentiente.
- 18 Administratione admissa; ac perceptione fructuum in genere, respectu quantitatatis sufficiunt coniectura.
- 19 Fructuum quantitas probatur à consuetis percipi in præcedentibus Annis.

Salgado Labyrinth. Credit. Tom. II.

SOLVITIS à Carolo Beccadello hærede Laur. Bonignorij lib. 32400. in causam administrationis bonorum extradotalium Gesiæ Baldæ ab eo perceptis ab anno 1602. vsque ad annum 1621. iuxta formam Instrumenti à Laurentio runc viuento confecti, vt paret ex sententiâ conformatoria mandati A. C. & decreto super executione rei iudicatæ RR. PP. DD. meorū Rojas, & Bichij præuiis Decisionibus coram iisdem emanatis, scilicet coram D. Rojas sub die 27. April. 1644. & coram D. meo Bichio sub diebus 26. Maij 1545. & 19. Ianuarij 1646. subinde quia Laurentius continuauit administrare eadem bona extradotalia Gesiæ vxoris non solum vsque ad annum 1621. vt apparebat ex dicto instrumento ab ipso confecto, sed etiam vsque ad annum 1637. quo ipse decessit; ideo fuit hodie disputatum, An, & quæ summa sit restituenda per Beccadellum Laurentij hæredem; & DD. dixerunt esse restituendas libras. 30. mil.

Siquidem administratio bonorum extradotalium Gesiæ facta à Laurentio Bonignorio marito, & continuata vsque ad annum 1637. ac diem 23. Decemb. quo ipse obiit, probatur ex duobus Instrumentis, quorum alterum celebratum de anno 1622. continet locationem ad nouennium bonorum extradotalium Gesiæ factam à Bonignorio viro; Alterum verò emanauit de anno 1626. supra eadem locatione; quo mediante fuit Conductori permissum, quod pensio quæ vigore dicti Instrumenti solui debeat vnica vice anticipatè solueretur in futurum in duobus terminis, vt in Summ. Gesiæ n. 3. Verum locare bona, & cum Conductore pacifici est actus indebitæ administrationis, l. Codicillis 91. §. Instituto filio; ibi DD. ff. de legat. 2. & probant plures relati à Modern. Tudert. de locat. & conduct. tit. quibus locat. lic. vel non quest. 6. num. 1. fol. 68. Rot. in Romana Domus 17. Martij præteriti coram R. P. C. meo Bichio.

Eadem verò administratio probatur per sex Testes pro Gesiæ examinatos disertissime deponentes de administratione Bonignorij viri vsque ad obitum; qui etiam coarctant negatiuam exclusiuam administrationis Gesiæ excepto tantum quodam Horto nuncupato di Calamosco, & cum prædicti Testes sint numero plures; & deponant de certa scientia, proinde ex eis resultat euidentissima probatio, Rota dec. 243. n. 12. p. 6. & dec. 270. n. 1. 2. & dec. 283. n. 2. p. 7. recent. præsertim quia Testium dicta corroborantur, & si opus esset supplerentur etiam

z

etiam defectus qui tamen non adfunt ex eorum numero, & ex adminiculis Instrumentorum, *Alex. conf. 149. n. 6. lib. 5. Rota coram Cesar de Grassi. dec. 5. num. 8. & 9. de sponsal. in recent. decif. 147. n. 3. p. 1. & coram S. M. Greg. decif. 340. n. 6.*

4 Nec eorundem Testium dicta debilitat Statutum Bononiæ sub Rubr. de prob. dum verat debitum ultra summam centum librarum probari per Testes, quia huiusmodi Statutum in corpore excipit debitum ratione administrationis, vt ibi *Posit etia probari per Testes vbi petatur reddi ratio administrationis alicuius super quibuscuq; ipsam administrationem tangentibus ab vtraq; parte vel ab altera tantu, & certe statuti dispositio non extenditur ad eam probationis mixta resultantis partim ex Testibus, & partim ex instrumentis, vt in eodem Statuto disponitur in *vers. possint tamen Testes ultra dictas Summas, &c.* & tradit *Ias. in l. certi conditio 6. §. quoniam igitur, n. 9. ff. si cert. pet. Surd. dec. 174. n. 14. Rota coram RR. Vergell. decif. 36. n. 6.**

Insuper administratio Laurentij probatur ex ipsiusmet confessione emissa in publico Instrumento de Anno 1621. optimè vindicaro à simulatione à Beccadella obiecta in decisione R. P. D. mei Royas quo fatetur statim mortuo Socero suscepisse bonorum administrationem cum pacto reddendi rationem, & fructus restituendi Gesiæ Vxori, ab administratione etiam gesta in præteritum ducitur validum argumentum continuationis in futurum, quando, prout in præsentia casu, eiusdem continuationis aliqua coniectura cõcurrit ad leg. eum qui 22. ff. de probat. Honded. *conf. 20. n. 12. lib. Rot. dec. 237. n. 2. & dec. 321. num. 4. p. 1. rec.*

Neque dici potest mandatũ ad administrandum in præfato Instrumento 1621. à Bonignorio confessatum expirasse, vel quia cessauerat tenera ætas Gesiæ, ob quam susceptum videbatur, vel ex eiusdem tacita voluntate elicitæ eo, quod in dicto Instrumento narratur velle illam statum suum recognoscere, & in posterum de eo deliberare, vel tandem, quia ab Anno 1621. Bonignorius magno ære alieno, ac podagra cæpit grauari.

Nam quod ætatem animaduertebant Domini, quod Gesia longè ante annum 1621. erat maturæ ætatis. Siquidè in dicto Instrumento asseritur, quod tempore mortis illius Patris sequutæ de anno 1603. illa agebat decimum quartum annum, adeoque de Anno 1620. agebat annum trigésimum secundum, cum itaque etiam lapsa tenera ætate vxoris Bonignorius bona administrauerit, patet quod tenera ætas Gesiæ non fuit causa finalis, aut conseruatiua administrationis, sed occasionalis, & proinde ea cessante non expirauit mandatum Bald. in l. 1. §. 1. in fin. ff. de off. eius. Ripa in l. ex factõ 43. n. 17. de vulgar. & pupil. Dec. *confil. 24. num. 1. & per tot. Tiraquell. in tract. cessante causa limit. 35. Rot. dec. 733. n. 8. p. 2. recent.*

Nec tacita voluntas Gesiæ reuocandi mandatum administrationis resultat perneccesse ex eo quod in Instrumento enuncietur se velle de suo statu deliberare, imò verba Instrumenti, ibi, *Si non ad reddendum rationem totalem saltem ad declarandam summam, potius innuunt continuationem, quia ex non redditione rationum totali, & perfecta administrationis, præsumitur ea continuata potius quam finita Corn. *confil. 61. lib. 1. Paris. 82. n. 37. ante fin. lib. 1. Socin. sen. *conf. 87. n. 13. lib. 1.***

As alienũ Bonignorius contraxerat ante annũ

1621. vt deponunt Testes Beccadelli *Sum. nu. 3.* prout etiam ante dictum annum cepisse illius infirmitatem, & podagram deponunt tres Testes dati in eodem *Summ. n. 4.* idè sicuti neutra ex his causis induxit reuocationem mandati administrationis vsque ad annum 1621. ita nec postea cum ad huiusmodi effectum requiratur, quod causa de nouo superueniat Gabr. *conf. 51. num. 30. vers. Tamen id non obstat lib. 1. Mant. de tac. & ambig. lib. 7. tit. 22. n. 46. & segg. Rot. coram Put. decif. 287. num. 4. lib. 3. & inter diuers. dec. 200. num. 22. & segg. p. 1. & quod Padagra non impedit administrationem probatur ex text. in l. podagra 3. C. qui morib. se excus. lib. 10. hic enim morbus impedit munia corporalia non autem patrimonialia. vt dicunt relati per Paris. de resignat. lib. 5. q. 3. n. 42.*

Neque obstant Testes pro Beccadello inducti, nam illos octo examinatos in iudicio criminali iam nihil releuare resoluit Rota coram R. P. D. meo Bichio 19. Ianuarij. 1646. luc §. minus urgent, quæ decisio de stylo Tribunalis est supponenda; Alij vero Testes cedere debent probationi Gesiæ cum sint numero pauciores *cap. in nostra de testibus, præsertim quia non solum Testes actricis sunt adminiculati ab Instrumentis supra ponderatis Aym. *conf. 73. num. 41. Ruin. *conf. 35. num. 19. lib. 4. Rot. dec. 245. num. 3. & dec. 315. num. 8. p. 1. recent. ac à solito quod Viri administrant bona extradotalia Crauet. *conf. 91. num. 7. Rot. decif. 343. num. 3. part. 4. recent. & ponderauit dec. R. P. D. mei Bichij 26. Maij 1645. sub §. & vxori, sed etiam quia Testibus Beccadelli repugnant confessio Bonignorij de administratione ab ipso gesta vsque ad annum 1621. cum illi contrarium deponant, nempè quod Gesia cæpit administrare ante annum 1620. vt in *Sommar. Beccadelli n. 5. magis que standum est Instrumentis quam Testibus. l. census 10. ff. de prob. gloss. in c. tertio loco verb. Testium eod. tit. Rota dec. 91. n. 9. & dec. 382. n. 6. p. 1. recent. & in Romana Successionis 9. Maij 1644. in §. secundo testes cor. R. P. D. meo Bichio; & in Placentina Beneficij 29. Maij 1648. in §. maior enim coram R. P. D. meo Celsi.*****

Prædicta autem nedum probant continuatam administrationem Bonignorij Viri vsque ad eius obitum, sed etiam pactum reddendi ratione Vxori de omnibus fructibus perceptis, quod vsque ab initio susceptæ administrationis stipularum fuisse factus fuit Maritus in sæpe memorato Instrumento Anno 1621. cum non appareat restrictum ad certum tempus, complectitur omnem administrationem formando sequentem euentum à primordio titul. vt debet leg. vnic. & ibi Gloss. in verb. promordium & Cod. de imponend. lucratiua descript. l. 10. Ancharan. *conf. 4. n. 3. Socin. sen. *conf. 87. n. 14. l. 1. Rota decif. 376. o. 3. p. 1. recent.**

Atque ideo probata administratione vsque ad obitum Bonignorij is tenetur omnes fructus perceptos restituere, cum vxore dissentiente perceperit, l. de ijs 17. C. de donat. inter vir. & vxor. l. fin. C. de pact. conuent. Bart. in l. filio, & filio. & filia 93. §. maritus num. 3. ff. ad d. l. falcid. Dec. *conf. 521. n. 4. Socin. sen. *conf. 82. num. 9. vers. aliquando lib. 4. Crauet. *confil. 193. num. 15. Surd. *conf. 290. num. 42. Honded. *confil. 91. num. 61. lib. 1. & sicuti maritus tenebatur de eis rationem reddere ita tenetur Beccadellus eius hæres Bero. *confil. 44. n. 17. lib. 1. & firmat. dicta prima decisio Dom. mei Bichij, vbi etiam ostenditur statutum Bononiæ allegatũ idem approbare******

Admissa

Admissa vero ex prædictis administratione Bonignorij, ac perceptione fructuũ in genere respectu quantitatis sufficiunt coniecturæ vt in *secunda decisione R. P. D. mei Bichij in §. tandem.* Quantitas igitur bene desumitur ex prænarato Instrumento anni 1621. quo inter cætera idem Laurentius factus fuit fructus perceptos spatio plurium annorum, quibus bona coluerat ascendisse ad libras 2. mille annuas, vnde fructus postea percepti præsumuntur ascendere ad solitam quantitatem librarum duarum millium Rot. coram Reuerendiss. Vergell. dec. 307. n. 5. in Bononien. liquidationis fructuum 30. Maij 1642. coram. bo. mem. Merlino. extensa per R. P. D. meum Cerrum, in Bononien. pecuniaria seu dotis 18. Iun. præteriti coram Reuerendiss. D. meo Decano, & in Romana domorum in Burgo 12. Noubris præteriti in §. ex quibus coram Me. Quantitas enim fructuum probatur à consuetis percipi in præcedentib. annis Achil. dec. 22. de rest. spol. Scraph. dec. 1397. n. 3. Burat. dec. 173. n. 6. & dec. 722. n. 4.

Fuit itaque resolutum esse restituendas libras 30. mill. vtraque parte informant, &c.

R. P. D. ROYAS.
Auenionen. Pecuniaria.
Veneris 25. Iunij 1649.

ARGUMENTVM.
Danda est remissoria in prophanis, data aliquali Articulorum releuantia. Vnus articulus continens materiam obiectiuam, non valet impedire remissoriam quo ad alios.

- SVMMARIVM.
- 1 Remissoria conceditur in prophanis, data aliquali articulorum releuantia absque vllõ fumo.
 - 2 Releuantia articulorũ optimè resultat, vbi probatus quod articulatur, cõferret ad victoriam causa.
 - 3 Solutio facta in moneta reprobata & ronsa, non suffragatur, nec liberat soluentem, cum debeat de pecunia currenti & vsuali.
 - 4 Imò facta in pecunia: qua licet adhuc non sit reprobata, illa tamen de proximo probanda esset sciente debitore, non valet.
 - 5 Articulus vnus in plurium numero, continens materiam obiectiuam, sine fumo admittendus non est. Secus si alij sint releuantes.
 - 6 Articuli vnus obiectiuum non valet impedire remissoriam quo ad alios.
 - 7 Releuantia vnus ditaxat articuli, sine fumo, sufficit vt super omnibus sit cõcedenda remissoria.
 - 8 In testibus cessat timor subornationis, vbi examen aliorum Testium in eadem causa examinatoris non est publicatum.
 - 9 Et eo maxime quando petitur examinari Testes super diuersis articulis.
 - 10 Calumniosa protelatio Cause non præsumitur in credito petente remissoriam, cum in eo cesset suspicio vt faciat ad effugiendam solutionem.
 - 11 Remissoria in Sac. Tribunali Rotæ, per solius calumnie præsumptionem, in vltiori instantia, non solet denegari.

DECISIO II.

Andam esse remissoriam resolutum fuit; quia in prophanis data aliquali articulorum releuantia absque vllõ fumo conceditur Capuraq. dec. 68. p. 3. Put. dec. 212. n. 3. lib. 1. in correct. Coccin. dec. 149. n. 1. cum alijs relatis in Anconitana pecuniaria 13. Maij 1647. coram R. P. D. meo Arguelles, & Salgado Labyrinth. Credit. Tom. II.

coram me in Neapolitana pecuniaria 3. Iu. 1645.

Releuantia enim illorum optimè resultat, ex eo quia articulatur, quod pecuniæ solutæ per Oliuierum de Blanchis Laurentio filio Henrici Creditoris erant defectiuæ, & ronsæ, ac quod de tempore d. solutionis Oliuarius bene sciebat, ipsas de proximo per edictum reprobandas esse prout successiue euenit ob promulgationem huiusmodi Edicti; Vnde hoc probatum valde releuaret, & conferret ad victoriam causæ, vt admittit dec. Reuerendiss. D. mei Decani emanata 15. Ianuar. 1648. in §. non obstat, nam solutio facta in moneta reprobata, & ronsa non suffragatur, nec liberat soluentem, cū fieri debeat de pecunia currenti, & vsuali ad text. expressum in l. eleganter. y. Qui reprobos. ff. de pig. act. Purp. *conf. 169. n. 7. vers. & maxime, Dec. cõf. 668. per tot. latè Tiraq. de retract. lign. §. gl. 20. n. 14. & 15.* Imò neque valet solutio in pecunia, quæ licet adhuc non sit reprobata, illa tamen de proximo reprobanda esset, sciente ipso debitore Bald. in L. acceptam q. 17. in fin. n. 28. C. de vsur. Calcan. *conf. 14. n. 8. vers. quantũ ad tertiam. Neuij. *conf. 49. n. 16. Brun. in tr. de augm. monet in 3. p. col. 1. vers. est verũ, quod Bald. Gabr. do solut. concl. 2. n. 24. Menoch. de arbit. cas. 232. n. 25. & 26. Grat. *discept. 260. n. 19.***

Nec refert, quod septimus articulus contineat materiam obiectiuam, tanquam tendens ad probandam antidatam quietantiæ; quo casu sine fumo admittendus non est; Quia fat est, quod ceteri alij sint releuantes, obiectũ enim respectu vnus non valet impedire remissoriam quoad alios, præsertim quia in prophanis sufficit releuantia vnus dumtaxat articuli etiam sine fumo, vt super omnibus illa sit concedenda Rota dec. 667. n. 1. part. 1. & dec. 661. n. 4. p. 2. recent. Greg. dec. 124. n. 3. ac dictum fuit coram me in d. Neapolitana Pecuniaria in pr.

Non obstat, quod in partibus fuerint alij Testes examinati tum quia non constat illorum examen fuisse solemniter publicatum, quo casu cessat timor subornationis, vt firmavit Rota in Auenion. dilapidationis 7. Maij 1646. coram R. P. D. meo Cerrro; Tum etiam quia non petitur examinari testes super eisdem articulis, sed super nouis Burat. dec. 163. n. 3. & 6. Gregor. dec. 497. n. 2. cum alijs allegatis in d. Anconitana Pecuniaria 13. Maij 1647. coram R. P. D. meo Arguelles.

Demum suspicio calumniæ adducta attendi non debet cum illa prorsus corruat ex eo quia petens remissoriam est actor, & creditor, in quo non præsumitur protelatio causæ ad effugiendam solutionem Burat. dec. 816. n. 5. Duran. dec. 462. n. 13. Vltra quod dum versamur in tertia instantia per solius calumniæ præsumptionem remissoria in hoc Sac. Tribunali non solet denegari, vt cõf. derauit dec. 177. n. 3. p. 6. recent.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. BICHIO.
Romana Dotis.
Marturij 31. Ianuarij 1652.

ARGUMENTVM.
Confessio dotis de recepto, à Virò post de- coctione emissa, vbi clara est obligatio de restituendo, probat quoque ad præiudicium tertij, concurrentibus coniecturis & quæ coniecturæ suffragantur; Remissio hypothecæ non inducit pef actum factum ab eo, qui duplicem re-

præsentat personam, quando potest actus ex vno capite, absque ea sustineri.

S V M M A R I V M.

- 1 Confessio dotis de recepto, à Viro, post ipsius decoctionem emissa, in præiudicium creditorum fide non facit, quamvis promissio præcesserit.
- 2 Consensus præstitus venditori fundi hypothecati, non præiudicat respectu actionis super pretio competentis.
- 3 Nisi iam consensus fuerit etiam distractioni pretij exinde redigendi.
- 4 Hypotheca remissio facta debitori, ab anteriori in concursu creditorum præiudicat remittenti, quo ad potioritatem, ita ut anterioritas sibi remaneat inofficiosa contra creditores hypothecarios.
- 5 Confessio dotis de recepto, à Viro etiam post decoctionem emissa, ubi habetur obligatio de restituendo, probat quoque ad præiudicium creditorum concurrentibus coniecturis.
- 6 Quæ maximè refutulant ex præcedenti promissione: diuturna alimentorum præstatione: & iuramento confessionibus adiecto.
- 7 Et ex successibus solutionibus residui ipsius dotis.
- 8 Et demum ex sententia absolutoria ad fauorem promissoris, non obstante allegata ex aduerso huiusmodi exceptione.
- 9 Sententia contra vnum ex concreditoribus lata, & in iudicatum lapsa, vel os claudit aliis, vel saltem magnum præbet in re dubia, veritatis adminiculum.
- 10 Coniectura simulationis eliditur ex contrariorum probatione.
- 11 Defectus inuestimenti doti promissi, licet releuet ipsam malè solutam Viro, non tamen ipsum recipientem liberat à restitutione.
- 12 Facultas impugnandi actum ex aliquo defectu competit illis solum, ad quorum commodum fuerat gestus.
- 13 Stipulatio pro omnibus quorum interest, contenta in obligatione camerale, non suffragatur nisi illis, de quorum commodo agitur, vel ab illis causam habentibus.
- 14 Iudicia in alicuius commodum, non debent in ipsius odium retorqueri.
- 15 Nemo propria culpa inuari debet.
- 16 Culpa, vel negligentia Viri, vel non inuestiendo, vel etiam in non exigendo dotem, mulieri præiudicare non potest, maximè quando fuit ab alio, quam ab ea, promissa. Et Vir quomodocumque semper dotem restituere tenetur.
- 17 Actus gestus ab eo, qui duplicem representat personam, interpretandus est pro ea parte, in qua minus leditur.
- 18 Iura dotalia per transactionem factam à Viro alio nomine, nec ex voluntate, sed ex mera necessitate, non censentur sublata.
- 19 Litis merita in transactione expressa, causam ipsius demonstrant: & à narratiua præmij tota regulatur, ac restringitur transactio.
- 20 Causa in transactione dignoscitur ex tenore litis expresso, etiã si in ea legantur clausulæ vniuersales, pro omni & toto eo; & ex quacumque causa.
- 21 Verba in executionem præmissorum in instrumento apposita, subsequentes clausulas, quantumuis alias vniuersales, ad præmissum titulum coercant.
- 22 Dicitio, prædicta, est repetitiua.
- 23 Modus loquendi discretus magni est momenti ad elicendam voluntatem agentis.
- 24 Consensus alienationi bonorum communis debi-

toris præstitus ad fauorem aliorum creditorum non operatur nisi remissionem iuris tunc temporis competentis, & exercibilis.

- 25 Nec operatur remissionem crediti, cuius dies nondum cesserat.
- 26 Priuilegium mulieri competens, Viro vergente ad inopiam, agendi ut dos ponatur in tuto pro alimnis suis, & familia, personalissimum est, & nec ad filios transit.
- 27 Ius creditori competens agendi ante diem, si debitor conditionem deteriorauerit, exercibile non est ad effectum exigendi.
- 28 Contractus inuitus à Pupillo, licet cum solemnitatibus statuti, quando nihil ex eo lucratur, sed potius ius suum remittit, resoluitur in meram donationem, & est prorsus nullus.
- 29 Remissio iuris, quæ importat donationem, facta à filio ad fauorem Patris, est prohibita, & maximè in terminis hypotheca.
- 30 Conductor agnouit possessionem ex parte locatoris.
- 31 Clausula vniuersales in fine contractus posita restringuntur ad causam superiorem expressam, ita ut nihil amplius comprehendant: Et maximè quando sunt in executiuo instrumentum.
- 32 Clausula solite apponit de Notariorum contractum non extendunt.

D E C I S I O III.

Creditoribus Gasparis Martholi, qui pecunias eis debitas receperunt ex pretio Casalæ nuncupati Centocelle data cautione de restituendo prioribus, & potioribus, & contra quos Franciscus Gasparis filius tanquam creditor anterior occasione dotis Cleriæ matris petiit in vim dictæ cautionis relaxari mandatum executionum duo obiecerunt. Primo, quod pro rata scut. bis mille, sine 1333. de quibus hodie agitur, Gaspar eoque defuncto illius hereditas dotis debitor non sit, cum non probetur à Gaspare recepta, nisi ex confessionibus de recepto emissis, postquam decoxerat, quæ propterea in præiudicium creditorum fidem non faciunt, quamvis dotis promissio præcessisset Menoch. præsumpt. 13. num. 24. ver. est hic distinguendum, lib. 3. Grat. discip. 489. n. 22. Rot. dec. 239. n. 9. & n. 15. p. 4. tom. 2. recent. decif. 306. n. 42. p. 7. de cif. 23. n. 5. & seqq. inter impress. apud. Modern. Foroliniensem de pign.

Secundò, quod Franciscus in concordia de anno 1611. inita cum Gaspare patre consentiendo, quod necdum præfatum Casale pater venderet, quo casu salua sibi actio foret super pretio ex traditis ad fauorem fideicommissarij à Lader. conf. 73. sub n. 11. 2. Fular. de substitut. q. 560. n. 31. Cyriac. contr. 15. n. 1. & per tot. contr. 495. n. 28. Rot. dec. 788. n. 11. p. 1. diuers. 3. sed etiam quod pretium exinde redigendum creditoribus patris solueretur super eodem pretio, remiserit hypothecam dotalem fauore creditorum ac text. in l. scitur, §. sed si permiserit, ff. quibus mod. pign. vel hypoth. solu. l. 2. Cod. remiss. pign. Causal. dec. 528. num. 3. & propterea pecunias ipsi solutas vindicare non possit, quia etiam adhuc remaneat creditor anterior patris, tamen ob præiudicium remissionis hypothecæ concreditoribus hypothecariis potior non est, ut ad hunc effectum requiritur Causal. dec. 492. n. 1.

His non obstantibus contra illos relaxandum esse mandatum pro scutis 1333. Rota censuit, quia clara est obligatio Gasparis patris de restituendo dotem Cleriæ vxoris, & respectiue matris Francisci, quodque illam etiam pro hac rata receperit supra

supra memoratæ confessionis, esto post decoctionem emanasset, probant quoque in præiudicium creditorum concurrentibus coniecturis Surdus conf. 498. n. 4. Marcot. var. resol. lib. 1. cap. 8. n. 9. & 10. Coccin. dec. 499. n. 3. Rot. inter recent. decif. 335. n. 2. p. 6. dec. 24. n. 19. p. 7. resultantibus in casu nostro tum ex præcedenti promissione dotis Scraphin. dec. 795. n. 1. Greg. XV. 62. n. 6. Rot. inter recet. decif. 333. n. 1. part. 4. tom. 3. decif. 335. n. 5. part. 6. & in Romana dotis 14. Februarij 1642. coram Reuerendiss. D. meo Decano, in Arimin. dotis 4. Maij & 27. Iun. 1649. coram R. P. D. meo Verospio, in Romana Salmiani 17. Mart. 1649. coram R. P. D. meo Rojas.

- 6 Tum ex diuturna alimentorum præstatione, & iuramento confessionibus adiecto Sard. d. conf. 489. sub n. 16. ver. sic. quinto concurrunt. Ioseph. Ludou. dec. Perusina 66. n. 11. Rota dec. 24. n. 8. p. 7. recent. & in Anconitana honorum 1. Iul. 1643. coram me, in Anconitana dotis 17. Iun. 1647. cor. bon. mem. Arguelles, tum ex successibus solutionibus residui dotis, quas pars aduerfa non negat, & ad hunc effectum ponderauit Rot. decif. 593. num. 7. & 8. part. 4. tom. 3. recent. dec. 62. n. 7. coram san. mem. Greg. XV. & in alijs relatis in dicta Anconitana dotis, §. 2. coniectura coram bo. me. Arguelles. Tum tandem ex sententia absolutoria anno 1635. lata ab A. C. ad fauorem promissoris de non obstante quòd Franciscus etiam tunc actor allegasset confessiones de recepto à patre decocto factas fidem non mereri, vt nouo Summ. Francisci n. 1. hæc enim sententia in iudicatum lapsa, vel os claudit creditoribus patris, vt eandem confessiones hodie impugnare non valeant, quatenus illorum procuratori in illo iudicio citatus fuisset, & comparuisset, l. sepè, ubi Castr. n. 1. & seqq. Alex. n. 16. & in ff. de re iudic. cap. quamuis, & ibi gl. verb. res inter alios, eodem tit. Rimin. sen. conf. 344. n. 10. Rot. decif. 230. n. 4. p. 1. recent. vel saltem præbet veritatis adminiculum Surdus dec. 325. n. 11. Rota dec. 334. n. 6. part. 1. recent.
- 7 Non obstat, quod Gaspar pecunias dotales à focero soluendas non inuestuerit pro rata, de qua agit in locis monti, vel stabilibus, vt ex forma instrumenti dotalis tenebatur, vtque de reliqua dote fecit. Quia vel exinde educitur coniectura simulationis confessionum, & ea elicitor ex tot contrariis supra ponderatis, vt respondit Rot. diff. dec. 62. n. 11. coram Greg. XV. d. dec. 24. n. 20. p. 7. recent. vel exinde inferitur, quod dos fuerit malè soluta viro ob non factum inuestimentum promissum, & hoc non liberat virum, qui verè recepit, à restitutione. Cùmque inuestimentum in capitulis matrimonialibus conuentum non fuerit fauore ipsius viri, sed ob securitatem foceri soluentis, ac sponsæ, eiusque filiorum Rot. dec. 49. n. 6. part. 4. tom. 2. recent. illis solum competit facultas dandi de nullitate solutionis ex capite non facti inuestimenti, non autem creditoribus viri, quibus non suffragatur stipulatio pro omnibus, quorum interest contenta in obligatione Camerali, cum non habeat causam ab illis, quorum commodo inuestimentum promissum fuit, vt oportere declarauit Rota dec. 27. n. 13. coram bon. mem. Vrgellen. dec. 267. num. 13. apud Zach. de obligat. Camer. & in Ciuitatis Plebis Salmiani 9. Iunij 1647. coram me.
- 8 Alioquin si vxor, eiusque filij repellerentur ex hoc capite à receptione dotis contra virum, qui recepit, retorqueretur in eorum odium, quod pro ipsi conuentum fuit, & viro propria culpa in non inuestiendo suffragaretur, quod ferendum non est

se dixit Rota dec. 210. n. 15. dec. 312. n. 41. p. 6. recent. & in terminis in Romana fructuum dotis 21. Aprilis 1651. §. Quoniam in fin. coram R. P. D. meo Cerro, quin potius quia dos non fuit promissa à muliere, sed à patre, culpa, & negligentia viri, vel in non inuestiendo, vel etiam in non exigendo dotem mulieri præiudicare non potest, & vir siue non inuestiuerit, siue etiam non exegerit, restituere dotem tenetur leg. si extraneus 33. cum ibi notat. ff. iur. dot. l. ob res. ff. pact. dot. Fontanell. pact. nupt. claus. 6. gl. 1. p. 2. n. 77. Cyriac. controu. 110. n. 5. Rota dec. 203. n. 6. apud Zach. de oblig. Camer. & in Ciuitatis Verula dotis 27. Februarij 1643. §. 1. ver. vel in omnem, coram R. P. D. meo Cerro. Eo magis, quia ex eius factò, hoc est confessione de recepto Franciscus Cleriæ filius, & hæres persententiam A. C. reiectus vt supra fuit ab exactiōe dotis contra auum matrem illius promissorem.

Alterum obiectum cessat, quia Franciscus duplicem personam representabat, vnam debitoris tãquam fideicommissarius Scipionis aui obligatus hoc nomine restituere Gaspari hæredi grauato legitime illi debitum in bonis fideicommittentis, alteram creditoris eiusdem Gasparis, vri filius, & hæres suæ matris cuius iura dotalia per transactionem fideicommissario tantum nomine, nec ex voluntate, sed ex mera necessitate, vt infra dicam factam sublata non censentur Ang. Aretin. conf. 71. sub n. 10. Rimin. sen. conf. 71. n. 26. li. 1. Buratt. conf. 32. n. 38. Surd. conf. 365. n. 21. in fin. & n. seqq. Rota dec. 235. n. 6. & seqq. part. 6. recent. facit Tirac. de retract. lig. §. 1. Gloss. 9. n. 141. Gabr. de rer. alienat. conclus. 2. n. 1. & seqq. idem Surd. dec. 153. n. 17.

Factam verò fuisse transactionem ex necessitate, & fideicommissario nomine tantum constat ex toto tenore transactionis ponderando, primo quod sola lis occasione legitime Gaspari debite super bonis fideicommissi pendens inter illius creditores ex vna, & Franciscus fideicommissarium ex altera causâ dedit transactioni, vt narratur in eius procemio, à quo tota transactio regularur, ac restringitur Bart. in l. fin. n. 2. de hered. instit. Decian. conf. 72. n. 49. lib. 2. Buratt. dec. 543. n. 11. Greg. XV. in his terminis dec. 158. n. 2. necnon à controuersia, quæ causam dedit transactioni l. si de certa, C. trans. Menoc. conf. 319. n. 20. Surd. conf. 418. n. 14. Rota dec. 29. n. 4. p. 1. recent. & in Recauaten. Prædij 14. Aprilis 1614. coram Sanctiss. D. N. vbi quod hoc procedit, etiam si in transactione adfuit clausula vniuersales pro omni, & toto eo, & ex quacumque causa Mant. dec. 233. n. 3. Add. ad san. mem. Gregor. XV. dec. 158. n. 8.

Secundo, quòd nusquam in transactione fit verbum de dote materna Francisci, nisi ad effectum calculandi integrum valorè fideicommissi, & per consequens tertiam partem pro legitima filij, non obstante prohibitione fideicommittentis detrahendam, cùmque præuia narratiua, quod Gaspar in vim Commissionis Sanctissimi obtinuerat ab A. C. sententiam super detractiōe legitime, ac eius separatione à bonis fideicommissi ad effectum aliqua corpora vendendi, & ex pretio soluendi creditoribus suis, ac pariter obtinuerat à Sanctissimo quod factò deposito scutorum 4. mill. & assignatis creditoribus suis alijs annuis scutis 300. à creditoribus amplius non molestaretur, nec dictum depositum se facere posse, nisi per veditiōem alicuius membri fideicommissi, ideoque cum Francisco filio ad fideicommissum vocato intèdere conuenire; cū inquam præuia narratiua huiusmodi Franciscus

- ad faciendam rem gratiâ patri, & in executionem præmissorum consenserit venditioni prædij nuncupati Centocellæ, euident exinde sit eius voluntas restricta dumtaxat ad titulum fideicommissi, quod solum narratum fuerat obtinere alienationi, attentis præsertim tum verbis in executionem præmissorum, quæ subsequentes transactionis clausulas quantumuis alias vniuersales coarctant ad præmissum titulum fideicommissi, & legitimæ Rota dec. 114. n. 4. p. 1. recent. & in Romana legati de Marefcotis 22. Maij 1627. coram bon. mem. Merlino, & in terminis transactionis Franc. Aret. consil. 161. n. 4. Surd. consil. 418. sub. n. 14. Cyriac. contr. 213. n. 7. Rota dec. 428. sub. n. 6. p. 5. recent. Tum subsequentibus ibi, hanc autem assignationem, & omnia alia in presenti instrumento contenta idè Franc. facere declarauit in fauorem Gasparis eius patris pro residuo legitima dictum Gasparem tangens. & pro omni, & in toto eo quod quomodolibet prætere posse, & c. super hereditate & bonis & iuribus prædictis; & sic super bonis fideicommissi superius nominati, & per dictionem illâ prædictis repetiti Aym. conf. 929. n. 8. Barbof. dict. 276. n. 20. & hic aduertendum est, quod licet Francisc. assignationem facere declarauit pro omni, & toto eo, quod Gaspar prætere posse, non tamen dixit se eam facere pro omni, & toto eo quod ipsemet Francisc. posset prætere; magnique est momenti ad eliciendam voluntatē agentis discretius modus loquendi ex alleg. in Romana fideicommissi seu Saluiani 28. Apr. 1615. coram R. P. D. meo Celfo.
- Terriò, quòd stante statuto Urbis deferente marito vxore mortua lucrum totius dotis, quâ tamen liberis communis matrimonij referuare teneatur, non habebat Franciscus de tempore transactionis quo vivebat Gaspar actionem aliquam contra ipsum exercibilem pro restitutione dotis; consensus autem alienationis bonorum communis debitoris præstitus ad fauorem aliorum creditorum operatur quidem remissionem proprii iuris competentis tempore præstiti consensus, non autem iuris, quod tunc temporis non competebat, & exercibile non erat Castr. consil. 375. n. 5. vol. 1. Gabr. conf. 72. n. 5. lib. 1. Laderch. consil. 73. n. 7. ver. 2. respondendo, Surd. consil. 70. n. 4. & seqq. Dec. consil. 105. n. 14. lib. 3. & in puncto quod non operetur remissionem crediti, cuius dies nondum cesserat. Gom. var. resol. tom. 1. c. 12. n. 82. vers. idem adde il 3. Vinc. de Franch. dec. 80. n. 24. post Bald. in l. si ita scripsisset in 2. notab. ff. l. 2.
- Et gratis dicitur actionem dotis fuisse tunc exercibilem propter decoctionem patris quia priuilegium mulieri cõpetens viro vergente ad inopiam agendi, vt ponatur in tuto pro alimoniis suis, & familiæ personalissimum est, & nec ad filios transit Curt. sen. consil. 57. n. 2. Anch. Regien. p. 1. q. familiar. 9. 22. n. 4. & seqq. Grat. discept. 427. n. 15. & 16. alijsque relati à moderno Panorm. var. resol. tom. 2. ref. 86. n. 9. Rota dec. 607. n. 53. & 54. par. 4. tom. 3. recent. & in ciuitatis Cast. Bon. 7. Iun. 1651. coram R. D. meo Decano; Quod vero ius cuiuscumque creditori competit agendi ante diem, si debitor conditionem deteriorauerit exercibile non est ad effectum exigendi Iaf. in l. pecuniam n. 10. ff. si cer. pet. Strac. de cõst. p. 3. num. 56. & 57. Ioseph. Ludou. concl. vnica de solut. lim. 3. Casal. dec. 653. n. 5. & 6. Rot. in Romana spolij domus 29. Ian. 1629. coram bo. m. Merlino.
- Quartò, quod contrahentes adeò enixè curarūt, vt contractus esset vt validus ob id adhibuerint solemnitates ex parte Francisci tunc pupilli à Sta-

tuto Urbis 15. lib. 1. requisitas: nullatenus ergò verisimile est voluisse cõprehendi iura dotalia, quorum comprehensione contractus esset prorsus nullus, eo quod cum nihil ex eo Franciscus lucraretur, sed ius suum remitteret, resoluatur cõtractus in meram donationem ad fauorem patris prohibitam ex dispositione text. in l. scus S. an pacisci. ff. quibus mod. pign. vel hypoth. solu. vt in terminis remissionis hypothecæ notat Negul. de pign. p. 6. membr. 3. n. 29. relatus à Modern. Foroliuienti de pign. lib. 4. tit. 3. q. 109. n. 92. necnon absque subscriptione donationis (quæ hic non adest) à Stat. Urb. li. 1. c. 149. quod habere locum etiam in remissionibus donationem importantibus, ac inter patrem & filium dixit Rota in decisionib. allegatis à moder. Berfigelensi in annot. additum Statutum n. 10. & seqq.

Suppositum namque partis aduersæ quod Franciscus mediante hoc contractu acquisiuerit bona fideicommissi quæ illi ex tunc pater cessit, cum tamen cedere non teneretur, nisi post mortem erroneum deditur, quia cessio huiusmodi operata solum fuit extinctionem iurium competentium Gaspari cedenti ad diminutionem fideicommissi puta occasione legitimæ, dotis Hieronymæ vxoris fideicommissentis, melioramentorum à Gaspare factorum, de quibus supra facta fuerat mentio, & similibus, non autem translationem bonorum fideicommissi ex tunc in Franciscum vt ipsa obseruantia successiuè demonstrat; nam etiam post hunc contractum creditores Gasparis remanserūt, vt prius in possessione bonorum fideicommissi ad effectum sibi ex eius fructibus donec Gaspar viueret satisfaciendi, & desuper manutentionem obtinuerunt ab A. C. quin & ea bona locarunt ipsi Francisco qui sic, non se, sed creditores possidere agnouit Bart. in l. quadam mulier n. 1. ff. rei vend. Gabr. de locat. concl. 4. n. 14. Casal. dec. 446. n. 1. Et hæc locatio, ac manutentio referri non potest ad effectum exigendi annua scuta 300. quæ in eodem contractu Gaspar assignauerit creditoribus, quia manutentio respicit possessionem omnium bonorum, ac fructuum indefinitè à creditoribus captam ante contractum, & ipsa locatio non est restricta ad ratam annuorum scuta 300. sed facta fuit pro pensione scuta 370. & quod plus est ex hac annua pensione fuerunt assignata ipsi Francisco annua sc. 200. pro eius alimentis, quæ sanè si aliorum bonorum fideicommissi cessionem tràslatiuam à parte reportasset, eaque vt ex aduerso asseritur in gentis esset redditus illi debita non fuissent l. si quis è liberis, §. 1. vers. sed si filius, ff. l. agnosce. Molin. de primog. lib. 2. c. 15. n. 6. Peregr. di iur. ff. c. lib. 3. tit. 18. n. 74. alijsque relati à moder. Forol. de leg. lib. 2. tit. 2. q. 30. n. 15. Ioseph. Sesse dec. Arag. 45. n. 10. Rota coram bo. m. Vrgell. dec. 76. n. 37. dec. 274. n. 5. in fin. p. 2. rec.

Quibus positis non obstant clausulæ vniuersales in fine contractus positæ ibi, quam donationem & c. Franciscus promisit seruare, & c. contra eam non facere, & c. quouis pretextu, titulo, ingenio, vel causa etiam enormis, vel enormissima lesionis, & c. nec alio quouis pretextu hic non expresse, & de necessitate exprimendo. Quia quicquid sit in alijs casibus, de quibus agunt ex aduerso allegati, & alij cumulati in Romana recensionis contractus 15. Iun. 1648. coram R. P. D. meo Corrado, restringuntur ad causam in transactione expressam concurrentibus superius adductis; ita vt ius dotis, quæ tunc exigi non poterat, nullatenus comprehendat: Surdus consil. 418. n. 22. & seqq. Cancr. var. resol. tom. 3. cap. 15. n. 271. &

& seqq. præsertim quia appositæ sunt in fine instrumenti, & sic in executiuis vt bene ad propositum Rota dec. 624. n. 8. vbi vltro ponderatur, quod sunt clausulæ solitæ apponi de stylo Notariorum, ideoque contractum non extendunt p. 2. recent.

Tanden non obstat, quod Franciscus præsumatur satisfactus de dote ex fructibus bonorum fideicommissi viuentè Gaspare decursis, vel ex quo habuit ratam bonorum, quæ ad Gasparem occasione legitimæ spectasset, si in calculanda legitima fuisset in debitum fideicommissentis relata dos Cleriæ solum in scutis 4000. non autem in scutis 6000. vt factum fuit. Quia iam fuit supra demonstratum non adfuisse fructus, quibus Franciscus posset satisfieri, & ad euitandum secundum obiectum non relaxatur mandatum pro tota summa scut. 2000. quæ hæreditas Gasparis ex causa dotis Cleriæ debet, sed solum pro scutis 1333.

Et ita decidit vt raque parte informante.

R. P. D. MELTIO.

Romana Pecuniaria.

Veneris 1. Iulij 1650.

ARGUMENTVM.

Cambia debentur vt-damna & interesse, ex capite non adimplementi, ab eo, qui mandatum ad cambiandum suscepit, quando nõ docuit se fecisse debitas diligencias, & ad rationem Nundinarum currentium de eo tempore, quo peti possunt; de quibus statur attestationi mercatorum. Quo modo probetur dominium. Et quando mutetur causa possessionis.

SYM MARIVM.

- Validitas mandati executiui probatur quando ex reuolutione Actorum constat de solitis citationibus, legitimatione Personarum, Iurisdictione Iudicis, & sic. ser. illud fuisse relaxatum.
- Validitas actus semper in dubio presumitur.
- Administratio alicuius negotij cum annua responsione, seu prouisione, est omnino separata à dominio directo, & vtili, ceterisque iuribus reatibus particularium dominorum, ita vt Administrator prorsus excludatur.
- Cambia, vt-damna & interesse, possunt pretendi ab eo, qui, cum mandatum ad cambiandum suscepit, illud non adimpleuit, nec minus docuit se fecisse debitas diligencias pro recipiendis personis, quæ pecunias ad cambium acciperent.
- Damna interesse passæ per decisionem cambiorum ne defectu implementi cambiare debent, optime iustificatur ex attestacionibus mercatorum nõ defecisse occasiones cambiandi. Et liquidantur ex partibus, ac gratis cambiorum singulari feruari.
- Decisio in eadem causa facta, de stylo Rote non potest oppugnari in alia disputatione, sed præsupponi debet.
- Venditio probat dominium in Venditore: & procedit in quolibet contractu, in quo bona accipiuntur ab alio.
- Obligatio simpliciter facta à debitore de satisfaciendo Creditoribus, Creditoris, extenditur etiam ad non expresse nominatos.
- Exceptio de Iure tertij rejicitur.
- Mandatum dicitur rite relaxatum, præcedente citatione.
- Obligatio magis attenditur in causis executiuis, & summarie commissis, quam ipsa petitio: vnde

non quid actor petierit, sed quid ei deberi probatum fuerit, consideratur.

- Cessionarius succedit in locum cedentis, eodemque iure vti potest in re cessa, ac facere potuisset cedere.
- Ius domini superueniens Administratori, illico mutat causam possessionis ex iure administrationis, in ius proprii domini, & possessionis.
- Dominium non potest in dubium reuocari, vbi apparet de confessione, & recognitione facta per Aduersarium.
- Confessio adeo plene probat contra confitentem, vt illa impugnanda non veniat.
- Exceptiones domini, ad executionem mandati impediendam, in continentis, clarè, & concludenter sunt probande.
- Exceptiones extrinsecæ alioquem indaginem requirentes, non valent retardare executionem obligationis camerælis.
- Mandatum relaxatum ad effectum deponendi pecunias, pro illis postea cõsignandi ouis de Iure, cõsulit vtrique parti, & omnibus interesse habentibus.
- Mandatum executiuum vigore obligationis camerælis relaxatum, vbi per sententiam, vel decretum est vulneratum, non extenditur ad vulnerandam ipsam obligationem camerælem.
- Sententia absque Actis non probatur.
- Notoria iniustitia semper probata dicitur, quando ex Actis sententia non remanet iustificata, cum Acta ipsa faciant notorium.

DECISIO IV.

Per binas decisiones coram me emanatas sub die 14. Maij 1646. & 23. Mart. 1648 fuit resolutum non esse exequendum mandatum de consignando pro scut. 1500. relaxatum ab A. C. ad fauorem DD. de Collettis contra D. Laurètium Carolium debitorem Gulielmi Roncalli obligati in cambio contracto pro maiori summa ad fauorem dictorum de Collettis, sed concessa postmodum noua audientia ad instantiam eorundem de Collettis, & disputato dubio sub die 15. Martij 1649. An esset recedendum à decisio, mandarunt Domini quod prius disputaretur aliud dubium, An mandatum relaxatum contra D. Roncallum, ac alios principales debitores esset exequendum, quo proposito & affirmatiuè resolutum sub die 28. Iun. eiusdem anni 1649. fuit sub hac die, reassumpta prima disputatio, An sit recedendum à duabus primis decisionibus super denegatis executionis mandanti de consignando contra d. Laurentium Carolium debitorem debitoris, & ex nouiter deductis ex parte illorum de Collettis suis affirmatiuè resolutum stante validitate, & Iustitia d. mandati.

Validitas non controuertitur cum ex reuolutione actorum constat de solitis citationibus, legitimatione personarum, Iurisdictione Iudicis, & sic. ser. illud fuisse relaxatum, iuxta decisionem Veralli 260. p. 2. Rota decif. 678. n. 1. & 708. num. 1. p. 2. & decif. 318. part. 6. in recent. & nihilominus illa præsumi deberet, cum in dubio semper validitas præsumatur secundum doctrinam Gloss. ia l. si post. C. de iur. & fact. ignor. Menoch. consil. 110. n. 6. lib. 2. & de presumpt. lib. 2. presumpt. 67. n. 1. & seq.

Visa fuit etiam satis probata iustitia. Nam licet in decisionibus quæ reuidentur fuerit sumatum non esse exequendum mandatum de consignando relaxatum contra Carolum emptorem rationis fundacalis cantantis, sub nomine Secundini & Roncalli pro credito illorum de Collettis creditorum Venturæ Mazzantis, & eiusdem Roncalli, tum quia creditum prædictum in sc. 1500. visum

fuit satisfactum ex pecuniis ab ipsis receptis in causam cambiorum, quæ verè non debebantur, & ideo illæ cesserunt in satisfactionem crediti. Tum quia dicta retio fundacalis nullo modo spectabat ad eundem Roncallum, cum fuerit tantum deputatus administrator negotij cum annua responsione scutorum 300. quæ administratio est omnino separata à dominio directo, & vtili cæterisque iuribus realibus particularium dominorum ad tradita per Bart. in l. 1. propè fin. ff. de iuris. d. omni. Iud. Nat. consil. 313. col. 1. versic. aliud est enim Rota dec. 64. n. 22. part. 4. to. 2. recent. cū aliis relatis in 2. dec. quæ revidetur emanata sub die 23. Marti. 1648. §. postremo cessat. Quod primum fundamentum illud remanet prorsus destructū ex allegata ultim. decisione in causa facta sub die 28. Iun. 1649. sub §. 4. verum quia, & seq. vbi firmatur quod Colletti prærendunt cambia, vti damna, & interesse, eo quia Mazzantes, qui mandatum ad cambium susceperat sub fideiussione Roncalli, illud non adimpleverat, nec docuerat, fecisse debitas diligencias pro reperiendis personis, quæ pecunias ad cambium acciperent, nec illas reperiisse. Vnde ex tali non adimplemento tam Mazzantes quam Roncallus eius fideiussor tenentur ad omnia damna, & interesse, quæ passi fuerunt ipsi Colletti, & optimè per eos fuerunt iustificata talia damna, & interesse, cum ex fide nonnullorum Urbis mercatorum constare fecerint non defecisse occasiones plures cambiandi, atque ex partitis, ac giratis cambiorum singularium feriarum cambia nedum ascendisse, sed excessisse scuta sex pro quolibet centenario ad quam summam inter partes illa conuenta fuerunt, & sic in eadem decisione firmatur dubitari non posse de reali existentia crediti dictorum de Collettis, quæ quidem decisio tanquam facta in causa in ista disputatione de 6 stylo Rotæ non potest oppugnari, sed præsupponi debet Rota dec. 354. n. 3. & 8. part. 4. & dec. 604. n. 4. p. 6. recent. tom. 2. & alibi passim.

Tota igitur difficultas reducebatur ad secundum caput respiciens pertinentiam bonorum fundacalium quæ pro rata sc. 6250. ad Roncallum spectasse clarè demonstrastratum fuit dum illa fuerunt vendita sub die 27. Maij 1641. Laurentino Carolio pretio sc. 13. m. tam à filiis, & hæredibus q. Antonij Secundini, quàm à filiis, & hæredibus ipsius Roncalli vt in summ. illorum de Collettis num. 1. Vnde negari non potest illius fundacalium pro dicta summa ad Text. in l. si quis conditionis. C. locat. quæ procedit in quolibet contractu, in quo bona accipiuntur ab alio, Crauet. consil. 157. n. 2. Mastrill. dec. 287. n. 29. Canal. dec. 171. n. 2. & inde sequitur quod ipsi Colletti vti Creditores Roncalli possunt pretium exigere à Carolio tanquam debitore debitoris, stante illius obligatione in forma Cameræ de soluendo infra quadriennium præfatis hæredibus, & pro eis Creditoribus dictæ hæreditatis q. Antonij Secundini, & Gulielmi Roncalli vt in eodem Summario 8 sub num. 1. nec releuat, quod dicta obligatio Carolij fuerit facta solum ad fauorem Creditorum in lista descriptorum; quia nihilominus prodest tam descriptis, quàm non descriptis, vt bene declarauit Rota dec. 48. n. 3. & sequent. par. 2. recent. Dum igitur Carolius verè, & realiter est debitor pretij dictorum bonorum fundacalium & Iudex mandauit illud pro rata credit. dictorum de Collettis consignari ad effectum deponendi non est 9 quod ipse conqueratur, nec potest exipere de iure

Tertij, vt in terminis similis madati respodit Rot. dec. 312. n. 3. vers. minus obstat, & n. 4. coram Cenali.

Nihilque refert, quod Colletti sequestrauerint pecuniam tanquam debitam Mazzanti, quia ad hunc effectum sufficit, quod mandatum de consignando fuerit relaxatum contra Carolium citatis hæredibus tam Roncalli, quam Secundini ad videndum relaxari mandatum vt illud sustineatur contra debitores ipsius Roncalli, ritè enim, ac rectè ad mandati relaxationem contra aliquem deuenitur, quotiescumque præcedit illius citatio Clem. sepè vbi Glossa in verbo ad id de verbo signific. l. de vnoquoque ff. de re iud. Rota dec. 363. num. 5. part. 4. recent. tom. 2. & dum Colletti actores obtinere voluerunt ex obligatione per Carolium facta, vt apparet ex profectis, ista in Iudiciis executiuis magis attenduntur, quam ipsa petitio, quare non habetur in consideratione sequestrum factum fuisse pro credito aduersus dictum Mazzantem, Alex. consil. 114. num. 6. lib. 6. Surd. consil. 12. n. 74. & dec. 284. num. 14. Rota dec. 611. num. 5. versic. ultra quod part. 1. recentior. Gregor. XV. dec. 176. n. 2. vbi Add. n. 12. refert concord. qui omnes concludunt in causis summarie commissis non attendi quid actor petierit, sed quid ei deberi probatum fuerit.

Non obstat quòd Gulielmus Roncallus dicatur tantummodò electus Administrator fundaci ab Antonio Secundino cum reueratione annuæ prouisionis scutorum 300. vt apparet ex tenore testamenti ipsius Antonij dati in summario DD. de Secundinis, & Roncallis num. 1. & ex Inuentario per dictum Roncallum facto, ex qua administratione excludatur prorsus illius dominium in dicto fundaco, adeo vt illud in totum spectet ad hæredes Secundini; vt firmatur in decisione emanata in causa sub die 23. Martij 1648. §. postremo cessat, quia responderetur, quod licet ex testamento Antonij Secundini ipse fuerit relictus Administrator, tamen postea illi superuente ius dominij pro rata dictorum scutorum 6250. solutorum Hippolytæ filia dicti secundini ad effectum, vt facilius nubere posset, cum ab ea de Anno 1632. cessionem reportauerit omnium iurium sibi quomodolibet competentium in hæreditate paterna vt in Summario illorum de Collettis num. 2. ex qua quidem cessione ipse successit in locum dictæ Hippolytæ cedentis pro rata ei soluta in hæreditate Secundini, & in illius ratione fundacali, eodè iure vti potuit, ac facere poruisset ipsa cedens l. emptor, vbi Bald. in 1. notab. C. de hered. vel action. vend. Surd. dec. 308. n. 1. cum aliis per Casar. de Grass. de except. in preclud. n. 182. & sequent. & illico mutata fuit causa possessionis iure administrationis in ius proprij dominij & possessionis Achill. dec. 4. de caus. possess. & proprietat. Mant. dec. 245. n. 4. Coccin. dec. 130. num. 6. Rota dec. 143. n. 4. part. 2. diuers. & fuit resolutum in Bonon. Bonorum 17. Iunij 1648. coram R. P. D. meo Certo. Vnde stante tali dominio bene potuit Roncallus de Anno 1643. deuenire ad venditionem fundaci pro illa rata, quæ ad eum spectabat.

Tale autem dominium magis comprobatur remanet nedum ex prædicto instrumento venditionis factæ à filiis, & hæredibus ipsius Roncalli bonorum fundacalium pro eorum contingenti rata, verum etiam ex inuentario facto mortuo Roncalli nomine illius filiorum, ac hæredum bonorum, & iurium fundaci tanquam ad ipsos hæredes, & hæredes Secundini spectantis dicto Summario eorundem

rundem de Collettis num. 3. necnon ex obligatione Cæciliæ Secuncinæ hæredis Antonij Secundi facta vna cum curatore hæredum Roncalli de stando iuri ad fauorem Creditorum rationis fundacariæ Secundini, & Roncalli eodem Summario num. 4. ex qua patet de geminata confessione, & recognitione dominij itavt eo minus possit in dubium reuocari, cum confessio contra confitentem ad eò plenè probet Alex. consil. 71. num. 4. lib. 3. Gabr. de confess. conclus. 1. num. 12. Honded. consil. 52. num. 30. lib. 1. Greg. XV. dec. 385. n. 3. & dec. 408. n. 1. vt illa impugnanda non veniant Gregor. XV. dec. 452. num. 2. vbi Add. n. 22. qui plures alias cumulat Rotæ decisiones. Et ex his cum sublata remaneant exceptiones dominij; quæ ad executionem mandati impediendum incontinenti probandæ fuissent clarè, & concludenter, ideò dicti mandati non est retardanda executio; maxime accedente obligatione Camerali Carolij de soluendo debitum, de quo agitur; à qua reiiciendæ etiam essent huiusmodi exceptiones, tanquam requirentes altiorum indaginem, si dominium non remaneret concludenter probatum. Rota dec. 200. n. 6. dec. 212. n. 1. & dec. 255. n. 5. & seq. post. Modern. de oblig. Camer.

Minus releuat ad impediendam executionem dicti mandati, quod non fuerit aliqua reddita ratio administrationis factæ de dicto fundaco per Roccoallum. Quia huiusmodi expressio minimè competit Carolio obligato in forma Cameræ ad soluendum dictæ bitu, maxime cum hodie non possit controuertere dominium eiusdem Roncalli pro dicta rata scutorum 6250. & per consequens pertinentiam pretij ad illius hæredes, quibus soluere promissit, & ex quo exceptio huiusmodi extrinseca est, ac requirit altiorum indaginem, præsertim quia ex bilanciis, & ex aliis actibus prædictis potius apparet Roncallum esse creditorem, minus ea esse apta ad retardandum executionem obligationis Cameralis ex supra allegatis, tantoque magis quia respicit alium articulum nempe redditionis rationis faciendæ hæredes dicti Roncalli ad fauorem hæredum Secundini, qui valdè differt ab illo de quo nunc agitur respiciens solum consecutionem pretij promissit cum obligatione in forma Cameræ à Crollio emptore fundaci communis hæredibus Roncalli, ac hæredibus Secundini, & in omnem casum cessat omnis difficultas; quia mandatum fuit relaxatum non simpliciter ad effectum soluendi pecunias Collettis, sed vt deponeretur pro illis postea consignandis cui de iure, atque ita consultum remanet tam dictis Collettis, quàm Secundinis, & Roncallis, vt bene in similibus terminis declarat Caualet. dec. 312. n. 3. & 4.

Demum non obstat sententia bon. mem. Citradini per quam fuit declaratum Colettos non esse creditores rationis fundacariæ, sed tantum Roncalli, & propterea mandatum relaxatum contra bona hæreditaria Roncalli non esse exequendum contra personas, ac bona Cæciliæ Secuncinæ, & Carolij. Quia responderetur, vt cum ex supradictis dicta sententia sit notoriè iniusta ea non vulneret viam executiuam maxime quia percutit tantummodo mandatum relaxatum non autem ipsam obligationem Cameralem, & quotiescumque mandatum executiuum vigore obligationi Cameralis relaxatum

est vulneratum, non extenditur ad vulnerandam ipsam obligationem Cameralem vt firmavit Rota coram Penia dec. 700. num. 4. cum duobus sequentibus. Addito etiam, quòd dicta sententia tanquam sine actis non probat Rota diuers. dec. 196. num. 5. part. 2. Seraph. dec. 615. num. 5. & 6. Callador. dec. 3. de Procur. Mohed. dec. 3. num. 1. & 2. de resibus, & ex hoc resultat notoria iniustitia, quæ semper probata dicitur, quando exactis sententia non remanet iustificata, cum acta ipsa faciant notorium Innoc. in c. ex insinuatione in fi. de appell. Soc. consil. 38. n. 15. vol. 1. Paris. consil. 111. n. 7. vol. 4. Decian. consil. 10. n. 19. vol. 1. Ceph. consil. 57. n. 33. Et ita fuit resolutum vtraque parte informante, &c.

REVERENDISSIMO D. DVNOZET DECANO. Romana Pecuniaria. Lune 21. Iunij 1649.

ARGUMENTVM. Mandato de consignando quando sit locus. Quomodo ex partita pecuniarum descripta in libro per Bancherium, transferatur dominium. Solutio, in quam causam cedat. Et quando in Apoca habeat locum præsumptio l. scripturas, C. qui potior in pig. hab.

- SVMMARIVM.
- 1 Validitas mandati insurgit ex reuolutione Actorum, in quibus apparet interuenisse omnia ad validitatem necessaria, de quibus ex vulg. decif. Caputaq. 260. p. 2.
 - 2 Mandatū de consignando denegari non potest, quotiescumq. constat pecunias spectare ad debitore.
 - 3 Pecunia in Banco, dicitur esse in dominio illius, sub nomine cuius sunt descripte.
 - 4 Descriptio pecunie in Banco ad fauorem alicuius de ordine Domini, habet vim solutionis.
 - 5 Descriptio pecuniarum ad fauorem eius, qui non habet titulum, vel causam habitam ad acquirendum, non transfert in ipsum recipientem dominium, sed resoluunt in simplicem traditionem.
 - 6 Solutio pecunie absq. expressione causa, præsumitur facta ex causa, qua de proximo proceditur.
 - 7 Solutio pecuniarum facta Agenti seu Procuratori, non est ex causa habitam ad transferendum in eam pecuniarum solutarum dominium.
 - 8 Pecunia etiam pignori dari possunt.
 - 9 Præsumptio l. scripturas, C. qui pot. in pig. hab. ex pluribus colligitur ad infirmandam Apocam.

DECISIO V. Mandatum de consignando ab A. C. relaxatum ad instantiam hæreditatis bon. mem. Cardinalis Spinulæ contra Hieronymum Viualdum in vrbe Mercatorem, citato etiam pro suo iure, & interesse Paulo Iordano, tanquã validum, & iustum exequendum esse DD. responderunt. Quoniã validitas patet ex reuolutione Actorum, in quibus apparet interuenisse omnia ad validitatem necessaria, de quibus ex vulg. decif. Caputaq. 260. p. 2. Iustitia verò desumebatur ex eo, quod cum dictus Cardinalis viuens esset creditor D. Episcopi Mazzaræ in notabili pecuniarum summa ex causa cuiusdã pensionis referuatæ super Archimandritatu Ecclesiæ Messano per eundem Episcopum alias

alias possessio, ac pro dicta summa sibi debita obtinuerit mandatum executivum, cuius vigore fuerunt subinde sequestrata scuta 3000. spectantia ad dictum Episcopum debitorem in Banco dicti viualdi existentia, iustum erat quod successiue ad dictam instantiam hereditatis iacentis dicti Cardinalis interim vita functi, relaxaretur mandatum de consignando, quod denegari non potest quotiescumque proxi hic, constat pecunias sequestratas spectare ad debitorem ad text. in l. & qua nondum 15. §. quod dicitur in fin. vbi gloss. in verb. oblig. ff. de pign. Carocc. de sequest. p. 3. n. 1.

Quod autem in presentia pecuniarum sequestrate spectent ad D. Episcopum conuincitur ex eo quia, illa fuerunt ipsi transmissa à quibusdam Mercatoribus Panormi per litteras Cambij directas d. Viualdo, qui predictas litteras recipiendo creauit in suis libris creditorem d. D. Episcopum qui propterea statim euasit illarum Dominus, cum pecuniarum dicantur esse in Dominio illius sub nomine cuius sunt descriptae, vt tradunt Anchar. conf. 32. n. 2. Socin. sen. conf. 6. n. 3. l. 4. Maria conf. 183. n. 16. Rota post tr. de cens. dec. 547. n. 13. & seq.

Non obstat, quod tempore sequestrati pecuniarum predictarum reperirentur descriptae sub nomine d. Pauli Iordani; Quia licet descriptio fuerit facta de ordine Domini Episcopi, & habeat vim solutionis ex Theor. Bald. in l. fin. num. 3. C. de nouat. quem sequitur Socin. sen. conf. 64. num. 7. per tot. lib. 3. Mani. de tac. lib. 17. tit. 6. num. 7. per tot. Gait. de cred. cap. 2. n. 2414. & seq. Scac. de Camb. §. 2. gloss. 5. n. 45. non tamen in hoc casu valuit transferre dominium pecuniarum in Paulum ex quo in eo deficit titulus, vel causa habilis illud acquirendi, vnde dicta descriptio resoluitur in simplicem traditionem per quam non censetur translatum in recipientem dominium pecuniarum nisi simul concurrant causae habiles, vel legitimus titulus acquirendi l. nunquam nuda 13. ff. de acq. rerum domin. Gloss. in l. traditionibus 20. C. de pact. Ruin. conf. 148. n. 9. lib. 1. oprime Surdus conf. 4. n. 41. & bene comprobatum fuit in Rom. legati sen. 50. n. 1. 1. April. §. vnde sequitur, vers. & facit coram R. P. D. meo Cerro.

Deficere autem in Paulo titulum, seu causam habilem, acquirendi has pecunias colligitur non solum ex ordine soluendi ab Episcopo simpliciter concepto absque vlla expressione causae propter quam debuisset fieri talis solutio, cum non sit verisimile quod Dominus Episcopus madauerit solui Paulo adeo considerabile pecuniarum summam absque eo, quod in ordine exprimeretur causa solutionis, quae tamen solet communiter ab omnibus exprimi, sed etiam, quia tam ex causis praecedentibus, quam proximis dictae descriptioni, penitus excludi videtur earundem pecuniarum adquisitio; Regulare quippe est huiusmodi actus praesumpti gestos ex causa quae de proximo praecedat Bar. in l. triticum 94. n. 2. ff. de verb. oblig. à Titio 108. n. 2. versic. secundo limita, ff. eodem Corn. consil. 205. n. 4. in fin. versic. nec obstant lib. 1. cum concordantibus relatis in eadem Romana legati scutorum 50. n. 26. Iun. 1641. §. 1. versic. non solum, & 1. Aprilis 1644. allegato §. vnde sequitur, versic. & quod is, coram R. P. D. meo Cerro, & fuit dictum in Romana locorum Montium coram bon. memor. Remboldo §. non obstat quod Zalus.

Ponderantes igitur DD. causas praecedentes dicebant in Paulo non concurrere nisi causam Agen-

triae seu muneris Procuratoris, cum non controuertatur ipsum quandoque se pro tali gessisse in negotiis D. Episcopi, & signanter tanquam Procuratorem pluries soluisse bon. mem. Cardinali Spinulae supradictam pensionem ab eodem Domino Episcopo debitam, vnde haec solutio praesumitur facta Paulo tanquam Agenti, seu Procuratori, quae causa non est habilis ad transferendum in eum pecuniarum solutarum dominium Rot. dec. 520. n. 4. p. 3. recent. & in terminis Surdus conf. 4. n. 40. in fin. hic sed pecunia, & n. 41.

Causa verò proxima visa fuit resultare ex quadam cedula bancaria vnciarum 1114. quam fecerat Viualdus ad fauorem eiusdem Episcopi soluendarum in tabula Panormi, & ratione huius cedulae Paulus eundem Viualdum indemnem conseruare promiserat, vnde cum pro Domino Episcopo Viualdus reperiretur obligatus erga tabulam Panormi, Paulus verò erga Viualdum, praesumendum est, quod quilibet ipsorum propriae indemnitati eo meliori modo quo potuit praecauerit curauerit hac occasione tam opportuna dum debitor communis habebat has pecunias in eodem banco Viualdi; Et ideo Paulus obtinuit ab Episcopo ordinem illas describendi in sui faciem, Viualdus verò post descriptionem eandem ad sui fauorem vinculauit addendo in fine partitae haec verba, Si dovero anno tenere per sicureza di quello potesse parere per la mia cedola bancaria di on'ge 1114. di moneta &c. Et sic clarè dignoscitur praedictam descriptionem non fuisse ordinatam titulo, causa, aut animo transferendi statim pecuniarum dominium in ipsum Paulum, seu Viualdum, sed vt illas haberent loco pignoris, & tali pacto redderentur vndique securo casu quo foret necessaria solutio vnciarum per Viualdum promissarum sub fideiussione Pauli, nam etiam pecunias pignori dari posse clarè inferitur ex textu in leg. idemque 7. §. si sibi in fin. ff. qui pot. in pign. habeant. & tradi Anton. Fab. in suo C. lib. 4. tit. 26. def. 25. n. 2. ac proinde sub praetextu huiusmodi descriptionis impediri non potest exequutio super illis prosequenda ad instantiam dictae hereditatis creditricis anterioris ex congestis in dicta Romana locorum Montium 9. Februarij 1614. coram bon. memor. Remboldo, cum praesertim occasione dictae cedulae, nec Viualdus, nec Paulus se aliquod detrimentum passum fuisse doceant.

Nec quicquam releuat Apoc. solidationis computorum confecta inter D. Episcopum, & Paulum 20. Martij 1648. in qua Paulus constituendo se debitorem Domini Episcopi in scutis 485. 95. monetæ pro residuo pecuniarum ad eius manus peruentarum fuit quietatus, & absolutus de omnibus, & singulis partis vsque tunc per eum exactis cum ordinibus eiusdem Episcopi, vnde praetenditur partitae controuersiam comprehendit sub hac solidatione, & sic constare de titulo, vel causa habili eiusdem Pauli ad acquirendum, quia contra praedictam apocam visa fuit non leuiter vrgeri praesumptio leg. scripturas, Cod. qui pot. in pign. habeant. non solum quia Paulus citatus in iudicio consignationis pro suo iure, & interesse, illam non exhibuit statim post tot dies, quibus illa sibi transmitti potuit à Domino Episcopo tunc apud suam Ecclesiam residentem, sed etiam quia maximè inuerisimile redditur, quod Paulus in generali solidatione computorum constituerit se debitorem scutorum 485. illaque perfol-

perfoluerit æconomus Episcopi sui creditoris priusquam ingens partita scutorum 3000. in banco Viualdi vinculari pro eodem Domino Episcopo discuteretur, ac exitus illius negotij expectaretur, & absque eo quod in solidatione de tali partita fuerit facta aliqua mentio, cum tamen esset specialis nota digna, tum propter magnitudinem summæ, tum propter vicinitatem temporis effluxi à die descriptionis, ad diem solidationis computorum, tum denique propter complicationem negotij in qua inuoluta erat dicta partita, & attento quod res agebatur inter personas accuratas, & iuris peritos. Signum euidentis, quod illa non comprehendebatur in dicta apoca, quia non fuit descriptio ordinata animo transferendi dominium in Paulum, sed vt illud remaneret penes eundem D. Episcopum; pro vt semper apud eum remansisse ex supradictis arbitrati sunt DD. qui propterea concluderunt mandatum A. C. esse exequendum.

Et ita vtraque, &c.

REVERENDISSIMO D. DVNOZET DECANO.

Bononien. Pecuniaria, seu Dotis.

Veneris 18. Iunij 1649.

ARGUMENTVM.

Fructus debentur, à die motæ litis: & illorum perceptio, ac liquidatio, ex quibus deducatur.

SVMARIVM.

- 1 Fructus dotales debentur pro tempore, quo lis per mulierem instituta pro assicurazione, & successiue restitutione sua dotis, contra Virum, seu eius Creditores durauit.
- 2 A die videlicet, quo contraditum fuit in Iudicio, habita per Adversarium intimatione libelli, & sic à die litis contestate.
- 3 Fructuum liquidatio fit, habita ratione annua pensionis, seu Affictuum in locatione semel facta; que tam ex dispositione Iuris communis, quam statuti Bononien. praesumitur renouata, & continuata.
- 4 Fructus praesumuntur, à detentoribus bonorum, percepti in illa quantitate, ad quam ascendit annua pensio locationis per aliquod temporis spatium continuata.
- 5 Per locationem, & litis sustentationem sicuti probatur possessio, ita etiam remanet iustificata perceptio fructuum, qui praesumuntur ab ipso locatore percepti, & in quantitate solita.

DECISIO VI.

Interdicta appellatione pro parte creditorum q. Alexandri Serpæ à madata de immittendo relaxato ad fauorè DD. de Calderinis pro scutis 7045. auri ad bona praedicti Alexandri per eosdem Creditores possessa pro restitutione dotis Thadeæ Calderinæ vxoris dicti Alexandri scutorum 5500. auri, necnon pro alimentis, & fructibus dotalibus constante, ac soluto matrimonio vsque ad obitum eiusdem Thadeæ decursis, ad quæ dicti creditores, necnon ad restitutionem fructuum à die motæ litis, eaque pendente perceptorum condemnati fuerunt; Signatura Iustitiæ rescripsit quod ad scuta 5500. auri, parito iudicato, in reliquis vero alteri, qui ad vltiore executionem, &c. iuxta formam huiusmodi rescripti DD. Calderini subhastari curarunt quædam bona pro satisfactione dd. scut. 5500. Salgado Labyrinth. Credit. Tom. II.

Verum quia bona subhastata non ascendunt nisi ad scuta 3335. auri, dicti de Calderinis pro complemento dictæ summæ scut. 5500. auri conuerterunt se contra dd. creditores pro restitutione dd. fructuum ad quos, vt supra dictum est; fuerunt condemnati. Vnde proposui dubium. An, & ad quam summam dicti fructus essent liquidandi, & Domini responderunt illos esse liquidandos pro tempore, quo lis per Thadeam instituta pro ascuratione, & successiue restitutione suæ dotis contra dictos creditores Alexandri eius viri durauit, sequendo tenorem sententiarum, in quibus praedicti creditores fuerant condemnati ad restitutionem dd. fructuum, quæ fecerunt transitum in iudicatum, vt firmatum fuit coram Me sub 26. Maij 1645. & coram R. P. D. meo Bichio sub die 27. Aprilis 1646.

Itaque quoad illos de Lignanibus liquidandi videntur à die 11. Augusti 1606. quo Procurator illorum, & aliorum creditorum habita intimatione libelli pro parte Thadeæ producti contraxit, iuxta dispositionem text. in litem non nouam, §. Pavoni in princ. C. de iudic. Rot. penes samem, Greg. XV. decif. 27. n. 2. vsque ad diem 8. Augusti 1647. quo DD. de Calderinis praedictæ Thadeæ hæredes realem possessionem adepti fuerunt bonorum per dictos de Lignanibus occupatorum; & quidem ad rationem librarum 650. monetæ Bonon. singulis annis vsque ad diem 25. Septembris 1627. abinde vero vsque ad dictam diem 8. Augusti 1647. ad rationem librarum 800. similibus, quia constat de locatione facta per eos anno praecedenti 1605. sub 10. Maij praedij nuncupati la Chiusa, & alterius nuncupati la Pianta cuidam Francisco de Casaliis ad annos septem pro annua pensione dd. librarum 650. quæ sanè tam ex dispositione Iuris communis, quam Statuti Bononien. praesumitur renouata, & continuata, vt firmavit Rot. in Bononien. liquidationis fructuum 30. Maij 1641. coram bon. mem. Merlino extensa per R. P. D. meum Cerrum, in §. idemque fuit, vsque ad diem 25. Septembris 1627. quo incepit alia locatio ad septennium pariter facta Martino de Campagnolis sub annua pensione dd. librarum 800. quæ continuata probatur vsque ad diem 12. Decembris 1641. quo idem Martinus in ea perseverans recognouit in Dominos dictos de Calderinis tunc immisos, vt constat ex publicis instrumentis, ex quibus bene ostenditur continuatio eiusdem locationis licet postea possessioni tunc captæ, tanquam nullæ fuerit renunciatum per dictos de Calderinis; abinde verò vsque ad dictam diem 8. Augusti 1647. quo Calderini habuerunt immissionem in vim mandati Rotalis, attentata continuatione locationum per tanti emptoris spatium sub eadem annua pensione librarum 800. fructus praesumuntur in simili quantitate percepti à dictis de Lignanibus eorundem bonorum possessoribus.

Quæ vero ad illos de Ninis, & Borellos eorum successores videntur liquidandi à die 16. Septembris 1622. quo fuit per eos oppositum petitioni Thadeæ vsque ad eundem diem 8. Augusti 1647. quo dicti de Calderinis actuale possessionem nacti fuerunt, ad rationem librarum 180. singulis annis; quoniam tanti constat fuisse ab vtriusque eorum hærede, & respectiue Gaspares de Borellis eius viro locata bona per eos detenta, vt patet ex publicis Instrumentis locationum ad septennium, & quinquennium respectiue factarum Petro de Ruffis sub diebus

23. & 24. Februarij 1628. & 12. Februarij 1633. quæ similiter renouatæ, & continuatæ censentur ex supra deductis; Imò probatur ex eo, quod tempore apprehensæ per dd. de Calderinis possessionis in eadem conductione perseuerabat idem Petrus de Ruffis, vt legitur in instrumento adeptæ possessionis.

Demum quoad Antonium Greppium arbitrati sunt DD. fructus esse liquidandos à die 7. Iunij 1622. quo lis fuit cum eo pariter contestata vsque ad diem 23. Aprilis Anni 1644. ad rationem librarum 220. singulis annis, cum constet ex publicis documentis pro eadem pensione bona fuisse locata per hæredes dicti Græppij, & causam ab eis habentes, primum sub die 2. Aprilis 1625. Ludouico de Gardis ad septennium, & deinde 24. Decembris 1631. Ioanni de Tartagliis ad aliud septennium; quæ locationes pariter continuatæ censentur sicuti firmatum est supra de alijs vsque ad dictam die 23. Aprilis 1644. quo Rocchus Lucatellus vir Antonie hæredis Camillæ Bombafarie hæredis dicti Græppij eadem bona locauit ad quatuor annos Martino de Campagnolis pro annuis libris 180. in quibus DD. dixerunt liquidandum esse fructus perceptos ab eodem Lucatello à dicta die 23. Aprilis 1644. vsque ad d. diem 8. Augustini 1647. de quo tempore dicti de Calderinis possessionem eorundem bonorum apprehenderunt.

Ex quibus equidem locationibus, ac litis sustentatione ab eo tempore citra per prædictos creditores respectiue factis sicuti probatur illorum possessio: ita etiam remanet iustificata perceptio fructuum, qui præsumuntur ab ipsis locatoribus exacti, Rot. penes RR. Vrgellen. decis. 307. sub n. 4. & 5. versic. ex quibus locationibus, & sub n. 8. versic. & ideo præsumitur, & n. 12. versic. & licet, ac in alijs relictis in Romana reintegratiois 23. Iunij 1642. coram Reu. Patruino in §. idcirco in debitum Monasterij, & 22. Iunij 1643. coram RR. Salamantino in primis etiam dixerunt, & in Maceraten. redditionis rationis 27. Martij 1645. coram R. P. D. meo Melio in §. quo vero ad Palatium. Et successiue percepti in quantitate solita, Rot. penes Acchill. de Grass. decis. 2. de restit. spol. & bon. men. Card. Seraph. decis. 1245. sub num. 6. versic. quantum vero ad quantitatem & Cauat. decis. 17. sub n. 1. versic. a solito enim & decis. 86. versic. vnde etiam, ac in recent. dec. 263. sub n. 4. versic. que locationes cum seq. p. 7.

Non obstat, quod clausula, Parito iudicato, in rescripto Signaturæ appositæ, respiciat solum scuta 5500. auri Thadææ debita pro restitutione dotis, non autem fructus, & alia in sententijs comprehensa; quia fructus à prædictis possessoribus percepti modo petuntur in quantitate concurrenti pro congrua satisfactione residui dd. scutorum 5500. auri pro quibus exequenda est res iudicata eorundem fructuum restitutionem comprehendens, vt legitur in eisdem sententijs.

Fructus igitur, quoad illos de Lignanis à prædicto anno 1606. vsque ad 1647. ascendunt ad libras 29650. Et quoad illos de Ninis, & Borellos eorum successores ad libras 4500. Quo vero ad Antonium Greppium, & ab eo causam habentes ad libras 5380. & in summis respectiue illos esse liquidandos Domini responderunt.

Et ita dictis de Calderinis, ac illis de Lignanis & Lucatellis informantibus, &c.

REVERENDISSIMO D. DVNOZET DECANO.
Romana Pecuniaria.

Luna 14. Iunij 1649.

ARGUMENTVM.

Cambia iniuste percepta, extenuant sortem. Debentur ab eo, per quem stetit non cambiari, quando suscepit mandatum ad cambiandum, loco damnorum & interesse: & ad quam rationem debeantur. Facultas in obligatione ad commodum creditoris, non ponit conditionem in ipsa obligatione, & suffragatur creditori, licet non declarauerit se uti velle.

SVMARIVM.

- 1 Obligatio in forma Camera paratam habet executionem.
- 2 Cambia iniuste soluta, sortem extenuant.
- 3 Obligatio precisa & coactiua, non suspenditur, nec minuitur, per facultatem, commodum creditoris respicientem, licet absque illa, se velle vii, declaratione.
- 4 Continuatio, non est primus actus, sed successiuus.
- 5 In cambiatio materia mercatorum attestatiombus est deferendum.
- 6 Testes ad aliquid deponendum requisiti, si vterius super negotium iudicium ferant, tanquam affectati, reijci debent.
- 7 Observantia in quacumque materia est adeo efficax in declarando, & interpretando, vt etiam propria verborum significationi præferri debeat.
- 8 Secus si sit æquiuoca, quia tunc non reuenat.
- 9 Solutiones, ad causam enunciatam, & veram, non autem ad aliam nullibi apparentem, nec veram, referenda sunt.
- 10 Testis vnicus non probat.
- 11 Nec de inuerisimili deponens.
- 12 Confessio, ac declaratio partis, que ex obseruantia subsequuta deprehenditur, in materia probationis, Testis depositioni præualet.
- 13 Cambia non debentur nisi ex pecunia numerata, effectiua, que super cambijs negotiari possit.
- 14 Creditor in statu exigendi pecunias à suo debitore, qui sit mercator publicus in Nundinis, cambia exercere solitus, quando non exigit illas penes eundem debitorem, concurrente aliqua consensu coniectura, in Nundinis cambiorum exercendas, dimittere censetur.
- 15 Eoque maxime si debitor in Nundinis, æque vel creditus, eam summam reperire, ac paratam habere potest.

DECISIO VII.

Mandatum Rotale ad instantiam Hieronymi Rosolini relaxatum contra Ioannem Antonium Pagninum exequendum esse DD. responderunt; Illius enim validitas non controuertitur, & iustitia manifestè patet ex apoca per dictum Pagninum subscripta die 30. Decembris 1631. in qua ipse soluere Rosolino scuta bis mille se obligauit in forma Camere Apostolicæ, quæ paratam habet executionem Rot. penes san. mem. Greg. XV. decis. 234. n. 1. Buratt. decis. 383. n. 1. ac in alijs congeffis in prima decisione huius causæ edita sub die 18. Iun. 1646. coram R. P. D. meo Corrado in princip.

Neque

Neque obstat exceptio compensationis cambiorum iniuste, vt prætenitur, solutorum, quæ proinde sortem extenuant, vt dixit Rot. in Romana cambiatio 17. Februarij 1642. coram R. P. D. meo Bichio, quia illa non subsistit, nam cum Pagninus se obligauerit dictas pecunias Rosolino debitas continuare in cambijs nundinalibus, ita quod nunquam ob eius defectum cessarent, prout legitur in eadem apoca, idque non præsterit, iure merito tenebatur Rosolino ad damna, & interesse, quæ fuerunt ab ipso Pagnino iuste soluta ad rationem octo pro centenario, ad quam eo toto tempore ascendisse iustificatur, vt latè probatum fuit in decisionibus huius causæ coram R. P. D. Corrado emanatis de anno 1648. sub 5. Iunij §. neque obstat quod cambia, & sub 31. Iulij §. præerea non obstat.

Minus subsistit repetita interpretatio prædictæ apocæ, cuius vigore prætenitur Pagnino fuisse iniunctum onus continuandi tantummodo dictas pecunias super cambijs, postquam Rosolinus illas ab alijs eo titulo recepisset iuxta facultatem ipsi in eadem apoca prius concessam; Quoniam obligatio Pagnini precisa fuit, & coactiua, ideoque suspendi non potuit per meram facultatem in præcedenti, atque distincta periodo, Rosolino pro maiori eius favore concessam, licet Rosolinus ea uti velle non declarauerit Dec. conf. 652. vifa punto sub n. 7. in fi. versic. alterius consideratum est cum seq. quem sequitur Rot. in Plac. Cambior. 19. Iun. 1634. coram bo. me. Merlino in §. tertio opponatur.

Neque repugnat ponderatio illorum verborum apocæ Promette, &c. di coninuar lui medesimo questa girata di detti cambij, &c. quæ præcedentem receptionem pecuniarum super eis videntur supponere, cum continuatio non sit primus actus, sed successiuus, vt inquit Rip. in rubr. ff. si cert. pet. n. 16. Cagnol. in rub. ff. de orig. iur. num. 1. ad med. Menoch. conf. 848. num. 4.

Tum quia obiectum procedit, quando talia verba referuntur ad creditorem, qui pecunias exburfauit, nam si ipse velit huiusmodi facere continuationem, necesse vique habet illas prius ab alio super cambijs recipere, vt subinde continuare valeat, cum illis enim pecunijs, quas alteri soluit & amplius non habet, continuare non potest, vt explicat Moder. Ianuen. in eius tr. de camb. disp. 3. q. 1. sub num. 9. versic. illa namque facultas. Non autem quando referuntur ad debitorem, qui pecunias sibi creditas habet, quas per se, vel per alium ad nundinas transmittit, ac in illis cambium exercere potest, nam hoc causa verba illa verè includunt, atque præferunt non solum progressum, sed etiam principium actus, ac totum ipsum negotium perinde, ac si dictum fuisset, di tenere, di girare e luy medesimo questa somma supra detti Cambij. in quo sensu congruè verificantur eadem verba etiam in debitore iux. trad. per d. Moder. loc. præc. sub n. 10. versic. retinere in fin. Ac in terminis super apoca de qua agitur specialiter attestantur mercatores supra triginta tam Urbis, quam aliarum insignium Italiæ Ciuitatum, vt legitur in Summar. Rosolini sub num. 6. & seq. quibus est deferendum, vt latè firmatum fuit in prædicta dec. edita sub 5. Iun. 1648. coram R. P. D. meo Corrado, §. secundo quia illa, &c. Non attentis contrarijs attestatiombus exhibitis pro parte Pagnini, quia Mercatores, qui illas confecerunt non attestantur simpliciter de significatione dd. verborum inter Mercatores recepta, quales erant illorum partes, sed incautè iudicium Salgado Labyrinthi, Credis. Tom. I. L.

proferunt, quod non debeantur cambia neque ratione damnorum, & interesse, atque ita si casus contingeret seruarietur, quod spectat ad Iudices, ideoque reijci debent, vt fuit dictum in Romana iustificatiois creditorum 13. Iun. 1635. coram bon. me. Pirouano in rec. decis. 52. n. 11. versic. in præsentibus autem, & sequ. part. 7.

Tum etiam quia subsequuta statim obseruantia, & continuata per annos circiter tredecim quibus Pagninus absque vlla contradictione soluit Rosolino interesse cambiorum, manifestè declarat, atque interpretatur, quod sub verbis illis dictæ partes voluerunt onus cambiandi d. pecunias ad Pagninum alio non expectato simpliciter pertinere quovque Rosolinus non declararet illas ab alijs pro maiori sua commoditate, vel indigentia iuxta facultatem sibi concessam, velle recipere; hic enim proprius effectus est obseruantie, vt re ipsa præferat præcedentis conuentionem, ac declarationem ad eam in quacumque materia efficacem, vt etiam propriæ verborum significationi præferri debeat, ex fusè alleg. in dd. decisionibus coram R. P. D. meo Corrado de anno 1648. emanatis sub die 5. Iun. in §. tum etiam ex obseruantia, & sub die 31. Iulij in §. fin.

Nec dicatur quod dicta obseruantia sit æquiuoca, ex quo solutiones æquè benè referri possunt tam ad cambia realia, quam ad neglecta per Pagninum, idcirco non releuet Rota decis. 120. n. 2. p. 2. recent. Quia verba ipsarum partitarum in libris Pagnini descriptarum remouent obiectum, cum referantur expressè ad damna, & interesse, quæ magis propriè conueniunt omittis per Pagninum contra tenorem suæ obligationis, ideoque dictæ solutiones ad hanc causam enunciatam, & veram, non autem ad aliam nullibi apparentem, nec veram referendæ sunt, vt fuit dictum in Casaten. census 3. Iunij 1644. coram R. P. D. meo Corrado in §. Non etiam obstat.

Ex quibus manifestè patet non aduerfari votum morale à pluribus Theologis subscriptum sententijs Pagninum non teneri ad vllum interesse Rosolino. Quia fuit redditum cum supposito, quod Pagninus non obligatus dictas pecunias in nundinis exercere antequam illas soluerit credens illas fuisse verè receptas; Quæ profus aliena sunt à veritate, cum & ille simpliciter obligatus esset, & soluerit ratione interesse Rosolini, eo quia ipse pectinias non exercebat, prout tenebatur, vt dictum est.

Minus etiam attendi debet depositio vnus Testis pro Pagnino examinati, deponentis Pagninum se obligasse continuare exercitium dictarum pecuniarum super cambijs, quando Rosolinus illas ad cambium ab alijs recepisset, ibi, dico che il Pagnino diede facultà al Sig. Rosolino di poterli pigliare 3 cambio, e quando l'hanesse presi il Sig. Rosolini, il Sig. Pagnini promise lui di continuare le girate di detti cambij; Quia vltra quod est vnicus, & non concludit, vt demonstrant sequentia verba; ibi, & non sò poi come restassero d'accordo; & non sò do como hò detto; &c. nec verisimiliter potest re-minisci verborum inter alios per decem; & octo annos antea prolatorum in facto minus notabili, nec ad ipsum pertinente iux. trad. per Crau. conf. 54. sub n. 15. versic. quinimo, Rota penes sa. me. Greg. XV. decis. 194. n. 7. versic. præsertim; & fuit dictum in Sano-gall. salmiani 3. Iun. 1647. coram R. P. D. meo Corrado B. 2. in §.

- 12 in §. altera pariter; Eius depositio eliditur, ex dicta obferuancia subsecuta, quæ contrariam præferret partium confessionem, ac declarationem omnino præferendam Roman. consl. 391. sub n. 8. vers. tertio probatur. Rota penes fa. me. Gregor. XV. decis. 357. num. 3. vers. sed voluit, & decis. 434. n. 14. vers. & clarum est.
- 13 Postremo non obstat quod creditum Rosolini præcesserit ex pretio mercium, non autem ex pecunia numerata & effectiua, quæ super cambiis negotiari posset, & propterea cambia non debeantur Rotam Romana cambiorum 18. Aprilis 1644. coram R. P. D. meo Peutingero; Quia cum Pagninus illas biduo ante, vt asserit, accepisset in solutum à Bonettis, & Bonettallis nomine Rosolini creditoris illorum pro summa scutorum 2225. 74. cuius creditorem in propriis libris Rosolinum descripsit, nihil impediabat quominus Rosolinum, qui pecunias sibi debitas exigere poterat, illas pœnas eundem Pagninum debitorem in nundinis cambiorum exercendas dimitteret, vt fuit dictum in prædictis decisionibus huius cause de anno 1648. coram R. P. D. meo Corrado emanatis sub die 5. Iun. in §. præterea, & sub die 3. Iul. in §. minus releuat.

15 Eoque magis cum Pagninus esset publicus mercator in nundinis cambia exercere solitus, vt notum est, qui vel ære, vel credito proprio bene complere poterat quod præmittebat, eamque summam in nundinis reperire, ac paratam habere Riminald. iun. consl. 152. n. 3. vers. accedit. Lopez de contract. lib. 2. c. 10. sub princ. vers. tertium autem genus. Molfes. de contract. c. 7. sub n. 44. Filliuc. tr. 35. p. 2. sub n. 344. & sub n. 432. vers. tertia ratio, & sub n. 344. Eminent. Cardin. de Lugo disp. 28. sub n. 8. de quibus circumstantiis non constabat in illa Romana Cambiorum pro Pagnino in contrarium allegata.

Et ita vtraque, &c.

Emin. & Reu. D. C. OTTHOBONO.

Romana Pecuniaria.

Luna 28. Iunij 1649.

ARGUMENTVM.

Apoca mutui simulata, nullam meretur executionem, licet sit obligatione Camerali munita. Ad conuincendam simulationem, sufficit causa simulandi, & concursus saltem duarum coniecturarum. Quid accipiatur pro tali causa. Et quæ habeantur tales coniecturæ. Simulatio est licita de Persona ad Personam, vel de contractu ad contractum, data validitate primi contractus.

S V M M A R I V M.

- 1 Apoca mutui simulata, nullam meretur executionem, licet sit obligatione Camerali munita.
- 2 Simulatio contractus conuincitur ex causa simulandi, & concursu saltem duarum coniecturarum.
- 3 Causa simulandi satis deducitur quando Apocam mutui præcessit contractus nullus, & inefficax.
- 4 Ad simulationis causam arguendam, sufficit ipsam simulandi causam fuisse à partibus opinatam, & verisimilem.
- 5 Simulationis coniectura oritur ex actu proximitate.

- 6 Et ex inuersione similitudine.
- 7 Et ex pactis insolitis apposis in Instrumento.
- 8 Deposito Testis, licet nulliter examinatus, cum sit pluribus adminiculis fulcitur, & sit verisimilis, plurimum inferuit ad inducendam simulationis probationem.
- 9 Simulatio, quid licita sit, & permessa de persona ad personam, vel de contractu ad contractum, declaratur procedere, data validitate primi contractus; secus autem quando contractus est nullus, quia tunc deficit prima obligationis substantia, quæ omnino ad hunc effectum requiritur.
- 10 Contractus nullus, non conuincitur per subsequentem ratificationem contrahentis, nisi probetur prius in ipso plena scientia nullitatis, nedum facti, sed etiam iuris.
- 11 Actus ratificatio, semper continet in se conditionem, si aliis firmus sit & validus.
- 12 Et ea ratione, quia ratificans potuit credere obligationem fuisse validam.

DECISIO VIII.

Fuit resolutum mandatum A. C. relaxatum ad fauorem Hieronymi Viualdi pro summa scutorum 1890. ba. 40. esse infirmandum ob Iustitiæ defectum, nam apocha mutui cuius vigore egit Viualdus tanquam simulata nullam meretur executionem licet sit obligatione Camerali munita Gales. de obligat. Camer. q. 18. num. 5. Farinac. de simulat. q. 162. num. 64. Rota post Zacch. de oblig. Camer. dec. 206. n. 1. & 207. num. 6. & in recent. decis. 61. n. 9. part. 5. & decis. 259. num. 8. part. 6. & in Romana Cambij 30. Iannar. 1643. in §. Inspecito pariter credito coram Reuerendissimo Domino meo Decano.

Ad conuincendam verò simulationem contractus sufficit causa simulandi, & concursus saltem duarum coniecturarum, Bart. in leg. post contractum 14. numer. 2. cum sequentibus ff. de donation. Rota in recentior. decis. 283. num. 13. part. 5. & in decis. 11. num. 3. part. 7. & in Firmana Prædij 14. Maji 1640. in §. & quod attinet ad caput coram R. P. D. meo Peutingero.

In hoc verò casu clara adest causa simulandi, nec desunt plures coniecturæ quæ eidem causæ famulantur, causa itaque satis deducitur, quia apocham mutui inter Benedictum & Ascentem præcedebat alius contractus cambij nulliter gestus inter Bonanum, & Benedictum tunc filium familias sine Patris consensu contra formam statuti Urbis, lib. 1. cap. 152. provt bis pro nullitate similis obligationis Benedicti resoluit Rota in Romana Societatis officij 10. Iannar. 1643. & 27. Iannar. 1644. coram R. P. D. meo Peutingero, Vnde cum creditum stante nullitate prædicta non posset Viualdo suffragari, is induxit Benedictum ad simulandum mutuum.

Quæ causa simulandi ex eo etiam corroboratur, quia Viualdus creditor eiusdem Bonanni consequutus est creditum Cambij, iam in initio cum Benedicto in summa scutorum 2620. pro scuris 1310. dumtaxat, & sic ob stare Viualdo poterat lætio enormissima, & poterant etiam superuenire alij Creditores anteriores Bonanni, & vindicare cambium subhastatum, quæ omnia demonstrant Viualdum voluisse Cambium de medio tollere, & mutuumque contraxisse simulando, cum Benedicto iam sui iuris effecto; sufficit enim causam simulandi fuisse à partibus opinatam & verisimilem, Hond. consl. 46.

consl. 46. n. 28. lib. 1. Farinac. d. quæst. 162. num. 138. Rota coram Buratt. decis. 901. num. 7. & in recent. decis. 11. n. 4. & 5. part. 7. post Zacch. de oblig. Camer. decis. 81. n. 9. & in Laurentiana prædij 22. Aprilis 1641. in §. neque oportet probare coram R. P. D. meo Bichio.

Pro coniectura verò plurium est consideranda proximitas contractuum, nam sub die 24. Iannarij Cambium præfatum fuit deliberatum Viualdo, & die 25. subsequenti fuit contractum mutuum, quod intra mensum fuit eidem Viualdo cessum, vnde oritur simulationis coniectura ex tot actuum proximitate, Decian. consl. 62. num. 83. lib. 3. Farin. d. quæst. 162. n. 46. Rota in Romana Cambij 27. Aprilis 1640. §. Alia autem coram bon. mem. Merlino Cyriac. controu. 219. n. 68.

Vigens etiam est coniectura quia in mutuo ingentis summa scutorum 1890. nulla fuit adhibita cautela aut reportata securitas, vnde oritur inuersione similitudo quæ plurimum attenditur ad detegendam simulationem, Rota dec. 61. n. 10. & dec. 283. n. 11. part. 5. recent. post Zacch. de oblig. Camer. decis. 18. n. 19. & in Romana Cambij 30. Iannar. 1643. §. Secunda quia coram Reu. D. meo Decano, & hæc coniectura fortius stringit, quia Viualdus est diligens, & accuratus, & Benedictus fuit à Patre exhæredatus, & prohibitus administrare aut vsumfructum percipere ex bonis filij hæredis Instituti, vt in Summ. Benedicti num. 7.

Præterea Adens creditor mutui illud cessit pro eodem pretio Viualdo tale quale erat absque aliqua obligatione de faciendo bonum, ac exigibile creditum cessum, vt fieri solet. Imò cum promissione euctionis ex dato, & facto ipsius cedentis tantum, & non alias, vt in Summ. Benedicti num. 3.

Vnde cum instrumentum prædictum contineat pacta insolita, bene arguit simulationem, Paris. consl. 55. n. 51. & 57. Ioseph. Ludou. concl. 51. vers. 32. coniectura est Decian. consl. 2. n. 37. lib. 1. Menoch. de præsumpt. præsumpt. 122. n. 67. lib. 3. Farin. qui plures congerit d. q. 162. n. 164. Rota dec. 24. n. 6. part. 3. recent. & in d. Romana cambij 30. Iannarij 1643. in §. quarta quia coram Reuerendissimo Domino meo Decano.

Denum ponderanda est depositio Testis in apocha mutui subscripti qui rem palam detegit, & licet sit nulliter examinatus, tamen cum eius attestatio sit pluribus adminiculis fulcitur, & sit verisimilis plurium inferuit ad inducendam simulationis probationem, Mant. dec. 324. n. 2. Rota in recent. dec. 122. n. 7. part. 1. & coram Buratt. dec. 306. n. 6. & post Zacch. de oblig. Camer. d. dec. 18. n. 16.

Non obstat quod simulatio sit permessa, & licita de persona ad personam, vel de contractu ad contractum, vt per Gratian. discip. 311. n. 9. & seqq. quia hoc procedere potest data validitate primi contractus; secus autem quando contractus est nullus provt hic cum celebratus fuerit cum filiofamilias, hoc enim casu deficit primæ obligationis substantia quæ omnino ad hunc effectum requiritur, vt declarat Bald. in l. si ex pretio 6. n. 2. vers. quadam est simulatio Cod. si cer. per. Surdus consl. 150. n. 78. Farinac. de simulat. q. 162. n. 43.

Neque euitari potest huiusmodi nullitas ex eo quod Benedictus sui iuris factus ratificauerit Cambium mediante mutuo celebrato, vt illud extingueretur, quia non potest dici inducta conuincitio seu ratificatio præcedentis contractus nulli non probata prius in Benedicto approbante scientia Salgado Labyrimb. Credit. Tom. II.

plena nullitatis nedum facti, sed etiam iuris, Gab. consl. 6. n. 60. li. 1. & consl. 62. n. 26. & 27. lib. 2. Rot. dec. 406. n. 25. p. 4. to. 2. & dec. 260. n. 12. p. 6. recent. coram Causl. dec. 612. n. 28. coram Buratto dec. 410. n. 10. & seq. & in Rauennaten. dotis 11. April. 1644. in §. quia fuit responsum cor. R. P. D. meo Corrado, & in ratificatione semper subintelligitur conditio si actus alias firmus sit, & validus, Valenzuel. consl. 177. num. 53. lib. 2. ea ratione, quia ratificans potuit credere obligationem fuisse validam; Bora post Cenc. de censibus decis. 278. n. 23. & seq. & in Romana pecuniaria 23. Martij 1648. §. Nec dictum prætensum creditum coram R. P. D. Dom. meo Melio.

Et ita fuit resolutum, vtraque parte informatæ, &c.

Eminentiss. & Reuerendiss. D. Card. Otthobono;

Romana pecuniaria.

Luna 5. Iunij 1649.

ARGUMENTVM.

Fideiussor Administratoris, pro reliquatu fideiussisse censetur, & maximè vbi verba continent expressam obligationem reddendi rationem.

S V M M A R I V M.

- 1 Fideiussor Administratoris, pro reliquatu fideiussisse censetur.
- 2 Et eo magis, vbi verba continent expressam obligationem reddendi rationem; clarè conuincunt promissionem quod Administrator reliquatum restituet.
- 3 Fideiussor reliquatus, tenetur ad residuum quousque creditori fuit integrè satisfactum intra summam in fideiussione præstitam.
- 4 Solutionis causa colligi debet à verisimili mente soluentis, & recipientis.
- 5 Solutio in Administratione, debet in dubio referri ad obligationem soluendi pecunias exactas; non autem ad obligationem soluendi reliquatum.

DECISIO IX.

Postquam resolutum fuit coram me sub die 15. Martij præteriti relaxari esse mandatum pro summa sc. 3. mill. ad fauorem D. Matthæi Sacchetti contra R. P. D. Honoratum tamquam fideiussorem Alexij, qui remanserat debitor D. Matthæi ultra prædictam summam, dum Rotam consulerem, vt moris est pro expeditione causæ ad Decisionis præscriptum Agentes, & Procuratores Domini Honorati institerunt, vt denuò super iisdem audirentur & cum Domini eorum petitionibus aueruerint fuerunt sæpissimè citati, inoniti, & vsque ad hanc vltimam Rotam expectari, sed ipsis informare recusantibus Domini persistebant in decisionibus.

Visa enim sunt subsistere Decisionis iam editæ fundamenta, quæ cum non fuerint impugnata, alio ea robore fulcitur non oportuit, ideo fuit restricta ad obiectum in decisione non examinatum, & ab Agentibus D. Honorati vociferatum in eod consistens, quod tres partitæ positæ ab Alexio in Banco eorum de Valentibus in creditum Domini Matthæi sub die 23. Martij 1644. Summ. num. 1. Constituentes summam scutorum 1000. cesserint in extinctionem obligationis, & fideiussionis D. Honorati;

norati, & pro prædicta sint deducen. ex summa scut. 3. mill. cum administratio Alexij esset finita per renunciationem ab ipso Alexio factam sub die 21. dicti mensis Martij, vt in Sumario D. Matthæi n. 2. Pro huiusmodi obiecti solutione fuit consideratum, quod fideiussio R. P. D. Honorati non est concepta simpliciter pro certa summa, sed pro reliquatu vsque ad summam scutorum 3. mill. quod aperte colligitur, tum ex natura negotij, quia scilicet fideiussor Administratoris pro reliquatu fideiussisse censetur Rota dec. 301. n. 6. p. 4. tom. 2. recent. tum quia D. Honoratus promisit, quod Alexius Administrator *Darà buono, e fedel conto della sua effazione, e di tutto quello, che gl' entrerà in mano del detto Signor Mateo, a fauore del quale prometto, e faccio la scorta per detto Saluati si no a' somma dissudi 3. mila, e voglio esser tenuto a pagarli a Sua Signoria Illustrissima qui in Roma liberamente senza eccezione alcuna sempre che restasse debitor per la suddetta causa*, quæ verba vti continentia expressam obligationem reddendi rationem clarè conuincunt promissionem, quod Administrator reliquatum restituet *l. cum seruus 81. ff. de cond. & demonst. Socin. sen. cons. 149. n. 3. lib. 1. Afflic. dec. 257. n. 2. Rota dec. 370. n. 4. p. 2. & dec. 301. n. 2. p. 4. tom. 2. recent. & coram sa. mem. Greg. 554. n. 2.*

Ideoque cum prædictæ tres partitæ insimul constituentes summam scutorum mille ab Alexio solutæ fuerint die 23. Martij 1644. Antequam ab ipso computa solidarentur, quod factum non fuit nisi sub die 21. Nouembris 1644. cedere prædictæ solutiones non possunt in causam fideiussionis, quamuis alias grauiorem; nam fideiussor reliquatus tenetur ad residuum quovsq; Creditori fuerit intergrè satisfactum intra summam fideiussione præscriptam, vt est textus ad litteram in *L. in fraudem 45. §. si principalis, ibi, nisi forte minus idonei sint; & in reliquum non ex soluta quantitate acceperint, ff. de iure fisci ibique Cuiac. & Gothofr. §. 11. & ponderauit Rota in Romana fideiussionis coram Cardinali Lancelloto seniori in sine impress. apud Marches. de Commiss. part. 1. folio 770. sub n. 3. & n. 8. coram Canal. decis. 139. n. 1. & decis. 155. n. 1. & in fi. quarum prima Canal. est repetita inter impress. post. 2. vol. cons. Farin. dec. 304.*

Er certè remouetur omnis difficultas ex eo, quod Alexius huiusmodi tres partitas summam sc. m. constituentes adscripsit in comptis administrationis eiusdem, & multo post constituit se debitorem reliquatus in summa sc. 3656. b. 90. per saldo di quanto resta debitore per maneggio d'entrata & uscita, quapropter nec Alexius met principalis debitor voluit dictorum scutorum mille soluere in causam reliquatus; nec in eam Dominus Matthæus recipere, quia nondum constabat Alexium fore debitorem, causa verò in quam fit facta solutio colligi debet à verisimili mente soluentis, & recipientis Corn. consil. 295. num. 2. lib. 3. Gratian. disputat. 224. num. 95. & assertæ solutiones referri debent ad obligationem soluendi pecunias exactas prout eas retulit Alexius, non autem ad obligationem soluendi reliquarum, vt benè ad propositum Rota in d. decis. 554. num. 4. & 5. coram sa. mem. Greg.

Et ita fuit resolutum informante tantum Domino Matthæo.

R. P. D. MELTIO:
Romana Pecuniaria.
Luna 28. Iunij 1649.

ARGUMENTVM.

Cambia, quæ non debentur vti cambia, quando de eorum realitate non constat ex literis expeditionis. Et reditus Nundinarum iuxta stylum Mercatorum; debentur saltem vti damna & interesse, quando illi, qui mandatum ad cambium susceperat non docuit se fecisse debitas diligencias de inueniendis Personis, quæ ad cambium pecunias acciperent. Et quomodo sit faciendæ talis liquidatio.

SVMMA RIVM.

- 1 Instrumentum obligatione cameræ vallatum, habet executionem paratam, etiam contra fideiussorem insolidum obligatum.
- 2 Mandatum executivum dicitur validum, quando ex resolutione Actorum apparet intervenisse omnia necessaria requisita pro validitate Iudicij: iuxta decis. Caputaqu. 260. part. 2.
- 3 Cambia non debentur vti cambia, nisi quando de eorum realitate constat ex literis, quæ vocantur expeditionis, siue dell'andata, ad nundinas transmissis, & ex aliis literis, quæ nuncupantur redditus de Nundinis, ex quibus illorum iustitia sufficienter probatur.
- 4 Cambia, quando non constat de istis substantialibus cambiorum non debentur, & exacta cedunt in extinctionem sortis.
- 5 Cambia debentur vti damna & interesse, ab eo qui, cum mandatu ad cambium susceperit, non adimpleuit quod debuit pro inveniendis personis, quæ pecunias ad cambium reciperent.
- 6 Cambia vti damna & interesse, debentur ad illam rationem, ad quam demonstratur ascendisse giratas cambiorum singularum feriarum temporis, quo cambia petuntur.
- 7 Compensationis exceptio non potest admitti in præiudicium illorum, quorum non probatur aliud quod creditum.
- 8 Probatione non admittuntur in illa instantia, ubi causa commissa fuit cum clausula si quid exequendum. Limitatur n. 10.
- 9 Debitor condemnatus, quotiescumque facit novas probationes, non impeditur creditor, quin nouis iuribus, & probationibus vti valeat, ad elidendam probationem iam factam.
- 10 Probationes nouæ passim sunt admittendæ ad elidendas nouas probationes ex aduerso factas, etiam in terminis clausula si quid exequendum.
- 11 Citatio ad dicendum contra, in productione Iurium, omninò requiritur.
- 12 Iura producta, absque citatione, non dicuntur de Actis.
- 13 Ampliatur quantum illorum exhibitio facta fuerit coram Notario, & Testibus.
- 14 Iura producta absque citatione, tanquam de Actis non existentes, nullam probationem faciunt.
- 15 Exceptio ad effectum vt pro reuelatis sit admittenda, opponenda est specificè, non autem in genere.

DECISIO X.

IN duabus decisionibus coram me in hac causa Iemanaris sub die 14. Maij 1646. & 23. Martij 1648. resolutum fuit mandatum de consignandò non esse exequendum stante quod aliud mandatum contra Venturam Mazzantem, & Gulielmum Roncallum, siue eius hæredes principales Debitores relaxatum ab Auditore Cameræ pro scut. 1500. ad fauorem Dominorum de Collectis prorata sortis, non sustineretur, quia cambia soluta non debentur, & sic ex illis fors extincta remansit, vnde disputato dubio sub die 15. Martij præteriti. An esset recedendum à decis. dilata fuit resolutio, & Domini ordinarunt quod disputaretur dubium, An mandatum relaxatum sit exequendum contra principales debitores, quo hodie proposito, affirmatiuè fuit responsum. Dubitatum enim non fuit de credito dictorum de Collectis aduersus Venturam Mazzantem debitorem, cum illud probatum remaneat ex publico Instrumento obligatione Cameræ vallato, vt in Summ. præteritæ positionis n. 1. cui obligationi tanquam fideiussor accessit Gulielmus Roncallus qui vti principalis principaliter, & insolidum se obligauit de omnibus, & singulis in d. Instrumento contentis eodem Summ. num. 2. quod vt habeat executionem paratam tradit Ang. in l. 4. §. condemnandum n. 4. ff. de re iudic. Gabr. consil. 67. n. 7. lib. 1. Gallef. ad formam obligat. Cam. p. 1. q. 1. n. 11. & q. 2. n. 9. & seq. Rota dec. 273. n. 4. p. 1. recent. & alibi passim.

Quod verò ad mandatum illius validitas controuerti non potest quia ex resolutione actorum apparet intervenisse omnia necessaria requisita pro validitate iudicij iuxta dec. Caputaqu. 260. p. 2. Rota dec. 173. n. 2. p. 5. rec. Iustitia etiam benè deprehenditur ex dicto Instrumento cambij stipulato sub die 25. Martij 1635. in quo Ventura Mazzantes se obligauit in forma Cameræ restituere eisdem Collectis sc. 2016. nempe quolibet anno ratam partem consistentem in sc. 250. vnà cum cambiis, & interesse, cui obligationi, vt dicebatur, quia accessit Gulielmus Roncallus principaliter, & insolidum, eo defuncto iuste obtinuerunt Collecti mandatum contra eius bona hæreditaria pro paghis decursis in summa scutorum 1500. ad computum & in extinctionem dictæ sortis.

Non obstat quòd in dictis duabus decisionibus in hac causa factis firmatum fuerit assertum mandatum relaxatum non esse exequendum, eo quia fors extincta remansit ex fructibus à Collectis, vt asseritur perceptis in summa sc. 2798. quia cambia non debentur, Nam vltra quod Collecti docent partem dictarum pecuniarum cessisse in aliam causam particularem, cessat obiectum, quia tunc Rota censuit, quod cambia vti cambia petentur, quæ certum est non deberi nisi quando de eorum realitate constat ex litteris, quæ vocantur expeditionis, siue de l'andata ad nundinas transmissis, prout etiam ex aliis litteris, quæ nuncupantur redditus de nundinis, ex quibus illorum iustitia sufficienter probatur, vt per Nauarr. in suo manuali tit. de se primo præcepto non furtum facies num. 289. Lauren. de Rodolph. de usur. part. 3. q. 1. num. 1. Rota Ianuen. decis. 37. n. 11. Seraphin. dec. 946. num. 1. At quia tunc non fuit doctum de istis requisitis necessariis, & sic de substantialibus cambiorum, merito dictum fuit fructus à Collectis exactos cedere in extinctionem sortis, cum cambia nullo pacto ab

illis prætendi potuerint, vt vltra allegata in prædictis decisionibus declarauit etiam Rota in Medio-lan. pecuniaria 27. Maij 1602. coram Litta, & decis. 711. n. 6. versio. cum illa nullo iure debeatur p. 3. & dec. 304. n. 2. p. 4. recentior. & fuit etiam dictum in Licien. Pecuniaria 29. Maij 1643. coram R. P. Dominino meo Bichio.

Vtrum quia postea Collecti sese melius declarauerunt, quod cambia prætendunt vt damna, & interesse ex quo Mazzantes, qui mandatum ad cambium susceperat cum fideiussione Roncalli, illud non adimpleuerat, nec docuerat fecisse debitas diligencias ad effectum reperendi personas, quæ pecunias ad cambium acciperent, nec illas reperuisse ex tali non adimpleto tam eum, quam eius fideiussorem teneri ad omnia damna, & interesse, quod prouenit ipsis Collectis declarat. *extr. in l. si quis alicui 27. §. qui suscepit. ff. mand. Rota dec. 479. n. 9. & 10. apud Cen. de cens. Romana, seu Ianuen. pecuniaria 1. Jul. 1644. §. aut petit coram R. P. D. meo Bichio, Romana pecuniaria 5. Jun. 1648. §. quia cum Pagninus, & 1. Jul. eiusdem anni §. quod certum est, & seq. coram, R. P. D. meo Corrado.*

Damna autem, & interesse ex parte illorum de Collectis concludenter probantur ex fide, quæ data fuit in eorum Summario præteritæ positionis num. 13. subscripta ab octo ex principalibus Urbis Mercatoribus, ex qua optimè demonstratur adfuisse plures occasiones cambiandi, & ex partitis, & giratis cambiorum singularum feriarum cambia nedum ascendisse, sed excessisse scuta sex pro quolibet centenario toto illo tempore, quo à Collectis cambia petuntur cum illa fuerint inter partes conuenta ad dictam rationem scutorum sex, vt in eodem Summario num. 1. & vt illa sufficienter ad iustificationem prætenforum damnorum, & interesse admittit Rota in d. Romana pecuniaria 1. Jul. 1648. §. quia certum est ibi iustificatur ex iuratis Mercatorum attestacionibus coram R. P. D. meo Corrado, stante hac igitur probatione damnorum, & interesse cessat compensatio in sortem, quia compensationis exceptio non potest admitti in præiudicium illorum de Collectis, dum non probatur aliquod eorum debitum, vt declarauit Rota decis. 224. n. 3. p. 5. rec.

Minus refragatur replicatio in d. decisionibus data quod damna, & interesse non fuerint iustificata in prima instantia coram A. C. à quo fuit relaxatum mandatum, quæ hodie ex nouiter deductis probati nequeant, stante quod causa commissa fuit in Rota cum clausula si quid exequendum; Rota dec. 64. n. 1. & 5. dec. 162. n. 1. & dec. 260. n. 5. inter impressas penes Pacif. de Saluian. iuxta nouam impressionem, & alias sape. Quia cum à Roncallis, & sociis reis conuentis non fuerint exhibitæ ante relaxationem mandati solutiones, quæ prætenduntur in sortem imputandæ, sed post quod benè probatum remanet, nam d. solutiones fuerunt productæ sub die 4. Decembr. 1645. Summario de Collectis num. 14. mandati verò relaxatio præcessit, cum decretum fuerit factum sub die 9. Julij 1644. & 2. Decembris 1245. vt in eodem Summ. num. 6. & 7. sicut exceptio dictorum de Roncallis imputandæ mandati iustificatur ex nouis probationibus, ita potest ea nouis iustificari replicatio eorumdem de Collectis pro obtinenda eiusdem mandati executione, nam quotiescumque debitor condemnatus facit nouas probationes, non impeditur creditor quin nouis iuribus, & probationibus vti

valeat ad elidendam probationem iam factam bene Rota dec. 168. n. 10. inter impressas pariter apud eundem Pacific. de Saluan. Anconitana bonorum

10 22. Maij 1603. coram bo. me. Iusto, & in Papien. pensionis 19. Nouemb. 1608. coram Ortembergo, & passim sunt admittendæ nouæ probationes ad elidendas nouas probationes ex aduerso factas, & hoc optima ratione, ne aperta remaneat via Reo de nouo deducendi totum, & omne illud quod sibi magis proficuum existimauerit sibi spe quod Actor exhiberi non possit noua iura ad exclusionem eorum quæ ab ipso reo fuerunt producta, & sic executiuam viam elidendi, vt in terminis clausulæ si quid exequendum, explicat Add. ad Greg. XV. dec. 27. 2. sub num. 9. vers. sicut etiam quis admittitur Rota in Eugubina dotis 12. Februarij 1642. coram Salamantino.

11 Eoque magis dicebant Domini non esse attendendam d. solutionum exhibitionem, quia emanauit absque citatione ad dicendum contra, quæ omnino requirebatur secundum Bald. in l. 1. in ff. C. de sent. ex breui recitand. Caslador. dec. 1. n. 5. de exception. Caputaq. dec. 99. p. 2. quæ quidem solutiones, nec possunt dici de actis ex solo defectu dictæ citationis, Honded. conf. 75. n. 34. lib. 2. Cæf. de Crass. dec. 3. n. 7. de restit. spoliat. quamuis illarum exhibitio facta fuerit coram Notario, ac testibus Barbof. in c. contingat num. 2. de fid. instrum. Roman. conf. 519. num. 13. & seq. cum aliis relatis in dec. 361. sub n. 3. coram Penia.

14 Nec releuat quod dum facta fuit exhibitio solutionum reperita appareant alia iura & solutiones exhibitæ de anno 1643. quia per huiusmodi repetitionem non suppletur defectus d. citationis ad dicendum contra, qui solus operatur, vt tales solutiones licet productæ nullam probationem faciant tanquam de actis non existentes, vt vltra iam allegata explicat etiam Felin. in c. quoniam contra n. 40. de prob. Rot. dec. 1. n. 3. de fid. instr. in nou. Caputaq. dec. 117. n. 6. p. 3. Cæf. de Crass. dec. 16. n. 4. de prob. Omitti neque debet, quod dum rei conuenti nunquam exceperunt specificè de imputatione in forte solutionum alias ab ipsis factarum pro interesse, necnon huiusmodi interesse ex iam deductis verè, & realiter Collectis sit debitum ex causa non adimpleti mandati suscepti à Mazzante pecunias ei traditas ab ipsis Collectis Cambiandi attendenda hodie non sit generalis solutionum exhibitio facta, quia exceptio ad effectum vt pro releuanti sit admittenda opponenda est specificè, non autem in genere iuxta text. in l. scire, §. scire autem oportet, ff. de excusat. tutor. cap. vt circa de elect. in 6. Clem. Constit. eodem tit. Felin. in c. Pastoralis n. 13. de excepr. Bald. in l. 1. n. 44. C. vnde vi, Manen. dec. 15. n. 45. & fuit dictum in Beneuennana Canonatus 8. Februar. 1647. §. ac semota coram R. P. D. meo Bichio, Et ita vtraque parte infotmante fuit resolutum, &c.

R. P. D. MELTIO.

Brundusina Bonorum.

Sabbathi 23. Iannarij 1649.

ARGUMENTVM.

Possessio probatur tum ex cessione qualificata partis, tum ex præcepto de exhibendo & dimittendo. Et plura de possessione, & sequestro.

S V M M A R I V M.

- 1 Possidere dicitur ad effectum manutentionis, qui detinent rem controuersam.
- 1 Confessio qualificata partis recipitur in possessorio Iudicio sanore possidentis absque vlla qualitate vitij.
- 3 Possidere dicitur qui exhibere, vel dimittere rem, mandatur.
- 4 Præceptum de discedendo è domo, supponit possessionem in præceptum.
- 5 Probationes leuiore sufficiunt in possessorio Iudicio, ad consequendum madatum manutentionis.
- 6 Possessio titulata, non titulata præfertur in Iudicio possessorio.
- 7 Sequestrum Iudicis; ritè & rectè procedentis, turbat possessionem naturalem, & ciuilem.
- 8 Citationis omisso, vitiat sequestrum.
- 9 Sequestrum vt odiosum, regulariter est prahibitum, nec conceditur, nisi iure expresso permitteme.
- 10 Sequestrum permittitur contra succumbentem in causa; non tamen in Iudicio possessorio.
- 11 Possessor, lite pendente, non est remouendus à sua possessione.

DECISIO XI.

Domini dixerunt Ioan. Mariæ Monetæ dandum esse mandatum de manutendo in possessione bonorum hæreditariorum q. Francisci eius fratris, quia de illius possessione satis constat ex confessione Theodori, & litis Consortium ex libello per eos porrecto Reuerendiss. Archiepisc. Brundusino Summ. Ioan. Mariæ n. 2. in quo dictus Ioannes Maria enunciatur habitator Domus, ac detentor bonorum mobilium hæreditariorum dicti q. Francisci, ex tali enim assertione probari possessionem ad effectum manutentionis respondit Aym. conf. 150. num. 5. & sapius firmavit Rota, ac signanter dec. 802. part. 1. diuers. & coram san. memor. Gregor. XV. dec. 200. n. 2. ibique Adden. n. 5. littera A. etiam si pars asserat aliquem occupatorem, quia tunc quamuis confessio videatur qualificata, ex quo non fatetur possessorem simpliciter, sed cum qualitate vitij, nihilominus recipitur confessio respectu possessionis, reiecta qualitate vitij, quæ habet præsumptionem iuris contra se, Bart. in l. Aurelius §. idem questit ff. de liber. legat. Rota coram san. memor. Greg. XV. dec. 358. n. 1. vsque ad 6. & coram bo. me. Buratto dec. 100. n. 18.

Idque facilius in proposito casu; in quo cum assertionem partis enunciantis Ioan. Mariam habitatorem, & detentorem; concurrat etiam decretum Archiepiscopi Brundusini mandantis eidem Ioanni Mariæ quod bona hæreditaria Francisci eius fratris exhiberet, domumque vacuam, & liberam relinqueret, vt in eodem summario n. 3. Exhibitio enim, ac dimissio in necessarium antecedens supponit possessionem penes debitentem illam exhibere, ac dimittere non secus ac priuatio habitum, per ea, quæ in similibus terminis dixit Rota in recent. dec. 347. n. 1. p. 2. & coram bon. mem. Buratto dec. 160. sub n. 5. versic. quæ clarior redditur, & dec. 491. n. 2. versic. comprobatur eadem possessio. Et clarum est quod petens, vt alius dimittat, fatetur non se, sed alium possidere, Rota coram Card. Canalicario dec. 106. n. 1. versic. anterioritas autem possessionis, & dec. 619. n. 4. versic. respondebatur, ac coram Buratto d. dec. 260. n. 4. nouissimè in Alexandrina Canonatus 9. Decembris præteriti coram R. P. D. meo Cerro

4 in §. etenim probat, &c. & in terminis præcepti obtenti de discedendo ex domo, eamque dimittendo, vt illud probet possessionem præceptati Modern. Perul. tr. de manut. obseru. 19. n. 30. versic. vel obtinuerit præceptum. Rota in Ferrarien. bonorum 2. Martij 1626. coram bo. mem. Buratto.

Ex his cum possessio remaneat sufficienter probata ad effectum manutentionis, illa negari non debet Ioan. Mariæ Monetæ vulg. §. retinenda instit. de interd. l. prædia, vbi Bart. de acquir. possess. Rota coram bon. mem. Coccino dec. 486. n. 2. coram Durano dec. 330. n. 1. coram R. P. D. meo Royas, in Spoletano bonorum 7. Febr. 1648. in princ. præsertim dum dicta possessio recipit etiam non modicum adimniculum ex præcedenti titulo aditionis hæreditatis cum beneficio l. & inuentarij factæ per eundem Ioann. Mariam vt hæredem proximiorum dicti q. Francisci eius fratris Summar. num. 3. in iudicio enim summariissimo manutentionis quamuis sufficiant leuiore probationes, Menoch. de retin. rem. vlt. n. 34. Rota coram san. mem. Greg. dec. 324. n. 5. coram Cardin. Cauat. dec. 75. num. 4. etiam sine iustificatione alienius tituli l. 1. §. sicut in re dicti ff. vt possideris, Rota coram Greg. dec. 275. num. 12. & dec. 9. num. 9. nihilominus possessio titulata est magis manutenebilis, & semper præfertur possessioni non titulata; Menoch. de retin. rem. 3. n. 733. Grat. discip. for. cap. 402. num. 1. & 2. Adden. ad Gregor. XV. dec. 323. n. 4.

Neque releuat quod dictus Archiepiscopus Brundusinus mandauerit apponi sub sequestro bona hæreditaria dicti q. Francisci, & ita prætendatur ex facto Iudicis Ioann. Mariam perdidisse omnem possessionem tam naturalem, quam ciuilem, Ang. in l. clam possidere §. qui ad nundinas n. 2. in fin. vbi etiam Iaf. num. 2. ff. de acquir. possess. Rota penes Mohedan. dec. 4. n. 4. versic. quinta auctoritas Iudicis de rest. spol. & dec. 802. part. 1. quia obiectum procedit in Iudice ritè, & rectè procedente, secus si nulliter & iniuste, tunc enim non priuat possessione, ex quo videtur procedere tanquam priuatus, Corn. conf. 293. n. 4. lib. 3. Rota penes Buratto. dec. 158. n. 5. & latius probauit in Romana de Bombellis 31. Maij 1613. coram bo. me. Sacrato apud Modern. de manut. dec. 9. n. 20. vers. proinde sicut, & penes Martin. Andream dec. 29. n. 7. & in Comen. iurisparronatus 25. Iun. 1646. coram R. P. D. meo Corrado in §. non obstat vltimo, & post alios comprobat Grat. discip. forens. c. 950. n. 30.

Nullitas autem sequestri visa fuit patens tum ex defectu citationis d. Ioan. Mariæ, qui citari debebat provt in terminis sequestri firmavit Rota bon. mem. Buratto dec. 186. num. 8. tum etiam quia factum fuit pendente tempore ad appellandum à sententia graduatoria lata per dictum Archiepiscopum ad fauorem præfati Theodori, vt colligitur eodem summario n. 2. & 3. cap. non solum de appe. in 6. imò post appellationem ab eo interpositam Summar. d. n. 2. Rota dec. 168. n. 1. part. 4. n. 2. recent. cum aliis allegatis in Calaguritana beneficij 23. Iun. 1645. coram R. P. D. meo Arguelles, & alibi passim.

9 Constat etiam de iniustitia ex Regula iuris vulgata, quod sequestrum tanquam odiosum regulariter est prohibitum l. vn. Codic. de prohib. sequest. per tot. & ibi gloss. in verb. sequestrari, & ibidem Abb. n. 7. & seqq. de sequestr. possess. & fruct. Rota dec. 464. num. 2. part. 1. recent. dec. 324. num. 1. coram Card. Cauatario nouissimè in Mediolanen. Canonatus seu præbenda 8. Iunij præteriti coram R. P. D.

meo Bichio in princ. & vt concedatur debet dari casus exceptuatus in quo iura illud permittant Rota dec. 168. num. 2. recent. tom. 2. coram san. mem. Gregor. XV. dec. 118. num. 1. & 2. casus autem exceptus probandus venit ab eo, qui petit sequestrum, Paris. conf. 41. num. 22. vers. vt igitur part. 1. & coram Card. Cauat. d. dec. 324. num. 1.

Neque alicuius releuantæ visum fuit quod post latam sententiam sequestratio permittatur contra eum, qui in causa succubuit, licet à d. sententia appellauerit ad text. in l. Imperatores §. vlt. ff. de appell. l. si fideiuss. §. vltimo, ff. qui satisd. cogan. Natt. conf. 584. n. 1. & 2. Paris. conf. 41. num. 45. & seqq. lib. 1. Put. dec. 162. lib. 2. Quia dictæ doctrinæ loquentes de sequestratione fructuum, quæ fieri solet post latam sententiam quando adest timor dilapidationis non sunt applicabiles in sequestratione possessionis, de qua nunc agitur, possessor enim lite pendente non est remouendus à sua possessione, vt declarat Bald. in l. quidam existimauerunt, & ibi Iaf. num. 4. versic. istud vltimum ff. si certum petat. Bald. in d. i. vnica. sub n. 3. versic. & alia est, C. de prohib. sequest. Dec. in l. vltima n. 7. C. de edit. D. Adr. tollen. Paris. d. conf. 41. n. 17. cum seqq. Rota coram Card. Cauat. dec. 324. n. 3. & 4.

Et ita informante tantum Ioann. Maria Moneta fuit resolutum, &c.

R. P. D. CERRO:

Romana de Lutraghis.

Veneris 14. Iunij 1647.

ARGUMENTVM.

Assignatio, & receptio in solum pro credito in posterum declarando, nullum habet respectum ad hoc, vel illud creditum.

S V M M A R I V M.

- 1 Scriptura id continere videtur quod continet ille, ad quam refertur.
- 2 Decretum, vigore cuius fit Instrumentum explicatur ab ipso instrumento.
- 3 Assignatio crediti declarandi, se habet indeterminate ad hunc, vel illam declarationem.
- 4 Declaratio faciendammuat titulum ipso iure, si sequatur in possidente.
- 5 Assignatio rei, cum declaratione faciendâ, transfert dominium temporaneum & reuocabile.
- 6 Breue Pontificium habet vim legis.
- 7 Voluntas quandoque metitur à potestate.
- 8 Mandatum generale suspicit ad electionem, in quam causam cedat solutio, quando creditum est determinandum.
- 9 Molestia iudiciales ab vna parte cessantes; indicant ratificationem partis; & quod amplius acta impugnari nequeant.
- 10 Ratificatio idem operatur, ac mandatum, licet speciale in actu requiratur.
- 11 Sorte extincta, cessant fructus debiti.

DECISIO XII.

Domum de qua agitur, traditam Ven. Congregationi Latecanen. cessisse in computum primi partiti Anni 1585. non autem secundi Anni 1588. & sic sententiam A. C. esse infirmam, resolutum fuit die 4. Iunij 1646. & in hac resolutum.

resolutione etiam hodie Domini permanserunt causa quinquies proposita, & acerrime discussa: Dum enim dicta domus assignata, & recepta fuit pro scutis 13 mil. compensandis in summa, & quantitate pecuniarum, in qua eadem Congregatio fuerit declarata creditrix Ioan. Baptistæ, & hæredum q. Pompilij, satis sit evidens assignationem non fuisse factam determinatè pro vno credito magis, quam pro alio, sed indeterminatè pro credito in futurum declarando, & proinde dum postea per subsequutam sententiam bon. memor. Iusti Congregatio de Anno 1601. fuit declarata creditrix vigore primi partiti, consequens est, vt in hanc causam cesset assignatio vsque ab initio, perinde ac si ab eo instanti facta fuisset declaratio, cum per relationem ad declarationem faciendam, eadem declaratio videatur à principio inesse ipsi assignationi, vt sequendo dispositionem *Text. in leg. asse toto ff. de hered. instit. firmatum fuit in procedenti decisione §. hinc autem.*

Nec obstat, quod in Decreto Congregationis Deputatorum sub die 25. Iunij 1596. in cuius executionem celebratum fuit instrumentum assignationis, & dationis in solutum Deputati decreuerint domum præfatam Congregationis, & Canonic. Lateran. in solutum tradere a conto del lor credito nulla adiecta qualitate faciendæ declarationis.

Quia dum in eodem Decreto referuata fuit Instrumenti confectio ad dictamen sapientis, ibi, *si dia in solutum a conto del lor credito alli Padri della Pace, &c. & con el clansule, & cautele da stenderfi nella stipulatione dell' Instrumento ad dictamen Sapientis, & iuxta stylum, &c. summ. impress. Primicerij n. 8.* Licitum fuit in ipso Instrumento explicare, & addere per verba explicita, quæ fuerunt de mente, & voluntate contrahentium tempore decreti, vt aliis omittis responsum fuit in Romana quartæ dotalis 27. Aprilis 1646. coram meo §. animaduertentur. Et sicut decretum antea factum inseruit pro declaratione Instrumenti subsequenti, ita etiam subsequens Instrumentum præcedens Decretum declarat ex congestis ad propositum per Alexand. conf. 52. n. 24. & 25. lib. 4.

Provt nec subsistit quod tempore decreti, & assignationis creditum primi partiti non esset in substantia certum, sed à Deputatis, aliisque creditoribus acriter controuersum. Nam contrarium conuincitur ex sequenti facti serie, Decretum enim factum fuit die 25. Ianuarij, ac assignatio die 9. Aprilis 1596. d. Summar. n. 8. & 9. Et tamen Congregatio sub die 14. & 24. Februarij 1595. obtinuit extrahi omnes, & singulas partitas descriptas in libris Luraghi, provt in illius executionem extractæ fuerunt incipiendo ab Anno 1585. quo primum partitum initum fuit eodem Summ. num. 3. & 4. ac super illis electi fuere Periti, & Calculatores Summ. Congregationis num. 5. Et denique die 2. Martij eiusdem anni 1595. contra Deputatos, & alios creditores ipsa Congregatio produxit Instrumentum census scutorum 9000. venditi Caffarelli, quem Luraghi in primo partito extinguerent promiserant, & die 3. eiusdem illos citauit ad docen. Luraghos præfatam censum extinxisse, ac 1. Octobr. sequentis, ipsemet Deputati consenserunt, vt Caffarellus redderet ad primæua iura census non extincti d. Summ. Primicerij n. 6. 7. & 19. Ex his enim clarè patet creditum vtriusque partiti eodem tempore fuisse in iudicium deductum, & pro vtriusque satisfactione pariformiter instatum,

adeo vt sicuti creditum secundi partiti erat in substantia certum, ita pariformiter erat certum creditum primi: Quod autem dicitur fuisse controuersum à Deputatis, aliisque creditoribus tollitur ex decisione in Romana erroris calculi 16. Nouemb. 1601. coram bo. me. Iusto, vbi apparet quæstionem, & controuersiam pependisse dumtaxat super certis erroribus nonnullatum partitarum in calculo illius commissis. Hinc enim fortius conuincitur assignationem nec decretam, nec factam fuisse determinatè pro vno magis, quam pro alio, sed indeterminatè pro credito in futurum declarando, cum vtrumque eodem modo in substantia certum futuram tamen declarationem, & liquidationem expectasset.

Et nihil releuat, quod prius declaratum fuerit creditum secundi partiti in sententia scilicet lata Anno 1600. quam primi per aliam sententiam anni 1602. quia cum assignatio, vt dictum est, fuerit indeterminatè concepta non respicit magis tempus primæ, quam secundæ declarationis ex *Theoric. Socc. in l. solempni n. 6. ff. de cond. & demonstr. quam sequitur fuerunt Casanat. conf. 4. n. 105. & 106. aliique relati in altera decisione §. similiter.* Non obstante quod sequuta ex prima sententia declaratione crediti secundi partiti, impleta fuerit conditio, & contractus remanserit perfectus ad *text. in l. bonæ, §. hoc sermone ff. de verb. signif.* Quia cum dicta prima sententia non fuerit simpliciter prolata, sed cum expressa referuatione declarandi aliud creditum eiusdem Congregationis proueniens ex causa primi partiti, ibi, *Item Ven. Congregatione Lateran. vigore primi partiti, & Instrumenti anni 1585. & alias quomodolibet, quarum causarum cognitionem, & declarationem, ac finalem ac executionem nobis etiam referuamus, &c. Sum. Primicerij veteris positionis n. 8.* Dum idem Iudex inhærendo d. referuationi subinde illud declarauit graduando Congregationem super omnes in antecedenti sententia nominatos tempore posteriores, perinde est ac si in eadem prima sententia illud quoque creditum declaratum, & graduatum fuisset, vt præter deductos in d. dec. firmavit Rota dec. 1. in fi. vt lit. pendens in nou. Et statim emanata secunda declaratione mutatus fuit ipso iure titulus primæ, & conuersus in hanc secundam habentem causam anteriorem, inceptisque remansit contractus, qui ex prima declaratione reuocabilem perfectionem habuerat ipsaque Congregatio ex anteriori credito primi partiti cepit domum possidere per *text. in l. 3. §. qui fideicommissum ff. de hered. instit. & in l. fundo ff. ad l. falcid. Bald. in l. 2. sub n. 63. v. sed pone. C. de seru. & aqu. Castr. conf. 345. sub n. 5. v. per quod patet. & conf. 390 sub n. 11. v. quimimo l. 1. aliiisque relatis firmavit Rota dec. 97. n. 7. & dec. 108. n. 2. cum seqq. par. 5. recent.*

Attenta præsertim expressa protestatione specialiter amissa in dicto Instrumento assignationis, ibi, *sine tamen præiudicio quorumcumque iurium aliis creditoribus si qui sint prioribus, & posterioribus competent. in euentum, in quem de tali prioritate, & posterioritate villo vnquam tempore legitime constet, & non alias, &c.* Hinc enim statim, ac declaratum fuit creditum anterius euauit, titulus posterioris crediti, qui dominium in Congregationem transtulerat temporaliter solum, & reuocabiliter, donec scilicet, & quouisque constaret de credito anteriori, vt respondit Rota dec. 161. num. 6. par. 4. diuers. in Romana pecuniaria 30. Aprilis 1629. coram bon. mem. Merlino, & in Lucana successione

21. Iunij

21. Iunij 1630. coram R. P. D. meo Ghislerio, in rec. decis. 270. n. 19. & dec. 394. sub n. 27. vers. præterea par. 5.

Sed vltius hodie Domini existimant assignationem vsque ab initio factam fuisse in causam primi partiti, cum ex forma Breuis sanct. mem. Clementis VIII. Motu proprio emanati, satisfieri deberet creditoribus illorum de Luraghis iuxta ipsorum proprietatem, & potioritatem, ibi, *& mandamus Dilecto filio nostro Cam. Apostol. Auditor. sine, &c. quod statim, &c. possessionem, seu quasi omnium, & singulorum bonorum iurium, actionum, &c. ad dictum Ioann. Baptistam &c. spectant. &c. ad se auocet, illaque unicuique ex creditoribus iuxta tamen prioritatem, & potioritatem ipsorum, & iuxta æstimationem, &c. in extinctionem suorum creditorum assignet recepta ab illis cautione sub obligatione de restituendo prioribus, & posterioribus, &c. dicto Summ. impress. Primicerij n. 11.* Dum ergo Deputati in illius executionem Domum de qua agitur Congregationi assignarunt, assignatio præsumitur facta in causam primi partiti, vt cautum fuerat in Breue; quod vim legis habet *leg. fin. Codic. de legib. Gabr. conf. 151. in princ. lib. 2.* Potius quam in causam secundi contra formam Breuis, & intentionem Pontificis metiendo voluntatem à potestate, ad *Text. in leg. Lucium §. Imperatores. ff. ad municip. & in l. si qua sita. ff. de condition. & demonstrat. Rota in recentior. decis. 682. num. 31. par. 8.*

Et hoc etiam clariùs conuincitur ex ipsa assignatione. Præmissis enim pro constanti, quod in primo partito simul, & insolidum se obligauerint, tam Ioann. Baptistam, quam Pompilius de Luraghis, in secundo vero partito Ioann. Baptistam dumtaxat, Dum assignatio facta fuit pro scutis 13 mil. compensandis in summa, & quantitate, in qua Congregatio fuerit declarata creditrix Ioan. Baptistæ, & hæredum Pompilij, ac eodem modo ipsamet Congregatio illam acceptauit, & compensare promisit, ibi, *qua scuta 13 mil. idem Reuerendiss. P. D. Don Vrbanus Procurator prædicto nomine, &c. bona facere, & compensare promisit, prout ex nunc compensauit, & bona fecit eisdem DD. creditoribus absentibus &c. in summa, & quantitate pecuniarum, in qua d. Ven. Congregatio. fuerit declarata Creditrix d. Ioann. Baptistæ Luraghi, & seu hæredum q. Pompilij Luraghi &c.* Consequens est necessarium, quod facta fuit in extinctionem crediti primi partiti, in quo Pompilius, vt dictum est obligatus reperiebatur, non autem in extinctionem secundi, in quo ipse nec interuenit, nec obligatus fuit.

Comprobantur prædicta. Primo ex subsequenti declarationibus, Congregatio enim mediante ipsius Procuratore iteratis vicibus in iudicio declarauit se retinere domum, de qua agitur, ex causa eius crediti proueniens ex dicto primo partito, & vigore istarum Declarationum se defendit in eius possessione aduersus alios creditores anteriores secundo partito d. Summ. Primicerij num. 20. Nec huiusmodi declarationes impugnari possunt ex defectu mandati procuræ, Tum quia ad effectum eligendi in quam causam cedat solutio sufficient generale mandatum, ea deductis in dicta decisione §. ex subsequenti; Tum quia dum Congregatio aduersus dictos creditores secundo partito anteriores retentionem obtinuit, & cessarunt molestiæ ab ipsa tacitè ratificatæ censentur, itavt anti-

plius impugnari non valeant Rot. decis. 39 num. 1. de procurat. in nou. & decis. 208. num. 4. par. 4. diuers. Tum denique quia superuenit expressa ratificatio Abbatis Monasterij Sanctæ Mariæ de Pace Procuratoris generalis ipsius Congregationis, qui ratificando omnia, & quæcumque gesta per dictum Procuratorem, eundem specialiter substituit in omnibus causis motis, & mouendis, actiuis, & passiuis dicto num. 20. quæ ratificatio idem operatur, ac mandatum etiam illud speciale requireretur, l. quod si de speciali 27. vbi Bart. Digest. de minor. lib. 3. §. si Procurator, vbi Dec. num. 2. in 2. notab. Digestis quod quisque iur. san. me. Gregor. dec. 525. 10 num. 5. & bon. mem. Buratt. decis. 301. num. 8. ibique Adde. n. 19. & seqq.

Secundo principaliter ex sententia prolata à bon. mem. Merlino 7. Iulij 1627. in qua Congregatio Lateranen. declarata fuit creditrix Ioann. Baptistæ Luraghi in scutis 13935. & bon. 32. ac damnorum, & interesse occasione secundi partiti, & pro illorum satisfactione illi adjudicata fuerunt rubra 149. Casalini Capicotte ad rationem scuti. 90. monete pro quolibet rubro, ibi, *Dicimus &c. constare de credito ipsius Ven. Congregationis Lateranen. cum Ioann. Baptistæ Luraghi in summa, & quantitate scutorum 13935. & bon. 32. pro quibus in sententia graduatoria per bon. mem. Reuerend. P. D. Iustum lata in duodecimo loco occasione conventionis, seu secundi partiti, &c. graduata reperitur, & pro eadem summa &c. fuisse, & esse debita, & eidem Congregationi deberi damna, & interesse ad rationem fructuum censuum non extinctorum, &c. Item Dicimus &c. ad computum summa &c. ac damnorum, & interesse fuisse, & esse eidem Congregationi pro concurrenti quantitate adjudicanda rubra dicta 149. scuti. 14. & quart. 9. partis, & de parte dicti Casalini Capicotta pro indiuiso ad rationem scutorum 90. monete pro quolibet rubro iuxta æstimationem &c. prout illa adiudicamus, & adiudicari, & pro adiudicatis haberi mandamus &c.* Hinc igitur amplius controuerti non potest assignationem factam anno 1596. cessisse in extinctionem crediti primi partiti, alias enim si domus tunc temporis assignata fuisset in causam secundi vtiq; illud pro concurrenti rata scuti. 13. mill. extinctum remansisset, adeo vt pro illius satisfactione nullatenus adiudicari valuisent dicta rubra 149. quorum æstimatori præfatam summam excedit, multoque minus declarari potuisset deberi damna, & interesse, cum ea statim extincta, & restituta forte tanquam illi accessoria cessassent l. debitor. Digest. de vsur. leg. si creditorici, & leg. si per te. Codice eod. leg. fin. ibique notant gloss. & DD. Digestis de eo quod cert. loc. Rota Ianuen. decis. 61. num. 1. vers. nec per se, Rot. in recent. decis. 660. sub numer. 2. vers. & ideo par. 3. aliiisque ad propositum egregiè relatis dictum fuit in Romana pecuniaria. 18. Iunij 1646. coram Reuerendiss. R. P. D. meo Corrado §. præterea.

Ex his itaque steterunt Domini indecisus omisso alio fundamento compensationis, de quo in hac disputatione non fuit opus iterum differere, cum rationes supra deductæ sufficiant ad resolutionem causæ, vtraque &c.

R. P. D.

R. P. D. VEROSPIO.

Bononien. Literarum Cambij.

Mercurij 19. Iunij 1647.

A R G V M E N T V M.

Breui numeratione recensentur requisita habilia ad cessionem crediti, vt solutionem in emptione importet.

S V M M A R I V M.

- 1 Quid requiratur ad hoc, vt solutio crediti habeat vim solutionis in emptione, & inducere possit nouationem.
- 2 Delegatio, ad hoc, vt vim solutionis habeat, requirit stipulationem formalem inter debitorem cessionem, & cessionarium.
- 3 Alia vsque ad finem, circa materiam ponderantur.

D E C I S I O X I I I.

Reproposito per me dubio super valida litterarum cessione in venditione prædij Potterio facta per Christophorum, An inde potuerit cedentis liberatio contingere: Et ex eodem præteritæ decisionis fundamento fuit iterum hodie negatiuè responsum, Quia scilicet tunc nulla fuit facta venditio, nec expressa datio in solutum; nec demum delegatio intercessit, sine quibus, nec cessio nouationem inducere potuit, neque idcirco vim solutionis obtinere, ac consequenter, nec cedentis liberationem operari, iuxta dispositionem *text. in l. 3. Cod. de nouat.* vt præter relatos in dicta præterita tradit Dec. *conf. 99. n. 4. Beot. conf. 105. num. 35. Surd. conf. 145. n. 28. & 29. idem Dec. in conf. 421. num. 15. & 16. Soccin. sen. conf. 37. num. 20. & 21. lib. 4. Rota coram Reuerend. Vrgellen. decis. 266. n. 17. & 20 cum seqq.*

Nulla enim potest in hac cessione ponderari delegatio, dum eius requisita non interfuerunt, formalis scilicet stipulatio inter debitorem cessionem, & cessionarium, nec cedentis mandatum directum Debitoribus cessionem, vt cessionario persoluerent, iuxta dispositionem *text. in l. 1. C. de nouat. & in l. 3. §. quod si ff. eod. tit.* vt aduertit Alexand. *in conf. 173. n. 3. & 4. lib. 7. Gabr. conf. 155. num. 14. & de nouat. concl. n. 27. & 26.* Nec vlla legitur facta venditio, nec datio in solutum verbis expressis, qualia requiruntur ante cessionem, vt illa dicatur intercessisse, provt aduertit *Surd. conf. 145. num. 19. Paris. conf. 69. num. 10. lib. 1. Cattar. dec. 19. n. 2.* quos sequuta fuit Rot. coram Reuerendissimo Vrgellen. *in adducta decis. 266. num. 23.*

Neque dici poterit, in solutum litteras acceptasse Potterium in exactione Cambiorum per eundem facta post subsequutam cessionem, præterquam enim prædicta exactio fieri potuit mandatatio nomine, provt factam fuisse demonstrat comparatio Christophori in foro Mercatorum contra Debitores cessos, vt debitum cessum consequi posset, & in omnem casum cambia prædicta poterit Potterius retinere loco damnorum, & interesse, ad rationem fructuum eiusdem prædij, iuxta dispositionem *text. in leg. curabitur Codicis de act. empt.*

Non obstant duæ exceptiones oppositæ à Christophoro, quod scilicet processus causæ penes Potterium existat; Et Testium depositiones, quibus innititur præterita decisio, non fuerint in actis

productæ. Quia DD. visæ fuerunt irrelevantes, & ad retardandam causæ resolutionem emendicatæ, dum eundem processum in actis existere, ac Testium Summarium constat ex fide Notarij, præterquam, Testium depositiones ab informantibus pro Christophoro fuisse visas, & ponderatas, iustificanti exceptiones contra eosdem adductæ in decisione præterita.

Et ita vtraque parte informante, &c.

R. D. TERRACINEN.

Romana lucris dotis.

Veneris 5. Aprilis 1647.

A R G V M E N T V M.

Quartum dotale, iuxta statuta detrahendam, quando detrahi debeat; & an detrahi possit, præmortua iustè, non dum soluta dote.

S V M M A R I V M.

- 1 Stipulatio committitur; purificata conditione, qua causam suspendebat.
- 2 Dote promissa post mortem matris, si filia præcedat, an extinguatur promissio.
- 3 Conditio, quando censeatur apposta executioni, non obligationi.
- 4 Statutum loquens de dote simpliciter, tam promissam, quam datam comprehendit.
- 5 Dos, ad effectum lucris, pro soluta habetur, licet peti non possit antequam dies solutionis cedat.
- 6 Lucrum dotale non debetur, ante tempus solutionis dotis præstitutum.
- 7 Solutio dotis ad tempus dilata, non operatur, quod pure non sit promissa.
- 8 Promissio distinguitur formaliter à re promissa.
- 9 Conditio omnino extitura, non habetur pro conditione.
- 10 Particula copulativa, & quam naturam habeat, & quomodo distinguatur à particula siue.
- 11 Dicitio aliàs facit dispositionem contrariam dispositioni precedenti.
- 12 Promittens factum alienum, de iure pontifico, censeatur promittere operam, & diligentiam suam.
- 13 Creditor ex causa onerosa in iudicio subsidiario, deficientibus aliis bonis, potest auocare bona à creditoribus posterioribus cum causa lucrativa, vt sibi satisfiat, & n. 15.
- 14 Auocatio bonorum, nulla excussione hereditatis facta, fauore dotis valet.
- 15 Creditor ex causa onerosa, potest auocare à posteriore, ex causa lucrativa, etiam pecunias bona fide consumptas.

D E C I S I O X I V.

Bona mem. Card. Lenus in executionem capitulorum matrimonialium in Instrumento dotis promissæ D. Semideæ eius Nepti vxori destinatæ R. D. Bentiuolo tunc temporis laico in summa scutorum quindecim millium in contanti mediante ordine directo Banco illorum, de Palagis soluit scuta decem millia, alia verò scuta quinque millia pro residuo d. dotis promissæ, quod Cleria mater Semideæ tempore sui obitus relinquet d. Semideæ, seu futuro viro, ad fauorem Card. ad illorum solutionem de suo proprio, vti

principalis, principaliter, & solidum teneri voluit cum pacto lucrandi hinc inde quartum dotale loco donationis propter nuptias iuxta formam Statutorum Urbis. Cum mortua Semideæ sine filiis ante obitum Cardinalis, & Cleriæ fuerit factus locus restitutioni dotis retento quarto dotali, fuerunt restituta scut. 10000. vt supra in dorem soluta; deinde fuit actum Iudicio subsidiario pro quarto scut. 5000. residui dotis non relictorum per d. Cleriam contra loca 48. montis Fidei empta ex bonis hereditariis d. Cardinalis, & Antoninæ eius sororibus monialibus Monasterio SS. Dominici, & Sixti, proprietatem verò cum cæteris suis bonis Ecclesiæ S. Caroli ad Cathinarios cum oneribus, de quibus in Testamento, & A. C. Sententiam tulit fauorabilem, à qua interposita appellatione, causa commissa fuit in Rota, vbi examinata illius iustitia, cum de validitate non dubitaretur, fuit dictum illam esse confirmandam.

Ratio resolutionis fuit, quia cum Cardinalis promiserit sub forma Camera, quod Cleria tempore sui obitus relinquet scuta 5000. pro residuo dotis scut. 15000. per ipsum promissorum, & aliàs teneri voluerit ad illorum solutionem de proprio, vti principalis, principaliter, & insolidum, & ad omnia damna; dum Cleria aliquam summam non reliquit, commissa fuit stipulatio contra Promissorem, cuiusque hereditatem ad solutionem pro quarta parte scut. 5000. pro quarto dotali ob prædecessum Vxoris sine filiis acquisito iuxta dispositionem statuti. Urbis lib. 1. c. 131. *vers. liberis non extantibus*, fuerunt promissa pro complemento dotis iuxta obligationem eiusdem Card. in capitulis matrimonialibus, & in Instrumento desuper celebrato l. huiusmodi, l. si quis stipulerur, & leg. à Titio Digestis de verb. obligat. Rota in Romana Palatii 5. Iulij 1624. coram bon. memor. Coccino.

Non obstat, quod cum Semideæ prædecesserit Cleriæ matri, euauerit promissio Cardinalis, quod alia scut. 5000. pro residuo dotis Cleria illi tempore sui obitus relinquet, & ex deficientia personæ cui erat relinquendum, defecerit extremum habile relinquendi l. vnica §. 1. C. de caduc. toll. ideoque soluto matrimonio, antequam Cleria decederet, cum euauerit conditio promissionis, lucrum non potuerit prætendi, vt in puncto tradit *Rimin. Jun. conf. 600. num. 1. & pluribus seqq. & n. 22. & ferè per totum, & signanter n. 31. 39. & 52. Hartm. Pistor. q. iur. lib. 3. q. 8. num. 47. vers. nam si quis verba, & num. 48. & seqq.* quia cum tota dos à Cardinali fuerit constituta, & promissa pure, & simpliciter in capitulis matrimonialibus, & in Instrumento super eis confecto in summa scutorum 15000. ibi, *con dote, e nome di dote di scudi 15000. deindeque fuerit inter partes conuentum, quod scuta 10000. soluerentur in actu desponsationis, & alia scut. 5000. relinquerentur à Cleria tempore sui obitus cum promissione de proprio facta ab eodem Cardinali de illis soluendis, quatenus per Cleriam relicta minimè forent dictæ D. Semideæ, vel D. Bentiuolo viro pro residuo dictæ dotis, vt supra; Conditio inest executioni, non obligationi, & ex tali promissione statim ab ipso instanti, quo fuerunt in esse deducta capitula matrimonialia fuit orta actio ad fauorem D. Bentiuoli, licet delata executio, & exactio ad tempus mortis Cleriæ, quæ omnino expectari*

Salgado Labyrith. Credit. Tom. I. I.

debebat pro consecutione dicti residui, cum etiam si lucrum iuxta dictum statutum Urbis debeat de dote promissa non soluta, eo quia non loquitur de dote data, sed simpliciter de dote, ibi, *dotem lucretur*; sicque comprehendat etiam dotem promissam, quæ ad effectum lucris habetur pro soluta l. ex morte in fin. de pact. comment. §. dotes vers. si vero vbi Angel. *aut. de nupt. Mant. lib. 12. tit. 4. num. 12. Rota coram sanct. mem. Greg. XV. decis. 5. num. 11. in Clusina dotis 12. Ianuarij 1598. coram peregr. & in Senogallien. dotis 23. Ianuarij 1606. coram Sanct. D. N. quia ratio, quæ locum habet in dote soluta, deseruit etiam in dote promissa, atamen petition potest, ante quam dies solutionis cedat, sed superest teneri expectare tempus præfixum ad soluendum dotem; quo finito, & non prius debetur lucrum, vt late Rota coram Mant. decis. 337. per tot. qui idem firmat in tractat. de tacit. lib. 20. tit. 5. n. 24. & 25. Adden. ad decis. bon. mem. Buratt. 432. num. 11. cum notat. per Ferzon. add. statutum cap. 131. Nam pendente dilacione in promissione dotis apposta ex conuentione partium lucrum, dotis peti minimè potest l. eum qui Kalendis §. fin. ff. de verb. oblig. Guido pap. dec. 470. numero 3. Etenim absurdum esset eo casu lucrum dotis deberi, quo dos peti non poterat. Bald. *conf. 467. num. 1. vers. item istud lucrum lib. 4. Inf. in l. si donaturus §. 1. ff. de condit. ab. caus. sed ante diem dos peti non potest, ergo nec lucrum dotis ante tempus solutioni præstitutum peti potest. Ita Rota coram Mant. d. decis. 337. n. 1. & 12. ita quod, cum dies solutionis dd. scutorum 5000. minimè venerit, quando dissolutum fuit matrimonium per obitum Semideæ, non potest ex illius dilata solutione in dubium reuocari; quin tota dos scutorum 15000. fuerit pure promissa, quamuis factum promissum debeat sortiri effectum post mortem Oldrad. *conf. 114. vers. sic dico sub n. 3. Cyn. in l. extraneum sub num. 2. vers. in contrariis Codicis de hered. isti. cum ipsa promissio distinguatur formaliter à re promissa; vnde dicimus, quod aliud est promissio, aliud factum promissum leg. si quis stipulatus sit Stricum §. fin. ff. de verb. oblig. Tiraq. de retract. conuen. in fin. num. 4. & seq. Surcus *conf. 52. num. 13. Roland. conf. 69. num. 17. lib. 3. Rota coram sanct. mem. Gregor. XV. decis. 28. num. 2. vbi Adden. num. 4. & seq.* Eoque magis dicendum est pura promissio Cardinalis; quia in euentum, in quem Crerica non legaret, voluit Cardinalis teneri ad eandem summam de proprio; Et sic esto, quod incertum esset, an Clerica esset legatura, & quando mortura, certissima tamen erat obligatio Cardinalis, vel de faciendolagatum à Cleria, vel de soluendo de proprio, provt certissimum erat, quo D. Bentiuolo d. summa solueretur, vel à Cleria, vel à Cardinali; quia certitudine stante, nedum dies incerta, sed nec ipsa conditio facit actum conditionalem, quia conditio omnino extitura non habetur pro conditione leg. si pupillus §. 1. ibi, *qui sub conditione stipuletur, quæ omnino extitura est; pure videtur stipulari ff. de nouat. & in leg. ea conditio ff. de conditio. indeb. leg. in illa stipulatione in fin. si. de verb. oblig. tradit Piccard. in §. sub condit. num. 7. in fin. de verb. oblig. Ant. Fab. de coniet. lib. 15. cap. 8. num. 17. in fin. & lib. 18. cap. 5. sub n. 4. vers. cuiusmodi.****

Nec prædictis obstant tradita per *Rimin. Jun. d. conf. 600.* cum procedat in terminis longè dictis; ibi enim agebatur de promissione facta copulata

copulatiuè Hieronymo, & Catharinæ Notario pro ea stipulante, quæ ad hoc, vt verificaretur, oportebat vt Hieronimus, & Catharina simul tunc viuerent de tempore mortis Ioan. Antonij quia copulæ natura est inter duo opposita, quod requirit concursum vtriusque copulati, sed in hoc casu id. scuta 5000. per Cardinalem fuerunt promissa Semidæ, siue D. Bentiuolo eius Vi-
ro, & si alternatiuè; ita vt sufficiat pro illius consecutione præxistentia solius D. Bentiuoli, cum promissio non fuerit facta per verba coniunctiua, sed disiunctiua *intra textum in lege* 1. §. *sublata ff. ad Trebellianum* quin imò Rimin. Iund. *conf. 600.* distinguendo firmat, in promissione facta per verba coniunctiua oportere vtrumque superuiuere tempore obitus illius de cuius bonis erat dos præstanda, vt *sub num. 8. sub. num. 25. & 27.* in promissione vero facta per verba disiunctiua contrarium omnino procedere, vt *sub num. 28. ad fin.* ibi *quid defecit conditio, sub qua personaliter, & copulatiuè simul, & non disiunctim vocati fuerunt.* Vnde cum non fuerit facta promissio simpliciter D. Semidæ, & Bentiuolo, & sic copulatiuè, vel coniunctiua, sed per verba disiunctiua, hoc est eadem D. Semidæ, vel D. Bentiuolo, satis est, quod alter eorum superuiuat de tempore purificatione conditionis, quo adueniente, & non antea potuerunt peti à Cleria, vel in illius defectum à Cardinali dd. scut. 5000. pro residuo totius dotis promissis purè, licet quoad solutionem dd. scutorum 5000. Cardinalis promiserit, quod Cleria illa relinquet tempore suæ mortis, cum semper verum sit dicere promissionem Cardinalis esse parum, quamuis factum promissum debeat fortiri effectum post mortem Cleriæ animaduertendo, quod capitula matrimonialia duo continent, nempe promissionem Cardinalis dotantis, & legatum scut. 5000. à Cleria faciendum; dies autem mortis adiecta solum est legato, ibi *che la Sig. Cleria, li lascier. à al tempo della sua morte,* cæterum promissio Cardinalis nullam habet idem ibi, *promettere detto Illustriss. Sig. Card. Leni, de detta Sig. Semidæ & c. spolar a detto Sig. Annibale & c. con dote en no me di dote, discudi 15000. di moneta di Roma & c.* & ideo cum pateat dotem fuisse pro missam purè in supradicta quantitate scut. 15000. non autem sub aliqua conditione, & solum dilatam solutionem pro scutis 5000, vsque ad tempus mortis Cleriæ, & sic suspensum solum exercitium actionis ad petenda dd. scuta 5000. vsque ad obitum Cleriæ, eo sequuto factus fuit locus quarto dotali super illis fauore D. Bentiuoli, qui satis est, quod superuixerit Cleriæ ad hoc, vt contra Cardinalem, & eius hæreditatem pro solutione lucri dd. scut. 5000. commissa fuerit stipulatio fauore sui ipsius.

Neque vlla actio competit pro consequutione d. quarti contra bona Cleriæ, cum illa nunquam se obligauerit, seu promiserit relinquere scut. 5000. sed tantum Cardinalis, quod ipsa tempore sui obitus relinquet Semidæ, alias ad illorum solutionem de suo proprio vti principalis, principaliter, & in solidum teneri volui, quatenus per Cleriam relicta minimè forent; quo fit, vt cum Cleria nihil relinquerit, intret obligatio Cardinalis, & dicatur commissa stipulatio dictæ promissioni adiecta; illa enim dictio *alias*, facit dispositionem contrariam dispositioni præcedenti, sicuti dictio, alioquin, & resoluitur in si non

relinquerit Bart. *in l. 1. n. 12. ff. de condit. & demonstr. Corn. conf. 253. num. 5. vers. & maxime vol. 1. & conf. 313. num. 2. vers. nam huius vol. 4. Socin. sen. conf. 51. n. 9. lib. 1.*

Non obstat, quod supradicta promissio Card. Leni respectu dictorum sc. quinque mill. intelligatur, & interpretetur perinde, ac si promississet se facturum, & curaturum, quod Cleria tempore sui obitus relinquet scut. quinque mill. & cum de Iure Pontificio, quod in Tertis Ecclesiæ est obseruandum, ille, qui promittit factum alienum, censetur promittere se facturum, & curaturum; quod ille faciet, adeo vt promissor liberetur, si adhibuerit omnem diligentiam, Gabr. *conf. 131. n. 5. lib. 2. Mant. de tacit. lib. 14. tit. 35. numero 43. & seq.* supradicta clausula, *alias de proprio*, non significet, quod Cardinalis voluerit simpliciter, & absolue teneri de proprio, quatenus Cleria non relinqueret, sed solum operetur, quod Cardinalis teneatur de proprio eo casu, quo non adhibuerit omnem diligentiam in curando; quod Cleria relinqueret; Quia non probatur Cardinalem aliquas fecisse diligencias apud Cleriam, vt dictam summam legaret, pro vt facere tenebatur, sed quatenus etiam illas fecisset, adhuc non releuarent; quia cum Cardinalis alia voluerit teneri de proprio, verisimiliter contrahentes voluerunt, quod factum alienum omnimodo adimpleretur saltem per præstationem interesse ipsius Cardinalis promissoris, alias dicta verba essent omnino superflua, vt fuit decisum *in Anconitana finituum dotis 14. Iunij 1624. coram Manzanedo, & coram sanct. mem. Gregor. XV. dec. 241. n. 1. & seq.* & ibi late Adden. distinguunt hanc materiam promissionis facti alieni sub *num. 8.* quod interesse ex ipsa promissione scut. quinque mill. non eget alia liquidatione.

Minus facit, quod stante Motu proprio Fel. cord. Urbani VIII. super locis Montium non possit constiui hypotheca sine licentia Papæ, vel Protectorum, aut Officialium in litteris patentibus exprimenda, cum D. Bentiuolus non egerit in Saluiano super locis Montium, de quibus agitur, sed pro consequutione pecuniarum in satisfactionem crediti tetrahendarum ex pretio locorum Montium emptorum ex pecuniis hæreditariis Cardinalis debitoris, & in sententia ad eius fauorem lata fuit, pronunciatum, eidem D. Bentiuolo esse satisfaciendum de scutis mille ducentis quinquaginta monetæ pro lucro dotali debite ex pecuniis retrahendis ex pretio locorum 48. montis Fidei, & quatenus differrent, & negligerent illum satisfacere in eadem sententia pronunciatum esse danda in solutum libera tot ex dictis locis Montium, quot iuxta concurrentem illorum valorem de tempore dationis in solutum satis fuerit ad omnimodam satisfactionem dictorum scutorum 1250. ad effectum ad sui libitum disponendi; Vnde patet non fuisse actum in Saluiano, & sic non applicari, quæ dicuntur de defectu hypothecæ non cadentis super locis Montium, ex quo sententia non est lata in hypothecaria, sed in iudicio subsidiario, quo creditor ex causa onerosa, qualis est D. Bentiuolus, potest deficientibus aliis bonis debitoris auocare à creditoribus posterioribus ex causa lucratiua, & consequenter à supradictis Lucretia, & Antonina, ad quas fructus dictorum locorum Montium earum vira durante spectant ex legato per dictum Card.

Lenum

Lenum factu, pecunias, quas receperunt, siue bona, siue mala fide consumpserint ex allegatis per Rotam *decif. 595. n. 2. & seqq. & decif. 760. num. 3. par. 2. recent.* late *Cost. de remed. subid. remed. 55. n. 1. & seq.* & cum agatur de lucro dotis, speciale est, vt fiat auocatio nulla facta ex cussione, an aliud extaret in hæreditate, quam loca montium, de quibus agitur, quando, vt in hoc casu, res debitoris peruenit in tertium ex causa lucratiua, vt distinguendo post alios tradunt Coluer. *de equit. lib. 1. cap. 34. num. 15. & seqq.* *Cost. ubi supra remed. 37. illat. 2. n. 30.* Gutier. *pract. quæst. l. 5. q. 100. n. 1. 2. & per tot. Anton. de Marin. quotid. resol. cap. 71. n. 3.* & in istis terminis Rota in supradictis decisionibus 595. & 760. admisit creditores ad aduocandas pecunias etiam bona fide consumptas, quando titulo lucratiuo habitæ fuerunt.

Ex quibus fuit resolutum vtraque parte audita, D. Bentiuolo deberi lucrum etiam pro rata dictorum scutorum quingue mill. & proinde sententiam ad eius fauore laram esse confirmandam.

R. P. D. MELTIO.

Romana affictus Ferreriæ.

Veneris 25. Iunij 1649.

ARGUMENTVM.

Retentio rei locatæ ex parte conductoris, & exactio pensionum ex parte locatoris, important tacitum vtriusque partis consensum ad continuandam, renouandam locationem, & alia circa materiam tacitæ continuationis, seu renouationis locationis; præcipue ad releuandum partium consensum: & maxime in pupillo, & hæreditate iacente; vbi etiã agitur de importantia solemnitatum.

SVMMARIVM.

- 1 Sententia, & decreta, quæ ad reclamandam iudiciariam, & ordinem processus, iustificatur ex legitimatio-
ne Personarum, & ex citationibus ad omnes actus
substantiales, concurrente Iudicis iurisdictione.
- 2 Clausula summariæ; simpliciter, sine strepitu,
& figura Iudicij, & huiusmodi, in commissioni-
bus apposta, important facultatem procedendi
executiue.
- 3 Instrumentum facit probationem probatam.
- 4 Et habet pro se omnem iuris presumptionem.
- 5 Retentio rei locatæ ex parte conductoris, & exactio
pensionem ex parte locatoris, important ta-
citum vtriusque partis consensum ad conti-
nuandam, seu renouandam locationem.
- 6 Et dicta reconductio intelligitur facta cum ea-
dem pensione, & sub eisdem pactis, & obligati-
onibus postis primo contractu.
- 7 Consensus continuatur in locatore etiam defun-
cto per solam existentiam heredis habitualiter.
- 8 Consensus, & voluntas defuncti antequam, here-
ditas adeatur, conseruetur in hereditate ia-
cente, quæ personam defuncti representat.
- 9 Obligatio pupilli oriens ex contractu, quando non
est noua, sed provenit ex causa præcedentis obli-
gationis, nullis indiget solemnitatibus.
- 10 Defectus solemnitatum non habetur in considera-
tione in actu pupillo utili, & quando ipse non
dat de nullitate: imo agit pro obseruantia con-
tractus.
- 11 Minor, quamuis regulariter non teneatur ex con-
tractu nulliter gestis; volens tamen potest compel-
li Salgado Labyrinth. Credit. Tom. II.

lere contrahentem ad illius obseruantiam: eæ quæ
solentur statuta sunt illius fauore inducenda.

13 Receptio solutionis ab alio, quam à debitore, re-
gulariter non inducit liberatione ipsius debito-
ris, deficientibus requisitis necessariis ad dele-
gationem inducendam.

Quod procedit etiam in receptione noue obligationis
deficientibus requisitis necessariis ad nouatio-
nem inducendam; ex quo tunc censetur potius
facta cumulatim.

13 Clausula sine præiudicio est præseruatiua iu-
rii prius competentium.

14 Primus conductor, quando post solutionem pecu-
niarum in causa pensionis, factam à secundo con-
ductore, continuat remanere rem locatam, potest
condemneri ad solutionem pensionum postea de-
cursum.

15 Actus dispositiuus ad alium, ab aliquo intentatus
quando ille postea abstinuit decernere ad actum
secundum, non inducit aliquam presumptionem
contra ipsum, quæ illi præiudicare possit quo ad
alia inde obuenientia.

16 Et eo magis vbi primus actus potuit aliàs verifi-
cari, & fuit munitis clausula præseruatiua, ne
sibi quò ad alia præiudicaret.

DECISIO XV.

Franciscus Lenius titulo locationis duratæ ad
triennium tradidit Sancto Officio, & pro eo
Patri Commissario Casale Campi Leonis cum
Ferreria, & arboreto pro annuo affictu scutorum
200. & cum pacto, quod finito dicto triennio re-
stitueretur tuij sui ordigni, andante, & laوران-
te, vt constat ex publico Instrumento locationis
rogato sub die 29. Octobri 1636. *Summ. Franciscæ
Antonie Lenæ num. 1.* dictum Casale fuit deinde
à S. Officio sublocatum; Maij 1638. Alexandro
Laureto, vt habetur ex responsionibus ad positio-
nes datas pro parte dictæ Franciscæ Lenæ eodem
Sum. n. 3. qui vice dictæ subconductionis cessit
sub die 15. eiusdem mensis Octauio Bagaratto, &
Bagarotus Ioanni Baptistæ, ac Alexandri fratri-
bus de Siris, vt ex declarationibus, de quibus in
Summ. eorundem de Siris n. 3. & 4. Finito dicto
triennio in locationem conuento, cum dictum Ca-
sale non fuerit restitutum, sed longo tempore in
eodem affictu postea semper continuatum, Fran-
cisca Antonia de Lenis filia, & hæres dicti Fran-
cisca primi locatoris egit contra S. Officium pro
affictibus decursis etiam post conuentum trien-
nium, & pro illis obtinuit à R. P. D. affessore dicti
S. Officij relaxari mandatum, simileque manda-
tum fuit executiue expeditum pro S. Officio
contra Lauretum, & pro Laureto contra illos
de Siris pro liberatione à dictis molestiis, quæ mā-
data in secunda instantia fuerunt reuocata per
sententiam R. P. D. Paulutij Consultoris, & iudicis
istarum causarum deputati. Prætendente autem d.
Francisca Antonia de Lenis huiusmodi senten-
tiam laborare vitio tam nullitatis ex defectu Iu-
risdictionis, & citationis, quam notoriæ iniustit-
iæ, porrexit preces Sanctiss. in quibus petit hanc
causam committi in Rota omni appellatione re-
mota, & Sanctissimus annuit, vnde fuit expedita
Commissio, ad cuius formam dubitauit, Ad decre-
tum R. P. D. Assessoris sit exequendum, & Dominus
affirmatiuè responderunt.

Nam validitas mandatis satis probatur, ex
C 2 quo

quo de Iurisdictione d. Allessoris non dubitatur, & constar de legitimatione personarum ex mandatis procuræ, ac de citationibus ad omnes actus substantiales, ex quibus sententias, & decreta quoad telam iudicariam, & ordinem processus iustificari, firmat vulg. decisio Caputaq. 260. par. 2.

Neque illa valet impugnari sub prætextu quod actum fuerit via executiva, quæ prætextum non potuisse competere, ex quo obligatio Cameralis apposta in locatione, non censetur repetita in renouatione, seu relocatione tacita post lapsum triennij, ex traditis per Felic. de societ. cap. 41. n. 42. Barz. decis. 60. n. 8. quia circumscripta etiam obligatio Camerali potuit executivè procedi tam ex dispositione iuris iuxta text. in l. Preses C. locat. & conduct. vbi disponitur, ea quæ ex locatione debentur exsolui debere sine mora, quam vigore Statuti Urbis lib. 1. cap. 88. mandantis in causis pensionem prædiorum, & Casalium procedi summarè, simpliciter, sine strepitu, & figura iudicij, & sola facti veritate inspecta, quas clausulas importare facultatem procedendi executivè tenent Bart. in extranag. ad reprimendum in verb. figura in fine Nart. in clement. sepe §. non sic tamen ver. v. i. s. supra scriptis n. 95. Marant. in specul. de ord. in iudic. par. 4. dist. 9. n. 8. & firmavit aliàs Rota post Zachchium de oblig. camer. decis. 170. n. 3. in ultima impr. & in recent. decis. 446. n. 1. par. 2. & in Romana pecuniaria 29. Maij 1641. coram R. P. D. meo Roias §. Nec obstat.

Iustitia patitur dicti mandati euidenter deducitur ex dicto Instrumento locationis Ferreræ Campi Leonis per Franciscum Lenium S. Officio factæ pro annua responsione scutorum 200. quod Instrumentum facit probationem probatam, iuxta doctrinam Bart. in l. Imperator num. 3. ff. de stat. homin. & in interest. in ultimo notab. C. de solut. & habet pro se omnem iuris præsumptionem, ex latè adductis in Cremen. seu Ianuen. pecuniaria prima Iulij 1648. coram R. P. D. meo Roias, §. hec sunt.

Opponi neque potest quod locatio expiraverit per lapsum triennij in dicta locatione conueniti. Nam dum S. Officium finito triennio non restituit Casale ad formam suæ obligationis, sed persistit in re conducta, & ulterius locator petiit pensiones decursas post lapsum dicti triennij; ex his resultat sufficientes vtriusque partis consensus pro continuatione, seu reuocatione locationis, ad text. expressum in l. Item queritur 14. §. quo impleto ff. locat. & in l. legem. C. eod. Angel. in l. cum satis §. caueant. C. de Agricol. & cens. lib. 11. Alex. conf. 28. in fin. lib. 4. Soccin. iun. conf. 63. n. 20. lib. 2. Peregr. conf. 74. sub. num. 19. lib. 1. Mar. Anguise conf. 213. n. 13. vol. 1. Bim. conf. 51. num. 5. & volum. 1. Intrigol. conf. 25. numero 29. & dicta reconductio intelligitur facta cum eadem pensione, & sub eisdem pactis, & obligationibus positis in primo contractu, Malual. conf. 87. numero 39. volum. primo Cancr. variar. resol. lib. 1. cap. 14. n. 65.

Nec releuat, quod ex quo decessit Franciscus Lenius relicta Franciscæ Antonia posthuma, non potuerit eo tempore dari ista continuatio, vel renouatio tacita ex defectu simultanei consensus omnino requisiti ad dictam renouationem inducendam, Munt. de tacit. & ambig. lib. 5. tit. 15. num. 10. Trantacinq. var. resol. vol. 1. libr. 3. reso. 2. sub. numero 12. Quia ad effectum continuationis consensus in locatore sufficit existentia hæredis

habitualiter ad tradita per Alciat. in tract. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 17. n. 3. ver. relicti hæredibus. Mant. de tacit. lib. 14. tit. 46. num. 21. ver. Item est aduerendum, Menoc. de præsumpt. l. 3. præsumpt. 85. numero 27. ver. Extenditur septimo. Cancr. vbi supra num. 64. Et antequam hæreditas adeatur, voluntas, & consensus defuncti conferuntur in hæreditate iacente, quæ personam defuncti representat, Mant. loco superius citato num. 21. Olafsch. decis. 34. n. 20. Rota decis. 520. n. 80. par. 1. diuers. & in Romana hereditatis de Crocelis coram bon. mem. Card. Millino, relata post Posth. de manut. decis. 375. n. 3.

Minorem releuantiam habet quod tacita continuatio, vel reuocatio non possit præsumi in proposito casu in quo cum ageretur de contractu populi imo infantis, vltra patientiam requirebatur solemnitas decreti Iudicis, & consensus propinquorum, quia contrarium, vt nempe tacita hæc reconductio potuerit fieri absque solemnitatibus visum fuit verius, tum ex eo, quia quando obligatio oriens ex contractu non est noua, sed pronenit ex causa præcedentis obligationis nullis indiget solemnitatibus, vt docent Castr. conf. 183. num. 2. lib. 1. ver. nec obstat statutum. Tiraq. ad l. conuictalem glo. 8. num. 8. 196. Pic. ad stat. urb. glof. 7. num. 218. ver. & quod statutum. Tum quia defectus solemnitarum non habetur in consideratione in actu pupillo vtili, & quando ipse non dat de nullitate, imo agit pro obseruantia contractus, vt post alios probat Pignarell. contr. 21. numero 12. Surdus decis. 179. num. 17. & 18. Hodiern. ad eundem Surdum decis. 70. numero. 10. Capic. Latro decis. 19. n. 6. 7. & 8. regulariter enim quamuis minor non teneatur ex contractu nulliter gesto, volens tamen potest compelli contrahentem ad illius obseruantiam, ex quo solemnitas statuta fuit illius fauore inducitur, Abb. in cap. 1. ne sed. vacant. Ruin. conf. 11. num. 6. lib. 4. Gratian. discept. forens. cap. 27. num. 41. ver. in electione.

Neque prætendi potest quod hæres Francisci exigendo pecunias depositatas à Laureto pro dictis pensionibus videatur agnouisse illum in Conductorem, & consequenter liberasse Sanctum Officium à futura præstatione. Nam vltra quod receptio solutionis ab alio, imo etiam receptio nouæ obligationis regulariter non inducit liberationem debitoris deficientibus requisitis necessariis ad delectationem, & nouationem inducendam, ex quo tunc censetur potius facta cumulariue, quàm animo debitorem liernabdi, Gait. de credit cap. 2. tit. 3. num. 2381. vsque ad num. 2388. Mura decis. 2. num. 20. cum duobus seqq. Rota diuers. decis. 445. num. 1. part. 4. & penes Gregor. XV. decis. 217. num. 1. Cessare videtur omnis difficultas in proposito casu, in quo dictæ pecuniæ exactæ fuerunt sine præiudicio residui, & quorumcumque iurium, & præcipue competentium contra Sanctum Officium Summario Franciscæ Antonia de Lenis, n. 8. ex qua quidem præseruatiua manifestè constar locatorem per receptionem partis solutionis à secundo conductore noluisse amittere ius, & actionem sibi competentem aduersus primum conductorem, Anton. Fab. in suo Cod. lib. 4. tit. 42. effect. 28.

Quidquam non facit quod ab Alexandro Laureto depositata fuerint in Sacro Monte Pietatis de anno 1642. scuta 400. pro tempore, quo ab eo fuerat

fuerat retenta ferreria, & pro toto eo, quod contra eius personam prætereundere potuisset hæres dicti Francisci Leni: Quia de facili hoc tollitur, dum partita non cantat pro residuo pensionum debitaram à Sancto Officio, nec pro tempore quo retinuit ferreriam Sanctum Officium, sed dumtaxat pro residuo debiti, & temporis quo eam retinuit ipse Alexander Lauretus. Quod melius comprobatur remanet ex eo, quia ad instantiam Franciscæ Antonia de Lenis non fuit simpliciter petita consignatio dictarum pecuniarum, sed ad bonum computum, & sine præiudicio residui, & quorumcumque iurium competentiam. Vnde cum etiam post exactionem dictarum pecuniarum Sanctum Officium continuauerit retinere ferreriam, iure quidem merito illud condemnari potuit ad solutionem pensionum postea decursarum secundum Bald. in l. 1. §. in pro ratele iudicio ff. de eo, qui pro tut. l. 1. §. in legati causa sub n. 14. in 6. limitat. de verb. oblig.

Minusque aduersatur quod per Tutorem dictæ Franciscæ Antonia aditus fuerit Iudex ad effectum obtinendi licentiam pro faciendis necessariis laboreris in dicta ferreria, & sic ille videatur recedere voluisse à continuatione locationis, nec aliquam tacitam, & præsumptam relocationem fecisse. Quia tali licentia minimè fuit vsus Tutor, & propterea non videtur habuisse animum recedendi à locatione, Alex. conf. 1. n. 13. ver. non obstat l. 2. Menoch. præf. 85. n. 42. ver. ceterum. Tum etiã quia oborta fuit huiusmodi licentia sine præiudicio iurium suorum, ex qua etiam præseruatiua optimè arguitur, eum animum non habuisse sibi præiudicandi in dicta locatione, sed tantummodo vtendi licentia pro reparandis damnis ædificij ferreriarum cuius ruina imminerebat, ne in totum corrueret, ex adductis per Maltr. decis. 48. n. 6. part. 1. Castill. decis. 5. n. 40. part. 1.

Et ita vtraque parte in formate fuit resolutum, &c. R. P. D. B I C H I O.

Roma Censur.

Mercurij 26. Iunij 1647.

ARGUMENTVM.

Alienatio, seu distractio Bonorum fideicommissi subiectorum, quando sit faciendâ in defectum liberorum ad dotandam mulierem subsidiariè vigore Aut hent. Res quæ C. communia de legatis Agitur de vigore clausulæ constituti, & de aliis contractibus apponi solitis.

SVMMA RIVM.

- 1 Clausula constituti ad fauorem censuarij, suffragatur: ad obtinendam associationem. Declaratur procedere, non quia in censuarium transfulerit dominium, aut possessionem fundi censualis, cum hoc respectu non respiciat rem censuam, sed censum.
- 2 Clausula constituti opposita in Instrumento Censuræ, videtur inepta, quia venditor census non vendit rem censuariam, nec minus eam possidet, tam post venditum censum, quàm antea; & censum, quem vendidit, nullo modo possidet ipse, sed emptor.
- 3 Clausula constituti ad fauorem censuarij, præbet ipsi facultatem capiendi propria auctoritate fructus rei censuatae, ad effectum sibi satisfaciendi de fructibus census.
- 4 Et illius vigore facultatis, censuario competit ad Salgado Labyrinth. Credit. Tom. II.

5 Sociatio contra tertium possessorem fundi censualis. Clausula caterata in Instrumentum apposta, recipiunt extensionem iuxta formulariam Instrumentor. siue clausularum loci, vbi Instrumenta stipulantur.

6 Clausula, Dans, & concedens, &c. apposta in Instrumento census in Vrbe, seu eius districtu stipulato, continet in ventre explicitam licentiam capiendi possessionem fundi censualis propria auctoritate.

7 Et hac sola facultas in omni contractu sufficit pro obtinenda associatione.

8 Clausula constituti amittit virtutem, vbi Hæres constitutivus occupat possessionem fundi super quo cadit constitutum, non reclamante constitutario.

9 Quod ampliatur etiam procedere quo ad possessionem naturalem occupatam per modicum tempus, sciente constitutario.

10 Limitatur non procedere, vbi constitutarius nititur facultati capiendi possessionem propria auctoritate.

11 Possessio constitutarij, compatibilis est cum possessione alterius, imò etiam possidere sibi possunt.

12 Nec amittitur ex sola patientia, & negligentia modici temporis, sed ex prescriptione triginta Annorum.

13 Immissio ex vtili Saluiano Interdicto, ob metum probatis extremis necessariis in possessione in Reo conuenio; nec non credito cum hypotheca.

14 Immissio hac conceditur: etiam super fundo censualis, non obstante constituto in instrumento census apposto.

15 Constitutum non excludit, quin super eodem fundo oriatur hypotheca ad fauorem emptoris census, cui ideo competit etiam Saluanum interdictum.

16 Saluanum interdictum hodie potest intentari etiam super locis montium in locum fundi subrogatis, quia perinde est, ac si super ipsis locis montium fuisset ab initio impositus census.

17 Censuræ, vbi imponitur super fundo subiecto fideicommissi, vel est nullus, quia ab initio non nascitur hypotheca; vel per mortem impositoris expirat cum ipsa hypotheca.

18 Limitatur quando census imponitur pro solutione dotis subsidiariae alicuius feminae fideicommissi descendenti, vigore Auth. Res quæ C. communia de legatis.

19 Regula qua assistit fideicommissario, quod bona fideicommissi non possint creduoribus hypothecari vel ab illis capi, ita vt dicenti se esse in casu limitationis, fundamentum, suæ exceptioni: probare incumbat: non habet locum in creditore ex causa dotis, negante adesse bona libera, cum imò sufficiat ei simpliciter allegare, ex qua pluralitas de iure non præsumitur.

20 Fideicommissarius, qui vult dotationem, seu alienationem ex causa dotis infringere, allegado potuisse dotem constitui, aut solui in bonis libere: illorū existentia, in qua se fundat, probare debet.

21 Et eò magis, quando pro negativa concurrat aliqua præsumptio, vt quando Pater puella dotata erat pauper: & similia.

22 Impositio census, est species alienationis.

23 Dos non debet constitui in creditis ex societatis officij, & similibus, cum vt plurimum sint difficili exactionis; & ideo in his terminis habentur, ac si non existerent.

24 Excessus in dote, est probandus ab eo, qui illum prætendit, quia dos semper congrua præsumitur. Et firmatur in terminis contra fideicommissarium.

25 Versio pecuniarum censualium in solutione dotis;

Ad hoc ut sustineatur census contra fideicommissum, probanda est a creditore census.

26 Expressio causæ in Instrumento census, præbet coniecturam versionis pecuniarum in causam expressam.

27 Confessio de recepto non coarctata ad certum tempus, refertur etiam ad solutionem factam de præterito tempore.

Et in terminis dotis, quando præcedit conuentio quod pecunie soluerentur in actu celebrationis matrimonij, præsumptio est quod tunc fuerint soluta incontinenti.

28 Probatio versionis pecuniarum in causam in Instrumento census expressam, resultat ex vicinitate contractus censuales, & actus, de quo fuit causa expressa.

Quam sufficit esse verisimilem, & coniecturis probari.

29 Diversitas summa non excludit versionem ex aliis coniecturis probatam.

30 Alienatio bonorum fideicommissi, tenet solum pro concurrenti quantitate aris alieni ex bonis fideicommissi detrahendi.

31 Immissio creditoris in bonis, quæ prætenduntur fideicommissi subiecta, semper datur ubi exceptio fideicommissi non est omnino clara.

DECISIO XVI.

Associandi pro fructibus Censuum decursis ad loca montium subrogata loco domus Censualis & possessa à 10. Francisco Atauante siue in earum possessionem immittendi an sint R. P. D. Amadeus & felix frater dubitauit, & quoad associacionem ponderatum fuit, instrumento Censuum adest clausula constituti ad fauorem Censuarij, quæ suffragatur ad obtinendam associacionem: non quia in Censuarium transfulerit dominium aut possessionem fundi censuales, cum hoc respectu non recipiat rem sensitam; sed censum ut dixit Rot. in Interanen. manutentionis 3. Aprilis 1620. coram Vbaldo Seniore, & in Romana Domorum de Scandeleris 4. Aprilis 1636. coram Eminentiſſimo Domino Card. Panziolo impr. part. 7. recent. dec. 114. num. 20. & videatur incepta, quia venditor census non vendit rem censuariam, nec minus eam possidet post venditum censum quam antea, & censum quem vendidit nullo modo possidet ipse, sed emptor ut bene aduertit Nauar. in Commentar. de usur. num. 137. quem sequitur Grat. discept. 420. n. 7. Cinc. de Censib. quest. 98. n. 24. Mauſon. de caus. execut. l. 1. ampl. 6. n. 82. idem Grat. decif. 20. num. 8. Rota Marchiæ inter decif. impress. post Cinc. decif. 499. n. 13.

3 Sed quia Censuario præbet facultatem capiendi propria auctoritate fructus rei censuatae ad effectum sibi satis faciendi de fructibus census ut notat Cenc. de censib. qu. 194. num. 13. Mauſon. d. ampliat. 6. num. 86. ubi ponderat quod dicta clausula non est inepta respectu fructuum, ac dictæ facultatis cuius vigore censuario competit associatio contra tertium possessorem fundi censuales ut in his terminis dixit Rota decif. 338. numer. 1. vers. constat etiam par. 1. recent. & inter impress. apud Moder. Mancalciarem post comment. in extra. nag. Pij V. de censib. dec. 146. num. 2. & 3. decif. 350. num. 1. quas licet loquuntur ad fauorem fideiuforis, æque prodesse emptori Censuum aduertit Cenc. d. quest. 94. num. 13. & segg. & in puncto pro emptore census fuit decisum in Romana Censuum 5. Iulij 1627. coram bo. me. Merlino qua est inter impress. post Cenc. de Censib. dec. 542. num. 2. & 3. in alia

4 Romana Censuum 5. Martij 1636. coram R. P. D. Carrillo & in Keatina Censuum 23. Iunij 1642. coram Illustrissimo De Episcopo Panino.

Quo magis in casu nostro quo vltra clausulam constituti & alias translatiuas omnium iurium, ac procuræ irrevocabilis in rem propriam adest clausula dans & concedens, &c. quæ iuxta formularium instrumentorum Urbis à quo clausulae ceterate in instrumentis ibidem stipularis appositæ recipiunt extensionem. Menoch. cons. 844. n. 18. Corn. cons. 225. in fin. lib. 3. Rota apud Pacif. de Salu. decif. 137. n. 2. continet in ventre explicitam capiendi possessionem fundi Censualis propria auctoritate ut in puncto instrumenti Censualis tradit Salust. Tiber. in formular. Instr. lib. 3. fol. 296. in princ. & prius lib. 2. cap. 2. num. 14. nec dubitari potest quin hæc sola facultas in omni contractu sufficiat pro obtinenda associacione Alex. cons. 131. n. 3. & 6. l. 4. Menoch. de adip. remed. 6. n. 6. & segg. Afflic. dec. 326. n. 1. Nagon. dec. Lucen. 87. n. 13. Rot. dec. 129. n. 6. part. 5. recent. decif. 247. n. 20. vers. cum prætorca apud Moder. Perusin. de Manutent.

Nec obstat quod post mortem impositoris Censuum aduersarius ceperit possessionem fundi Censualis, nec Censuarij reclamauerint, quod sufficere solet ut virtus Constituti dicatur amissa Tiraquell. de Iur. Const. par. 3. limit. 21. n. 9. ubi post. Bart. in l. si de eo §. 1. ff. neque possess. subdit ad hunc effectum sufficere quod Constitutarius sciat ab hærede Constituentis occupatam possessionem naturalem per modicum tempus Pacif. de Salu. Inspect. 3. cap. 2. num. 1026. & 1027. Rota dec. 694. sub. n. 8. qua loquitur in term. ad effectum denegandi associacionem par. 1. recent. & in Camerinen. Donationis de Calcaris 7. Aprilis 1631. coram bon. mem. Coccino. Nam præter quod ex facto tollitur negligentia Censuarij; illa noceret quidem si associatio peteretur ratione ciuilibus possessionis alias in petitorum per Constitutum translata, quo casu intrat ratio ponderata in d. decif. 694. & in aliis quod Constitutarius associari non potest quia patiendum ab alio rem naturaliter possideri amittit ciuilem possessionem ex quo videtur suspicatus se posse repelli & in his terminis loquuntur quotquot ex aduerso allegari possent. Secus vero quando ut in casu nostro petens associacionem nititur facultati capiendi possessionem propria auctoritate, quia hæc compatibilis est cum possessione alterius; imo alium possidere supponit Rot. dec. 96. n. 4. apud Moder. de Manut. nec amittitur ex sola patientia, & negligentia modici temporis, sed præscriptione triginta annorum Rota dec. 398. n. 3. & sequentibus apud Cenc. de censib. secundum ultimam impress. dec. 5. num. 5. coram Cardinali Caualer. dec. 300. n. 10. apud pacif. de Salu. n. & in puncto fuit dictum in Bonon. Censuum 4. Maij 1643. coram R. P. D. m. Ghislerio.

Quo vero ad immissionem ex vtili Saluiano interdicto non negantur extrema possessionis ex parte impositoris Censuum & rei conuenti quibus probatis nec non credito cum hypotheca solet concedi immissio ut pluribus relatis tradit Menoch. de adip. remed. 3. n. 61. & segg. & dixit Rot. dec. 407. n. 1. par. 5. recentior. etiam super fundo censuali non obstante constituto in Instrumento census opposito quia cum non transferat in Censuarium possessionem fundi censiti, ut sup. probabam non excludit quin super eodem fundo oriatur hypotheca ad fauorem Emptoris census ut bene declarat

16 declarat Cenc. de censib. quest. 98. num. 34. & segg. ubi concludit emptori Saluianum interdictum, quod hodie interitari potest super locis Montium in locum fundi subrogatis quia perinde est, ac si super ipsis locis Montium fuisset ab initio impositus census, Grat. discept. 43. n. 24. & segg. Rot. coram S. M. Gregor. XV. decif. 360. n. 1.

16 Solum excitata fuit difficultas circa hypothecam, quia domus censuales, seu loca Montium subrogata arctissimo fideicommissi subiaccunt, ita ut, vel ab initio reicerent omnem hypothecam, & census sit nullus, Felician. de censibus tom. 2. l. 2. c. 4. n. 4. Grat. discept. 175. n. 14. & segg. Seraph. decif. 257. n. 5. decif. 785. n. 1. vel per obitum Dominici impositoris hypotheca, & census expirauerit l. lex veltigal. ff. pignoriibus & in his terminis Rota apud Cenc. decif. 15. n. 10. decif. 41. n. 4. & 5.

17 Sed fuit responsum quod census fuit impositus pro soluenda filie impositoris, & respectiue neptis fideicommissi parte dotis pro qua validè potuit imponi super bonis fideicommissi subiectis in subsidium vigore Auth. res que C. commun. de legat. ut in terminis census Grat. discept. 43. n. 31. & seg. discept. 420. sub num. 14. vers. putarem. Cinc. de censib. quest. 19. num. 31. & segg. Cancet. var. resol. part. cap. 9. num. 185. & segg. Coccin. decif. 244. num. 3. Neque emptor census probare debet non adfuisse alia bona libera idonea solutioni dotis, nam quicquid an sit an Creditori agenti pro consecutione sui crediti super bonis fideicommissi sub prætextu quod pecunie credite fuerint versæ in causam necessariam dotis, vel alia sibi ex bonis fideicommissi creditum exigere liceat, incumbat onus probandi quod tempore contractus non adesset bona libera, in quo articulo affirmatiuam sententiam sequitur Nart. cons. 199. num. 8. & segg. & cons. 248. n. 6. & seg. quia fideicommissarius habet regulam pro se quod bona fideicommissi non possit creditoribus hypothecari, vel ab illis capi, & qui excipiendo dicit se esse in casu limitationis, eo quod bona libera, non adsumt, hanc negatiuam tanquam suæ exceptionis fundamentum probare tenetur, Molin. de primogenit. lib. 4. cap. 7. num. 34. & 35. quem refert. Fontanell. de pact. nupt. claus. 5. glof. 1. par. 2. num. 18. Io. Franc. à Ponte cons. 45. num. 4. alioſque allegat. Quæſad. in addit. ad Molin. d. c. 7. num. 31. vers. primus casus, Caualer. decif. 246. n. 3. Contrariam verò sententiam quod imo creditori sufficiat allegare non adesse bona libera; quia pluralitas de iure non præsumitur, tuetur in puncto creditoris ex causa dotis Cancet. var. resol. lib. 1. cap. 9. n. 174. vers. cenſeo tamen: per glof. in l. cum de lege, vers. hæredis probatio ff. probat. Hieron. Leo decif. Valent. 171. num. 7. & 2. segg. ubi allegat plures concord. & dicit iuxta hanc opinionem fuisset indicatum in eo Senatu lib. 2. Rota Mantie. decif. 152. sub num. 5. decif. 66. num. 4. part. 1. recent. & in Auximana Dotis 6. Februarij 1623. coram bo. me. Remboldo in Romana dotis de Montoriis 31. Martij eiusdem anni coram eodem.

18 Conueniunt ferè omnes scribentes in hanc ultimam sententiam quando iam fuit deuentum ad dotationem ex bonis fideicommissi siue eorum alienationem, quia tunc non agitur de dote constituta & fideicommissarius qui vult dotationem, sed alienationem infringere adque dotem potuisse dotem constitui, aut solui in bonis liberis illorum existentiam, in qua se fundat, probare, debet, ut post Socin. Cur. sen. & alios tradit Petrus de fideicom. g. 83. num. 460. in fin. vers. non omitto Peregr. cod. tract. art. 42. num. 73. Molin. ex aduerso allegat. de primogenit. lib. 4. c. 7. n. 36. Garbr. cons. 138. n. 40. & segg. lib. 2. Cyriac. controu. 5. num. 49. & segg. & num. 110. & segg. Raudensis decif. Pisan. 29. n. 177. Milanen. decif. Sicilia 5. n. 56. lib. 1. Hieron. Leo decif. Valentie 171. num. 10. & 11. lib. 2. Rot. coram bo. me. Buratt. decif. 910. num. 7. & in Bononien. fideicommissi de Rubeis 15. Ianuarij 1620. coram bo. me. Vbaldo Seniore in Romana fideicommissi de Vitoris 2. Iunij 1627. coram bo. me. Merlino impress. apud Cenc. de censib. dec. 494. n. 1. in Romana Cafalis Anzani 27. Iunij 1640. coram R. P. D. meo Roias §. detractio in Roman. hæreditatis 14. Decembris 1646. coram R. P. D. meo Arguelles §. & licet; Quo magis quando pro negatiua concurrat aliqua præſumptio Cauat. in ex aduerso allegat. decif. 246. n. 3. Cyriac. d. contr. 5. n. 115. & segg.

19 Qui est casus noster, quia ex testibus examinatis constat Patrem Puellæ dotatæ fuisse pauperem, & mulier iam dotata fuit, & dorem habuit ex bonis fideicommissi mediante impositione census, quæ est species alienationis, Buratt. d. 410. num. 3. Rot. inter recent. decif. 677. num. 2. part. 1. d. 456. num. 5. in fin. part. 2. decif. 309. n. 3. apud Cenc. de censib. Nec allegari potest existentia quarundam societatum officij aut excessus dotationis, quia vel Societates officij erant difficilis exactio- nis & habentur, ac si non extitissent, cum dos non debeat constitui in huiusmodi creditis Castr. cons. 219. ad fin. lib. 1. Mantie. decif. 152. n. 5. Reuerendissimus Vrgellen. decif. 145. num. 42. & fuit dictum in Bononien. fideicommissi de Malueris 10. Martij 1642. coram R. P. D. meo Peuringero in Romana dotis 23. Iunij 1645. coram R. P. D. meo Orthono, vel fuerunt exigibiles, cumque Aduersarius illas penes se retineat, & forsan exegerit, dolere non potest, quod ex illis non fuerit dos constituta. Excessus verò dotis non probatur, ut debet ab Aduersario, quia congrua præsumitur, Fontanell. dec. 560. num. 22. & in terminis contra fideicommissarium respondit Seraph. decif. 666. sub n. 4. Rot. in impress. apud Modern. Forolunien. de legit. decif. 10. sub num. 5. vers. & demum, & in d. Romana Cafalis coram D. meo Roias §. minus obstat.

20 Versio autem pecuniarum censualium in solutionem dotis, quæ probanda est à Creditore, Cenc. de censib. quest. 19. sub num. 33. Fulax. de subst. quest. 531. num. 175. Rot. Bononien. fideicommissi de Formagliaris impress. apud Giouagn. rest. 22. n. 21. & 22. satis probatur attempta serie facti; nam census fuit impositus die 22. Augusti cum expressione quod imponebatur pro soluenda parte dotis, quæ expressio præbet coniecturam versionis in eam causam quia satis est consonum veritati, quod cum pater pecunias ceperit ad censum cum expressione, quod accipiebat ad effectum soluendi partem dotis, quam postea soluit, soluerit de istis pecuniis, & emptor census curauerit de illis solui pro maiori sua cautela ut bene ratiocinatur Grat. discept. 897. num. 10. post Alex. cons. 84. n. 4. lib. 7. Seraphin. decif. 1093. num. 1. Buratt. decif. 920. n. 4. ibi duo post fuit celebratum matrimonium, de quo tempore iuxta capitula matrimonialia debebant solui sponso scut. 500. in pecuniaria numerata, quot sunt, quæ ex censu retracta fuerunt, & soluta tunc præsumantur licet post mensent sponſus fecerit confessionem de recepto, quia talis

26

21
22
23
24
25
26

talis confessio non coarctata ad certum tempus refertur etiam ad solutionem factam de præterito tempore celebrati matrimonij, & stante præcedenti conuentione, quod pecunie soluerentur quando matrimonium celebrabatur præsumptio est quod tunc fuerint solutæ, perindeque est ac si confessio explicaret quod pecunie fuerint solutæ incontinenti in actu celebrationis matrimonij ad text. in l. Modestinus ff. solut. Ancharan. conf. 7. sub num. 2. teste decis. Aragon. 252. n. 7. & 8. præsertim quia sub eadem confessione de recepta Sponsus confessus fuit recepisse pretium perlarum pro ornatu vxoris promissum quod sane quis negauerit fuisse traditum in actu matrimonij, vnde attenda vicinitate contractus censualis, & matrimonij resultat plena probatio versionis Menoch. de arbit. cas. 432. n. 38. & præf. 53. n. 8. lib. 3. Grat. d. discept. 897. n. 11. Rota decis. 335. n. 2. par. 4. recent. decis. 114. n. 6. & 7. par. 5. decis. 31. n. 3. coram S. m. Greg. XV. quam sufficit esse verisimilem, & coniecturis probari ex allegat. per Grat. d. discept. 897. num. 14. Add. ad Gregor. d. decis. 31. n. 11. Buratt. dec. 546. n. 4. Reverendissimus Vrgellen. doc. 256. n. 6. Quo magis, quia vt supra dicebam, per testes probatur dotantem fuisse pauperem vt per gloss. Bald. & alios alleg. ab Add. ad Buratt. decis. 546. num. 9.

Nec obstat quod summa confessata sit scut. 450. census vero scutorum 500. quia diuersitas summa non excludit versionem ex aliis coniecturis probatam Alex. conf. 84. n. 4. lib. 7. Grat. d. discept. 897. n. 15. & aduertendum est quod accidit solui pro dote solum scuta 450. non quia à principio non fuisset conuentum de soluendo dd. scuta 500. in contanti, sed quia bonorum stabilium, quæ in solutum reliquæ dotis tradenda erant pretium præter contrahentium opinionem creuit de tempore traditionis. Vnde minus dici potest quod census, vt impositus super bonis fideicommissi alienari prohibitis ultra summam veram in dotem sit nullus in totum, vt per Cenc. in add. ad tract. de cens. p. 1. c. 2. q. 1. art. 6. n. 15. & secundum vlt. impress. q. 19. sub n. 33. vers. ad hoc autem, quia vt dicebam ab initio nullus aderat excessus, sed contingit postmodum ex causa mox adducta, sentiebat tamen vnus ex DD. censum sustineri solum pro rata scut. 450. versa in solutionem partis dotis quia alienatio bonorum fideicommissi tenet solum pro concurrenti quantitate æris alieni ex bonis fideicommissi detrahendi Gabr. conf. 118. n. 5. vers. 2. lib. 1. Dec. conf. 493. n. 18. Bellon. dec. Gen. 4. n. vlt. Hieron. Leo in respons. Iur. impress. post decis. V. lent. 173. n. 179. lib. 2.

Ex quibus resolutum fuit vtraque parte informante dandam esse immisionem maximè quia ad hunc effectum sufficit exceptionem fideicommissi non esse omnino claram, Seraph. decis. 1200. n. 6. Buratt. dec. 853. n. 4. Fontanell. decis. 165. n. 7. Rota inter recentior. decis. 704. num. 1. ad med. part. 3.

* *

EMINENTISS. ET R. P. D. CARDINALI CORRADO.

Bituntina Census.

Veneris 24. Maij 1647.

ARGUMENTVM.

Intendens gaudere beneficio scripturæ amissæ debet ante omnia probare, illam in rerum natura extitisse, eaque forma, ac tenore conceptam vt, si realiter exhiberi posset, illi omnino profutura esset, deinde casu amissam fuisse. Et plura circa materiam, & probationem amissionis scripturæ.

SVMMARIVM.

- 1 Hæres absque Beneficio Inuentarij, tenetur satisfacere eam de proprio creditoribus hereditariis. Licet aliud sit quo ad fideicommissarios vniuersales.
 - 2 Inuentarium allegatum non releuat Hæredi, quando non fuit exhibitum, quia tunc alleganti non potest suffragari.
 - 3 Inuentarium non confectum congruo tempore, & cum omnibus solemnitatibus, iuxta formam à lege præscriptam, vel municipali iure, seu legitima consuetudine approbatam, vt necessarium est non prodest Hæredi, perinde ac si nunquam factum fuisset.
 - 4 Beneficio scripturæ amissæ ad hoc vt quis possit gaudere, debet ante omnia probare, illam in rerum natura extitisse, eaque forma, ac tenore conceptam, vt, si realiter exhiberi posset, illi omnino profutura esset; deinde verò casu amissam fuisse.
 - 5 Testes deponentes Instrumentum fuisse factum, exprimere debent sic fuisse scriptum, & sic fuisse lectum: alias non facerent fidem.
 - 6 Testes huiusmodi, necessarium est, quod sint valdè periti, qui defectum Instrumentorum & litterarum Notarij rogati cognoscant, & n. 15.
 - 7 Testis affectatus non est integre fidei.
 - 8 Testes rem ipsam dumtaxat prout gesta fuit, distinctè exponere debent: alias enim quando de positionibus interserunt talia, quorum cognitio, ac definitio ad Iudicem spectat, & sic videtur potius aliquod iudicium ferre, confusa eiusmodi depositio nihil concludit.
 - 9 Præsumptio pro solemnitate actus non iuuat, quando controuertitur adhuc illius substantia.
 - 10 Solemnitates extrinsecæ ad scripturam requisite, non præsumuntur nisi lapsu temporis triginta annorum.
- Et præsertim cum agatur de graui præiudicio tertij.
- 11 Amissum dici non debet illud, quod peti, ac recuperari potest.
 - 12 Damnum sentienti competit actio aduersus eum, cuius factum, & culpa, damnum euenierit, pro releuatione damni.
 - 13 Originarium Instrumenti publici, verisimile est, penes Notarium de illo rogatum vt par erat remansisse.
 - 14 Amissio scripturæ non præsumitur in eo, apud quem nulla apparent facta diligentia, nullusque corrigisse probatur casus, quo perierint eius scripturæ; & ideo sic allegata, non potest dici iustificata.
 - 15 Amissio Instrumenti non probatur, si simpliciter testes

testes deponant se illud vidisse; sed necesse est probare amissionem originalis, & quod illi testes sint valdè periti, qui litteras illius Notarij cognoscant.

- 16 Testi deponenti de re ab ipso acta, deferendum est.
- 17 Copia Instrumenti in forma probanti extracta, deficientie originali, potest, aliis concurrentibus, suffragari.
- 18 Damnum sentienti ex propria culpa, sine inexcusabili negligentia, quod facillè poterat evitare, non est subueniendum.
- 19 Aditio hereditatis, ex quolibet actu Iudicis declaratio, & ex actu per ipsum Hæredem simpliciter gesto, qui citra Ius & nomen hæredis fieri non possit; plenè probatur, tum re ipsa tum expressis verbis.

DECISIO XVII.

Resolutio in hac causa facta die 27. Nouembr. 1645. coram me, hodiè denudè discussa, fuit per Dominos confirmata. Quia concurrunt omnia requisita pro associatione petita ab Administratores Montis familiae de Labinis ad bona obnoxia Censibus impositis, ac venditis eidem Monti per q. Scipionem Bouium anno 1597. & Franciscum eius filium anno 1619. ad effectum illis satisfaciendi de fructibus decursis, & non solutis, vt latè probatur in præcedenti Decisione.

Neque visa fuit obtare repetita pro parte Octauij, & fratrum de Bouiis retentionis exceptio ratione crediti anterioris dotis & antephati q. Virgiliae eorum matris, cuius sunt hæredes.

Quia cum pariter sint hæredes Scipionis, & Francisci debitorum absque beneficio Inuentarij non possunt eiusmodi exceptione tueri aduersus Creditores hereditarios, vel quia hæreditates præsumuntur soluendo, vel quia ipsi in omnem casum tenentur etià de proprio illis satisfacere iuxta text. in l. fin. §. si verò postquam adierint, C. de iur. delib. & in §. Hinc nobis vers. Si verò non fecerit, in Auth. de hered. & falcid. licet aliud sit quoad fideicommissarios vniuersales, in quibus terminis procedit notata per Bald. in l. debitorum tuo sub n. 5. v. extra oppo. vbi Dec. sub n. 4. vers. dicit tamè Bald. ac seqq. & Soccin. n. 9. vers. quid Iuris, C. de pactis (relati per Franch. dec. 39. n. 3. v. nō enim & seq.) vt benè declarat Caltr. in conf. 77. V. ista facti narratione sub n. 1. v. conclus. est ergo p. 2. Soccin. iun. conf. 170. n. 4. vers. & cum in casu isto ac seqq. li. 2. Paris. conf. 48. n. 8. v. non obstat dec. Bald. lib. 3. Crau. conf. 506. n. 13. vers. non obstat altera Peregr. de fideicommiss. art. 36. n. 141. vers. Igitur, & c. conf. 72. sub n. 1. vers. cum hereditatem adiuuerint lib. 4. cum aliis in præcedenti decisione relatis in §. Non obstat denique vers. Domini dixerunt & nuper in Rauenn. bonorum 1. Febr. huius anni coram me in §. postremo vers. in hoc autem casu.

Nec releuat allegatum Inuentarium hereditatis præfati Scipionis. Quia cum non fuerit exhibitum illis suffragari non potest. Bald. in d. l. fin. §. & si præfatum sub n. 3. vers. tamen si producat C. de iur. delib. & conf. 219. Statuto Ciuitatis Papie n. 4. v. Aditur in puncto lib. 1. Rota dec. 751. n. 1. v. dictum fuit p. 3. lib. 3. diuers. & in Cesenat. bonor. 13. Iun. 1608. cor. a S. D. N. & ex aliis probat Moder. Roman. disc. 981. n. 24. v. non obstat præfata indicatio Inuentarij seqq.

Minus releuat, quod Instrumentum d. Inuentarij ablatum, atque amissum fuisse dicatur.

Primo quia non constat illud fuisse confectum congruo tempore, & cum omnibus solemnitati-

bus iuxta formam à lege præscriptam, vel municipali iure, seu legitima consuetudine approbatam, vt necessarium est, aliàs hæredi non prodest; perinde ac si nunquam factum fuisset per textus in d. l. fin. §. & si præfatum ibique glossa in verbo censuerunt, ac DD. C. de iur. deliber. & in d. §. Hinc nobis vers. si verò non fecerit in Auth. de hered. & falcid. Rol. conf. 73. n. 28. vers. cum non confecerit & seqq. lib. 2. Alb. conf. 764. sub num. 47. vers. nec obstat si dicatur & seqq. Nat. conf. 574. n. 6. vers. ex prædictis concluditur & seqq. Bertazzol. consil. cin. 107. n. 32. vers. sed hæc difficultas cessat, & seqq. Surdus decis. 222. n. 4. vers. quia paria sum, Rota penes Verul. decis. 119. n. 4. vers. nam quando part. 2. & sanct. mem. Gregor. decis. 496. n. 2. vers. quia alias &c. Quando enim quis intendit gaudere beneficio scripturæ amissæ, debet ante omnia probare illam in rerum natura extitisse, eaque forma, ac tenore conceptam, vt si realiter exhiberi posset, illi omnino profutura esset, deinde verò casu amissam iuxta text. l. testium §. si verò facta Codic. de testib. & in cap. cum olim il primo, vbi DD. extr. de priuileg. Bart. in auth. si quis in aliquo sub num. 6. vers. quæro quid si sint plures testes &c. dicens non sufficere, quod testes deponant Instrumentum fuisse factum, sed exprimere debent sic fuisse scriptum, & sic fuisse lectum, aliàs non facerent fidem, infertque idè necessarium esse, quod illi sint valdè periti, qui defectum Instrumentorum, & litteras Notarij rogati cognoscant Iason sub num. 2. vers. subdit tamen Bart. Cod. de edend. Alb. conf. 101. n. 7. vers. Et quatenus Crau. conf. 411. n. 12. vers. tertio principaliter respondeo, Anguil. conf. 14. n. 104. vers. Et oportet probare, Decian. conf. 18. n. 13. vers. quod etiam comprobo lib. 2. & latè explicat Surdus conf. 109. num. 8. vers. ad hæc omnia respondetur & seqq. usque ad fin. Honded. conf. 39. n. 60. vers. aliud de probatione & seqq. lib. 2. Franc. Viu. decis. 165. per totum. Rota penes Card. Caualer. decis. 532. n. 4. vers. præterea, & Buratt. decis. 505. n. 10. vers. Tum quia acta iudicialia, &c.

Nec obstat quod duo ex testibus pro Bouiis examinatis nempè Io. Donatus Florellus, & Io. Iacobus Henricus deponant d. Inuentarium fuisse solemniter confectum.

Quia (præter quàm quod alter ex eis asserit se fuisse Procuratorem hæredum ad illum actum, in cuius idè validitate propriam verisimiliter affectat, atque tuetur peritiam, & laudem, ac proinde non est integræ fidei cap. si de testibus in 6. leg. si ff. de testibus Bart. in l. deferre sub num. 2. vers. si verò ad eum non pertinet, ff. de iur. fise. Felin. in c. cum à nobis num. 13. vers. ex prædictis & num. 14. vers. & in effectu extr. de testibus Crau. conf. 281. sub num. 4. vers. sed ratione affectionis, Rim. iun. conf. 26. n. 42. vers. quinimò, Ceph. conf. 65. num. 24. vers. accedat, Olasc. decis. 79. num. 40. vers. nam ipsi Mascard. de prob. concl. 1317. sub num. 1. & seq. & alij relati per Farinac. de testib. q. 60. n. 17. vers. sic in simili & seqq. ac sub n. 21. & 29.) Fuit responsum non sufficere ad hunc effectum, quod testes genericis illis, atque confusis verbis deponant Inuentarium fuisse solemne, nisi facti feriem enarrent, ac solemnitates in eo adhibitas specialiter enumerent, vt deinde iudicari possit, an omnes ritè, recteque fuerint seruata. Nam huius rei cognitio, ac definitio ad Iudicem spectat, non ad testes, qui rem ipsam dumtaxat prout gesta fuit distinctè exponere debent, aliàs enim confusa eiusmodi depositio nihil concludit.

ad latate §. nihil ff. de interrog. act. l. ita fidei ff. de iur. ff. Alber. in l. sciendum n. 6. vers. Vnum est tamen, circa hoc valde notandum, & ibi Iason. sub n. 14. vers. Limita istam doctrinam ff. de verb. oblig. Io. Fab. in §. fin. sub n. 4. vers. quid ergo & seq. instit. de fideiussor. Socin. cons. 24. sub n. 31. vers. quia paria sunt lib. 1. Afflic. dec. 274. sub num. 1. vers. primo debet probari ac seqq.

- 9 Nec inuadit adducta præsumptio pro solemnitate actus; Tum quia controuertitur adhuc sententia, Decian. cons. 45. n. 46. vers. tertio respondeo lib. 5. Tum quia ab anno 1613; de quo Testes deponunt vsque ad tempus inchoati iudicij primùm contra Camillum alterũ ex dictis fratribus de ann. 1640. & successiue de anno 642. contra Octauium, non sunt lapsi triginta anni, quod tempus requiritur in præsumendis solemnitatibus extrinsecis scripturam requiruntibus ex sententia Rotæ, vt penes Cassador. dec. 3. n. 1. vers. nam, licet, & seq. de procur. Put. dec. 152. l. 2. in correct. ac penes Burat. dec. 120. n. 37. vers. nec præsumi potest ac seq. & in recent. dec. 18. n. 26. vers. minus obstat p. 7. Et præsertim cum agatur de graui præiudicio tertij, Menoc. præf. 4. n. 55. ver. declaratur oct. lib. 6.

Secundò non probatur allegata Instrumenti amissio ex eo quod testes deponant Antonium Gentilem dd. fratrum Contortorem illud abtulisse, ac penes se retinuisse, Tum quia dum repeti ac recuperari potest, amissum dici non debet. l. Labeo la 1. §. amississe ibique glossa in verbo actionem, & exornat Rebuff. l. id apud se l. bonorum appellatio la 1. §. ff. de verb. signif. l. rem in bonis ff. de aqu. rer. dom. l. 9. actionem ff. de reg. iur. Bertazz. cons. cin. 56. n. 52. vers. cum illis; Tum quia in omnem casum eisdem fratribus competit actio aduersus d. tutorem, ac eius hæredes, vt conferuntur indenes à quocumque damno ex eiusmodi eius facto, & culpa in eos proueniente l. 1. in princ. & l. 2. in princ. ff. de tutel. & rat. distr. l. 1. C. si iur. vel car. interuen. & in d. Aurb. de hered. & falc. §. illud quoque & §. pupillis aut Rot. dec. 67. n. 5. v. & certum est ac seq. p. 5. rec.

13 Tertiò quia præsupponitur d. Inuentarium vnà cum processu (vt inquit) præambulo fuisse confectum per acta publici Notarij, nec satis constat illud à præfato Gentile receptum fuisse ipsum originale, quod verisimilius est penes Notarium de illo rogatum remansisse (vt par erat c. quoniam contra v. & omnia extr. de prob. Rim. iun. cons. 821. n. 8. v. cum originale) apud quem nullæ profus apparent factæ diligentia, nullusque contigisse probatur casus, quo perierint eius scripturæ; Ideoque merito dici non potest assera amissio iustificata, vt notat ind. c. cum olim in primo de priuileg. & in d. l. testium C. de testibus Ruin. consil. 179. n. 5. vers. & quia non sufficit, & c. dicens non sufficere, quod testes deponant vidisse instrumentum, sed necesse est probare amissionem originalis, & quod illi testes sint valde periti, qui litteras illius Notarij cognoscant: iux. theor. Bart. supra cit. Seraph. de priuileg. iuram. priuileg. 37. n. 9. vers. & est aduertendum, Rota penes Burat. d. dec. 505. n. 12. vers. atque ita, & in recent. d. dec. 18. n. 22. vers. nec præsumptio p. 7.

Quartò comprobantur præmissa; Quia præfatus Ioan. Donatus Florellus testis pro ipsis Bouiis examinatus, & reproductus deponit, che ha visto li atti del perambulo del l'heredita del q. Scipione Bono, li quali sono stati in suo potere portategli dal q. Gio: Francesco V'acca che ne hauesse fatto copia, & estratto come già la fece, e l'autenticò di sua mano co-

me Notaro Regio, ch'era all' hora, e li consegnò, ereditati al medesimo. E questo fu nell' Anno 1613. se mal non si ricorda del mese d' Agosto, e detto preambulo era con le solemnità, & inuentario fatto & c. Hinc enim apparet duplicem asseri inuentarij confectam fuisse scripturam, alteram scilicet originalem, alteram verò ex ea in forma authentica extractam ab eodem teste, cui circa hoc ab ipfomet actum deferendum est præsertim contra partem Crauet. consil. 112. n. 17. vers. nec potest excusare. Rota penes Cardinal. Seraphin. dec. 1163. n. 6. vers. & licet, sanct. memor. Gregor. XV. nec. 531. n. 10. vers. nam quoad Sebastianum & seq. & in recent. dec. 622. num. 3. vers. non obstat, & dec. 726. num. 3. vers. primo quia & seq. part. 3. & decif. 554. n. 3. vers. quibus ac decif. 594. n. 17. vers. cum, & unico testi ac seq. part. 5. Cum autem vna tantum ex eis ad manus d. Gentilis peruenisse probetur, siue illa fuerit originalis, siue copia extracta, (quod magis consonat veritati) tamen superat altera, quæ perquirenda, & exhibenda erat. Nam etiam copia sic extracta, deficiente originali, posset (alio concurrentibus) suffragari iux. Gloss. in leg. sicut iniquum in verb. facile in fin. Cod. de fid. instrument. & ibi Iason. alij DD. Bero consil. 92. num. 24. vers. & posito etiam lib. 3. Alb. dicto consil. 101. n. 5. vers. sed pro sustinendo exemplo, & seqq. Bertazzol. consil. crimin. 147. num. 11. vers. & quod etiam exemplum, Malcard. de probat. conclus. 711. n. 87. vers. decimo quarto limita, & in specie respondit Honded. d. cons. 39. sub n. 62. vers. clarè apparet præsentos testes lib. 2.

Accedit prædictis, quod postmodum iidemet fratres anno 1626. & 1627. personaliter comparentes coram M. C. V. petierunt etiam remedia restitutionis in integrum, & obtinuerunt admitti ad confessionem Inuentarij hereditatis paternæ, ac aliorum consanguineorum, vt apparet ex publicis actis exhibitis pro parte Administratorum Montis; Et tamen nullum deinde etiam maiores effecti confecerunt Inuentarium, quare ipsis imputandum est quodcumque damnum ex propria geminata, & inexcusabili negligentia proueniens, quod facile poterant euitare, vt respondit Rota penes Coccin. dict. decif. 59. num. 6. vers. cul. nec excusari potest, & in Romana fideicom. de Capite ferreo 19. Februarij 1646. coram Me in §. nec demum reuenat excusatio ac seq. & in §. sed cessant omnes obiectiones.

Præterea non obstat, quod respectu Francisci eorum fratris nullum quidem allegetur inuentarium, sed absolute negentur hæredes.

Quia contrarium plenè probatur ex Decreto Regiæ Curie Bituntinæ die 15. Decemb. 1422, quo fuerunt declarati hæredes simpliciter d. Francisci eorum fratris ex testamento vnà cum Virgilia communi matre, ac pro eius quota cohæredes; Et ex publico instrumento recepto per Bartholomæum Maiolanum publicum Notarium Bituntinum Anno 1627. i. Semprembris in quo ipsi personaliter tanquam tales expressis verbis agentes promiserunt soluere debitum eiusdem hereditatis summæ duc. 1380. circiter pro residuo dotis, antephati, & alimentorum Lauræ prædicti Francisci q. Vxori; Ex quibus sanè certum est aditionem hereditatis plenè probari tum re ipsa, tum verbis expressis leg. 2. Codice de iur. deliber. Bartol. in l. feri sub numero 14. vers.

vers. aut illa verba, & sub n. 21. vers. si verò non poterat facere, D. de aqu. hered. Crauet. consil. 148. num. 10. vers. modo cum rei declarauerint se heredes & seq. Sardus consil. 576. num. 34. vers. quod autem & sequent. Rota decif. 393. part. 4. diuers. & penes Reuerendissim. Vrgellen. decif. 189. sub n. 5. vers. quod verò, Palma, & Coccin. decif. 168. ac in recent. decif. 360. num. 29. vers. ex illa enim cessione, & seq. decif. 474. num. 1. vers. qua verba & seq. p. 5. & in aliis relatis in præcedenti decif. in §. Quod autem fuerint hæredes, & c.

Postremo non obstat, quod etiam cessante inuentarij beneficio dicti fratres non teneantur de proprio secundum ius canonicum.

10 Quia contrarium verius, atque receptius est in foro iudiciali, cum in hac parte sacri Canones non solum legibus ciuilibus non aduerfentur iuxta regulam cap. 1. de nou. oper. nunc. Sed bene conueniant, vt habetur in cap. Reynaldus in fine ibi, Saluo nihilominus ei ex iure institutionis beneficio legis falcidie in restitutione præfati legati, si infratempus legitimum voluntati paruerint Testatoris, cum inuentarium fecerint, & contra voluntatem testatoris lex falcidia inducatur ibique glossa in verbo inuentarium extr. de testament. Hostiens. in summa de testament. sub numero 23. vers. Ad quid heres, ibi, quid si non sufficit hæredibus ad debita persolueda? Distingue secundum lege. Verum fecerit inuentarium, & tunc non tenetur ultra vires hereditatis, vel non fecerit, & tunc tenetur. Cod. de iur. deliber. leg. scimus. Et idem videtur secundum ius Canonicum infra eodem capite, Reynaldus §. penult. in fin. & cap. Baldus in dicta lege final. sub numero 12. in versiculo secundo casu, vers. aut loquimur in obligatoribus descendentibus in hæredes, & in §. fin. verò postquam num. 1. Codice eodem, Cardinalis in capite 1. sub numero 4. vers. sed hoc & cap. vbi etiam alij Doctores extr. de solut. Abbas in repetitione cap. Ecclesia sanctissima Maria numero 18. vers. Et ex his infero de constitutione, & latius probat in consilio 73. Circa primum dubium sub num. 9. vers. Nec obstat si dicatur, & sequent. lib. 2. Barbar. in eodem tractatu, quest. 245. num. 1. vers. contrarium de iure: Cass. in §. inuentarium quest. 22. num. 2. vers. Sed an heres, Valquez de success. creat. lib. 1. §. 1. num. 27. vers. illud autem, Rob. Marant. in disputatione 8. num. 21. vers. quarto adducitur, & latè probat Menoch. consil. 89. à numero 156. vers. Non obstat vltimum ac seqq. Rota decisione 72. à numero 49. vers. contraria tamen & sequentibus vsque ad finem, vbi concluditur hanc sententiam esse de iure verisimam, & magis communiter receptam part. 2. diuers. & sequitur Fachin. contr. lib. 6. cap. 23. vers. sed valde ac alij.

Atque ita fuit resolutum vtraque parte informantè, & c.

R. P. D. ALBERGATO,

Romana luci dotis.

Veneris 24. Aprilis 1659.

ARGUMENTVM.

Quartum dotale statutarium, debetur etiam ex portione dotis non soluta actioni subsidiariæ quando sit locus. Quando possit auocari pecunia soluta, posteriori creditori, ab antèius creditum habente. Et multa de excursionè debitoris.

SVMARIVM.

- 1 Statutum verbis c. 131. lib. 1. simpliciter loquens quorum dotale deberi intelligitur de dote, tam data, quam promissa. Et non soluta.
- 2 Dos promissa, & non soluta, ad effectum lucri habetur perinde ac si soluta fuisset.
- 3 Loca montium, ex constitutione Urbana, non cadunt sub hypotheca.
- 4 Anterior creditor, solam personalem habens, regulariter non potest auocare pecunias posteriori solutas.
- 5 Lucrum dotale, sicut ipsa dos, est privilegiatum.
- 6 Creditor anterior; etiam cum sola personali, potest auocare pecunias posteriori solutas, ex causa dotis, & lucri.
- 7 Pecunia soluta posteriori creditori ex causa onerosa, possunt verbi per anteriorem, vt de communi opinione testatur à pluribus.
- 8 Cause lucrativæ, & onerosæ distinctio, non potest applicari ad effectum repetendi solum posteriori creditori quando agitur de locis montium adhuc extantibus.
- 9 Causa onerosa non concurrat in usufructuario, qui habet meram causam lucrativam ex legato, absque villo onere.
- 10 Idem est in proprietario quantitatis ex legato cum onere, vbi valor legati relicti, iniunctum onus excedit.
- 11 Insignia benefactoris, seu alterius, exculpia in fabrica Ecclesia à Regularibus, vel aliis Ecclesiasticis constructa non faciunt, quin ad ipsosmet adhuc pertineat.
- 12 Bonorum alicuius existentia non præsumitur vbi, facta discussione, fuit relatum ab exequutore deputato, & per diligentias, non fuisse adinuenta.
- 13 In excussione faciendâ contra pecunias depositas in Banco notorie decoctionis, non est necessaria ulterior executio.
- 14 In excussione bonorum hereditariarum necessaria est citatio hæredis, & deputatio duorum exequutorum cum iudicis decreto, excussionem esse legitime factam declarantis.
- 15 Hæreditas non dicitur adita à muliere, ex solo mandato per eam ad adendum dato sine solemnitatibus ad obligandum mulieres, & minores necessarii.
- 16 In excussione, sufficiunt etiam diligentias per vnum exequutorem facta.
- 17 Tutius tamen est duos exequutores deputare.
- 18 In Tribunali A. C. forma iudicij non attenditur in rigore. Ideò in excussione, si vnus tantum ibi deputeretur exequutor, non tamen præuertitur excussionis forma.

DECI

DECISIO XVIII.

Coram Reuerendissimo Terracinen. die 5. Aprilis 1647. & 30. Martij 1648. fuit resolutum, quod quemadmodum R.P.D. Bentiuolo ob prædecessum Semideæ eius vxoris licuit retinere quartum dotale ex scutis 10. m. in limine matrimonij solutis, ita & modo illud petere liceat ex aliis scutis 5000. quæ bon. memor. Cardinalis Lenus in capitulis matrimonialibus, Cleriam eiusdem Semideæ matrem esse relicturam post mortem sponderat, pro istoque consequendo, ex quo Cleria promissis per Cardinalem defecit, potuisse agi subsidiario iudicio contra loca 48. Montis Fidei hereditaria præfati Cardinalis quorum vsusfructus Lucretiæ & Antoninæ eius fororibus professis in monasterio sanctorum Dominici, & Sixti, proprietates verò Ecclesiæ sancti Caroli ad Cathinarios iuxta ipsius dispositionem spectabat.

Quibus cum Patres sancti Caroli non acquiescerent, obtinuerunt coram me in locum eiusdem reuerendissimi Terracinen. suffecto iterum audiri, causaque bis propofita, & prima vice dilata, eaque repropofita, Domini steterunt in decisio.

Siquidem non fuit per informantes controuersum huiusmodi quartum dotale deberi etiam ex dote promissa vigore statuti vrbis cap. 131. lib. 1. simpliciter loquentis, quod propterea comprehendit dotem tam datam, quam promissam, & non solutam, quæ ad effectum lucri haberetur, perinde ac si soluta fuisset, vt sæpius respondit Rota penes Achill. *decif. 13. n. 1. & 4. de const. coram sa. me. Gregor. decif. 5. num. 1. & ibi. Addit. num. 11. decif. 21. num. 1.* cum aliis in vtraque decisione huius causæ congestis.

Et Domini habuerunt pro indubitato licuisse Domino Bentiuolo pro tali lucro assequendo dirigere actionem in subsidium ad loca Montium prædicta, licet enim illa ex Constitutione Urbana non cadant sub hypotheca, & anterior creditor solam personalem habens regulariter non possit auocare pecunias posteriori solutas, vt *ex textu in lege pupillus, D. que in fraud. credit.* tradit Modern. Mediolanen. *de acquit. lib. 1. quest. 34. num. 2. versic. si vero, & num. 70.* hoc tamen non procedit, quando agitur de aliqua causa priuilegiata, qualis est nedum dos ipsa, sed etiam dotale lucrum *lege etiam, Cod. de iur. dot. leg. si constante. Cod. de donat. ante nupt. Menochius consil. 155. num. 5. Tiraquell. in l. si unquam verbo donatione largitus num. 226. Cod. de reuocat. donat. Franciscus Molina de ritu nupt. lib. 3. quest. 33. n. 16. Rota in Romana census 8. Nouembris 1616. coram bon. mem. Cardinali Sacra- ro, nam isto in casu posse anteriorem creditorem pecunias posteriori solutas auocare, firmant Barbosa in lege 1. part. 6. num. 21. versic. & reueta, D. solut. matrim. quem sequitur Thesaur. *questionibus forens. lib. 2. quest. 16. sub num. 6. Marefcott. variat. resolut. lib. 2. cap. 36. num. 5. Cost. remed. subsid. 37. illat. 2. num. 3. Gait. de credito cap. 4. n. 1303. Peregrinus de iur. fisc. lib. 6. tit. 6. cum congestis per modern. Foroliu. de pignor. lib. 4. tit. 1. questione 29. num. 25.**

Neque Patres sancti Caroli, & litis consortes tueri se possunt ex præfata causa onerosa, quia quidquid sit de illa questione, an soluta posteriori creditori ex causa onerosa, possint retrahi per anteriorem, quod affirmat, communemque asserit

opinionem Barbof. *dict. leg. 1. num. 24. post Couarr. pract. 99. cap. 29. num. 2. Gutierrez ad legem Tauri 32. Glossa 1. n. 7. in fin. Capic. decif. 78. sub num. 5. & sequentib.* cum per aliis per modernum Foroliu. *de pignor. dicta quest. 29. num. 23. & 24. cessare videatur in præfati difficultas, ex quo loca Montium, de quibus agitur, adhuc extant, ac proinde distinctio causæ lucratiuæ, & onerosæ nullatenus applicari potest, Menoch. consil. 25. num. 17. & seq. Trentacinq. *variar. lib. 3. resol. 23. num. 7. & 17. Fontanell. de pact. nupt. clausul. 5. Glossa 8. part. 6. num. 32. & 37. cum cæteris cumulatis per Anton. de Amat. part. 2. resol. 51. num. 21. Rota in Romana pecuniaria 2. Iun. 1631. §. neque applicatur, coram Reuerendiss. Pampilonen.**

Sed ex abundanti fuit etiam consideratum, nec huiusmodi causam onerosam hic concurrere. Nam respectu Montium res dubio caret, quod ipsam meram causam lucratiuam habeant in vsufructu eis absque villo onere legato *ad 1. legatum 37. D. de legat. 2. §. legatum si res aliena instituit. eo. Quod & idem esse, quod Patres sancti Caroli proprietarios visum est, quia valor legati ipsis relicti iniunctum onus excedit leg. in ratione, §. vendere D. an legem falcid. Alex. consil. 135. num. 4. in fin. & n. 5. lib. 5. Marefcott. *variar. resolutionum, lib. 1. cap. 74. sub num. 5. versic. secus, Ludouic. à Peguer. dec. 271. num. 28. in fin.**

Quod autem valor legati iniunctum onus excedat, patet manifestè, quoniam legatum ascendit ad scuta 37. mill. vel saltem ad 27. mill. quatenus detrahantur scuta 10. mill. à creditoribus Cardinalis euieta, onus autem versatur tantum circa demolitionem domorum ad Patres spectantium, quam ipsi pro ornamento fabricæ ex præcepto eiusdem Cardinalis pati debuerunt, ascenditque ad scuta 22. mill. Summario Patrum num. 3. neque enim alia scuta 8000. quæ per ipsos fuerunt erogata pro confirmandis lateribus Ecclesiæ ad euitandam ruinam ob nimium Cupolæ pondus suspicatum, in computum oneris sunt referenda, cum huiusmodi expensæ non respiciat fabricam à restatore demandatam, sed Ecclesiam iam prius à Patribus constructam, & quæ ad ipsos pertinet, quamuis in ea insignia Cardinalis fuerint insculpta, vt probatur in lege fin. ibi manentibus priorum titulis, qui ea opera fecissent *D. de oper. publ.*

Neque prædictis obstat potissimum obiectum, cui ex aduerso præcipue insistebantur, nempe actioni subsidiariæ non esse locum nisi prius excussis bonis Cardinalis Leni dotis promissioris, quam Cleriæ matris Semideæ.

Quia vt animaduertit vltima decisio in §. *tandem non obstat*; bonorum Cardinalis excussio bis iudicialiter facta fuit; primo scilicet ab excellentissimo Principe Burgesio, vt in extraet. A. C. fol. 33. & 35. Secundo à D. Bentiuolo, qui, citato curatore hæreditatis iacentis, necnon prædictis Patribus, & aliis omnibus interesse habentibus ad indicandum dicta bona hæreditaria, ex quo nihil releuans deduxerunt, obtinuit deputati executorum, qui retulit nulla alia bona interuenisse præter loca Montium præfata, vt in eodem extraet. fol. 291. & sequent. quare illorum non existentia præsumitur, Bart. *in lege in illa num. 5. & sub num. 11. D. de verborum obligat. Baldus in lege 2. num. 9. Cod. quando Fiscus, vel priuat. Pacian. de probation. lib. 1. cap. 45. num. 10. & cap. 46. num. 17. in fin. & num. 18. Cyriacus contr. 5. num. 142. Rota in*

Bazo

Bononien. Pecuniaria 17. Iunij 1641. coram reuerendissimo Salamantino.

Nec releuat, quod fuerit indicatum depositum scutorum 1000. factum in Banco illorum de Pelagii. Quia stante ipsorum notoria decodione non est necessaria vltior executio, Glossa *in lege nisi hoc actum, D. de pactis, Ital. in lege decem n. 27. D. de verb. obligat. Roland. conf. 9. n. 20. lib. Pacific. de Saluiano inspect. 2. c. 2. n. 20. Negusant. de pign. part. 8. membr. 1. n. 14. cum aliis congestis per modern. Foroliu. eodem tract. lib. 5. tit. 2. q. 68. n. 7. & per Rotam in dict. Bononien. pecuniaria coram Reuerendissimo Salamantino.*

14 Minus officit, quod in dicta excussione citatus non fuerit Marchio Martinenghus Cardinalis hæres mediatus, & vnicus tantum fuerit deputatus executor, cum duo essent necessarii vna cum Iudicis decreto excussione esse legitimè factam declarantis, iuxta deducta in Romana de Capis 4. Februarij 1608. coram bonæ memoriæ Lancelotto.

Quoniam præfati Marchionis necessaria non erat citatio, ex quo non constat hæreditatem fuisse aditam per Licinian ipsius matrem ex solo mandato per eam dato ad adendum sine solemnitatibus ad obligandum mulieres, & minores necessariis Castr. *in leg. mutuum in fine 8. D. de acquit. hæred. Pic. ad statut. Urb. glossa 7. n. 108. & alias respondit Rota decif. 73. num. 17. part. 5. recentior & in Inueram. bonorum 1. Februarij 1641. coram R. P. D. meo Cerro. Gratis verò obiicitur, quod diligentia non fuerit facta duobus executoribus, cum contrarium constet ex datis coram reuerendissimo Terracinen. Summario Domini Bentiuoli num. 11. licet per vnum etiam factæ sufficerent, prout aliàs admisit Rota decif. 14. num. 2. in fin. part. 2. recentior.*

16 licet enim tutius sit duos executores deputare, nihilominus si tantum vnus deputetur, non ideo prææritur excussio forma, maxime in Tribunali A. C. in quo rigor non attenditur, vt in puncto considerat Ludouic. à Peguer. *decif. 271. n. 43. part. 1. quem sequitur Fontanell. decif. 198. n. 13. Rota dicta decif. 14. num. 2. part. 2. recentior.* Et satis esse ad hunc effectum sententiam & declarationem tacitam resultantem ex processu iudicis ad vltiora visum est ex allegatis per modern. Tudert. *in tract. de excuss. part. 2. q. 33. n. 12. 13. & 14. modern. Foroliu. dicta q. 69. n. 5.*

Quod autem bonorum Cleriæ excussio sit faciendâ per Dominum Bentiuolum, caret omni subsistentia, quia cum ipse non habeant neque obligationem dictæ Cleriæ, neque eius hæredis, non tenetur contra tertios non obligatos suas actiones dirigere *leg. vel à debitoribus, D. de relig. & sumptibus funer. Rota in Inolen. bonorum 4. Iulij 1639. coram bon. mem. Coccino, nec bona litibus inuoluta (qualia fuisse ista Cleriæ constat ex fidibus exhibitis) excurrere, Marin. Mut. dec. Sicil. 24. n. 38. & 39. coram reuerendiss. Vrgellen. dec. 112. n. 16. in recent. dec. 167. n. 51. & seqq. p. 5. & in Foroliu. census 29. Maij 1626. coram bon. mem. Patriarcha Hierosolymitano.*

Et omnis tollitur amaritudo, quia onus dotandi Semideam non spectabat ad Cleriam, sed ad Cardinalem, qui cum fuerit hæres Hieronymi patris, & aui paterni respectiue, vt constat ex solutione hoc nomine facta vnus census hæreditarij Hieronymi ad leg. parentibus, §. qui autem agnouit, Cod. de inoff. testament. Mantica de consuet. vlt. vol. Salgado Labyrinth. Credit. Tom. I.

lib. 12. tit. 12. n. 13. Vtique tenebatur etiam Semideam neptem dotare, cum hoc onus, quod prius incumbere patri, vel aui paterno *leg. qui liberos, ff. de iur. nupt. leg. fin. Cod. de dot. propn. eis defunctis* non transierit ad Cleriam matrem, quæ tantum tenebatur in subsidium ad leg. *neque mater. Cod. de iur. dot.* sed ad Cardinalem ipsius aui hæredem *leg. signa à liberis §. iterum respiciunt, D. de liber. agnoscend. Mantica. de tac. & amb. lib. 12. tit. 18. num. 7. Fontanell. decif. 500. num. 11. cum aliis in Bononien. Legati de Marefcotis 25. Aprilis 1627. coram bon. mem. Merlino, in Camerinen. datis 6. Decembris 1838. coram reuerendissimo Terracinen. & in Vrbenetana legati 4. Maij 1648. coram R. P. D. meo Bichio, & in Roman. Saluiani 23. Mart. proximè præteriti, §. cum non ageretur, coram R. P. D. meo Vera- spio, quique cum hæreditatem absque beneficio legis, & inuentarij adierit, debet etiam de proprio hoc, & alia debita persolvere, *leg. fin. §. fin. autem, Cod. de iur. deliber. §. hinc nobis §. si vero non feceris, Auth. de hæred. & falcid. Vincent. de Franch. de. 80. n. 7. Rota coram Buzaco dec. 521. n. 5. in recentiores dec. 19. n. 8. part. 6. & in Bituntina census 10. Decembris 1649 §. minus attento quod Boni. coram R. P. D. meo Arguelles.**

Non obstant testes dati in summario responsionis ad probandum, quod Cleria promissit filiæ in testamento relinquere scuta 5000. quæ Cardinalis ipsam esse relicturam pollicitus fuerat.

Quia de hoc deponit vnicus tantum testis in diuersa causa examinatus, & de auditu à Cleria, qui propterea non probat, *cap. licet, cap. veniens de testibus leg. ubi numerus, D. eodem, & in omnem casum, cum talis promissio Cleriæ, de qua testis deponit, facta fuerit Cardinale, & Semideæ absentibus, & nemine pro ipsis acceptante, non peperisset aliquam obligationem, quæ saltem reuocabilis non esset iuxta naturam testamenti in quo adimpleri debuisset, vt ad propositum aduertit Ioann. Fabr. in §. 1. sub num. 1. institut. de legat. Nat. consil. 72. num. 3. & seqq. Surtus de cis. 127. n. 6. & n. 7. Rota in Romana hæreditatis de Scarfellis 17. Nouembris 1645. prout neque, coram reuerendissimo D. meo Decano, & eadem 27. Iun. 1646. §. prout nec releuar. coram R. P. D. meo Celfo.*

Et ita vtraque, &c.

Emin. & Reuered. D. Card. CORRADO

Romana Saluiani

Veneris 18. Februarij 1650.

ARGUMENTVM.

Hypotheca extinguitur quando res hypothecata iam peruenit ad manus creditoris iure dominij, etiam si postea eadem res denuo redeat ad debitorem, siue eius hæredem vigore redemptionis; Et multa de resolutione hypothecæ.

SVMMARIVM.

- 1 Iniustitia sententia impendit constitutionis Aggidiano effectum, ac in ea specialiter excepta legitur.
- 2 Saluianum interdictum, non datur absque hypotheca.
- 3 Saluianum, licet sit interdictum adipiscenda possess.

D

- possessionis, est tamen de pignoribus, de possessione rerum obligatarum.
- 4 Hypotheca cessat per translationem dominij rei hypothecata in creditorem.
 - 5 Ampliatur etiam si reuocatur dominium à creditore, mediante retrouentione, quia tunc, non solum non reuocatur, sed efficacia extinguitur n. 6. 10. & 12.
 - 7 Textus in leg. fin. Cod. de rem. pignor. & ibi glossa in verbo indignum, & textus in leg. voluntate creditoris, § D. quibus modis pig. vel hypoth. solu. declaratur.
 - 8 Actus idem non potest contrarios producere effectus.
 - 9 Creditor, recepto pretio rei hypothecata, eiusdem rei commodum substantialiter consequutus est, perinde ac si illam penes se haberet, ita quod finalem adiudicationis effectum obtinuit.
 - 10 Hypotheca, re soluto contractu, tunc solum reintegratur, quando eadem ratio, ob quam contractus resoluitur, aequè viget pro conseruatione, ac reintegracione hypothecæ, secus si non vigeat.
 - 11 Et hoc fortius si ratio resolutionis contractus præferat extinctionem hypothecæ.
 - 12 Hypotheca semel extincta, non possunt causam habentes à debitore in re iam hypothecata, ex lucris causis amplius molestari.
 - 13 Nisi expresso partium consensu fuerit reuocata.
 - 14 Cessio iurium operatur illorum translationem integre in cessionarium.
 - 15 Cedens iura, non potest eis amplius vii super re cessa, in præiudicium cessionarij, & causam habentium ab eo.
 - 16 Clausula, ita quod non retorqueatur, &c. & alia similes appositæ in cessione, non comprehendunt casum, quo ab ipso cedente inferuntur molestia super eadem re, cuius pretium illi solutum fuit.

DECISIO XIX.

Præuia sententia Rotali bon. memb. Pirouano obtinuerunt DD. de Taurinis, & Montagutis mandata contra bona hæreditaria q. Francisci Zecadori pro summa scutorum 3076. & baioc. 80. præter damna, & interesse vsque ad integram satisfactionem in eadem sententia comprehensa. Quæ fuerunt successiuè executæ super domo nunc controuersa, illis demum adiudicata pro pretio scut. 2300. referuato iure Michaëli Angelo fratris, ac hæredi dicti Francisci cum beneficio regis ac inuentarij eam recuperandi infra terminum sex mensium, provt ab illo recuperata fuit soluto dicto pretio præfatis DD. de Taurinis, & subinde dotis titulo translata in D. Catharinam eius filiam, ac eius virum. Contra quos instituto nuper coram A.C. iudicio pro eiusdem DD. de Taurinis prolata fuit sententia immisionis in possessionem eiusdem domus ex remedio vtilis saluiani interdicti pro satisfactione residui prædicti eorum crediti. Verum commissum mihi causa appellacionis pro parte dd. coniungunt interpositæ cum clausula, *Confito quod sit locus Agidiana*, &c. Hodie proposui dubium iuxta formam rescripti. Cui Domini negatiuè responderunt stante iniustitia sententiæ, quæ impedit illius constitutionis effectum, ac in ea specialiter excepta legitur lib. 6. cap. 2. iuxta gl. communiter receptam in cap. ex conquestione in verba post appellacionem, &c. de rest. spoliat. Gabr. conf. 36.

num. 1. lib. 2. Rota penes Card. Seraphin. dec. 603. in princ. Card. Mant. dec. 33. sub n. 2. vers. neque ad rem pertinere, &c. & n. 11. vers. quod autem, & lan. mem. Greg. dec. 491. n. 5. vers. quoniam autem, &c. Burat. dec. 152. n. 10. vers. ex quibus, &c. & in recent. dec. 88. num. 2. vers. ad effectum autem, &c. part. 6. ac in alijs relatis in Bonon. fideicommiss. de Rubens 23. Maij 1644. coram me, in §. hincque pariter cui: a-tur, &c.

Iniustitia verò Dominis visa fuit manifesta ob defectum hypothecæ dd. DD. de Taurinis, qua cessante certum est propositum saluiani remedium eis non competere, quod licet sit interdictum adipsendam possessionem, est tamen de pignoribus, id est de possessione rerum obligatarum l. 2. §. Saluianum, vbi hoc explicat Gl. in verb. pignoribus, D. de interd. & probatur ex l. 1. ac 2. D. de salu. interd. & plene Rota dec. 34. sub num. 26. vers. quo circa st. me remissione pignoris, &c. cum seq. part. 2. diuers. & penes Burat. dec. 257. num. 14. vers. & consequenter, &c. & dec. 774. n. 7. vers. verum dixerunt, &c. Coccin. dec. 50. num. 2. vers. nihilominus, &c. ac in recent. dec. 385. n. 3. vers. data autem nullitate census, &c. p. 1. ac sap. in alijs.

Cum enim domus hæc fuerit illis in causam eorum crediti adjudicata die 16. Martij 1635. vt apparet ex publico instrumento, certum est quod ex ea die, qua illius dominium in ipsos translatum fuit extincta remansit quæuis hypotheca eis prius acquisita leg. si quis ades, D. de seru. vrb. præd. leg. eleganter in princip. D. de pign. act. l. Titius, D. quibus modis pign. vel hypoth. solu. l. neque pignus, D. de reg. iur. leg. si prædium, Cod. de euict. Surdus dec. 51. n. 3. vers. binc est cum seq. & dec. 266. sub n. 3. vers. creditis tamen seruatus, & seq. per totum, Rota penes Card. Seraph. dec. 1333. n. 2. vers. vnde cum casale, &c. ac seq. & in recent. dec. 347. num. 6. vers. & in re proprijs, &c. part. 5. cum alijs relatis per Statil. de salu. interd. inspect. 3. c. 2. sub n. 368. vers. & sic non potest dici, &c. cum seq.

Nec obstat, quod translatio dominij non fuerit ex eo contractus irreuocabiliter facta in creditores ob facultatem redimendi dicto Michaëli Angelo concessam, & re ipsa completam.

Quia cum domij reuocatio in proposito casu fieri deberet, provt facta fuit iuxta formam etiam præscriptam à Statut. vrbis lib. 1. capit. 194. vers. possit tamen illa bona, &c. mediante retrouentione, ac solutione pretij ab eisdem Doctoribus de Taurinis recepti, vt apparet ex publicis instrumentis sub die octaua Iulij 1636. & sub die decima quinta Martij 1638. Ex hoc sane non solum inualefcere, ac reintegrari non potuit hypotheca dictorum Dominorum, sed efficacia extinctæ fuerunt omnes eius reliquæ lege si debitor, §. si in venditione, vbi Fulgofius sub numero 2. versiculo nota creditorem, &c. lege itam liberatur, in princip. lege si consensit in principio legis sicut, §. si voluntate, & lege penultima, D. quibus modis pign. vel hypoth. solu. lege 2. lege cum re à debitore, Codice de remiss. pign. Crau. consil. 298. sub numero 10. versiculo ratio igitur, &c. Gabr. consilio 155. sub numero 11. versiculo secundo quia, &c. libro 1. Rota penes Durandum, decisione 445. numero 57. vers. tamen quia creditor, &c. & dec. 449. num. 3. vers. simo Sforzia eo ipso, &c. cum seq.

Minus obstat, quod resoluta per huiusmodi retrouentionem vigore reservationis in ipso instrumento factæ adiudicatione, domus in pristinam causam

causam ad hæredem Francisci redierit, ac proinde eisdem hypothecis præcedentibus obnoxia, vt respondit I. C. in leg. voluntate creditoris, D. quibus mod. pign. vel hypoth. solu. Gloss. in l. fin. in verb. indignum esse, vers. vel referi an ex eadem, vel simili causa, & c. Cod. de rem. pig. & iuxta theor. Bart. in l. in diem, sub num. 1. vers. tota die contingit, & c. D. de aqua pluui. arceud.

Quoniam esto (illæsa veritate) quod domus per Michaelæm Angelum hæredem Francisci dictæ facultatis vigore recuperata penes eum subinde fuerit eodem hæreditario titulo, quo ad ipsum antea peruenerat, non tamen in eandem hypothecam Dominis de Taurinis prius competentem reincidisse censeri potest, quæ in ipso recuperacionis actu mediante illorum consensu retrouentioni præstita, & facta receptionis pretij remansit prioris extincta (provt dictum est) ita vt amplius reuiuiscere non potuerit, licet futura quoque bona comprehenderet iuxta text. in dist. l. fin. vbi DD. omnes, Cod. de remiss. pign. Negul. de pign. in 3. membr. 6. part. sub num. 21. vers. nouo amplia, & c. Diadacus resolut. 12. sub num. 1. vers. nam res ipsa, & c. lib. 3. Afim. de execut. §. 6. cap. 102. sub num. 2. vers. nec minus prædicta procedunt, &c. Surdus de res. 103. sub num. 1. vers. exat enim textum, & c. Mant. de tacit. lib. 11. tit. 31. sub num. 60. vers. sed hoc loco aduertendum est, & c. & dec. 146. sub n. 8. vers. neque etiam obligatio, & c.

Neque repugnant leges pro limitatione adductæ, cum glossa in dict. leg. fin. quam DD. communiter sequuntur.

Sine quia procedunt in casu quo contractus cum creditore, vel alio, ipso consentiente super bonis hypothecatis celebratus, aut non fuit re ipsa completus, aut ita facta partium, seu iudicis resolutus, vt nullum habuerit effectum. Tunc enim iustum, & æquum est, quod sicut debitori, ita & creditori ius pristinum restituatur, vt respondit I. C. in d. l. voluntate, D. quibus mod. pign. vel hypoth. solu. & comprobatur in præcedenti leg. sicut §. si voluntate, cum §. sequent. D. eodem tit. in quibus termini loquitur Gloss. in d. l. final. ac ibidem Placentin. Iacobus de Aren. Cyn. Barr. Bald. & Angel. & post alios explicat Hugon. Douell. sub n. 7. vers. remissionis pignoris hac vis est, & c. Franc. Conan. in commentar. iur. lib. 4. cap. 19. sub num. 3. vers. quid autem si voluntate creditoris venditum est pignus, & c. cum sequent. Non autem quando verè, & bonâ fide initus, atque perfectus fuit, licet deinde debitor bona ipsa soluto pretio ex eadem, vel alia causa redemerit, vt ex generalibus verbis, ac ratione text. in dicta lege finali, Cod. de remiss. pign. sentiuntur ibid. post Franc. Accurs. Alberic. sub n. 1. vers. & licet gloss. & c. Hug. Donel. in fin. vers. sic autem rem careere suspicione, & c. Franc. Conan. dict. cap. 19. sub num. 4. vers. aliud est dicendum, & c. & sequitur Afim. de execut. §. 6. c. 102. sub num. 2. vers. Id autem intellexit, & c.

Sine quia certe intelligi debent provt loquuntur, quando res per debitorem creditoris consensu in tertium alienata ab eodem ex pacto à principio conuento recuperatur. Sicque ad pristinam causam redit, à qua temporaliter non perpetuo fuerat extracta & separata; non autem quando ab ipsomet creditore soluto illi pretio redimitur, quia non potest idem actus contrarios producere effectus extinctionis nempe, ac præseruationis hypothecæ contra legem, qui hominem, §. fin. vbi Glossa Salgado Labyrinth. Credit. Tom. I I.

in verbo liberatur, adducit concord. D. de solut. Alexand. consil. 66. in causa, & l. i. sub num. 17. vers. quinimo, & c. lib. 3. Nec creditor iure conqueri valet, qui recepto pretio eiusdem rei commodum substantialiter consequutus est perinde ac si illam penes se haberet, ita quod finalem adiudicationis effectum realiter obtinuit ad textus in lege labro, §. item si Dominus, D. de verb. signif. vbi Glossa in verb. pretium abest. & Doctores Surdus dec. 306. n. 12. vers. secundo respondeo, & c. Caualer. dec. 579. num. 4. vers. vtrique tale pretium, & c. Pen. dec. 603. num. 14. vers. secundo respondebatur, & c. Ideoque merito non potest hoc casu reuiuiscere hypotheca per solutionem extincta, vt dictum est, & probatur ex textu in dicta leg. eleganter in princip. 11. de pign. act. & in leg. si prædium, Cod. de euict. Glossa in leg. libera. in verbo non prohiberis in fine Cod. de sent. & interloc. omn. iud. & bene explicat Mantica de tacit. lib. 11. tit. 31. sub num. 48. vers. & quidem, & c. cum seq. dicens quod tunc demum resoluta contractu reintegratur hypotheca quando eadem ratio, ob quam contractus resoluitur aequè viget pro conseruatione, ac reintegracione hypothecæ. Secus autem si non vigeat. Vnde fortius si ratio resolutionis contractus præferat extinctionem hypothecæ, vt in hoc casu.

Postremò non obstat, quod saltem comprehensa fuerit sub hypotheca futurorum bonorum dicti Michaëlis Angeli ad fauorem dictorum Doctorum de Taurinis, vel diui Ioannis alterius ex eis pro satisfactione eiusdem debiti contracta in instrumento sub die 29. Martij 1630. celebrato.

Quia per adiudicationem, retrouentionem, ac solutionem pretij (vt dictum est) subiectas extincta fuit quæcunque præcedens hypotheca super d. domo ex quavis causa competens DD. de Taurinis, ita vt Michaëli Angelus, & causam habentes ab illo non possint amplius ex huiusmodi causis molestari ad leg. & si is, D. de distr. pign. & specialiter deducitur in dicta leg. final. Cod. de remiss. pign. vbi Cyn. in fine, vers. postremo, & c. & Baldus sub n. 1. vers. nota quod obligatio habens duo capita, & c. Salyc. sub num. 4. vers. quare cur in casu vestra legis, & c. Albericus sub num. 1. vers. alia ratio est, & c. Negulant. de pign. in membr. 6. part. sub n. 41. vers. scilicet, aduerte tamen, & c. Nisi expresso partium consensu fuerit reuocata (in quibus terminis DD. in contrarium adducti loquuntur, & intelligi debent) iuxta textum in dicta leg. cum te à debitore Cod. de remiss. pign. & probatur ex textu in dict. leg. si quis ades, vers. & si rursus, D. de seru. vrb. præd. ac explicant in dict. leg. final. Iacob. Cuiac. in fine vers. semel remissa hypotheca, & c. & Hugon. Donel. sub dicto numero 7. versiculo remissionis pignoris hac vis est, & c.

Præterea Domini considerant domum hanc retrouenditam fuisse Michaëli Angelo hæredi beneficiato Francisci, soluto ipsum Doctores de Taurinis integro pretio, quo fuerat illis adiudicata, cum cessione iurium, vt legitur in prædictis instrumentis, cuius vigore, si quæ adhuc super dicta domo iura creditoribus competebant non extincta, transierunt integre in dictum emptorem, ac cessionarium iuxta textum in lege soluitur, si conuenerit, vers. aliud est, & c. ibique glossa in verbo intergrè, D. quibus modis pign. vel hypoth. solu. Decius consilio 104. & diligenter sub numero 2. versiculo, sed prædictis non obstantibus, & c. cum sequentibus Rota penes Durandum, dec. 310. sub num. 2. vers.

cum in eum vigore d. cessionis & decif. 401. n. 4. vers. quia cessionario, &c. ac in recent. decif. 208. sub n. 3. vers. cum enim, &c. & decif. 248. num. 1. vers. quia fuit responsum, &c. part. 4. ac proinde non possunt modo cedentes eis vii super eadem re in præiudicium illius, & causam habentium ab eo leg. quaritur, §. si venditor, D. de adilit. edict. Surtus consil. 513. sub n. 5. vers. secundo repellenda videtur, &c. & sequentibus, Rota decif. 336. sub n. 1. vers. non potest denuò redire, &c. ac decif. 382. sub n. 1. vers. quantum attinet, &c. part. 1. & decif. 374. sub n. 2. vers. atque hoc præsertim, &c. part. 4. recentior. & in specie bene probat Crauet. in dicto consil. 298. n. 10. vers. ratio igitur, &c. cum sequent. dicens, quod vel hypotheca per adiudicationem, ac venditionem successivè factam communi iure venditoris soluta, & extincta fuit, vel si supersit eo quia res vendita fuerit iure creditoris transiit in emptorem, ita quod nullo casu potest amplius creditor ad eandem rem experiri.

16 Nec eiusdem cessionis efficaciam ad hunc effectum offendunt clausulæ, ita quod non retorqueatur, &c. & aliæ similes.

Quia non comprehendunt casum, quo ab ipso cedente inferuntur molestiæ super eadem re cuius præteritum illi solutum fuit. Hoc enim ab omni iustitiæ, ac æquitatis ratione prorsus abhorret l. bona fides, D. de reg. iur. c. bona fides eod. tit. in 6. Decius d. consil. 104. sub n. 4. vers. tertio hoc probatur, &c. cum seq. & respondit Rota in Romana officij notariatus 26. Junij 1641. coram bon. mem. Merlino in §. neque obstat quod Paradisus cum seq. & rursus in eadem coram R. P. D. meo Pentingero 20. Nouembris 1655. in §. nec refert, quod hac cessione, &c. confirmata 27. Junij 1646 & 20. Februarij 1647. coram eodem.

Atque ita fuit resolutum utraque parte informante, &c.

Emin. & Reuerend. D. Card. CORRADO
Romana legati.

Mercurij 22. Junij 1650.

ARGUMENTVM.

Legatum satis probatur ad effectum executionis, ex testamento hæredis legantis, & eo maximè ubi versamur in causa per plura de confessione facta in testamento, & parte non acceptante, & de favore piæ causæ.

SUMMARIVM.

- 1 Legatum, etsi oretenus dispositum, satis probatur absque scriptura, & testium depositione, si per testamentum ab hærede confirmetur ad effectum ut à successoribus debeatur & executioni mædetur.
- 2 Eoque magis cum huiusmodi dispositio ad piam causam sit ordinata, & præferat, non solum suffragium anima legantis, qui legauit ea lege ut sacrificia diuina celebrentur, verum etiam exonerationem conscientie ipsius hæredis, qui diutius defecit, atque distulit adimplere.
- 3 Confessio alicuius non potest impugnari à suis successoribus, & causam ab eo habentibus.
- 4 Confessio extraiudicialis ad favorem absentis, pro quo nemo fuit stipulatus, legitimam non inducit probationem.

5 Declaratur non procedere secundum æquitatem canonicam & n. 7.

6 Æquitas canonica in causis piis seruari debet in vtroque foro.

7 Æquitate canonica attenda, confessio etiam extraiudicialis ad favorem absentis, pro quo nemo est stipulatus, plenam facit probationem; & Rota semper sequuta fuit hanc opinionem.

8 Confessio in testamento facta, regulariter non sufficit ad probationem debiti, quando non concurrat etiam consentientis dispositio.

9 Limitatur non procedere in confessione facta ob exonerationem conscientie, quæ attenda æquitatem canonicam bene probat.

10 Et sic facta, renouare non potest, nisi erronea probeatur, perinde ac si fuisset iurata, vel ex tunc ab ipsis, quorum interest, acceptata.

11 Anima salutis favore, actus etiam alias de rigore iuris imperfectus, suscipi debet, omni meliori, & efficaciore modo.

12 Quod conceditur favore religionis infra iuramentum, pariter concedi debet favore animæ, pro cuius salute, conscientieque exoneratione, iuramentum ipsum relaxari, & moderari solet.

13 Pia dispositio finaliter ordinatur in Deum, ac illius acceptionem præferret.

14 Verisimilitudo operatur ut confessio attendi debeat in illis etiam casibus, in quibus alius non probaret.

15 Opinio, per quam consulitur saluti animæ, tanquam tutior, semper est amplectenda, reiectis iuris apicibus.

16 Declaratio testatoris de solutione legati facienda ex certis redditibus, non respicit substantiam legati prius facti, sed illius executionem per viam demonstrationis, non autem conditionis, vel taxationis.

17 Hæres non potest ex aliquo suo actu, præiudicare legatario in iuribus illi competentibus, tam in bonis legantis, quam etiam ipsius hæredis.

DECISIO XX.

Immisionem pro parte Ecclesiæ, ac Hospitalis Immaculatæ Virginis de Horto nuncupatæ peritam pro satisfactione legati scutorum ducentorum à q. Leonello de Leonellis eidem facti cum onere perpetuo celebrari faciendi diuina sacrificia. Censuerunt Domini concedendam.

Nam illud probatur ex testamento Antonij eiusdem Leonelli filij ac hæredis condito die 7. Februarij 1627. in quo id ore tenus à parte dispositum fuisse fatetur atque ipse confirmat, quod sufficit ad illius probationem, & executionem, non aliter ac si testium depositiones, vel scriptura exhiberetur l. cum te, C. de trans. & specialiter deciditur in leg. fin. C. de fideicommi. vbi Bart. n. 3. vers. nota multum istam legem, &c. Bald. n. 26. vers. adde huic legi, &c. Castr. sub num. 5. vers. & secundum hanc lectionem, &c. Alberic. sub n. 3. in fi. vers. alij moderni, &c. & num. 4. Iaf. n. 14. vers. secundo nota, &c. & in cap. indicante, ibique Glossa & Doctores in verb. nudis verbis, &c. de testament. Ripa in leg. nemo potest num. 30. vers. nota hanc solutionem, D. de l. 1. Surtus decif. 10. num. 12. vers. secundo respondetur, &c. cum sequent. Rota penes Mant. decif. 57. sub num. 9. versiculo, & ita vim habet scriptura, &c. ac la. mem. Gregor. dec. 434. num. 14. vers. & clarum est, &c. & in rec. dec. 157. sub n. 4. vers. ac omnem denique suppleat, &c. part. 4.

Eoque

- 2 Eoque magis cum huiusmodi dispositio ad piam causam sit ordinata, quia præferret non solum suffragium animæ Leonelli, qui legauit Ecclesiæ, ac loco pio, ea etiam addita lege ut sacrificia diuina perpetuo celebrentur in xra: exitum in cap. anime defunctorum 13. quæst. 2. Abbas consil. 99. Videtur primo sub num. 2. vers. nam animabus defunctorum, &c. & sequentibus per tit. lib. 2. Alexand. consil. 38. viso themate sub num. 3. vers. potest tamen ad hoc responderi lib. 1. Nauarr. in tractat. de reddit. Eccl. quæst. 1. monit. 26. sub num. 2. vers. verum consideratis omnibus, & sequentibus. Verum etiam exonerationem conscientie ipsius Antonij, qui diutius defecerat, atque distulerat illud soluere, ac adimplere ut tenebatur leg. nulli, Cod. de Episc. & Cler. leg. 2. ibi, cum non ex sola scriptura, sed ex conscientia relicti fideicommissi defuncti volumati satisfactum esse videatur, &c. ac dicta lege fin. in fin. Cod. de fideic. & in auth. de hered. & falc. in §. his igitur à nobis præordinatis, & in dict. cap. indicante, &c. nos quidem, &c. si hæredes, de testament. Baldus in dicta lege fin. sub n. 26. dicens quod plus peccat ille, de quo plus confidit testator, Cod. de fideicommi. Franc. Arc. consil. 93. viso legato, sub n. 1. vers. ita quando aliquis scit se ex lege conscientia, &c. & comprobatur ex traditis per Modern. Rom. disc. 83. n. 1. vers. ideo talis recognitio est facienda, &c.

Neque in alterius præiudicium tendit, quam eiusdem Antonij ac eius successorum, & causam habentium ab illo, qui huiusmodi confessionem impugnare non possunt Bec. consil. 21. sub n. 19. vers. nam respondetur lib. 2. Rota penes Burat. decif. 243. n. 3. vers. confessio autem, &c. Coccin. decif. 152. n. 1. vers. & hæ confessiones; ac decif. 184. num. 1. vers. qua assertiones, &c. & in rec. decif. 119. sub n. 1. vers. sed etiam part. 2. & dec. 578. sub n. 2. vers. quod autem, &c. p. 4.

Nec obstat, quod confessio extraiudicialis ad favorem absentis, pro quo nemo fuit stipulatus, legitimam non inducat probationem.

Quoniam hoc non procedit secundum æquitatem canonicam, quæ in causis piis seruari debet in vtroque foro Bart. in repet. l. 1. in fin. n. 83. vers. ex quibus concludo, C. de sacr. san. Eccl. & alij DD. relati per Tiraq. de priu. pia caus. priu. 163. Bec. consil. 130. sub num. 28. vers. & æquitas, &c. Alexand. Mon. de commut. vlt. volunt. cap. 20. sub num. 150. vers. in quibus, &c. Nam illa attenda, huiusmodi etiam confessio plenam facit probationem Gabr. consil. 71. n. 18. vers. hæ etiam confessio lib. 1. & consil. 40. n. 57. vers. verum in terris Ecclesiæ, &c. lib. 2. Put. dec. 12. dicens, sub num. 2. quod Rota semper sequuta fuit hanc opinionem, 9. decif. 53. n. 1. vers. quia confessio &c. lib. 2. in correct. & la. me. Greg. decif. 408. num. 2. vers. que etiam si emanasset, &c. ac in rec. decif. 158. sub num. 11. vers. quod saltem procedit, &c. p. 1. & decif. 404. n. 2. vers. que inuantiur, &c. p. 2. & dec. 113. n. 9. vers. unde licet ista confessio, &c. dec. 136. n. 4. vers. satis est, &c. ac dec. 256. num. 2. vers. qua confessio, &c. p. 5. & in terminis nostris probant Bald. in auth. similiter sub n. 1. vers. responde, &c. C. ad falc. Felyn. in c. si cautio, sub n. 27. vers. fallit secundo, de fid. instr. Corn. consil. 15. sub num. 5. vers. quinimo, &c. lib. 2. Martil. sing. 202. iustis regulam, &c. sub num. 2. post med. vers. est & alius casus, &c. Afflict. dec. 164. sub n. 5. vers. & inter specialitates, &c. Tiraq. in d. tract. priu. l. 16. Gabr. com. concl. lib. 1. tit. de conf. concl. 1. num. 68. vers. decimo octavo limita. Malfard. de prob. concl. 347. num. 99. vers. decimo tertio limita, &c. & Salgado Labyinth. Cred. Tom. II.

concl. 1171. num. 62. vers. decimo favore pia cause; cum seq. Franc. Viu. dec. 486. n. 1. ac segg. & Carroc. decif. 90. num. 4. vers. contrarium videtur verum, &c. cum sequent.

Minus obstat quod confessio in testamento facta regulariter non sufficiat ad probationem debiti, sed magis conferat ad petitionem legati, quando consentientis dispositio concurrat iuxta textum in leg. Lucius Titius, §. quisquis, ff. de leg. 2. l. Lucius §. sempronius mulieris mee, D. de l. 3. Aurelius §. fin. D. de lib. legat. Bart. in leg. cum quis decedens, §. codicillis, sub n. 3. vers. hæc facium, cum segg. D. de l. 3. Ac proinde reuocari possit, ut factum fuit in aliò posteriori testamento ab eodem Antonio condito die 29. Junij eiusdem anni.

Quia non procedit obiectio in confessione facta ob exonerationem conscientie, quæ attenda eadem æquitatem canonicam bene probat. Ideoque reuocari non potest (nisi erronea probeatur) perinde ac si fuisset iurata, vel ex tunc ab ipsis quorum interest acceptata, sic namque magis consulitur saluti animæ, cuius favore facta censetur, & sustineri debet omni meliori: ac efficaciore modo. Hoc enim quod Bar. in d. §. Codicillis sub n. 5. vers. prædicta vera, &c. n. 8. vers. fallit si interuenit iuramentum, &c. concedit fauori religionis infra iuramentum, ac presentia; & acceptioni partis, vel alterius pro eâ; pariter concedi debet fauori animæ, pro cuius salute, conscientieque exoneratione iuramentum ipsum relaxari, & moderari solet cap. 1. & cap. debitores, in vlt. resp. de iur. iurand. Ac piæ dispositioni, quæ finaliter ordinatur in Deum, ac illius acceptionem præferret, ut inquit Baldus in dict. auth. similiter, sub dict. num. 1. Cod. ad leg. falcid. Atque in specie probant idem Baldus in leg. generaliter num. 3. vers. tamen de æquitate canonica, &c. Cod. de non num. pecun. Angelus in dict. leg. cum quis decedens, §. Codicillis, D. de l. 3. quem sequitur Barbat. in repet. l. cum acutissimi, n. 283. vers. & ideo singulariter dixit Angel. &c. Cod. de fideicommiss. Felyn. in dict. cap. si cautio, sua num. 27. in 2. fallent. ad fin. vers. & indubitanter, &c. de fid. instrum. Soci. in iun. consil. 90. sub num. 4. vers. cui confessioni, &c. lib. 2. Paris. consil. 10. sub num. 134. vers. & verè sine aliquo dubio, &c. lib. 2. Guglielm. Benedict. in cap. Raynuius, in verbo si absque filiis, il primo sub n. 26. vers. ad hoc facit, &c. cum seq. & sub num. 28. vers. ad prædicta facit, &c. & seq. de testam. Cattel. Corta in memorab. in verb. absenti potest acquiri, &c. vers. confirmo etiam, &c. & in verb. apices iuris, vers. ex his inferebat, &c. Franc. Marc. dec. Delphin. 461. sub num. 2. vers. tamen istud fallit, &c. part. 1. Hercull. de prob. negat. sub num. 197. vers. & ubi fit pro exoneratione conscientie, &c. Afflict. dict. decif. 164. sub num. 5. vers. item dicta confessio, &c. Sebast. Med. in eius Opuscul. 4. sub num. 10. vers. tertio confessio facta, &c. Durant. de art. testand. tit. de legat. cautel. 6. sub num. 4. vers. & ignorandum non est, &c. Tiraquellus de priuileg. pia cause priuileg. 117. vbi idem comprobant Modern. in addit. Malfardus de probat. dict. conclus. 347. sub num. 101. vers. & ratio potest esse, cum sequentibus, ac numero 25. vers. quarto limitare poteris, &c. cum sequenti, & dicta conclus. 1171. num. 68. vers. ad hæc, &c. Marant. in prax. part. 6. art. 5. de confessione sub num. 26. vers. quarto limita, &c. Antonius Faber. in eius C. lib. 4. tit. 24. de usur. definit 36. vers. nec voluntatis secunda, &c. dicees nihil esse indecentius, quam propriis auribus audire hæredes, qui ne defuncti

D 3

conscien

conscientiam exonerent propriam onerare non timent, & sequuntur plures ex DD. Recentioribus scribentibus.

Leges autem, & auctoritate pro contraria opinione relatae, vel non loquuntur in his terminis, vel procedunt quando testator confessus fuit debitum quod verè non erat tale, vt in d. leg. Lucius Titius §. quisquis D. de leg. 2. & in leg. Lucius Titius §. Sempronia, ac ibi explicat Cuiac. D. de leg. 3. ac in d. l. Aurelius §. fin. in fine D. de liber. legat. vel in alijs casibus, in quibus siue incidenter, ac inconsulto absque vlla causâ expressione siue in fraudem legis, aut hominis emissâ prælumi potest, aut re ipsa redundat vt in leg. qui testamentum, ff. de probat. l. cum quis decedens §. penult. D. de l. 3. leg. rationes cum Aub. quod obtinet, Cod. de probat. & in Aub. de in. iuranda morient. præs. vbi gl. & considerat Bartolus in dicto §. codicillis num. 4. versic. praterca, & c. & ibidem Albericus sub num. 9. versic. Adducunt etiam cum sequent. & comprobat Ioan. Crot. consil. 194. lib. 2. Quæ omnia cessant in hac facti specie, in qua de solo ipsius contentis, ac eius successorum agebatur præiudicio, & ex proposito ac matura deliberatione emanauit cum expressione causæ, & qualitatis facti, ac oneris iniuncti, & cum specifica declaratione summæ, quam ipsemet Antonius legare voluit, vltra legatam à patre, Ex quibus omnibus redditur adeo verissimilis huiusmodi confessionis veritas, vt non videatur in dubium reuocanda, esto quod in instrumento, vel testamento nullo seu reuocato emanauerit. Id enim operatur verissimilitudo, vt confessio attendi debeat in illis etiam casibus, in quibus alias non probaret, Surdus decis. 325. n. 5. versic. quia verissimilitudo, & c. cum seg. Rota penes Buratt. dec. 100. sub n. 17. versic. tanto magis, ac in recent. decis. 209. n. 7. versic. quæ omnia, & c. part. 6. & fuit in specie consideratum in Romana fideicommissi. de Capite ferro 19. Februarij 1646. coram me, in §. hac autem visa fuerunt Dominis, versic. cum præsertim, & c.

Et hæc quidem sententia tanquam tutior, atque animæ fauorabilior visa fuit Dominis in præposito casu amplectenda reiectis iuris apicibus. ad leg. sunt persone in fine, D. de Religios. & sumpt. funer. Achidiacon. in cap. scriptum num. 1. versic. secundum alios 6. quæst. 3. & plures adducti per Tiraquell. de privileg. pia causæ privileg. 164. & Cott. in memorab. dicto verbo apices iuris, Viu. dicta decis. 486. num. 9. cum segg. & alij supra relati in versic. quoniam hoc non procedit, & c.

Postremo non obstat quod in prædicto testamento Antonius iusserit dictum legatum solui ex pretio, seu pensionis cuiusdam domus, vt in eo legitur, versic. li quali scudi seicento lascio che si paghino, & c. Quoniam verba illa non respiciunt substantiam legati prius simpliciter facti, sed illius executionem per viam demonstrationis non autem conditionis, vel taxationis leg. quidam testamento, vbi explicat Bartolus sub princip. versic. aliud enim est dicere, & c. D. de leg. 1. leg. Lucius Titius, D. de alim. & cib. legat. & Cast. consil. 338. quia exceptiones sub num. 3. versic. pro intellectu huius dubij, & c. lib. 1. Bero. consil. 17. num. 23. versic. & ad sic concludendum lib. 1. Laderch. consil. 159. per totum, Mantica de comest. lib. 9. tit. 3. sub num. 20. versic. sciendum est etiam, & c. Menoch. consil. 1162. sub num. 15. versic. responderetur, & c. cum sequent. & cum alijs relatis per modern. Roman. disceptat. 256. sub num. 1. & sub num. 59.

versic. decimoquinto, & c. & in specie legati ad pias causas facti proba Tiraquell. de privileg. pia causæ privileg. 63. versic. & hoc expressè, & c. & sequuta fuit Rota decis. 662. sub n. 2. versic. his accedit, & c. & prius à n. 1. cum seg. part. 1. diuers. Quod certius firmandum est quoad summam à Leonello legatum Hospitali, cum non posset Antonius præiudicare iuribus illi competentibus tam in bonis legatis iuxta legem 1. Cod. commun. de legat. Rota penes Cardinal. Seraphin. decis. 1394. n. 3. versic. unde cum pro huiusmodi legato, & c. Duran. dec. 185. n. 4. versic. hypothecariam autem, & c. cum segg. Buratt. decis. 286. n. 14. versic. cum ipsa, & c. & in recentiores decis. 59. n. 1. cum segg. parte prima. Quam etiam ipsius hæredis iuxta terminos, leg. 15. cur. §. si hæres, versic. Imperator Antonius, D. vt in posse legat. & fideicommissi. & leg. carta ex forma, Cod. eodem, glossa in dict. l. 1. in verbo ipsius hæredis, & Barr. sub n. 4. versic. oppono vltimo, & c. Cod. commun. de legat. & alij.

Et ita fuit conclusum vtraque parte informante, & c.

Emin. & Reuered. D. Card. OTTHONONO.

Romana, seu Spoletana redditionis rationis.

Luna 31. Ienuarij 1650.

ARGUMENTVM.

Relatio Periti non debet excedere fines sui officij. Suspectus de fuga non dicitur qui habet fideiussorem, ac proinde vti talis, non potest carcerari. Obligatio facta ab existente in carceribus, non valet.

SVMMARIVM.

- 1 Mandatum executiuum corrumpit, corrumpente eius fundamento.
2 Obligatio, & alij actus præiudiciales, facti per carceratum, nullius sunt roboris.
3 Administrator, ante dispendias rationes, non potest adhuc dici debitor occasione administrationis per eum gestæ.
4 Carcerari non potest debitor, vti de fuga suspectus, liquido non existente debito.
5 Carcerari multo minus potest existente fideiussore, quo sufficienter sit cautum creditori, absque debitoris carceratione.
6 Obligatio non valet, neque subscriptio, neque recognitio, neque actus consimilis factus à debitore in carceribus existente.
7 Peritus ad certam peritiam electus, excedendo sine officij sui, nullam reddit suam peritiam.
8 Peritus non potest assumere sibi partes iudicij, cognoscendo, & declarando.
9 Inuersionis similitudo debiti oritur ex longa dilatione exigendi creditum facta à creditore inope, & pecuniis, etiam in exiguis summis, indigente.
10 Inuersionis similitudo magna, & euidenter, facit oriri præsumptionem contra veritatem.
11 Præsumptio valida plurimum operatur ad mouendum animum iudicij.
12 Mandatum etiam executum, vbi deprehenditur iniustum, in nulla sui parte potest sustineri.

DECISIO XXI.

Relaxato per A. C. mandato contra Pantaleonem Lucalbertum tanquam benedicti debitorem ratione administrationis per eum gestæ in scutis 3072. 32. & confirmato per R. P. D. meum Peutingorum præiudiciis duabus decisionibus emanatis 5. Martij, & 30. Maij 1646. eoque executo pro secutis 2. mill. sine præiudicio residuum benedictus instabat pro subhastatione pignorum, signatura mihi rescriptis, vt procederem ab vltiore legitima executione. Itaque ad formam commissionis dato dubio DD. hodie vtraque parte in formante responderunt non esse procedendum ad vltiorem executionem.

Visum enim fuit constare de iniustitia mandati A. C. vt pote fundati super relatione tertij Periti, vt in extracto fol. 579. qua quidem ruente corrui etiam ipsum mandatum, Butr. in cap. cum causa num. 6. de sent. & re iudic. Felin. in cap. inter ceteras num. 2. eodem tit. Afflict. decis. 47. num. 3. cum alijs per Vant. de nulli. ex defect. process. num. 129. Rota coram Cardin. Seraph. decis. 251. num. 1. coram Penia dec. 549. n. 1. & in Meleui. domus 15. Iannuarij anni præteriti in §. iniustitia coram me.

Periti autem relatio iniusta euidenter probatur, quia innotuit libro computorum per Panthalconem subscripto eo tempore, quo adhuc reperiebatur in posse curiæ carceratus ad instantiam benedicti, vnde subscriptio, recognitio, & obligatio quæcumque per eum facta pro dicto benedicto nullius erant roboris, vel momenti leg. qui in carcerem 22. D. de eo quod met. caus. Roland. consil. 2. num. 51. cum seg. lib. 1. Rota decis. 295. num. 2. post 2. volum. consil. Farinacij in recentior. decis. 490. num. 1. & num. 2. part. 1. in Neapolitana domorum 13. Maij 1641. in princip. coram Eminentissimo D. meo Card. Verosio, in Baren. seu nullius pecuniaria 1. Iulij 1644. & 26. Maij 1645. coram reuerendo Præside Domino meo Cerro, & in Rom. Saluiami 12. Iannuarij 1646. coram R. P. D. meo Arguelles Præside Granatensi.

Quæ Pantaleonis carceratio tanquam de fuga suspecti nulla, & iniusta fuit tum quia incertum adhuc erat an ipse remaneret debitor occasione administrationis per eum gestæ ante dispendias rationes Alexand. consil. 192. num. 2. & 3. lib. 7. Cephal. consil. 768. num. 14. Facchin. conr. iur. lib. 8. c. 58. versic. sed hoc fundamentum, Fontan. dec. 234. num. 10. Rota coram Buratt. decis. 880. num. 4. & tamen liquidum omnino creditum esse debuisset ad hunc effectum tam de iure communi Baldus in lege apertissimi 14. num. 11. Cod. de iudic. & in leg. consentaneum 5. num. 25. Cod. quomodo, & quando iudex, Ioseph. Ludou. dec. Perusina 41. n. 3. Fontanell. dicta decis. 234. n. 12. Thefan. decis. 220. num. 2. Rota coram Buratt. decis. 531. num. 1. & decis. 595. num. 3. & decis. 653. num. 5. quam ex dispositione reformationis fa. me. Pauli V. sub rubr. de iudic. in caus. civil. in §. mandata suspicionis fuga. Tum quia aderat fideiussor, adeo vt benedicto prætenso creditori esset cautum sufficienter absque Pantaleonis carceratione, Roman. consil. 320. num. 2. Carthar. decis. 117. num. 1. in fine, Rota in recentior. decis. 654. num. 5. & 6. & decisione 727. num. 4. part. 2. & coram Buratt. decis. 908. sub num. 8.

Neque obstat, quod Pantaleo tempore subscriptionis non reperiretur intra septa carcerum,

sed ductus fuisset ad domum Hieronymi Florantantis Patru benedicti, quia etiam tunc reperiebatur in manibus Biruariorum, idè perinde est; ac si in ipsis carceribus subscripsisset, cum ad hunc effectum non sit curandum de loco, sed videndum, an ibi obligans se, haberet plenam libertatem discedendi ad libitum, Natt. consil. 451. num. 16. Bursatt. consil. 72. num. 34. Rota decis. 26. num. 41. part. 6. recentior. & fuit decisum in dicta Baren. seu Nullius Pecuniaria 1. Iulij 1644. §. final. coram R. P. Domino meo Cerro, & in dicta Romana Saluiami 26. Februarij anni præteriti coram Reu. P. Domino meo Arguelles.

Insuper peritus declarauit Pantaleonem debitorem notabilis summæ ex causa augmenti grani ob differentiam mensurarum in eo colligendo, & vendendo adhibitarum, & ex alijs causis, vt ipse Peritus asserit, ideo in hac parte excessit fines officij sui, quod versabatur circa dispendias, & calculandas partitas administrationis, nec poterat alias addere, aut minuire iuxta not. in cap. cum dilecta de rescript. Alexand. consil. 21. num. 4. lib. 7. Gabr. consil. 43. num. 18. cum sequentibus, lib. 1. Rota in recent. decis. 759. num. 2. part. 3. quæ est penes Buratt. decis. 165. num. 5.

Nec minus obstat, quod partitæ à Perito calculatæ videantur iustificari ex testibus examinatis pro parte benedicti, quia cum pro parte Pantaleonis controuertantur, ex depositione aliorum testium ad eius fauorem examinatorum necessaria omnino erat iudicis cognitio, ac declaratio, ad quem spectat iudicare, & cuius partes non potuit peritus assumere. Cephal. consil. 104. num. 26. Rinwin. Jun. consil. 810. num. 31. Rota coram bon. mem. Coccin. decis. 422. num. 7. & in recent. decis. 526. num. 2. part. 4. & in Meleuiana redditionis rationis 14. Maij præteriti in fine coram reuerendissimo D. meo Decano.

Corroborantur prædicta ex eo, quia omnino in verisimile est Pantaleonem modicæ administrationi præfectum remansisse debitorem ingentis summæ scutoium 4072. 32. prout reulit peritus; præsertim spatio decennij ab anno videlicet 1631. vsque ad annum 1641. & absque vlla vnquam solutione, vel rationum instantia fuisse toleratum à benedicto, quem constat eodem tempore exiguis etiam pecuniarum summis indignis, ac de illis sollicitum vehementer fuisse, ipsumque Pantaleonem pluries enixè rogasse, vt illas ab alijs quoquo modo inueniret, & consequenter non est credendum tantum diu sui crediti exactionem distulisse, Alexand. consil. 183. num. 17. post medium versic. & hanc partem lib. 6. Menoch. consil. 457. num. 1. & 6. & num. 12. & de præsumpt. 135. n. 19. lib. 3. Pedroch. consil. 3. n. 71. Simon de Præt. consil. 68. n. 1. Surdus dec. 105. n. 3. Rota in Romana pecuniaria 10. Iunij 1624. coram bon. mem. Merlino impress. post Fenzon. ad statut. vrb. dec. 152. §. in proposito verò.

Et ex hac quidem inuersionis similitudine tam magna, & euidenter resultat præsumptio contra veritatem prætenso crediti iuxta iradita per Baldum in lege 1. num. 16. Cod. de seru. fugit. Cyriac. contr. 318. num. 16. Surdus decis. 23. num. 15. Rota decis. 140. num. 14. part. 4. tom. 2. recent. & hanc plurimum operari ad mouendum animum iudicis dixit Rota penes rōc. mem. Coccinum, decis. 423. num. 2.

Stante itaque mandati iniustitia, & executione eiusdem facta in nulla sui parte mandatum potest sustineri, Barr. in l. si non sortem 26. §. si centum in princip.

princip. & num. 6. ff. de condition. indeb. Paris. conf. 81. n. 36. lib. 2. Rota coram sanct. memor. Gregor. XV. dec. 198. n. 1. & decif. 485. n. 4. coram Buratt. decif. 91. n. 2. coram Cavalier. dec. 84. n. 1. & 2. & in Bononien. Legat. 29. Maij 1648. coram R. P. D. meo Royas.

Et ita fuit resolutum non esse procedendum ad vltiorem executionem vtraque parte ter acerrime informante, &c.

EMINENTISS. ET REVERENDISS.
D. CARD. CORRADO.

Romana Dotis.

Veneris 21. Februarij. 1650.

ARGUMENTVM.

Confessio Viri de dote recepta, aliàs non iustificata, non probat dotis numerationem: ac proinde nulla datur actio mulieri de dote repetenda, sed in tutum collocanda. Donatio inter Virum, & Vxorem, & de lure prohibita, & etiam ex dispositione Statuti Urbis, quod vltius, implicito: ac aliquo apparenti prætextu factas, irritat. Voluntas donandi iustificatur ex legitimis coniecturis, ex factis circumstantiis, Iudicis arbitrio pensandis. Plures coniecturæ simulationis enumerantur.

SVMMARIVM.

- 1 Confessio simplex facta à Viro, aliunde non iustificata, non probat dotis numerationem.
- 2 Simulatio presumitur sub colore quasito, ac apparentis solutionis dotis prætextu: vel ob quandam honorificentiam, ad coequandam coniugum disparitatem, non raro iactari solitam, nullam habendi veritatis substantiam. Vel ut donandi animus occulteretur.
- 3 Donatio inter Virum, & Vxorem, prohibita est de iure communi.
- 4 Donatio inter Virum & Vxorem prohibita est per Statutum Urbis, lib. 1. cap. 135. cuius dispositio extenditur etiam ad palliatas, & quolibet prætextu vestitas, ubi procedit irritando.
- 5 Donandi voluntas, qua est facti circumstantiis apparet, legitimis coniecturis, Iudicis arbitrio pensandis, satis iustificatur.
- 6 Confessio dotis facta à Viro, presumitur simulata, quando non iustificatur aliunde, concurrenti maxime pro coniectura, inuersione summa, respectu inopia, & exigui status mulieris.
- 7 Paupertas satis dicitur probari, cum iuris communis presumptioni conveniat, & verisimilis admodum sit: ac proinde ad persuadendum Iudicis animum, sufficienter iustificatur.
- 8 Paupertas mulieris præfert magnum inuersionem, quod notabilem summam suum statum excedentem, in dote soluerit. Vnde arguitur simulatio promissionis.
- 9 Pacta insolida apposta, & cautionum solitarium omisso in contractu, dat causam magna inuersione similitudinis, qua plurimum obtinet ut ipse contractus claudicat.
- 10 Que fortius urgent ad coniecturandam simulationem, ubi partes, siue ipsarum altera, fuit aliter studiosa, ac sollicita in se precauendo.

11 Animus contrahentium, etiam ex actu nullo, deprehenditur, ac probatur.

12 Instrumentum secundum super eadem re diuersum à primo, voluntatem partium circa primum declarat; quod si vel partes non intendunt id verè agere, quod in præcedenti fuerat expressum, sed ex causis tunc eis benè visis simulare; vel saltem voluerunt ab illo postea recedere, ac illud reformare.

13 Instrumentum secundum diuersum à primo super eadem re, auget præcedentem simulationis presumptionem.

14 Malitia propria cuique suffragari non debet.

15 Interpretatio qualibet benignior est faciendâ, ut malitia occurratur.

16 Promissio præcedens dotis, sequentis veritatis confessionem comprobare solet.

17 Declaratur procedere, quando præcedens promissio legitur, vel in antecedenti separato instrumento, vel Apocha matrimoniali, seu aliis aliunde legitimis iustificetur probationibus, aliàs enim facile nimium legum dispositio illud daretur, cum eadem proclinitate fieri posset dotis promissio, qua eiusdem solutionis confessio.

18 Simulatio oriens ex confessione dotis de recepto facta à Viro, non eliditur per iustificationem exigua illius partis solutionis: & maxime ubi fiat à diuersa Persona quam ab ea, ad cuius favorem facta est promissio, aliter suspecta.

19 Donatio inter sponso, ante contractum matrimonium, non est prohibita.

20 Donatio inter sponso, qua simulatio recepta dotis prætextu intenditur fieri, à lege maxime improbat, ac specialiter irritatur, licet matrimonij contractum præcesserit, & n. 28.

21 Donatio inter Sponso, cuius effectus confertur in tempus sequentis matrimonij, specialiter est interdita.

22 Statutum Urbis lib. 1. cap. 135. ex particulari dispositione, prohibet expressè donationes, non solum inter Virum, & Vxorem, verum etiam inter sponso, & sponso, præterquam in casibus à iure permissis.

23 Augmentum dotis iure permissum est, etiam constante matrimonio.

24 Procedit, quando dotis augmentum est explicitè factum ex iusta causa, iuxta à formam in legibus de hac disponentibus constitutam.

25 Non autem quando simulata dotis receptione, donandi animo facta fuit.

26 Donatio propter Nuptias, etiam matrimonio constante, est à lege permissa.

27 Donare licet socru.

29 Dos, qua apparet non data, non potest repeti.

30 Instrumentum, quod iuste veritatis essentiam, ac substantiam, obligationis in partium consensu posita, non habet, non est executioni demandandum.

31 Instrumentum simulatum, licet superficialiter appareat Instrumentum, tamen substantialiter, & intellectualiter non est tale.

32 Instrumentum, simulatum, non potest cursu temporis conualdari, quia simulationis exceptio non tollitur, qua perpetua est.

33 Neque iuramento potest confirmari, quando partes nihil, vel aliquid prohibitum agere voluerunt, quia tunc, vel deest consensus, vel potestas agentium.

34 Statutum Urbis lib. 1. cap. 135. presumit huiusmodi

modi iuramentum, dolo ac metu extortum quo casu nisi operatur.

35 Statuta Urbis fuerunt auctoritate Apostolica, in his etiam casibus, in quibus iuramenti validitatem restringunt, specialiter confirmata.

DECISIO XXII.

PRæcedente Instrumento sponsalium inter Ceciliam de Comitibus, & Ioannem Iaccium die 9. Ianuarij 1629. celebrato cum Dotis constitutione seu mille septingentorum, quorum mille quadringentos quadraginta quinque tunc confessus fuit recepisse à Lucretia eius focru, quæ alios ducentos quinquaginta quinque soluere promisit modo ibidem conuento. Contractum fuit matrimonium die 30. eiusdem mensis; Et cum plures post annos exactos maritus ad inopiam vergeret obtinuit Cecilia seruati seruandis ab A. C. mandatum pro assècuratione dd. scutorum 1445. sine præiudicio residui, ac subinde illius executionem super nonnullis bonis possessis per DD. Iacobum Zoncham, & Laurentium Laurentinum singulares ipsius Ioannis successores titulo emptionis constante matrimonio. Verùm his appellantiibus causaque Rotæ commissa Dubitauit. An d. mandatum sit exequendum. Et Domini negatiuè responderunt ratione Iniustitiæ illius.

Quoniam simplex illa Ioannis confessio aliunde non iustificata non probat Dotis numerationem leg. 2. ubi glossa in verbo Instrumenti C. de Dot. cau. non numerat. glossa in leg. 1. verbo auxerit C. de donat. ante nupt. sed præsumitur sub eo quæsito, ac simulatio solutionis prætextu. Vel apprensus quædam honorificentia, ad coequandam Coniugum disparitatem (qualis in proposito casu inter sponso honestæ conditionis virum: ac procerum humilioris gradus mulierem, vt ex processu apparet, vigeat) non raro iactari solita nullam habens veritatis substantiam ad leg. 3. §. fin. cum leg. seq. ubi DD. ff. commodat. Angelus in leg. 1. sub princ. Verf. in textu C. de donat. ante nupt. Roman. conf. 445. sub num. 8. verf. quare dicta confessio, &c. & latè probat Paris. conf. 86. à num. 20. verf. Verum istis non obstantibus cum seq. lib. 3. Constant. Rugger. de Dot. §. V. num. 1. verf. primo casu, &c. Gab. conf. 163. num. 40. verf. nam omnes in hoc conueniunt &c. lib. 2. Aluar. Valasc. consulti. 5. sub num. 21. verf. quintus casus &c. P. Molin. de iustitia, & iure tom. 2. dist. 439. sub num. 8. Verf. & quid tenendum &c. Sanchez, de matrimon. lib. 6. dist. 9. sub num. 2. verf. prima conclusio sit, &c. Rota penes Buratt. decif. 775. sub princ. verf. Veritas autem &c. n. 1. Duran. decif. 98. n. 14. verf. & non est novum &c. & in Maceraten. Censur. 15. Februarij 1641. coram R. P. D. meo Royas in §. Præcipuum Resolutionis fundamentum &c.

Vel donationis animus occultari, quod legibus aduersatur tam communibus, rotum tit. ff. de don. inter Vir. & Vxor. leg. si non verum & l. creditor Cod. eodem leg. 1. Cod. de donat. ante nupt. Gabriel. consulti. 163. sub num. 30. verf. præterea lib. 2. Menoch. præsumpt. 12. sub num. 5. Verf. primus est, &c. lib. 3.

Quam municipalibus Urbis lib. 1. cap. 135. Cuius dispositio non solum donationes expresso titulo, verum etiam sub huiusmodi concessionibus, ac aliis prætextibus implicito factas æquè comprehendit, ac irritat, ne alias facillè illudatur eius dispositio Put. decif. 55. num. 2. verf. & statutum &c. lib. 3. in Correc. Gabriel. consulti. 142. num. 22.

verf. nec obstat, lib. 2. & in specie firmavit Rota in Romana Domus de Regardis 13. Ianuarij 1649. coram Reuerendissimo Domino meo Decano in §. Præterquam quod. Verf. quod habere locum, &c.

Nec obstat quod confessiones huiusmodi ante matrimonium contractum ex receptori DD. sententia regulariter factæ censentur non quidem animo donandi affectionis ardore, ac blandimentis allecto, sed verius sub spe futuræ solutionis, cuius non secutæ exceptio ex pluribus adductis per informantes pro Cecilia cessare in hoc casu prætenditur.

Quia non procedit obiecta conclusio, quando ex facti circumstantiis donandi voluntas apparet quæ legitimis coniecturis Iudicis arbitrio pensandis satis iustificatur. Cast. consulti. 58. ubi his, sub n. 3. verf. restat respondere, &c. lib. 2. Anchar. consulti. 90. in fine verf. quia igitur sumus in materia &c. Paris. consulti. 55. num. 26. verf. nam simulatio, &c. cum seq. lib. 1. Becc. consulti. 52. num. 47. verf. vltima est conclusio &c. lib. 1. Gabriel. conf. 74. num. 5. verf. standum igitur est arbitrio Iudicis &c. lib. 1. Mantica de tacit. lib. 1. tit. 20. sub num. 16. in fine verf. licet ideo &c. Cæsar Vrsil. de ass. et. decif. 402. sub num. 7. in fine verf. standem, &c. Valaf. dicta consultat. 5. sub n. 21. verf. & probatur, Rota penes Cardinal. Seraph. decif. 660. sub num. 3. verf. & excusationis, &c. ac eundem Mantica decif. 325. num. 1. verf. & ad probandam simulationem, &c. Buratt. decif. 108. num. 6. verf. prædicta autem &c. decif. 802. num. 1. verf. nam vltimare est &c. p. 4. diuers. ac in Romana pecuniaria 9. Junij 1636. coram bon. meo Nerlino apud Modern. de Cameral. obligat. decif. 18. sub num. 23. in fine & seq. verf. Cumque vim & pondus coniecturarum, & decif. 283. num. 13. verf. cum propter probationis difficultatem &c. parte 5. recent. & in aliis relatis in Anconitana Donationis 27. Ianuarij 1648. coram Me in §. Coniectura vero, &c.

Plures autem Domini visæ fuerunt in hac facti specie concurrere, id omnino conuincentes, ac apertè demonstrantes.

Primo scilicet ex qualitate personæ Cæciliæ, ac Lucretiæ illius matris, à qua summam prædictam recepisse Ioannes confessus fuit. Nam pauperes erant ambæ, ac humilioribus exercitiis (honestis quidem) tenuem sibi victum quærebant, vt Testes examinati deponunt, itavt Lucretiam per Urbem quæstantem interdum vidisse se quidam affirmet, Quorum depositiones corroborantur ex eo, quod pro ipsa Cecilia dotanda ad pium largitiones, & Confraternitatum subsidia pauperibus virginibus præstari solita, confugisse constat tam ex prædicto, quam ex alio sequenti Instrumento die 1. Februarij eiusdem anni celebrato. Vnde magis detegitur earum inopia, vt confiderat Rota in Romana Dotis, seu Restitutionis in Integrum 27. Junij 1629. coram bon. mem. Merlino apud Modern. Forolinien post tractat. de pignorat. decif. 23. in §. minus obstat Instrumentum, &c. sub num. 15. verf. ex quo arguitur potius simulatam fuisse promissionem, &c. Quæ visa fuit Domini ex prædictis etiam secundum dotationis tempus satis probati cum iuris communis presumptioni conveniat, & verisimilis admodum sit, ac proinde ad persuadendum Iudicis animum sufficienter iustificatur cap. sicut 47. dist. Rota dec. 240. num. 3. verf. ex quorum dictis, ac seq. par. 4. diuers. & in Fanen. dotis 20. Nouembrii 1641. coram R. P. D. meo Cerro §. paupertas visa fuit sufficienter probata &c.

Ideoque

8 Ideoque inuicissimè omnino est, quod notabilem illam scutorum mille quadringentorum summam haberent, ac soluerint, vt bene probant Sallia. in l. 2. sub n. 3. vers. & Ideo & c. C. de Dot. caut. non numerat. Gabriel dicto conf. 142. sub n. 15. vers. imo ex qualitate mulieres lib. 2. Menochius de præsumpt. 12. n. 16. vers. Hæc tamen opinio, & c. lib. 3. Rota penes Buratt. dicta decif. 108. sub n. 7. vers. secundo considerabant & c. Duran. decif. 98. num. 13. vers. quia d. dotis constitutio, & c. & in his terminis in dicta Romana dotis seu Restitutionis in integrum 27. Iunij 1629. coram bon. mem. Merlino sub dicto num. 5. dicto vers. ex quo arguitur potius simulatam fuisse promissionem & c. ac seq. & in Macerat. census 15. Februarij 1641. coram R. P. D. meo Royas in §. tertia elicitur fuit ex paupertate, & c.

9 Secundò ex qualitate facti in solito, ac inuicissimè modo gestis. Si quidem assertum in eo Instrumento, quod prædictæ quantitatis numeratio præcessit illius celebrationem, ac ipsum sponsaliorum contractum tunc initium, nullaque penitus exhibetur, cautio, seu publica, seu priuata, quæ nedum illius assecuratio, sed ne quidem numeratio iustificari valeat, quod sanè nullius prudentis iudicio admitti potest, pauperes nempe mulieres natura timidæ, suspiciosas, atque tenaces notabilem huiusmodi pecuniarum summam tot laboribus, ac ærumnis (vt asserunt) longo tempore conquistam, viro iuueni, extoto, ac nondum probatæ fidei, qui facile poterat illarum receptionem negare, vel à proposito ipsam ducendi in vxorem diuertere, & in alienas partes secedere, ac demum illas restituendi, vel assecurandi facultate carere, vltro crediderint, vt fuit consideratum in dicta Romana dotis seu Restitutionis in integrum coram bon. mem. Merlino apud dict. Modern. de Pignor. dicta dec. 23. n. 10. vers. quæ videntur, & c. & in Romana nullitatis contractus 18. Iunij 2631. coram Reuerendissimo Terracinen. in reuenciores dec. 55. n. 22. vers. sed magna insurgit inuicissimè, & c. ac seq. part. 6. & prius decif. 239. num. 11. vers. tertio non videtur verisimile, & c. ac seq. parte 4. tomo 2. & decif. 61. sub num. 9. vers. prima enim coniectura ac dicta decif. 183. sub n. 8. vers. & ex partibus etiam in solitis cum sequentibus parte quinta. Quæ fortius vrgent in proposito casu in quo tanta fuisse dignoscitur in subiecta materia Lucretiæ sollicitudo, vt longe leuiores summas, ac exigui valoris mobilia non antea illi credere voluerit, quam matrimonium cum filia contraxisset, provt legitur in vtroque instrumento. Vnde magis redditur inuicissimè quod aliter exegerit, vbi maior vigeat præcauendi ratio Rota dicta dec. 239. n. 13. vers. maxime quia & c. part. 4. tom. 2. inter reuenciores.

10 Tertiò quia expressè renunciauit d. Ioannes in ipso actu exceptioni non solutæ, ac numeratæ quantitatis prædictæ, vt apparet ex eodem Instrumento in quo etiam legitur iuramentum, Quo casu non censetur confessio facta sub spe futuræ numerationis cui specialiter fuit renuntiatum, sed verius animo donandi, qui ex actu etiam nullo probatur l. fin. ff. de reb. eorum. Soccin. in leg. 1. num. 100. vers. quarta conclusio fil. ff. solut. matrimonio. Gabriel dicto confil. 163. num. 42. vers. Prima coniectura est, & c. cum sequent. lib. 2. Mantica de tacitis lib. 1. tit. 20. sub num. 20. vers. & hæc confessio, & c. Rota penes Buratt. decif. 825. num. 2. vers. quæ opinio & c. absque difficultate procedit, & c. & in aliis.

12 Quarto ex postea gestis. Nam celebrato (vt præmissum est) dicto Instrumento die 9. Ianuarij 1629. Aliud subsecutum fuit die 1. Februarij eiusdem anni, in quo denuo fuerunt contracta sponsalia, & dos constituta d. Ioanni in summa scutorum ducentorum quinquaginta monctæ modo ibidem conuento soluenda, pro cuius restitutione (quando casus contigisset) ac lucri dotalis solutione iuxta formam statuti, Vrbs se obligauit sub hypotheca bonorum, forma Camerali, & iuramento, vt in eo legitur, quod maxime attendi debet, nam ex eo declaratur partium voluntas, quæ vel non intenderunt id verè agere, quod in præcedenti fuerat expressum, sed ex causis tunc eis bene visis simulare, vel saltem ab illo voluerunt postea recedere, ac reformare iuxta leg. postea nouissima C. de pact. Baldus in leg. ab Anastasio sub num. 10. vers. item hæc lex, & c. & ibi Salyc. sub n. 4. vers. item præstat aliud argumentum & c. Cod. m. dat. Casti in lege penult. §. si vir uxori sub n. 2. vers. ego nescio ibi. quia probat numerationem non fuisse factam, & c. ff. solut. matrimon. Roman. confil. 445. sub num. 4. vers. secundum quod aliquando, & c. Dec. conf. 421. Plenè, & subtiliter, & c. sub numero 13. vers. & specialiter facit & c. cum seq. Curt. senior conf. 54. sub num. 11. vers. fortius ad prædicta comprobanda, & c. Soc. sen. confil. 27. sub num. 24. vers. Tamen in terminis nostris, & c. & Vers. & probatur ista conclusio & c. cum seq. lib. 4. Virgil. ad Aflist. dicta dec. 402. n. 8. Vers. verum in prædictis, Mantica de tacitis lib. 1. dicto tit. 20. n. 7. Vers. item hæc exceptio n. 24. Vers. ceterum & c.

Nec obstat quod posterius hoc instrumentum fuerit iuxta assertum quendam abusum constitutum ad extorquenda huiusmodi subsidia dotalia à Ministris Confraternitatum Virginibus tantum pauperibus, & aliam congruam dotem non habentibus elargiri habentibus.

13 Quia præterquam quod nec id iustificatur, nec est verisimile in hoc præsertim casu; in quo si vera fuisset præcedens dotis constitutio in quantitate prædicta; Detestabilis atque illicita omninò esset huiusmodi simulatio, qua mediante bona in opum necessitatibus destinata surripiuntur, ac pie Testatorum dispositiones fraudantur, & exacta (qualis exposcitur) ac illibata executorum fides, solertia integritas, & vigilantia, seu decipitur seu redarguitur.)

14 Non idèò eliditur quinimo augetur præcedens simulationis præsumptio ad l. non omnes §. A Barbaris ff. de re militar. cap. illo vos in fine vbi glossa in verbo consueuerunt, & DD. de Pignor. cap. semel malus de regul. iuris in C. Menoch. præsumpt. 122. n. 100. vers. vigesima secunda præsumptio, & c. lib. 3. Mascard. de probat. conclus. 445. n. 5. vers. scilicet. Probari etiam poterit simulatus contractus cum seq. Rota dec. 179. d. n. 21. vers. sexta coniectura est & c. p. 4. tom. 2. & decif. 94. n. 12. vers. in hac autem materia p. 5. recent. & in Romana pecuniar. 9. Iunij 1636. coram bon. mem. Merlino in §. secunda insurgit nonielectura & c. in dicta Anconicana donationis coram Me in §. Decima quia. Nam illa præsumptio, quæ ex solito simulandi deduci solet in hac materia vrget sanè validius contra eos, qui in tantam propterea conscientiam perniciem, ac proximi detrimentum id agere consueuerunt, & in eos acrius detorqueri debet, ne propria illis suffragetur malitia contra text. in cap. ex errore, §. non igitur de reseru. & in c. 2. vers. vtrum quoniam de dol. & contum. Vt igitur hæc omnia 15 cessent

cessent potius censeretur dictum secundum Instrumentum ad veritatis declarationem, ac præcedentis reformationem, celebratum fuisse, provt iustitiam, ac æquitatem congruebat leg. merito. ff. pro soc. leg. quoties la 2. ff. de rebus dub. Rota penes sanct. mem. Gregor. dec. 493. n. 5. vers. & est regula generalis: Buratt. dec. 316. n. 5. vers. tamen præsumi debet, & c. cum seq. ac in recent. dec. 254. n. 8. Vers. vnde si aliquid percepit, & c. part. 5. & sæpè in aliis.

16 Neque releuat asserta præcedens dotis promissio, quæ sequentis confessionis veritatem comprobare solet. Quia in eodem ipso Instrumento, ac verborum periodo facta legitur, quo illius receptio in summa prædicta fuit confessata, ibi, (Lucretia & c. dedit in legitimam sponsam Cæciliam, & c. quæ consensit, & promisit matrimonio cum eo contrahere cum dote, & dotis nomine scut. 1700. monetæ modo infra scripto, videlicet scut. 1445. d. Ioannes confessus fuit habuisse, & recepisse à dicta Lucretia, & c. de quibus & c. per pactum exceptioni renunciauit & c. Reliqua vero scut. 255. dicta Lucretia promisit soluere, & c.)

17 Ideoque effectum operari non potest, nisi aliunde ex antecedenti separato Instrumento, vel apocha matrimoniali, seu aliis legitimis probationibus iustificetur, alias enim facile nimium legum dispositio illuderetur cum eadem procliuitate fieri posset dotis promissio, qua eiusdem solutionis confessio, ad leg. qui testamentum. ff. de probation. Gratian. confil. 36. sub n. 11. vers. quia in casu nostro, & c. cum sequentibus lib. 1. & fuit dictum in Romana Cusalis 13. Iun. 1635. coram Reuerendissimo Salamantino, in §. final. & iudicatum referunt Antonius Fabr. in eius Cod. lib. 5. titul. 10. definit 9. & alij recentiores.

18 Nec pariter releuat, quod iustificetur in ea parte, in qua subsidia dotalia per Confraternitates soluenda promissa fuerunt. Quia nec illa in omnibus congruit posteriori Instrumento, vt patet ex vtriusque lectura, nec sufficit pro iustificatione alterius partis, tum quia exilem continet summam respectu confessatæ, tum quia à diuersis personis solutam, non autem ab ea cuius fauore facta fuit confessio aliis suspecta, vt in his terminis respondit Rota in d. Romana Dotis, seu restitutionis in integrum 27. Iunij 1629. coram bon. mem. Merlino in d. §. minus obstat Instrumentum solutionis sub n. 13. & seq.

19 Præterea non obstat, quod licet dicta confessio præferat donationem, illa tamen inter sponfos ante contractum matrimonium non sit prohibita iux. text. in l. 1. cum in te, leg. si ante matrimonium, l. de rebus, cum seq. C. de don. ante nupt.

Tum quia conclusio procedit in donatione palam, ac bona fide facta, non autem in ea, quæ simulato receptæ dotis prætextu intenditur fieri, 20 Hanc enim lex maximè abhorret, ac specialiter irrita, licet matrimonij contractum præcesserit d. l. 1. in vers. an vero donandi animo, & c. vbi glossa in verbo auxerit, & in verbo nihil actum est, & c. dicit rationem, quia in tempus sequentis matrimonij confertur eius effectus, quo specialiter est interdicta l. quod sponsa, C. cod. tit. & concordat notant in d. l. 1. Cyn. in princ. vers. secundo casu, & sub n. 1. vers. modo queritur & c. Angel. in principio, vers. in secundo, Fulg. sub n. 2. vers. aliquando confertur animi donandi, & c. Alber. sub n. 1. vers. si vero & c. Siccard. sub n. 2. vers. quicquid autem & c. & alij, Cod. de don. ante nupt. Iaf. in leg. si diuortio sub num. 8. vers. subdit Barr. & c. D. de verb. oblig. Menoch. præf. 12.

sub n. 1. vers. & hæc quidem opinio, & c. lib. 3. Trentac. resol. 7. sub n. 3. vers. in primo casu & c. sub tit. de iur. dot. lib. 3. Valac. confil. 5. n. 4. vers. & primus casus est, & c. Surd. confil. 196. sub n. 27. in fin. vers. tamen dicitur & c. cum seq. P. Molin. d. discept. 439. sub n. 8. vers. quando animus de confessione dotis receptæ, & c. Sanchez de matrim. lib. 6. disc. 9. sub n. 3. vers. secunda conclusio & c.

21 Tum quia ex particulari dispositione Stat. Vr. bis d. lib. 1. c. 135. prohibentur expressè donationes non solum inter virum, & vxorem, verum etiam inter sponsum, & sponsam præterquam in casibus à iure permissis, qualis non est prædictus, imò expressè prohibitus, vt dictum est.

Nec potest ex eo sustineri, quod cum facta fuerit in ipso Instrumento dotali vim habeat augmenti dotis, quod iure permissum est etiam constante matrimonio iux. l. si constans. & l. cum multa, C. de donat. ante nupt. & alias fuit dictum in Albanen. donationis 27. Nou. 1623. coram bon. mem. Merlino, impress. post 11. Modern. de Camer. oblig. dec. 245.

22 Quoniam id procederet quando dotis augmentum fuisset explicitè factum ex iusta causa iuxta formam in præfatis legibus constitutam, & in in l. fin. C. de donat. propter nupt. in Auth. de equalit. dot. collat. 7. quæ est Nouell. 7. c. 1. & specialiter in d. l. cum multa in §. simplices etenim donationes, ibi, & hoc ipsum significauerit, & c. provt expressum fuerat in d. Alban. coram bon. mem. Merl. vt in ea legitur in §. neque obstat quod donatio prædicta & c. vers. sed imo potius, & c. Non autem quando simulata dotis receptione donandi animo facta fuit, vt probatur ex text. in l. creditor, ibi, cum tam ea quæ simulatè aguntur, quam quæ in vxorem à marito donationis causa tempore matrimonij procedunt propter iuriscimus interdictum pro infectis habeantur & c. Cod. de donat. inter vir. & vxor. Imo hoc etiam titulo specialiter prohibetur in d. l. 1. ibi, An vero donandi animo dotem auxerit, vt videatur accepisse quod non accepit & c. ibique glossa in verb. auxerit & c. C. de donat. ante nupt. Cyn. Alber. & alij præc. DD. Atque ideo in d. Alban. coram bon. mem. Merlino fuit declarata valida illa donatio, quia tanquam expressè facta in Instrumento dotali pro augmento, ac iuxta dotis recompensationem importabat in effectu donationem propter nuptias etiam matrimonio constante à lege permissam vt in ea legitur in §. neque obstat quod donatio prædicta, & c. ac per tot.

23 Postremò non obstat quod in omnem casum nihil præfatus Ioannes donauerit Cæciliæ ipsius sponse, sed Lucretiæ soctui à qua dictam summam recepisse confessus est, quod licuisse videtur l. 3. §. soctui ff. de donat. inter vir. & vxor. & leg. si te in vanciam, C. eodem tit.

24 Quia constat ex ipso Instrumento donationem principaliter factam fuisse Cæciliæ cuius nomine tanquam mater, & legitima administratrix Lucretia interuenit, cuique nominatim restitutio in casibus contingentibus tam constante, quam soluto matrimonio promissa fuit, vt ibi legitur. Vnde remouetur obiectum. Quod etiam præmissis simulationis præsumptionibus eliditur, leg. Sulpitius, §. si color ff. de don. inter Vir. & Vxor. l. filia mea ff. solut. matrim. l. data, Cod. de don. Bald. Nouel. de dot. p. 10. sub n. 14. Vers. nam tunc, & c. Menoch. de arb. iud. cas. 459. sub n. 28. vers. ita etiam non potest, Rota dec. 683. sub n. 2. vers. quod etiam DD. dixerunt, & c. part. 2. recent. & penes Buratt. decif. 612. n. 2. & in aliis.

Quare

29 Quare cum ex prædictis appareat nullo pacto iustitiam præsentis dotis solutionem, non est concedenda illius repetitio l. pen. §. mulier ff. sol. mar. & concluditur in d. l. 1. in fin. ibi, & quod in dotem datum non est respecti non potest, C. de don. ante nupt. & in d. l. 1. ibi, ita demum te ad petitionem dotis admitti posse, si dotem à te re ipsa datam probatura es, & C. de dot. caut. non n. l. si quis post hac, in princ. versic. dos etiam, ibique glossa in verbo dotatum, C. de bon. præscr. Nec exhibiti Instrumenti executio, quod iustæ veritatis essentiam, ac substantiam obligationis in partium consensu positam non habet, Bald. in l. si §. in computatione sub n. 17. in fin. versic. de illo non est dubitandum, & cum seq. dicens quod Instrumentum simulatum licet superficialiter appareat instrumentum, tamen substantialiter, & intellectualiter non est tale, C. de iur. delib. & in his terminis probat Socc. d. conf. 27. sub n. 24. versic. & quia iniquum esset, & c. n. 25. versic. ex quibus sequitur, & plur. seqq. lib. 4. Parif. conf. 54. sub n. 19. versic. istis tamē non obstantibus cum seqq. lib. 1. Becc. conf. 51. sub n. 35. versic. tertia conclusio cum seqq. lib. 1. Rota dec. 741. n. 3. versic. hoc tamen non obstante, & c. p. 3. rec. & fuit resolutū in d. Rom. pecun. co. R. R. D. meo Decano dec. 61. n. 8. versic. qua admicula, & cum seqq. p. 5. dec. 259. sub n. 7. versic. neque obstat & c. cum seqq. p. 6. dec. 11. n. 20. versic. nam contractus simulatus, p. 7. earundem.

32 Neque potuit eo casu temporis conualidari, quia simulationis exceptionem non tollit, quæ perpetua est, vt notant Bart. Bald. & alij DD. in l. si sub specie, C. de postuland. Soccin. in d. l. 1. sub n. 102. in secunda limitatione, Versic. sed contraria opinio & c. ff. sol. mar. Parif. d. conf. 86. n. 35. versic. & magis ista suadentur, & c. lib. 3. Ceph. conf. 163. sub n. 21. versic. que conclusio, & c. cum seq. Mant. de iac. lib. 1. tit. 20. n. 29. versic. secundo extenditur, & c. Rota penes Buratt. d. dec. 108. n. 17. Versic. & ex prædictis, cum aliis relatis per Modern. Rom. disc. 693. n. 12. versic. minus obstat lapsus temporis, & c. Neque iuramento confirmari, quando partes nihil vel aliquid prohibitum agere voluerunt, quia tunc vel deest consensus, vel potestas agentium, vt per Parif. d. conf. 84. n. 41. versic. hinc postremo, cum seqq. lib. 1. ac. d. conf. 86. n. 49. versic. proxi. & secundo, & c. cum seq. lib. 3. & latè probat Gabr. conf. 142. sub n. 6. versic. verum hoc casu & c. cum seqq. vsque ad fi. lib. 2. Valasc. d. consult. 5. sub n. 21. v. quintus casus principalis etiam est, & c. Rota penes Buratt. dec. 873. sub n. 3. versic. nec obstat, ac seq. dec. 925. n. 6. versic. non obstat precipuum, & vnicum fundamentū, & c. cum seq. ac in rec. dec. 55. n. 13. versic. nec quidquam facit, & c. cum seqq. & d. dec. 259. n. 9. versic. & operatur, p. 6. Et hæc quidem conclusio magis procedit in hoc casu stante dispositione d. Statuti lib. 1. c. 135. præsumptis huiusmodi iuramentum dolo, ac metu extortum, quo casu nihil operantur Bart. in l. omnes populi sub n. 25. versic. sed si statutum, & c. ff. de iust. & Bald. in aut. sacramenta puberum, sub n. 5. versic. & ideo in multis locis & c. ac ibidem Cast. n. 11. versic. sed si queritur, C. si aduers. vend. Honded. conf. 5. sub n. 40. Versic. vltimum de iuramento, cū seqq. lib. 2. Rota penes Buratt. d. dec. 612. sub n. 6. Versic. tum quia quidquid sit, & c. cum seqq. ac in Romana donationis de Cupis §. luv. 1602. coram rec. mem. Card. Pamphilio in §. nec huic conclusioni obstat, & penes Duran dec. 18. sub n. 2. versic. quod & fin dicto statuto, & c. ac seq. ac in recem. d. dec. 11. sub n. 17. versic. nec releuat, & c. cum seqq. par. 7. Eoque certius cum Statuta Vrbis fuerint auctoritate Apostolica in his etiam casibus, in quibus iuramenti

validitate restringunt specialiter confirmata, vt patet ex litteris s. i. n. e. Gregorij XIII. Dat. Kal. Iunij 1588. in princ. eiusdem Voluminis registratis, ac notat Galgancet. ad d. c. 135. in fi. versic. nam & si statuta dispositio circa iuramentum, & c. & comprobant Parif. d. conf. 86. sub n. 53. versic. & eo magis ista procedunt, & c. lib. 3. Gabr. d. consult. 142. sub num. 10. versic. verum statutum, & c. cum seqq. lib. 2.

Et ita fuit conclusum vtraque pate informante, & c.

EMINENT. ET REVERENDISS. D. CARD. CORRADO. Romana Dotis.

Sabbatib. 26. Nouembris 1650.

ARGUMENTVM.

Plura de simulatione resultante ex confessione dotis de recepto facta, à Viro, absque quod aliunde appareat eius solutio, & de causis ipsius simulationis. Et de iuramento contractu simulato apposito.

SVMMARIVM.

- 1 Confessio simulata dotis solet esse, vel ad cohonestandam, speciosa dotis prætextu, inaequalem sponsa conditionem, vt matrimonium cum illa honorificentius appareat.
- 2 Vel ad celandam sub eo titulo donationem, etiam inter sponfos prohibitam ex dispositione Statuti Vrbis lib. 1. c. 135.
- 3 Confessio dotis simulata non habet executionem.
- 4 Confessio dotis, etiam si facta ante contractum matrimonium, non probat veram numerationem, nisi ex præcedenti promissione, vel aliis probabilibus coniecturis iustificetur.
- 5 Coniectura simulationis, cum ex variis causarum figuris, & occultis partium machinationibus multipliciter resultent, non possunt certa omnino lege determinari, sed prudentis arbitrio, in singulis speciebus æstimari debet, ponderatis circumstantiis facti, qualitate personarum, & totius rei gestæ serie, ac præcipue verisimilitudine.
- 6 Paupertas, ad effectum arguenda collusionis in Instrumentis dotalibus, satis dicitur probata ex leuioribus probationibus, etiã multis admiculis constantibus, que iuris communis præsumptioni conueniant, & maxime verisimiles sint.
- 7 Paupertatis iustificatio à communiter ac regulariter contingentibus bene deducta, non eliditur ex contrariis assertionibus de iis que raro, & in quibusdam specialibus casibus, & non promiscuè accidunt.
- 8 Paupertas mulieris, & non Viri, facit super inuevisibili præsumere, confessione dotis esse simulatã.
- 9 Alimenta præstita à Viro Vxor, non solum ad maritalē affectionem, sed etiam ad conuentiã, & soluta dotis quantitatem referri possunt, & debet.
- 10 Causa simulandi sufficit quod sit probabilis, & ex coniecturis iustificetur.
- 11 Regis sententiam offendens, nihil validè gerit.
- 12 Causa simulationis, que sub honorifica dotis velamine, coniugij celat disparitatem, vel donationis animum, legibus communibus, seu municipalibus aduersantem obducit, non eliditur, si Confessio dotis recepta facta per Virum, emanauerit tempore

- non suspecto, quo non erat alieno ere grauarus; cum talis animaduersio excludat solum simulationem, qui fraudem, ac prædiciam creditorum præferret: quoniam ex diuersis causis promouunt, diuersasque præferunt qualitates.
- 15 Lapsus temporis ad optinendam non numerata dotis exceptionem, non reicit simulationem ex coniecturis validis resultantem.
 - 14 Simulationis præsumptio validè resultans in actu, non eliditur per interuentum persone diuersæ; illi tamen cum quo simulatur coniunctissime.
 - 15 Commodum cuius respiciat promissio dotis, licet sit facta diuersa persone, ad hoc vt cognoscatur collusio, potissimum attendi debet.
 - 16 Iuramentum pro obseruantia, appositum contractui simulato, non potest actum simulatum confirmare, cum deficiat totalis partium consensus, ac veritatis essentia, ex quo partes non intendunt, quidquam verè efficere, sed ostentare.
 - 17 Statutum Vrbis lib. 1. cap. 131. tollit omnem Iuramenti vigorem, vbi detegitur simulatio in contractibus, præsumens illud dolo, ac metu extortum, & nihil, vult omnino operari.
 - 18 Cuius statuti dispositio comprehendit vtrique tam donationes expressas, quam etiam tacitas, ac palliatis confessionibus prætextis, qua legibus aduersantur etiam inter speciosas.

DECISIO XXIII.

Resolutionem in hac causa factam die 21. Februarij præteriti coram Me. hodie denuo exactè discussam Domini confirmantur.

Quia confessio dotis in summa scutorum 1445. receptæ à Ioanne Iaccio, facta in instrumento sponsalium inter ipsum, & Ceciliam de Comitibus celebrato sub die 9. Ianuarij 1629. non solum non iustificatur, sed potius simulata dignoscitur vel ad cohonestandam speciosæ dotis prætextu inaequalem sponsæ conditionem vt matrimonium cum illa honorificentius appareret iuxta leg. si quis post hac. ver. Dos etiam, C. de bon. præscrip. & gloss. in l. si vol. iure in verbo petendis. C. de dor. promiss. vel ad celandam sub eo titulo donationem etiam inter sponfos prohibitam ex dispositione Statuti Vrbis lib. 1. cap. 135. iux. l. 1. C. de donat. ante nupt. ac proinde perita pro ea summa executio contra bona possessa per Zoncam, & Laurentinum singulares eiusdem Iacij possessores titulo emptionis concedi non debet leg. penultim. S. mulier, ff. soluto matrimonio. l. 1. C. de dot. caut. non n. l. 1. C. de donat. ante nupt. & fuit latius probatum in præcedenti decis. sub die 21. Febr. emanata, cuius fundamenta visa fuerunt in concussa vigere.

Si quidem certum est quod huiusmodi confessio etiam si facta ante contractum matrimonium non probat veram numerationem, nisi ex præcedenti promissione, vel aliis probabilibus coniecturis iustificetur leg. 1. ibique gloss. final. in fin. ibi etiam si ante matrimonium, & c. C. de dote caut. non numeranda d. l. si quis post hac C. de bon. præscript. Bart. in l. si diuortio sub n. 3. in fine, Versic. quæro quid si ante matrimonium, & c. ff. de Verb. oblig. Io. Andreas in addit. ad speculat. part. 4. sub rubr. de donat. inter Virum & vxor. ad finem versic. secundo casu, & c. Port. in §. 1. n. 14. versic. & idem esset, Infit. de litterarum obligat. Gabr. con. 163. n. 11. ver. Et in Dubio, & c. cum seq. n. 15. ver. in dubio autem, & c. cum seq. lib. 2. P. Molin. de iust. & iure tom. 2. disp. 439. num. 8. Salgado Labyrinth. Credit. Tom. II.

ver. his ita constitutis & c. cum seqq.

Neque sub ea spectata cenetur qua vdo contrariæ vrgent coniecturæ simulationem præferentes, quibus illa bene probatur, & satis constare cenetur, quæ cum ex variis causarum figuris, & occultis partium machinationibus multipliciter resultent, non possunt certa omnino lege determinari, sed prudentis arbitrio in singulis speciebus æstimari debent ponderatis circumstantiis facti, qualitate personarum, & totius rei gestæ serie, ac præcipue verisimilitudine (provt in hoc casu) censuerunt Domini validas, & sufficientes ad demonstrandam inuerisimilitudinem, atque simulationem dictæ confessionis relatas in eadem præcedenti decisione Dec. cen. 644. visò, & perlecto eleganti consilio sub n. 4. ver. circa primum, cum seqq. Didacus præf. quest. lib. 3. cap. 7. sub n. 3. in §. ne ver. modo, Valasc. consult. 5. sub n. 21. versic. & probatur, Menoch. de Arbitr. l. d. casu 247. Becc. con. 52. ex. n. 41. ver. ad probandam simulationem, & aliis relatis respondit Rota in Auen. Simulati. 29. Ianuarij 1635. coram. Eminentissimo D. meo Card. Paulivolo in rec. decis. 11. sub n. 13. versic. & saltem ex omnibus, & c. cum seqq. p. 7. ac in Romana pecuniaria 9. Iunij 1636. coram bon. mem. Merlino apud Moder. Rom. de obligat. Camer. decis. 181. sub num. 23. in fin. versic. cumque vim ei pendus coniecturarum, cum seqq. & aliis relatis in præcedenti decisione in §. nec obstat quod confessiones huiusmodi, & c.

Neque obstat quod paupertas præfatæ Cecilie, ac Lucretie eius Matris, ex qua potissimum redditur inuerisimilis dicta confessio, & veritas illius excluditur, non fuerit sufficienter probata; Quia non solum ex depositionibus testium pro parte D. Zonchæ, & Laurentini examinatorum illarum conditionis notitiam tempore matrimonij contracti, & longè antea tanquam vicini habentium: verum etiam ex instrumento producto iustificatur, in quo residuum dictæ dotis pro summa scutorum 255. & confraternitatum subsidiis pauperibus virginibus præstari solitis, & ex priorum largitionibus redigendum promittitur, provt ex alio Instrumento sub die prima sequentis Mensis Februarij, factum apparet.

Quæ omnia cum iuris communis præsumptioni conueniant, & maxime verisimilia sint neque contrariis assertionibus genericis, ac informibus, nullaq; concludenti ratione fulcitis, vllatenus elidantur, satis vtrique probant ad hunc effectum paupertatem iux. gloss. in Auth. præterea, in verbo loci: ples, versic. vel verius, C. vnde Vir. & Vxor, Bart. in l. si constante sub n. 14. versic. in casibus verof. soluto matrimonio, Didacus resol. 6. sub numero 8. versic. qualiter paupertas præbetur lib. 2. Benincal. in tract. de paupert. q. 6. sub num. 14. cum seqq. versic. & ibi perfecta & plena probatio haberi non potest, cum seqq. 10. Lup. in repet. c. per vestras §. 18. sub num. 37. versic. Bonus ergo Index ex diuersitate casuum hec poterit cognoscere, f. mibi 211. Rota decis. 233. sub n. 6. versic. & ita arbitrati sunt DD. in hac materia paupertatis, ac proinde elidunt præfatæ confessionis vigorem Salycet. in l. 2. sub n. 3. ver. & ideo solum mibi videtur considerandum, C. de dot. caut. non n. Io. Campeg. de dote p. 1. q. 52. su num. 6. ver. limita tamen, Rot. dec. 683. sub n. 6. ver. & respectu Iulij p. 2. recent. ac in aliis.

Et licet admitteretur quod honestioris etiam gradus puellæ dotem ex proprio patrimonio, vel aliunde

aliunde habentes, huiusmodi tamen subsidia interdum à confraternitatibus consequuntur; id tamen passim ac promiscuè fieri non solet, sed raro, & in casibus specialiter ad eò qualificatis, ut eandem, ac forte maiorem attempta personarum conditione paupertatis rationem præferant, nec illa ab aliis priuatis personas, quæ puellarum statum, & inopiam exactius inquirunt, eleemosynas querant; Ideoque ex his, quæ raro, ac in quibusdam specialibus casibus, & non promiscuè accidunt, non eliditur paupertatis iustificatio à communiter, ac regulariter contingentibus benè deducta c. 1. & ibi notant, DD. de Cler. non res. l. nam ad ea, & l. ideo quia antiquiores ff. de legibus l. quædam §. numularios ff. de edend. l. ea quæ raro, ff. de reg. iur. Gloss. in l. neque natales, vers. & notat hic argumentum c. C. de prob. cum concord. penes Nicol. Euerard. in loco à communiter accidentibus, Rota dec. 484. n. 11. vers. nam respondebant, & c. dec. 485. n. 7. vers. quia à communiter accidentibus & c. p. 3. lib. 3. diuers.

8 Hincq. apparet non releuare diuitias & qualitatem sponi cam dotis quantitatem promerentis, cum ad hunc effectum considerari debeant facultates, & possibilitas mulieris ad l. quæro & l. cum post §. gener. ff. de iure dotium, nec alimenta longo tempore præstita vxori, quæ non solum ad maritalem affectionem, sed etiam ad veram conuentæ, ac solutæ dotis quantitatem in summa scutorum 255. referri possunt, & debent. Soccin. in l. 1. n. 94. vers. 7. limita & c. ff. soluto matr. Did. resol. 1. sub n. 6. §. sic ex confessione recepta dotis & c. vers. addit. rament Baldus & c. lib. 1. Menoch. præf. 12. sub n. 23. Vers. & hæc posterior opinio & c. sub n. 73. vers. extendit secundo & c. ita utriusque obiecto respondit Rota d. dec. 683. n. 6. vers. ex quibus, & c. sub n. 13. vers. minus præsumi potest & c. p. 2. ac in Romana dotis seu restit. in integrum 27. Iunij 1629. coram b. m. Mellino apud Modern Forolinien. de pignoriibus decif. 23. n. 18. vers. quoniam responsum fuit & c. cum seq. & sapè in aliis.

Minus subsistit obiectus defectus causæ simulandi, cum ante matrimonium contractum licuerit sponso palam sponsæ donare ac: proinde dotis receptæ color necessarius non fuerit.

Nam illa bonorificentiæ ratione humilioris conditionis vxorem redarguerunt à notis, & consanguineis cum tenuissima Dote duxisse, & etiam iuris municipalis prohibitio d. lib. 1. c. 135. verisimilem præbuerunt simulandi causam quam sufficit fuisse probabilem, & coniecturis iustificari ut in specie tradit Valasc. de consult. 5. sub n. 21 in 5. casu vers. & probatur d. causæ simulationis Socin. in d. l. 1. sub n. 101. vers. reperio etiam, & c. & in vers. quia datur modicum, & c. ff. sol. matr. Hond. conf. 46. n. 28. vers. & quia causa illa & c. lib. 1. P. Mol. de iust. & iure d. disp. 439. sub num. 8. vers. ut quid tenendum sit, Rota in Romana residui pretij Appali. 25. Iun. & 4. Iul. 1584. coram Robusterio inter Criminal. Fern. & in d. Mutinen. simulat. 29. Ian. 1635. coram Eminent. D. Card. Panzirolo in rec. dec. 11. n. 4. vers. que quidem sufficiens causa fuit simulandi & c. cum seq. p. 7. recent. & in d. Romana pecun. 9. Iunij 1636. coram bo. me. Merlini decif. 181. n. 8. vers. quod propriè cum seqq. apud Modern. de Camer. oblig.

Nihil enim tunc sponsus tradidit, donauitque sponsæ, sed quæsitio Dotis colore (ut præmissum est) verè realiter si quid agere intendit illud fa-

nè, eo titulo contulit (pro vt ipsi vtilius erat ratione commodi, ac etiam lucri dotalis municipalis iure constituti eodem lib. 1. c. 132. (in tempus matrimonij, quo traditionem sub prætextu restitutionis promisit iux. l. cum hic status S. oratio, vers. ff. sponsus sponsæ donauerit & c. vbi gloss. in verbo pertinere, & l. si quis vxori, ibiq; Gloss. in verbo in dotem ff. de donat. inter Vir. & vxor. ac proinde legis sententiam offendens, nihil valide gessit; nam si quod potuit, noluit, & quod voluit facere nequiuit d. l. 1. & ibi Gloss. in verbo nihil actum est & c. Cyn. Angel. Fulgos. Alber. Si card. & alij, & quod sponsa in verbo sine effectu C. do donat. ant. nup. l. creditor, ibi, cum tam ea, que simulatè aguntur quam que in vxorem à marito, & c. pro infectis habeantur, & c. C. de donat. inter Vir. & Vxor. Surdus conf. 169. sub n. 28. vers. & procedit etiam si fiat ante matrimonium cum sequ. Menoch. de præf. 12. sub n. 1. vers. & hæc quidem opinio, & c. lib. 3. Sanch. de matrim. lib. 6. disp. 1. sub n. 6. vers. secunda conclusio cum seq. & disp. 9. sub n. 2. Vers. prima conclusio sit sit, & seq. cum aliis relatis in præcedenti decisione in §. præterea non obstat, vers. tum quia conclusio.

Deinde non obstat quod huiusmodi confessio emanauerit tempore non suspecto, quo præfatus Ioannes alieno aere oppressus non erat.

Quoniam hæc quidem animaduersio causam illam simulationis excludit, quæ creditorum fidem, ac præiudicium præferret de qua in l. ait prætor §. si cum mulier ff. que in fraud. cred. & in l. 2. de reuocand. his, que in fraud. cred. & in Auth. sed iam necesse, ibiq; Gloss. in verbo suspicio C. de ante nup. & de hac modo non agitur; non autem illam in præsentia vigentem, quæ sub honorificæ dotis velamine coniugij cœlat disparitatem, de qua in d. l. si quis post hæc, vers. dos etiam, & Gloss. in d. l. si voluntate in verbis petendis C. de dotis prom. vel donandi animi legibus, communibus, seu municipalibus aduersantè obducit ut in l. si non, verum, & d. l. cred. C. de don. inter Vir. & Vxor. quoniam ex diuersis causis proueniunt diuersasque præferunt qualitates, ut habetur in DD. ll. & explicant Bart. in vulg. conf. 65. factum tale est. Petr. Nic. sub n. 3. Vers. circa secundum cui seq. Bald. conf. 249. super libris T. besauraria sub n. 2. vers. etiã ad euidentiã præmitto lib. 1. Socin. sen. conf. 264. sub n. 3. vers. circa secundam Questionem, cum seq. lib. 2. & in specie declarauit Salyc. in d. l. 2. sub n. 3. vers. & ideo solum mihi videtur considerandū C. de dot. cau. nō numerada Bald. Nouel. de dot. p. priu. 10. vlt. n. 12. vers. si autem dicerent, & alleg. P. Mol. d. 439. sub d. n. 8. vers. ut quid tenendū cum seqq.

Qua ratione ob lapsum tēporis ad opponendū non numeratæ dotis exceptionē, hæc non reiciitur, Soc. in leg. 1. n. 102. vers. sed contraria opinio indubitanter est vera, ff. soluto matrim. Didac. d. resol. 7. sub n. 4. vers. quarto itidem constat lib. 1. Sanchez de matrim. lib. 6. dicta disp. 9. n. 9. vers. quando autem hæc confessio habet vim donat, Rota penes san. me. Greg. dec. 67. n. 6. vers. non obstat lapsus biennij & d. dec. 683. sub n. 11. vers. & ex prædictis p. 2. recent.

Præterea non obstat quod confessio facta fuerit ad fauorem Lucretiæ matris Cecilie, à qua Ioannes summam suprædictam asseruit dotis nomine recepisse; non autem ab ipsa vxore; ideoque cesset suspicio. Tum quia interuentus personæ adeo coniunctæ non elidit, sed magis, confovet alia concurrentes præsumptiones simulationis, quæ facilius hoc modo molliori poruit l. ff. sponsus

sponsus §. generaliter tenendum est, l. Sulpitius §. si color ff. de donat. inter vir. & vxor. leg. filie mee ff. soluto matrim. l. data, ibi, si quidem clandestinis ac domesticis fraudibus facile quid vis pro negotij opportunitate confingi potest, vel id quod verè gestum est, aboleri, C. de donat. & declarat Bald. Nouel. de dot. p. 10. de priuileg. vlt. sub n. 14. vers. nam tunc ratione sanguinis subest suspicio fraudis, Paris. conf. 143. sub n. 22. vers. præterea lib. 4. Alua. Valasc. d. consult. 5. sub n. 14. vers. quinto quidam limitant, & c. Sanchez. de matrim. d. lib. 6. disp. 1. sub n. 8. vers. tertio conclusio, Rota penes Comituld. decif. 86. n. 15. vers. idque persuadetur, cum aliis adductis in præcedenti decisione in §. Postremò non obstat, cum sequ. & in dicta Romana pecuniaria coram bon. men. Mellino n. 12. vers. penderando etiam qualitatem consanguinitatis.

Tum quia Lucretia in dicto Instrumento tanquam mater, & legitima administratrix Cecilie, quæ etiam nominatim promissa fuit dictæ summæ restituito, ut in eo legitur & consequenter illa confessio in commodum, ac beneplacitum eiusdem Cecilie principaliter emanauit, quod maxime attendi debet, ut probatur ex tex. in dicta leg. Sulpitius in princip. vers. sic color, ff. de donat. inter vir. & vxor. Claud. Seyffel, in l. 1. sub n. 35. vers. sexto limitat, Bald. & ibi declarat Barbof. p. 6. sub n. 49. vers. sed cauendum est, & c. cum seqq. ff. soluto matrim. & comprobatur Lup. in Rubric. de donat. inter Vir. & Vxor. §. 30. sub n. 12. in fine vers. sed in casu dubij, cum sequentibus, quem sequitur Menoch. de presump. lib. 3. præsumptione 12. n. 85. vers. quarta est coniectura.

Non obstat denique iuramentum promissorium in fine dicti instrumenti adscriptum pro obseruantia omnium in eo contentorum. Tum quia certum est quod confirmare non potest actum simulatorum, per quem non intenderunt partes quidquam verè efficere, sed ostentare, quia tunc deficit totalis earum consensus, ac veritatis essentia iux. text. in cap. animaduertendum 22. quest. 2. leg. empione, ibiq; gloss. in fin. vers. quid autem & c. Bald. Salyc. & alij in leg. final. Cod. plus valet quod agitur Ruin. conf. 130. n. 4. vers. & dato, lib. 1. & conf. 132. sub n. 4. vers. primo casu, & infra lib. 4. Paris. conf. 54. sub n. 41. vers. hinc postremo dicimus, & c. cum sequentibus lib. 1. & conf. 86. sub n. 49. vers. prout & secundo, cum sequentibus lib. 3. Gabr. conf. 142. n. 15. vers. nec obstat quod in hoc instrumento lib. 2. Valasc. dicta consultat. 5. sub n. 21. vers. quintus casus principalis etiam est. Laderch. conf. 189. n. 8. in fine vers. sanè tamen in hac specie, cum sequentibus, & Mantica. de tacit. & ambig. lib. 21. titul. 8. n. 55. vers. præterea contractus simulatus, & c. Seraphin. de priuileg. Iurament. 71. sub n. 36. vers. vel potest dici, & priuileg. dici, & priuileg. 73. vers. secundo limita, & c. Rota penes Buratt. decif. 612. sub n. 6. vers. tum quia quid quid sit, cum sequentibus decif. 873. sub n. 3. vers. nec obstat cum seq. & decif. 925. sub n. 6. vers. non obstat præcipuum, & unicuique fundamentum cum seq. Marcoscott. ref. 61. n. 4. vers. quia alias, lib. 1.

Tum quia eliditur omnis Instrumenti vigor ex prædicto Statuto auctoritate Apostolica specialiter confirmato lib. 1. cap. 131. præsumente illud dolo, ac metu extortum, & nihil omnino operari. Paris. dicto conf. 86. sub numer. 53. vers. & ad magis ista procedunt lib. 3. Gabr. conf. 142. sub n. 19. vers. verum Statutum Vrbis cum sequentibus lib. 2. & notat ibidem Galganett. in Com. Salgado Labyrinth. Credit. Tom. II.

ment. ad finem vers. nam est statuta dispenentia circa iuramentum. cuius quidem Statuti dispositio comprehendit utique tam donationes expressas quam etiam tacitas, ac palliatas huiusmodi confessionum prætextu, quæ legibus aduersantur, etiam inter sponfos; dicta leg. prima vers. an verbo donandi animo, & c. vbi glossa in verbo auxerit, & in verbo nihil actum est. Cod. de donation. ante nup. num. concord. supra relatis in §. nihil enim tunc sponsus tradidit; ne alias huiusmodi machinationibus facile nimis iusta, prudensque statuentium illudatur intentio, ut latè probat Soccin. confil. 66. sub n. 10. vers. postremo prædicta conclusio cum sequentibus lib. 1. Gabriel. dicto confil. 142. num. 22. vers. nec obstat, lib. 2. Mantica de tacitis lib. 21. titul. 1. sub. num. 18. & vers. Porro non solum donationes expressæ; & respondit Rota penes Crescent. decif. 2. de confession. Puteus decif. 7. & decif. 55. sub n. 2. vers. & Statutum; lib. 3. in correctis, & in his terminis in Romana Domus de Beguardis, XIII. Ianuarij M. DC. XLIX. coram Reuerendissimo Domino meo Decano in §. præterquam quod vers. quod habere locum.

Cæteris (quæ sunt leuiora) bene respondent Informantes pro reis conuentis:

Quare fuit resolutum persistendum esse in decisiois vtraque parte informante, & c.

EMINENTISS. ET REVERENDISS.

D. CARD. CORRADO.

Romana Rescisionis Transactionis.

Veneris 29. Maij 1648.

ARGUMENTVM.

Transactio inita à filio cum matre ratione Administrationis bonorum, ex causa læsionis enormissimæ rescinditur, læsio enormissima, quæ de iure communi, est ultra dimidiam, ex dispositio- ne Statuti Urbis designatur ultra tertiam partem. Multa capita læsionis enumerantur. Et luculenter agitur de competentia, ac congruitate dotis filie constituendæ.

SVMMARIVM.

Bilancium, seu calculus informe, confusum, non integrum, nec iustificatum, & continens partitas, que ex ipsa lectura dignoscuntur erroneæ; nullius est releuantia pro redditione rationum.

Tutor, cui à testatore Patre pupilli, est simpliciter remissa consilio Inuentarij, & redditi rationum, non potest excusari à descriptione bonorum.

Nec ab omnimoda rationum redditione, ac reliquorum restitutione, sed tantum ab exactissima, & scrupulosa, ut aiunt, inquisitione: nam alias facilissimum præberetur occasio delinquendi ac pupillos fraudandi.

Administrator, qui sit creditor, & ad cuius manus magna pecuniarum summa ex opulenti patrimonij administratione peruenerunt: præsumitur facta etiam legitimarum, ac verisimilium expensarum detractione, sibi satisfecisse de suo credito in bonis administrationis, donec, redditis rationibus, aliter constet.

Et hac expressis in terminis mulieris administratricis, legitimam rationem non reddentis, Rota multis decisionibus comprobatur.

- 5 Legitima debetur filio ex bonis matris defunctæ etiam cū testamento, vel illo prædefuncto, eius filius.
 - 6 Legitima, qua debetur filiis, est tertia pars bonorum defuncti.
 - 7 Legitima non debetur filiabus scemini iam dotatis ex dispositione Statuti Vrbis lib. 1. c. 145.
 - 8 Legitima debet esse libera ab omni gravamine, & fideicommissio.
 - 9 Aestimatio bonorum minuitur, onere fideicommissi adiecto.
 - 10 Valor bonorum ratione iniuncti fideicommissi, minuitur pro quantitate Iudicis arbitrio declarata, quando non est speciali constitutione determinata.
 - 11 Lucrum dotale spectat ad mulierem, superstitibus liberis, quò ad usufructum tantum, ex dispositione statuti Vrbis lib. 1. c. 131.
 - 12 Et licet filij postea deficiant, non tam proprietatem acquirit mater superstes, quam solum consequi usufructum, voluerunt statuentes.
 - 13 Euentus congruo ordini nature repugnans, ac inuerrissimilis, non est magni faciendus.
 - 14 Usufructu per mortem usufructuarij finito, reuertitur ipso iure proprietatis ad proprietarium, seu eius Heredem.
 - 15 Proprietas aliquando assignatur usufructuario, quasi loco pretij iuris usufructus, proprietatis portio.
 - 16 Proprietas subiecta fideicommissio cum expressa prohibitione alienationis, non potest assignari, neque ipsi usufructuario.
 - 17 Mater turris, qua in dotandis filiabus, exceperit modum à Testatore prescriptum, ipsiq; bene notum, & dispositioni statuti loci consonum, tenetur proprio satisfacere, vel quia ratione naturalis coniunctionis, pietatis, & affectionis censetur erga illas liberalis esse voluisse. Vel quia non erat profecto à filio releuanda.
 - 18 Lesio enormissima, iuxta dispositionem Statuti Vrbis lib. 1. cap. 54. designatur ultra tertiam partem vera importancia.
- Ex dispositione auth. Iuris communis in l. 2. Cod. de resc. vend. ultra dimidiam veri valoris.
- 19 Lesio enormissima in transactione etiam iuramento firmata, attendi debet, quando leditur altera pars in magno excessu ultra dimidiam, nam illa præfert dolum re ipsa, qui semper censetur exceptus.
- Et hanc sententiam sequitur Rota.
- 20 Lesionis modus, quando in transactione non est clarus, Iudicis arbitrio, consideratis considerandis, est remissus.
 - 21 Utilitas, qua prouenit ex transactione parti aliter laesa, non impedit rescissionem ipsius transactionis ex capite lesionis, quando eadem poterat ei alio, etiam meliori titulo competere.
- Nec ideo inde recepta tenentur restituere, donec altera pars iustificet, legitimo iure ad se re assignata spectare, ex qua utilitas fuit alteri præcepta.
- 22 Verba, saltem prædictis, in Testamento apposita ubi filius est primus Hæres vniuersalis institutus, modificant usufructum matri licet primæ facie plenis verbis relictum in bonis hereditariis, et non plenum sed potius alimenta ipsius matris præferant, iuxta consuetudinem Bulgari ubique fere receptam.
 - 23 Ampliatur etiam si mater, relicta insimul Turrix, Curatrix, & pro tempore Administratrix:

fuerit à Testatore liberata à consecutione Inventarij, & redditione rationum: quoniam hæc liberatio congruus refertur, ac respicit administrationem bonorum, & magis excludit institutionem in usufructu, quam ampliatur, & alteret legatum illius.

- 24 Dos dicitur congrua, quando constituitur in legitima
 - 25 Testator, qui reliquit filiabus dotes competentes, censetur se voluisse conformare quantitatem taxatam per constitutiones loci: & eo maxime si sint à Summo Pontific. confirmatae.
 - 26 Dos excessiua, ad instam quantitatem, iuxta vires patrimonij moderanda, ac reducenda venit.
 - 27 Dos promissa in excessu per minorē, potest pro summa excideri, non soluta retineri, & soluta repeti.
 - 28 Fideicommissum, in congruitate dotis potissimum debet considerari.
 - 29 Dos congrua, aliquando maior, quam sit prescripta legitime quantitas, attendit dignitatem viri, & aliis circumstantiis, prudentis arbitrio, potest constitui.
- Declaratur tam ut moderate fieri debeat, quovis que patitur ratio.
- 30 Dos non potest constitui in immoderato excessu ad præiudicium minoris, ac euersionē fideicommissi, habita etiam ratione dignitatis, & meritorij viri quado mulier potest alteri nubere equalis sibi conditionis viro, licet minus qualificato.
 - 31 Mulier magis expetit habere dotes suas inuectas in censibus, vel locis montium, seu similibus bonis, quam in domibus, licet pluris æstimatis, periculis tamen, ac impensu continuo, & expositis.
 - 32 Pactū de retrovendendo, tanquam quous ac seruitutē, quandoq; præferens, minuit verum rei valorē.
 - 33 Contractus, ubi sunt plures, licet super eadem re debent singuli cum eorum effectibus, & conuenionibus, distincte considerari.
 - 34 Pactum de retrovendendo, ubi non est absolutum, ac indefinitē, conuenit, sed ad certum tempus restrictum, non solet ipsius rei æstimationem minuire ultra sextam partem, ex sententia Rota.
 - 35 Probatio oriens ex Instrumento ad iuramentis, & Iuris presumptione pro actus veritate munito, praualeat testi, ipsum esse simulatum deponenti.
 - 36 Status hereditatis firmatus à partibus in simul conuenientibus ex decreto Iudicis, & cum ipsius presentia, ubi apparent facta omnimoda diligentia de omnibus bonis ibi discernendi, ita ut arbitrio Iudicis, si quid aliud superfuisset, verisimiliter etiam deduxissent omnino attenditur. Et protestatio facta ab altera ex partibus, quod non ideo intendit approbare, alia bona præter ibi relicta non exuare suffragatur solum protestanti ad effectum ut possit adhuc aliorum bonorum existentiam probare non autem ut elidatur status sic firmatus.
 - 37 Probationes, in arduis censentur sufficientes, qua haberi possunt, ac Iudicis animum inducere ad credendum talem esse veritatem. Procedit conclusio, etiam si agatur de probatione negativa.

DECISIO XXIV.

Defuncto Balthazare Bopadics instituto Hærede vniuersali Domino Bartholomæo eius filio, eiusque filiis legitimis, & naturalibus ex vero, ac legitimo matrimonio nascituris cum prohibitione alienationis, bonorum stabiliū, censuum, & locorum Montium amplis verbis concepta, relictisque competentibus dotibus Lucretiæ, Catharinæ, & Quinthiæ filiabus scemini;

Et

Et Domina Laura vxore Tutrice, & Curatrice, bonorumque omnium administratrice, ac usufructuaria, donec viduitatem seruaret, & cum filiis cohabitaret. Hæc filiorum nomine hereditatem adiuu, susceptumque tutelæ munus quatuordecim circiter annos exercuit, & bona administravit, nullo prorsus confecto Inventario, & Lucretiam alteram ex prædictis filiabus constituta dote scutorum viginti quatuor millium in non nullis Domibus, ac locis Montium Hæreditariis Domino Hippolyto Vitellefco nuptui tradidit, duas alius vitam Monasticam profectibus. Alia verò plura loca similia eiusdem hæreditatis sibi metipsum pro satisfactione dotis, & lucri, ac interufuriorum dotialium à die matrimonij soluti, ac nuptialis donationis, & legati à marito facti assignari curauit insolutum. Deinde verò à præfato Bartholomæo super prædictis, ac redditione rationum conuenta fuit vna cum Genere pro eius interesse, ratione prætenfæ nullitatis, & excessus dictæ Constitutionis Dotis Anno M. DC. XXV. vigore commissionis sanctæ memor. Urban. VIII. coram Rota pluribusque emanatis pro actore Decisionibus coram bonæ memoriæ Coccino sub diebus XXV. Maij. X. Iunij, & X. Decembris M. DC. XXVI. in recentiores decis. 14. & decis. 25. part. 5. & penes Fenzon. ad Statuti Vrbis decis. 138. inita fuit inter eos Transactio Anno M. DC. XXXIX. XIII. Augusti. Cuius rescissionis instantia ex speciali Rescripto Sanctiss. Domin. N. Rotæ. nuper commissa, & hodie plenè discussa. Visa fuit Dominis admittenda.

Quia constat de lesione enormissima dicti Bartholomæi tam in ea parte, quæ respicit Dominam Lauram matrem, quam in ea quæ Lucretiam fororem, & Dominum Hippolytum eius Cognatum concernit. Nam matrem absoluit, & liberauit (nulla reddita ratione) ab administratione per eam gesta ab Anno 1611. vsque ad Annum 1625. bonorum hereditatis paternæ, cuius redditus, aliaque pecunias eo tempore ad illam delatas summam scutorum quinquaginta septem millium octingentorum circiter constituisse apparet ex calculo, seu bilancio pro eius parte tunc composito, & in processu producto, licet informi, confuso, non integro, nec iustificato præsertim in partitis ad debitum filij descriptis, quarum nonnullæ ex ipsa lectura dignoscuntur erroneæ, ita ut nullius esset releuantia pro redditione rationum, leg. si cui libertas, leg. cum seruus, versic. sed illud, ff. de condition. & demonstrat, Corn. consil. 196. sub numero 9. versic. facit quia lib. 3. Rimin. inuor consil. 338. num. 32. versic. item reperitur. Menoch. de Arbitr. Iudic. casu 209. num. 20. versic. secundo obseruandum est, Rota penes Burattum decis. 14. num. 22. versic. exhibita verò bilantia, cum sequent. & decis. 29. sub num. 14. versic. erant etiam, & c. & Coccin. decis. 382. sub n. 4. versic. & cum redditione rationis & c. & aliis relati per Modern. Roman. disceptat 529. à num. 29. versic. neque in bilantiis, ac seq.

Nec enim ex eo quod fuisset illi à marito in eius testamento simpliciter remissa confectio inventarij, & redditione rationum poterat excusari à descriptione bonorum, vt ex æquiori Doctorum sententia probauit Rota in Romana fideicommissi de Capite ferreo 19. Februarij 1646. coram me, in §. ideo merito, versic. & proinde, nec ab omnimoda Salgado Labyrinth. Credit. Tom. I. I.

redditione ac reliquorum restitutione, sed tantum ab exactissima, & scrupulosa (vt aiunt) inquisitione, nam alias facilis nimium præbeetur occasio delinquendi, ac pupillo fraudandi, leg. quidam decedens, in princip. & ibi Bald. l. qui plures, versic. quoniam, ibique glossa in verbo non est relicta & in fine ff. de administrat. tutor leg. si seruus verius ibique gloss. & DD. ff. de leg. 1. l. non solum, la 2. §. pen. l. si quis rationes, in princ. l. Aurelio, §. Caius ff. de liberat. legat. glossa in l. cum necessitatem, in verbo rationis, ibique late Salyc. sub num. 1. vers. sed cane, & Iafon sub num. 1. vers. nota tamen quod in tutoribus, C. de fideicommiss. & bene explicat Angel. in cons. 144. renouatur in dubium per tot Caltr. cons. 445. circa primum, sub num. 3. vers. super secundo questio, lib. 2. Iafon cons. 253. à num. 5. vers. sed præmissis non obstantibus, cum seq. per tot. lib. 3. Signor. cons. 110. Testator. in testamento dedit tutores. Natt. cons. 115. sub n. 9. vers. alias ista permissio. Did. resol. 14. num. 3. vers. secunda conclusio, lib. 2. Menoch. præf. 164. numero 1. vers. primus est, cum seq. lib. 4. Galgan. de tut. & curat. lib. 3. q. 58. num. 22. vers. sed potius, cum seq. Io. Gutierrez in simil. tract. p. 3. cap. 1. num. 32. vers. Adeo est necessaria rationis reddito Rot. in Romana redditionis rationis 12. Maij 1603. coram litra in §. imo quod etiam si eis fuerit legata liberatio & c. & in Romana tutela Boncompagn. 13. Nouembris 1615. coram bon. mem. Vbaldo in recent. decis. 762. n. 8. vers. non obstat liberatio, p. 2. & in aliis.

Præterea eidem dimisit, assignauit, ac relaxauit census, & loca Montium non vacabilium hæreditatis pro summa sc. sexdecim millium, & vltra nempe pro restitutione dotis patri solutæ scutorum octo millium, pro lucro dotali duorum millium septingentorum quinquaginta, pro donatione nuptiali, siue sponsalitia largitate scutorum mille sexcentorum, pro legato scutorum duorum millium, & loca duo de viginti pro usufructu à marito illi relictis, vt legitur in dicto Instrumento in vers. Et ex capite & causa huiusmodi Transactionis. & c. Quorum tamen respectiue satisfactionem ex opulenti patrimonij administratione, magna que pecuniarum summa (vt præmissum est) inde redacta, facta etiam legitimarum, ac verisimilium expensarum detractioe facile antea consequi potuit, atque præsumitur donec redditis rationibus aliter constet l. peculium autem, §. 1. vers. sanè cum ex ceteris causis, ff. de pecul. Afflict. decis. 13. an. 16. vers. imò præsumitur, & seq. Surd. cons. 299. numero 33. vers. nam creditor & in his terminis quando apparet notabiles pecuniarum summas ex bonis debitoris ad manus mulieris, vel alterius administratoris peruenisse, nec alia redditur de illis legitima ratio firmavit Rota in Romana administrationis tutel. 2. Aprilis 1590. coram Penia, penes Marchesan. de commissi. tom. 1. fol. 828. n. 1. vers. nam Domini firmarunt & c. & decis. 407. in princ. vers. cum enim constet p. 4. diuers. & penes Card. Caualer. decis. 171. num. 7. vers. & ideo, decis. 452. num. 3. vers. insuper, & in recent. dec. 391. sub numer. 7. vers. semper obstat, cum seq. decis. 547. num. 1. 7. vers. sed saltem, par. 5. & penes Reuerendiss. Vrgel len. decis. 258. n. 14. vers. tertia de Trebellianica, & dote Rætia, & in hac ipsa causa sub dict. die. 25. Maij 1626. coram Coccino in rec. d. decis. 14. num. 8. vers. nam & si quando agitur & c. cum seq. ead. p. 5.

Demum eam releuare, atque indemnem seruare

promisit à quavis obligatione per ipsam contracta ad fauorem d. Dom. Vitelleschi, & cuiuscunque alterius pro manutenzione, defensione, ac euictione, dotis prædictæ illi constare, & aliis pro ut legitur in *versic. prædictam D. Lauram suam matrem &c.*

Illa verò è contra assensit, atque conuenit, quod census, & loca montium ipsi assignata pro satisfactione eius dotis scutorum octo millium, & legati scutorum duorum, duorum millium (de tractis scutis quatuor millibus, de quibus liberè disponere possit) post eius mortem reuertantur & spectent ad d. Bartholomæum eius filium donec naturaliter vixerit, eoq. defuncto ad filios masculos primùm legitimos, & naturales & deinde feminas eiq. omnibus deficientibus vel non extantibus liberè perueniant pro duabus ex tribus partibus ad Lucretiam uxorem præfati D. Hippolyti, eiusque filios masculos, & feminas, ut legitur in *versic. conuertunt inuicem puncto expresso &c.* Hic autem est obseruandum, quod mortua Laura cum testamento debita erat ex legis dispositione saltem legitima Bartholomæo eius filio §. 1. in *auth. de trien. de semiss. §. aliud quoque capitulum in auth. ut cum & appellat. cognos.* Vel illo prædefuncto eius filii §. neque illo in *auth. de trien. & semiss. §. §. 1. in auth. de hered. ab intest. Gloss. in l. omnimodo in verbo alius personis, C. de inoff. testam. Rota dec. 543. sub num. 1. vers. est enim certum p. 4. rec. Eaque erat tertia pars dd. scutorum decemmillium, constituens summam scut. 3333. $\frac{1}{3}$ iux. *tex. in d. §. 1. in auth. de trien. & sem. vnde sumpta est* *auth. nouiss. C. de inoff. test.* (tororibus iam dotatis exclusis ex dispositione Stat. Urb. lib. 1. cap. 145. in fi. *vers. que filia*, Rota penes Card. Seraph. dec. 963. num. 2. *vers. non enim debetur legitima, dec. 415 p. 4. diu. Burat. dec. 922. n. 5. vers. clarissima namque est conclusio, in rec. dec. 572. n. 4. vers. neque poterit petere legitimam p. 5. ac. alibi.*) Et quidem libera ab omni grauamine, & fideicommissio l. quoniam in prioribus l. scimus, in princ. §. cum autem, C. eod. tit. Dec. conf. 17. n. 14. *vers. que quidem dos, &c. lib. 2. Itavt quicquid super est vsque ad quantitatem scut. 6000. ferè absorbetur ex adiecto onere fideicommissi, quod minuit æstimationem iux. l. 1. §. si heres, vbi Bart. n. 2. *vers. secundo nota, & seq. l. 1. n. 9. vers. tertio nota. Rip. n. 25. vers. secundo nota & seq. ff. ad S. C. Treb. Alex. in l. preia rerum, sub n. 3. vers. in glof. 2. ff. ad l. Falc. Cagn. in l. 2. num. 243. vers. & in hac materia, C. de resc. vend. & ib. Ari. Pin. n. 3. c. 4. n. 18. vers. pretium aliquando augetur, ali quando minuitur, &c. Crau. conf. 435. num. 17. vers. cuius oneris ratione Dec. conf. 7. n. 96. vers. ista num.***

10 *part. lib. 1. pro quantitate Iudicis arbitrio declaranda quando non est speciali Constitutione determinata, vt respondit I. C. in l. si seruus furrius in fi. pr. ibi, quod si pendente conditione indicaretur Iudex æstimare debet quanti empirorè inuenerit, &c. ibique gl. in verb. inuenerit, DD. C. de cond. furt. Ideoque census, & loca prædicta valoris f. 6000. huiusmodi fideicommissio grauatã vix pluris æstima da videntur, quam libera valoris dd. sc. 3333. $\frac{1}{3}$*

Deinde conuenit quod loca montium eidem assignata pro lucro dotali, sponfalitia largitate, & usufructu à marito relicto quoad proprietatem spectent ad eundem Bartholomæum, eiusque hæredes, ac successores, quibus ea defuncta pleno iure restitui debeant in *vers. quorum quidem omni, & singulorum locorum montium, &c.* Hic pariter

obseruandum, quod cum Balthassar maritus Lauræ decederit superstitibus liberis, lucrum dotalè spectabat ad eam quoad usufructum tantum ex dispositione Stat. Urb. lib. 1. c. 131. ita quod licet filij postea deficiant, non tamen proprietatem acquirit mater superstes, quàm solum consequi usufructum voluerunt statuente, vt fuit dictum in *Romana donationis propter nupt. 14. Iunij 1540. coram Put. inter impr. dec. 17. de cons. & in Rom. quart. dotal. 16. Mart. 1618. co. bo. me. Remboldo penes Fenzen ad Stat. Urb. dec. 74. in §. nec refert. quod d. d. Ioa nes, & Marius prædeceserunt Virginiæ matri, &c. & comprobatur in Romana de Caualer. 22. Mar. 1632. coram bon. me. Coccino ibid. dec. 79. in §. ratio decisionis fuit, &c.* Donatio autem illa sponfalitia (præterquod non erat liquida, nec satis iustificata) fuerat etiam sub eadem expressa conditione concepta, quod filiis extantibus solus usufructus ad eam spectaret, vt in ea legitur. Et licet in euentum eorum præcedentiarum mater eiudem donationis vigore proprietatem quater lucrari deberet; Huiusmodi tamen euentus non fuit visus Dominis in proposito casu magni faciendus, quippe qui congruo ordini naturæ repugnat, ac inuicibilis est l. nam & si parentibus, ibiq. Gloss. in verb. tamen, ff. de inoff. test. l. qui duos, §. cum in bello, ibiq. Gloss. in verb. patris, ff. de reb. dub. Bart. in l. inter stipulantes, §. sacra sub n. 7. *vers. aut respicit futurum, ff. de verb. oblig. Rot. dec. 365. n. 2. vers. & futurus euentus p. 4. diuers. Mand. ad reg. de infirm. q. 6. à n. 6. ver. redeundo igitur, ac seq. vltus fructus etiam eius morte finiebatur, ob quam ideo loca montium eo titulo assignata ad hæredem ipso iure (circumscrip ta d. conuentione) reuertebantur l. 3. §. si ff. quib. mod. vlt. amit. l. usufructum cum moriar. ff. de vlt. l. corruptionem, de vlt. & habit. §. finitur, instit. eod. tit. Rot. dec. 653. sub n. 1. in fi. vers. cuius natura est p. 2. & dec. 340. n. 10. vers. vnde statim. p. 5. rec. Nec enim quoad proprietatem assignata fuisse probantur, quasi loco pretij iuris usufructus iuxta terminos l. hereditatem, ff. ad l. falc. Nec assignari potuerunt obstante fideicommissio cum expressa probatione alienationis aliisque conditionibus in testamento Balthassaris appofitis l. si. C. com. de leg. & in *auth. de restit. & ea que parit. in §. quamobrem in princ. ibique gl. in verb. alia, etc.**

Vterius in *vers. item pacti fuerunt, &c.* assumpsit in se onus soluendi debita contracta cum Mercatoribus, Artificibus, & familiaribus tempore eius administrationis ad quod iam tenebatur, cum fructus omnes, ac effectus hæreditarios recepisset, Necnon annuos scutos sexaginta singulis filiabus Religionem professis promissos vltra summam scutorum ter mille ob causam professionis cuiuslibet earum impensam, vt apparet ex calculo prædicto. Hinc etiam obseruandum, quod Balthassar earum pater in d. eius testamento disposuit illis eo casu persolui dotes, ac elemosynas solitas in *vers. item iure, ac titulo institutionis, &c.* Ideoq. cum in omnibus præmissis D. Laura scienter excesserit modum à testatore præscriptum, ipseque benè norum, atque omninò seruandum, etiam ex dispositione Stat. Urb. lib. 1. c. 141. iuri satis consonum erat, quod de proprio satisfaceret, vel quia ratione naturalis coniunctionis, pietatis, & affectionis censeatur erga illas liberalis esse voluisse. Vel quia non erat profectò à filio releuanda l. cum post mortem §. præterea ff. de adm. tut. Lup. in rub. d. don.

don. §. 66. sub n. 14. *vers. in constituenda tamen dote, ac sequi. Bald. Nouel. de dot. p. 6. prin. 45. sub num. 2. vers. & hoc nisi talis mater &c.* Barbof. in l. 1. p. 4. sub num. 149. *vers. quinimo si mater tutrix filie, ff. solut. matrim. Ant. Gomez. ad leg. 50. Tauri sub n. 24. vers. si verò mater, Galganet. de tut. & curat. lib. 3. q. 50. num. 5. vers. in matre vero. Guttierrez in simil. tract. part. 2. cap. 11. sub num. 6. vers. si verò mater.*

Insuper eidem Bartholomæo pro decentiori sustentatione promisit mensuros scutos duodecim soluere donec ipsa viveret in *vers. & vltimus saluis præmissis, &c.* Quæ sanè habita etiam aliorum præmissorum ratione, visa fuit Dominis longè minus sufficiens retributio, quam huiusmodi transactionis postulare validitas vt cesset læsio enormissima, vel vltra tertiam partem importantiæ eius quod fuit ab eo remissum atque promissum iuxta dispositionem Stat. Urb. d. l. 1. cap. 154. Vel vltra dimidiam iuxta dispositionem iuris communis in l. 2. C. de rescind. vend. quæ in transactione etiam in iuramento firmata seruari debet, quando continet læsionem alterius partis in magno excessu supra dimidiam, nam illa præfert dolum te ipsa, qui censetur semper exceptus, vt benè probat Corn. consil. 27. à num. 5. *vers. hic tamen non obstantibus, cam seqq. per tot. lib. 4. Cephal. conf. 496. n. 9. vers. & nedum venditio, cum sequi. Surdus conf. 480. num. 13. vers. certum est enim, Molin. de primog. lib. 2. c. 3. sub n. 18. vers. quod temperandum est, ac seq. & hanc sententiam sequitur Rota vt per Chisan. dec. 192. incip. transactio rescinditur, & dec. 102. vbi num. 3. vers. & dixerunt Domini, &c. dicitur læsionis modum in hoc casu Iudicis arbitrio remissum esse, consideratis considerandis p. 1. diuers. & in Romana resciss. instrum. 26. Nouembris 1612. coram bo. mem. V. Baldo penes Cenc. de cens. dec. 275. cum relatis per Reuerendissimum Virgell. dec. 121. sub n. 16. vers. ea tamen, ac seq. & vers. prædicta autem læsione probata, &c. cum plur. seqq. & in rec. dec. 189. sub n. 4. vers. n. 4. vers. ex quo ista transactio p. 4. dec. 315. sub num. 9. vers. vnde resultat, ac seq. p. 5. & in aliis.*

Nec obstat quod illæ teneantur ante omnia restituere pecunias ex ea causa exactas iuxta l. si diuersa, C. de transact.

Quia cum D. Laura priùs consequuta fuerit ex bonis hæreditariis mariti loca montium quadraginta septem & alia comprehensa in Instrumento celebrato sub die 23. Septembris 1617. ob assertam satisfactionem d. eius dotis, & lucri, ac interuentum dotalium post solutum matrimonium, vt in eo legitur quod deinde concordia Dominorum sententia fuit declaratum nullum in dictis Decisionibus co. b. me. Coccino 25. Maij, & 10. Dec. 1626. in rec. d. dec. 14. & 25. p. 5. Ac præterea non reddiderit rationes administrationis suæ, cuius occasione iam constat longe maiores pecuniarum summas ad eius manus peruenisse, Sentiantque Domini liberationem prædictam à filio elicitam ipsi non suffragari, non videtur iustum, neque æquum esse illum adstringere ad restitutionem huiusmodi pecuniarum, quas in effectu tanquam exactas de fructibus, eorundem locorum montium hæreditatis paternæ matri ex causis prædictis nulliter assignatorum potest eo titulo retinere donec congruè redditis per eam rationibus eius credita melius iustificetur, vt respondit Rot. d. dec. 102. sub num. 3. vers. non obstat

quod teneatur recepta, ac seq. p. 1. diuers. & penes Card. Seraph. dec. 922. num. 8. vers. hic autem, & benè comprobatur ex trad. in d. dec. 391. sub n. 7. v. semper obstat. cum seq. d. dec. 547. n. 17. vers. sed saltem p. 5. rec.

Minus obstat, quod eadem Nomina tanquam hæres usufructuaria à marito instituta liberè possit de fructibus bonorum hæreditatis disponere, detractis alimentis filiorum, annuisque necessariis expentis. Quia Bartholomæus fuit institutus hæres vniuersalis, ipsa verò relicta saluis prædictis (sunt verba testatoris) Tutrix, Curatrix, & pro tempore administratrix, & usufructuaria filiorum, ac bonorum omnium respectiue, quæ sanè verba filio sic instituto non plenum usufructum sed alimenta præferunt, iuxta consuetudinem Bulgari vbi que ferè receptam de qua Gloss. in *auth. Hoc locum in verb. derogari, C. si secund. nup. mul. Rom. conf. 118. Quoad primum num. 1. ac seqq. Soc. iun. conf. 74. sub n. 12. vers. Demum non displicet, cum seq. lib. 4. Mant. de coniect. lib. 9. tit. 7. n. 1. vers. nam ex generali consuetudine, & plur. seqq. Menoch. pres. 139. n. 4. vers. secundus est casus, & seqq. lib. 4. Surd. de alim. tit. 2. q. 15. in princ. n. 1. ac seq. Peregr. d. fideic. art. 12. n. 28. vers. sed contra prædicta, Rota dec. 748. per tot. p. 4. diu. & penes RR. Virgell. d. dec. 258. n. 4. vers. que matris institutio, & seq. cum aliis relatis per Marefc. resol. 29. n. 1. vers. primum casus est, &c. & seq. lib. 1. Castill. de vlt. c. 45. n. 6. vers. secundo constituendum est, ac seq. Licet fuerit (vt dictum est) liberata à confectione inuentarij, & redditione rationum, quoniam hæc liberatio congruè refertur, ac respicit administrationem bonorum, pro vt tamen supra fuit declaratum in §. Nec enim ex eo, &c. Et magis excludit institutionem in usufructu, quàm amplet, & alteret legatum illius, Ang. d. conf. 144. sub n. 1. vers. in contrarium est veritas, Ruin. conf. 17. n. 13. vers. & in casu nostro lib. 2. Soc. iun. d. conf. 74. n. 12. vers. demum non displicet ac seq. lib. 4. Parif. conf. 21. n. 16. vers. prout etiam lib. 2. Rim. len. conf. 116. sub n. 31. vers. & similiter respectu eius, &c. ac seq. quos sequitur Mant. de coniect. d. tit. 7. sub num. 26. vers. sed si testator non expressit, &c.*

Quo verò ad aliam partem eiusdem transactionis spectantem ad DD. Lucretiam, & Hippolyrum; Visa fuit euidentior læsionis probatio, quoniam Bartholomæus approbavit, & confirmauit in *vers. Nec ad potiore cautelam, &c.* prædictam constitutionem, & assignationem dotis pro summa scut. 24000. in Domibus, & locis montium non vacabilem antea factam per publicum instrumentum sub die 24. Nou. 1623. nulliter quidem, & maximè excessiuam habita ratione valoris hæreditatis paternæ, vt fuerat priùs resolutum co. b. me. Coccin. sub die 10. Iun. 1626. apud Fenzen. d. dec. 138. in §. Nec dicatur contraelium non fuisse læsum, in *vers. Prout nec etiam potest euitari, & in §. si. Nam esto etiam quod ascenderet (vt aliterunt. Informantes pro eis) ad sc. 74000. legitima tamen debita Lucretiæ alteri ex quatuor filiis Balthassaris non excedebat quartam partem trientis iux. *tex. in d. auth. nouissim. C. de inoff. test. sumpra ex c. 1. in auth. de trien. & semiss. & sic duodecimam totius Alfiis constituentem summam sc. 6. 66. circiter ad quam præcipuè referri debet quantitas congruæ dotis, quam Pater ipse respexit, dum filibus in seculo nubentibus dotes competentes reliquit, vt legitur in prædicto vers. Item iure, ac**

titulo institutionis &c. Alex. conf. 83. n. 2. *Verf. Et hoc tanto magis procedit &c. per tot. lib. 4. Dec. conf. 275. Proponitur quod D. Iacobus, sub n. 1. verf. secundo etiam responderi potest, verf. & a fortiori &c. Crau. conf. 236. verf. Congrua autem dos, Ceph. conf. 668. n. 23. verf. non obstant, cum seqq. Dec. d. conf. 17. sub num. 18. verf. secundo quando etiam, &c. cum seqq. lib. 2. Gabr. conf. 116. n. 8. verf. quia sicut statutum, & seq. lib. 1. Surdus de alim. tit. 3. q. 1. n. 60. verf. Rursus, Mant. de tac. lib. 12. tit. 22. n. 31. verf. ego vero, Rota penes Buratt. dec. 844. n. 11. verf. prædicta dos, & fuit dictum in Rom. Dor. 18. Iunij 1618. co. bo. me. Card. Sacr. in rec. dec. 41. num. 4. verf. quia longè excedit legitimam p. 4. tom. 2. Marefc. resol. 19. a. n. 26. verf. quinto limita, cum seqq. lib. 2.*

25 Vel ad quantitatem taxatam per Constitutiones Urbis confirmatas per S. M. Sixt. V. in eius Bulla incip. Cum in vnaquaque, sub rubr. Moderatione delle Dot. in ordine 32. cui censetur voluisse se conformare testator iux. theor. Bart. in l. heredes mei, §. cum ita n. 4. verf. Et pro hoc dico, & ibi Alex. sub n. 9. verf. Et eadem ratione cum seqq. & ceteri DD. ff. ad S. C. T. Verb. Socc. conf. 51. sub n. 21. verf. secundo principaliter ista opinio confirmatur, & plur. seqq. lib. 4. Mant. de coniect. lib. 11. tit. 14. sub n. 15. verf. nam testator presumitur, & alij adducti à Menoch. præf. 202. sub n. 10. verf. extenditur primò &c. lib. 4. Ac proinde ad iustam quantitatem moderanda, & reducenda erat ad l. si ex causa, §. in dotis quoque modo, vbi glof. in verb. Ultra vires in fi. verf. Vnde maiori, ff. de min. & l. V. vbi glof. in verb. pertinuit in fi. DD. C. si aduersi. Rot. Rom. conf. 314. n. 3. ver. postremo, cum seq. Licebatque summam promissam in excessu retinere, & quatenus fuisset soluta repetere Cast. conf. 468. Ad primum quo queritur sub n. 3. verf. præterea, verf. ex quo queritur, p. 1. Siluan. conf. 13. n. 7. verf. his sic præsuppositis, ac seq. Natt. conf. 678. per tot. Gabr. conf. 20. n. 56. verf. fieri oportet, cum seqq. lib. 2. Menoch. conf. 813. n. 7. verf. attamen si frater promissit, &c. Odd. de rest. in integ. q. 59. art. 5. per tot. quibus cum aliis relatis idem comprobatur, & iudicatum refert moder. Mantu. contr. 507. 508. 509.

Et licet D. Hippolytus ob eius nobilitatem, insignesque animi dotes, & facultates, ampliores promeruerit fortunas, eas tamen validè assequi non potuit ex patrimonio minoris paterno fideicommissio grauato, quod principaliter in hac materia considerandum est l. cum post §. 1. ff. de iur. do. l. si filii pater ff. de l. 3. Nam licet consideranda etiam sit dignitas viri & ob eiusmodi circumstantias dos aliquando maior, quam præscripta legitimæ quantitas prudentis arbitrio constitui possit, id tamen moderatè fieri debet, quovisque patitur ratio, vt respondit l. C. in l. quæro. ff. de iur. do. nulloque pacto permitti potest in tanto excessu ad præiudicium minoris, ac euerfionem fideicommissi, dum mulier alteri nubere valet æqualis sibi conditionis viro licet minus qualificato Bald. in Auth. res qua, sub num. 18. verf. ultimo nota. C. comm. de legat. Dec. conf. 26. diligenti pro tenui nostra facultate, sub n. 4. verf. si verò mulier cum minori dote, Corn. conf. 3. sub num. 3. verf. nam primò, & principaliter lib. 3. Decian. d. conf. 17. sub n. 24. verf. neque est in facultate mulieris &c. Rota penes Comitul. decif. 45. num. 22. verf. cum non sit in facultate mulieris, Cardin. Mantica decif. 329. sub n. 5. verf. nam dos congrua, & late de tac. lib. 12. tit. 21. sub n. 26. verf. neque enim debet esse

in potestate mulieris, & in d. decif. 41. sub num. 2. verf. & signanter, ac seq. p. 4. tom. 2. recent. Peregr. de fideicom. art. 42. sub num. 78. verf. non tamen conceditur &c.

Porrò D. Hippolytus pro remissione huiusmodi excessus ac dotis approbatione nihil aliud in ea transactione retulit D. Bartholomæo, quam facultatem recuperandi infra decennium duas Doms prædictas ad computum eiusdem Dotis iam assignatas pretio scutorum vigintimillium, pro scut. sexdecim millibus in totum. Quæ sanè facultas, vel inutilis illi erat qui eam pecuniarum summam, nec habebat nec verisimiliter habiturus, vel ab aliis recepturus erat ad dictum effectum. Vel eisdem coniugibus magis proficua, quorum fortè plus intereat eam pecuniarum quantitatem in censibus, locis montium, vel aliis bonis maioris æstimationis, ac redditus inuestiendam, quam Doms illas licet pluri æstimas periculis tamen, ac impensis continuis expositas habere, vt fuit dictum in Romana dotis de Iacobellis 19. Iunij 1626. coram Reuerendissim. Vrgellen. dec. 41. sub n. 14. verf. iura quia magis expedit mulieri, cum seq. Et in omnem casum sub incerto futuro reparationis euentu dotem prædictam pro sola quantitate scutorum quatuor millium minuebat, quæ non æquivaleret tanto excessui, adeo vt cessare faciat læsionem prædictam ad effectum, de quo agitur sufficientem.

Hinc patet non aduersari, quod pactum de retrouendendo tanquam onus, ac seruitutem quandam præferens minuat verum rei valorem. Ideoque dictæ dotis constitutio eo minoris quantitatis censeri debet.

Quoniam obiectio procedit quando in vno, eodemque contractu bona cum eo pacto, ac seruitute traduntur. Non autem quando in vno liberè tradita, in alio verò deinde celebrato ex noua partium conuentione pactum appositum fuit, vt factum apparet in proposito casu post plures annos, tunc enim singuli contractus, ac eorum effectus, & conuentiones distinctè considerantur, vt fuit dictum in Romana domorum 19. Iun. 1611. penes san. me. Gregor. dec. 492. sub num. 9. verf. videbatur etiam Dominus, cum seqq. & in Romana fideicommissi de Columna 26. Iunij 1623. coram bo. m. Vbaldo in recent. dec. 492. num. 20. verf. præterea, &c. par. 4. tom. 2. & ex aliis comprobatur modern. Roman. discep. 786. sub num. 16. verf. præterea, cum seqq.

Præter quod pactum illud vbi non est absolutum, ac indefinitè conuentum, sed ad certum tempus restrictum non solet ipsius rei æstimationem minuere ultra sextam partem ex sententia Rotæ penes Card. Seraph. dec. 1063. sub num. 5. verf. quod in Rota solet æstimari &c. & in Romana domus de Montecat. 29. Novembris 1591. coram Orano, §. 1. verf. merito in pacto temporali, post controu. Cyriac. 261. & in Romana Domus 14. Decembris 1618. coram bon. mem. Card. Sacro in recent. dec. 64. n. 13. verf. quod solet æstimari, vbi aliæ referuntur concord. ac dec. 344. n. 13. verf. quando autem est temporale, par. 4. tom. 2. ac sæpe aliis. Quæ si detrahatur ex pretio scutorum vigintimillium, quo duæ domus fuerunt in causam dotis assignatæ remanet summa scut. sexdecim millium sexcentorum sexaginta sex circiter, qui cum aliis scutis quatuor mille in locis montium assignatis constituunt summam scut. vigintimillium sexcento

sexcentorum, & ultra longè adhuc excessiuam, vt dictum est.

Minus obstat quod prædicta dotis constitutio in ea summa scutorum viginti quatuor millium fuerit simulatè, ac apparenter pro ampliori honorificentia conuenta, cum tamen realiter non excederet scutos viginti mille.

Tum quia assertio hæc non probatur ex depositione quinti testis, qui frater germanus est D. Lauræ, & agit de sustinendo contractu eius opera, & auctoritate gesto, vt apparet ex dicto Instrumento dotali, repugnantque pacta in eo apposita, quibus earundem domorum perpetua manutentio, & conseruatio pro ea summa vigintimillium specialiter promissa fuit earumque defensionem pariter, & euictio, ac demùm lucrum dotalis iuxta formam Statut. Urbis ex parte vtriusque coniugis super tota summa scutorum vigintiquatuor millium conuentum fuit, quæ profectò substantiam veritatis conuincunt, cuius probatio validior ex ipso Instrumento prædictis adminiculato, & iuris præsumptione pro actus veritate vigente munio, quàm ex illius testis depositione retulit ad l. census ff. de probat. l. optimam, C. de c. utr. & committend. stipular. ibique glof. & DD. glof. in cap. 1. in §. postquam autem in verbo in scriptis, in fin. verf. fit tamen probatio, de cens. in 6. Bart. in l. si duo patroni, sub n. 3. verf. nota ergo, ff. de iur. iur. Innocent. in cap. cum Ioannes, sub n. 6. verf. si vero testes contradicant Instrumento, cum seq. de fid. instrum. Crau. conf. 54. sub n. 15. verf. quinimo. Surd. decif. 105. num. 13. verf. ita quod Index, & fuit dictum in Vrbenetana dotis 3. Aprilis 1609. coram sanct. mem. Greg. decif. 409. & penes Card. Canaler. decif. 206. sub n. 1. verf. & propterea, cum seq. ac dec. 294. sub n. 1. verf. quibus non obstant dicta testium & in rec. dec. 91. sub n. 9. verf. non obstant testes, & decif. 382. sub n. 6. verf. ex quibus part. 1. & decif. 146. n. 14. verf. quibus probationibus p. 5. & decif. 185. n. 10. verf. huiusmodi autem probationes p. 6. Tum quia licet ea constitutio dotis ad summam scutorum vigintimille redigeretur, adhuc tamen magnus supercesserit excessus iuxta prædicta.

Denique non obstat quod Bartholomæus non iustificauerit concludenter statum hæreditatis paternæ probando tot, & talia bona, & non alia in ea remanuisse, vt necessarium videbatur pro fundamento intentionis suæ ad conuincendum excessum, ac subinde læsionem præsentiam.

Quia cum Rota mandauerit sub die 14. Ianuarij 1647. sumari statum dictæ hæreditatis, & partes ipsæ in executione dicti rescripti ad hunc effectum pluries conuenerint coram Me, ac quæcumque exquisitis diligentis ad illum spectantia reperire potuerunt deduxerint, & si quid superfuisset verisimiliter deduxissent. Eaque in calculo in actis exhibitæ, & earum subscriptione munita descripta fuerunt. Hinc Domini censuerunt satis probari statum ab eis ordinatum, & tot laboribus constitutum, non obstante protestatione in eo apposita pro parte D. Hippolyti, quod non intendit ideo approbare alia bona præter ibi relata in eadem hæreditate non remanuisse, quæ illi quidem suffragatur ad effectum, vt possit adhuc aliorum bonorum existentiam probare, non autem, vt elidatur status iuxta eorum mentem atque Decretum firmatus iux. notata per Soccin. in l. pecuniam, sub n. 6. verf. ultimo nota cum seq. ff. si cert. per. & in l. quibus diebus §. quidam Titio, n. 10. verf. & ex præmissis

su, ac seq. ff. de cond. & demonstr. Bertazzol. claus. sul. 38. glof. 2. Rota penes Buratt. decif. 546. num. 6. verf. non obstat clausula in dicta subscriptione apposita; Eoque magis, quia comprobatur etiam ex alio supradicto calculo, siue bilancio per Dom. Lauram aliàs producto, & ex culpa illius (quæ inuentarium, vel saltem descriptionem bonorum dictæ hæreditatis facere omninò neglexit) non autem filij, procedit exactiorum probationum difficultas. Ideoque merito illa sufficientes censeri debent quæ haberi possunt ac Iudicis animum inducere ad credendum talem esse veritatem iux. tex. in l. 3. §. ideoque Dinus, ff. de Testib. & theor. Bart. in l. admonendi n. 15. verf. pro cuius declaratione, ff. de iur. iur. Soccin. sen. consil. 11. num. 6. verf. illa autem &c. lib. 3. Soccin. iunior. conf. 32. n. 10. verf. & ad hoc demonstrandum ac seq. & consil. 167. n. 18. verf. sicut etiam de probatione, lib. 2. Gabr. conf. 138. sub n. 20. verf. nam sicut præsumptio qua oritur ex inuentario, cum seqq. lib. 2. Rota penes san. mem. Gregor. decif. 245. a. n. 3. verf. & ultimo, cum sequ. & in recent. decif. 198. sub n. 2. verf. & licet par. 1. Etiam si agatur de probatione negatiuæ, vt bene comprobatur Franc. Herculan. de negat. proband. sub n. 314. verf. quinquagesimus tertius modus, cum seqq. & sub n. 317. verf. quinquagesimus quartus modus &c. Et ita fuit cõclusum vtraque parte informante, &c.

EMINENTISS. ET REVERENDISS.

D. CARD. CORRADO.

Romana Rescissionis Concordiæ.

Luna 15. Iunij 1648.

ARGUMENTVM.

Concordia verbis generalibus, & amplis, quamlibet litis etiam futuræ, & incogitæ reuentionem præferentibus pollens: non potest rescindi, seu postponi sub prætextu Instrumenti, seu iuris non memorati. Plura de Personarum legitimatione circa natalium restitutionem, ac de firmitate, & obseruantia transactionis.

SYMMARIVM.

- 1 Concordia, litibus, controuersis, ac præsentibus finem imponit. Et tam pendens, quam futuris, prout partes conueniunt.
- 2 Concordia præfert virtutem rei iudicatæ.
- 3 Transactio, atque concordia, semper potest irritari, vbi adsit queuis probabilis dubitandi ratio, quæ calumniam euidentem excludat actoris.
- 4 Legitimatio omnem prorsus illegitimitatis, & maculam abolet.
- 5 Legitimatio facta Principis auctoritate, legitimitati ad primæum naturæ Ius, quo omnes liberi, ab legitimi nascuntur, remotis iuris postiuui obseruationibus atque impedimentis, valde restituitur.
- 6 Clausula, sine præiudicio legitimationis apposita, & in Instrumento legitimationis apposita, plenam legitimationem personæ non impedit, sed effectum successionis dumtaxat moderatur.

- 7 Legitimitas personæ dimittitur à tempore conceptionis, ac natiuitatis.
- 8 Verba eundem & prædictum. sunt personalia.
- 9 Prohibitio restricta ad certam personam, non porrigitur ad alias, ubi etiã concurrat eadem ratio.
- 10 Fideicommissum constitutum in transactione, validum est illis pactis, & conuentionibus, quibus initium est inter partes.
- 11 Verba in Transactione concepta adeo ampla, atque pregnantia, ut comprehendant quascunque causas, prætensiones, & iura non expressa & in iudicium non deducta; elidunt exceptionem non producti in iudicio, seu non memorati alterius Instrumenti.
- 12 Verba amplissima & maximè complectentia, in Instrumento transactionis apposta, declarant partium ipsarum voluntatem fuisse augere præcedentia, & alia etiam omnia comprehendere.
- 13 Verba ampla apposta in transactione, per quæ remissa fuit omnis Causa, & omne Ius, quod competere posset cõprehendunt etiam iura ignorata.
- 14 Verba generalia in Transactione apposta, non patiuntur restrictionem, salua ratione recti sermonis, quando conuentum fuit, quod liberatio esset generalis, & plena.
- 15 Pactum comprehendens etiam incognita, plenam parat securitatem.
- 16 Generalitas prolata per verba, vel signa vniuersalia, omnia, &c. quæcunque, &c. & similia; non potest restringi (alia non apparente partium voluntate) sed generaliter ac vniuersaliter intelligenda est, ac operari debet.
- 17 Dicitio occasionis, apposta in instrumento, ampliat verba, aliter ampla: ut comprehendant, non solum causas immediatas, & proximas, sed etiam remotissimas.
Et sub verborum vniuersalitate facit cõprehendere etiam illam dispositionem, ex qua resultaret idem effectus, si verè casum comprehenderet.
- 18 Consensus defectus non potest opponi, ubi ex ipsis verbis amplissimis manifestè apparet.
- 19 Cogitata censentur omnia, quando constat ex verbis, quod voluerunt partes, conuentionem, ac transactionem extendi etiam ad incognita; & imputandum est illi, qui non cogitat, sub eiusmodi verbis generalibus, omnia comprehendendi.
Et hoc fortius procedit, stante iuramento quod magis deliberatam demonstrat partium voluntatè.
- 20 Iuramento potest renunciari forma rei prescriptæ.
- 21 Pactum resolutiuum, cui apposta est aliqua limitatio, modificatur ab ea.
- 22 Pactum resolutiuum non operatur, deficiente conditione, sub qua conceptum fuit.
- 23 Concordia non potest impugnari, re non amplius integra, postquam partes, suè partium altera, ex ea commodum percepit.

DECISIO XXV.

Pendente iudicio in Rota coram bon. mem. Coccino inter DD. Marcellum, & Horatium filios Io. Baptistæ actores, & DD. Tiberium, ac Iacobum filios Pauli primi hæredis q. Cæsaris de Alberinis reos conuentos super fideicommissio primogeniali ordinato per d. Cæsarem ad fauorem lineæ masculinæ legitimæ, ac naturalis præfari Io. Baptistæ inita fuit inter eos Concordia, cuius vigore reseruat dicto fideicommissio super Cafali nuncupato Campo di Merlo, & Palatio in via Vallis; & quatenus opus sit ex tunc communi

consensu specialiter constituto in casu quo descendentes omnes masculi legitimi & naturales ex eodem Tiberio, & Iacobo deficerent, cætera omnia hæreditatis bona fuerint eorum libera dispositio dimissa, his additis verbis.

Quam concordiam, transactionem, compositionem cum omnibus, & singulis in Instrumento contentis prædicti DD. Tiberius, & Iacobus, & Horatius, ac Marcellus semper & perpetuo ratas, validas, atque firmas habere, tenere inuoluntate, obseruare, & attendere promiserunt, & nunquã sub quouis prætextu etiam Instrumentorum, scripturarum, probationum ac iurium de nouo reperorum, seu reperiendorum, & ex quauis alia causa & ratione, iure, titulo, & modo cogitatis, & incogitatis, etiam sub prætextu doli, restitutionis in integrum ex quocunque capite etiam enormissima læsionis, & si qua mihi iusta causa &c. Renuntiantes cum iuramento, &c. dicto beneficio &c. & dispositioni, l. de his, & l. cum his ff. de iransact. & similibus legibus &c. & omni iuris, Legum, Statutorum, & Constitutionum auxilio &c. & cuiuscunque dispositioni &c. atque rescripto &c. siue ad petitionem partis &c. siue motu proprio, & ex officio tam per viam gratiæ, quam iustitiæ, & cum quibusvis clausulis derogatoriis etiam amplissimis contra præmissa quomodolibet concedendo &c. repetito iuramento, &c.

Cum autem D. Iacobus Tiberio fratri superstes prætendens substitutionem lineæ prædicti Io. Baptistæ eo casu à Cæsare Testatore ordinatam, quo Paulus primus hæres sine filiis masculis legitimis & naturalibus decederet proculdubio expirasse per superexistentiã ipsius, ac Tiberij fratris. Ac insuper d. Cafale, ac Palatium non potuisse comprehendere vti hæreditaria q. Rutilij eiusdem Cæsaris patris, qui testamento expressè illi prohibuit disponere ad fauorem personæ illegitimæ, & procreatæ ex patre, aut matre illegitimis, cuius dispositionis nullam asserit in ea Concordia habitam fuisse rationem siue notitiã, & propterea illam sustineri non posse. Obtinuerit super eius nullitate, ac rescissione commissionem, Articulusque successiue produxerit ad probandum asseritam illegitimitatem matris, & Aui paterni dd. DD. Marcelli, & Horatij qui non solum prædicta constanter negarunt, verum ad euitandam litem expensa, atque molestias dictam Concordiam principaliter opposuerunt. Ideò re maturè discussa hodie DD. responderunt illam obstare.

Hæc enim litibus, controuersias, ac prætensionibus finem imponit, l. actione, l. fratris tui, l. sub prætextu Instrumenti leg. sub prætextu specierum l. transactione, C. de transactione. Tam pendentes, quàm futuris provt partes conueniunt, leg. 2. C. eodem Alex. conf. 40. super præmissis themate n. 17. vers. non obstat lib. 1. Rota penes Card. Seraph. dec. 737. n. 7. vers. præterea, ac sanct. mem. Gregor. decif. 286. n. 6. vers. & tam à lite futura; Coccin. decif. 337. n. 8. vers. quia concordia & transactiones, & in rec. decif. 715. sub n. 5. vers. tamen satis est, p. 2. & decif. 466. num. 1. vers. ista transactio part. 4. tom. 2. Prohibetque illas instaurari, & ad trutinam iudicalem reduci, l. cum mota, l. causas, l. si maiores. l. transactione, l. quamuis, Cod. eodem sanct. mem. Gregor. decif. 354. n. 2. vers. quia transactio, cum seg. Card. Caualer. 550. n. 2. vers. quia obstat. Ac proinde impedit litis ingressum, vltioremque processum non secus ac res iudicata, cuius virtutem præfert. d. l. fratres tui, vbi hoc notant Bart. Salzc. Alex. & alij l. non minorem, C. eodem,

C. eodem Roland. conf. 28. n. 17. vers. quarto accedit, lib. 4. Surdus conf. 451. n. 16. vers. quia transactionis exceptio, cum seg. Rota penes Verall. decif. 51. par. 3. Seraph. decif. 1157. n. 1. Mantica decif. 241. n. 7. vers. unde cum transactio cum sequ. & de tacit. tit. 26. tit. 7. num. 6. vers. quarto deducitur, & sanct. mem. Greg. decif. 184. n. 2. vers. quia obstat sententiæ, & dict. decif. 286. sub n. 4. vers. quibus non obstantibus cum sequ. & Card. Caualer. decif. 276. n. 1. vers. transactio autem, ac in recent. decif. 539. sub n. 1. vers. que propterea, part. 1. decif. 414. per totum decif. 447. per tot part. 2. & decif. 402. num. 4. vers. & impedit litis ingressum, par. 5. & decif. 86. n. 1. vers. quia cum transactio, par. 6. & decif. 161. n. 1. vers. & ex qua transactione, & decif. 218. n. 1. vers. quia illa cum seg. p. 7.

Nec obstat, quod substitutio à Cæsare ordinata ad fauorem primogenituræ ex linea Io. Baptistæ iam expirasset per existentiam filiorum Pauli primi eius hæredis.

Quia contrarium conuincitur non solum ex pluribus coniecturis ab ipso Testamento, & Codicillorum contextu per informantes benè deductis; sed ex depositione bon. mem. Cardinalis Crescentij Testatoris consanguinei, ac vltimè illius voluntatis executoris tunc solemniter examinati affirmantis lineam præfari Ioann. Baptistæ fuisse lineæ Pauli quancumque deficienti in dd. Codicillis ipso, ac Marchione Ioann. Baptista eius fratre præsentibus ordinatis substitutam. Quæ sanè exuberabant ad reddendam rem dubiam, itavt validè iniri posset inter partes transactio, atque concordia, cum ad hunc effectum sufficere quæuis probabili dubitandi ratio, quæ calumniam euidentem excludat actoris, leg. in summa in princ. vers. & quidem, ibique gloss. in verbo nulla, cum seg. ff. de condit. indeb. & d. l. 2. vbi glossa in verbo nulla, C. de transact. Paris. conf. 32. sub numer. 17. vers. ad ide dicendum, cum seg. lib. 1. Decian. conf. 56. num. 29. vers. nam sufficit, cum seg. lib. 4. latè Becc. consil. 109. sub numer. 8. vers. nam eo ipso, &c. Rota decif. 104. sub numer. 2. vers. & propterea par. 2. decif. 263. num. 2. vers. atamen, cum seg. par. 3. & decif. 348. sub numer. 4. vers. & ideo non mutat. p. 4. & dicta decif. 161. num. 5. vers. ad effectum enim, &c. p. 7. recent. ac in bonorum. Transactionis 25. Februarij 1639. coram bon. mem. Merlino in §. illudque plurimi faciebat Rota, & sæpè in alijs.

Minus obstat adducta prohibitio Rutilij his verbis concepta, Prohibens expressè eundem D. Cæsarem heredem prædictum, quod in euentum, in quem voluerit condere aliquod Testamentum, seu deuenire ad aliquam donationem de bonis hæreditarijs prædictis in totum, vel in partem, quod non possit instituire, & nominare, nec aliquam donationem facere ad fauorem personæ illegitimæ, & naturalis, & procreatæ ex patre illegitimo, & naturali, aut ex matre illegitima & naturali &c.

Quia (prætermisissis nunc alijs) non applicatur DD. Marcello & Horatio, quos constat fuisse progenitos ex vero, & legitimo matrimonio à Dom. Ioann. Baptista eorum patre contracto cum Cinthia filia Francisci de Caluis Patritij Romani, eundemque Ioann. Baptistam susceptum ex vero, legitimoque matrimonio à Marcello eius patre contracto cum Laura de Maximis. Obiecta verb eiisdem Marcelli eorum Aui illegitimitas præter quod impertinens est in proposito casu, in quo Rutilius Testator illegiti-

mitatem personæ instituendæ propriam, atque paternam non Auitam reprobauit, excluditur etiam ex Testamento Ioan. Baptistæ senioris illius condito de Anno 1527. die 1. Augusti à quo fuit hæres vniuersalis institutus tanquam filius legitimus & naturalis, & ex alijs iuribus per eosdem fratres exhibitis. Illa pariter dicta Cinthiæ eorum matris omninò refellitur ex publico Instrumento in quo legitur ipsam patre instante fuisse à Collegio Archiuij Apostolica auctoritate plenè legitimatam & ad omnia iura legitimorum, ac si de legitimo Thoro genita fuisset, restitutam Anno 1576. die 3. Aprilis. Ac proinde quando matrimonium 4 contractum cum d. D. Ioan. Baptista die 31. Augusti 1577. non erat illegitima, cum eiusmodi macula iam fuisset per legitimatorem præcedentem penitus abolita, §. si quis igitur in primo in Authen. quibus mod. nat. eff. sui. ibi, legitimus mox fiet naturalium iure omnino liberatus. Alciat. conf. 14. num. 6. vers. secundum fundamentum lib. 9. Peregr. conf. 7. num. 22. vers. constat autem, cum seg. lib. 2. Lup. de illegitim. com. 3. §. 1. n. 41. vers. utrumque sit, Rota decif. 505. sub numer. 5. vers. nam respondetur, par. 1. diuers. & penes Reuerendissim. Virgellen. decif. 95. sub numer. 8. vers. unde cessat etiam in eo omnis macula &c. Ipsaque ex tunc verè effecta legitima Principis auctoritate, qua ad primænam naturæ ius quo omnes liberi, ac legitimi nascebantur remotis iuris positui obseruationibus, atque impedimentis validè potuit restitui, l. 2. ibi, illis enim vique natalibus restituitur in quibus initio omnes homines fuerunt, &c. & ibi gloss. in verbo initio, ff. de natal. restituend. & in Auth. quibus mod. nat. fil. eff. legitim. in §. si quis sanè. vers. liceat igitur, & in §. sit igitur licentia, ibi, nihil à legitimis filiis differentes, & in Auth. quibus mod. nat. eff. sui. in §. & quoniam variè ibi, nihil dissimilis à legitimis &c. gloss. in cap. per venerabilem in verbo adulterium, ibique Doctores extr. qui fil. sint legit. Bart. in l. si quis pro emptore sub numer. 29. vers. pone ergo, ff. de vsucap. Decian. consil. 365. sub numer. 7. vers. ad quorum, & sequenti, latè Decian. consil. 9. à numer. 46. vers. quarto cum sequenti lib. 4. Beccian. consil. 139. sub numero 13. vers. qua conclusio cum sequenti & consil. 179. numero 8. vers. nam legitimi, cum sequenti Gabriel. consil. 21. numero 36. vers. sicut in simili, cum sequent. lib. 1. & consil. 97. numer. 11. vers. sequitur cum sequent. lib. 2. & explicat doctè Laderech. in consil. 23. numero 10. vers. ego planius, cum sequent. Surdus consil. 75. numero 1. vers. legitimatus enim, Lup. de illegitim. in d. com. 3. §. 1. à numero 36. vers. ratio autem, cum sequent. Rota penes Achill. decif. 5. qui fil. sint legitim. & Comitul. decif. 37. numero 47. vers. hoc enim, &c. & decif. 662. numero 4. vers. & quamuis part. 1. diuers. & in recent. decif. 5. per tot. & 600. sub numer. 1. vers. & ratio esse potest, p. 3. Non obstante clausula, sine præiudicio venientium ab intestato &c. in Instrumento apposta. Quoniam hæc plenam legitimatorem personæ non impedit sed effectum successionis dumtaxat moderatur, vt latè post alios explicat Lup. d. com. 3. §. 1. à num. 48. vers. sed vbi illegitimas, Eugen. conf. 32. sub numer. 47. vers. primo quoad clausulam, lib. 1. Rota penes Achill. decif. 6. qui filij sint legitim. & Seraph. decif. 880. num. 5. vers. quantum ad alteram obiectionem, & san. mem. Gregor. decif. 201. n. 5. vers. vnum tamen ex Dominis, vbi de veteriori,

riori, & receptiori opinione, & in Rota recepta, & aliis relatis dec. 200. n. 3. versic. qui omnes part. 7. recentior. Ideoque verissimum est quod præfati Marcellus & Horatius ex ea postea nati, fuerunt legitimi, & naturales, & ex utroque parente legitimo & naturali progeniti inspecto eorum conceptionis ac natiuitatis tempore iux. l. emancipatum in fin. princip. & in §. 1. ibique gloss. in verbo aut equam, & in verbo tempus conceptionis, ff. de Senator. leg. si iussu in fin. versic. & is quem, Cod. si emancip. uia fuerit alienat. ut manumit. l. communium, §. 1. versic. illo videlicet observando, Cod. de natural. liber. §. 1. versic. sufficit autem, Instit. de ingen. cap. 2. ibique gloss. in verbo concepti fuerant, & in verbo ante latam sententiam, Extr. qui filij sint legitimi. & comprobatur ex regula leg. in delictis, §. si extraneus, ff. de noxal. acti. Rota dec. 100. n. 51. versic. ut clarè probatur, part. 5. recentior.

Præterea dicta prohibitio restricta fuit ad personam Cæsaris filij, ac hæredis ipsius Rutilij, ut patet ex illis verbis, Prohibens expressè eundem D. Cæsarem hæredem prædictum, & c. quæ sunt personalia, ut de verbo (eundem) Buriattus consil. 64. à n. 20. vers. secundo, cum seq. & in specie Surd. dec. 125. n. 1. versic. dictio eo in (eodem) Rota dec. 316. sub n. 6. versic. cum sit facta eidem, part. 1. & dec. 707. sub n. 2. vers. quod autem testator. par. 2. recentior. & de verbo (prædictum) Alex. in consil. 140. viso dicto testamento sub n. 3. vers. item etiam, lib. 6. Ripa in leg. filiusfamilias, §. Diui, sub n. 111. vers. ut si testator dixerit, ff. de leg. item Surdus consil. 123. n. 13. vers. illa enim dictio (prædicta), & consil. 394. n. 4. vers. illa enim dictio, ac seq. & de aliment. tit. 8. priuil. 31. n. 4. vers. nam & verba Rota dec. 47. sub n. 2. vers. ponderando maxime par. 3. recentiores. Atque ideo non afficiebat Tiberium & Iacobum 9. nos igitur ibi gloss. in verbo voluisse, in Auth. de restitu. fideicom. Bart. in d. l. filiusfamilias, §. Diui. n. 20. Vers. quarit, Dyn. cum seq. ac vbi Iaf. n. 150. versic. limita istam communem conclusionem, & Ripa sub d. n. 111. versic. secundo restringe ff. de leg. 1. Bald. consil. 304. nobilis vir n. 1. Vers. & breuiter lib. 5. Alex. d. consil. 140. per tot. lib. 6. Alb. consil. 501. n. 11. Vers. sed re diligenter considerata, cum seq. Menoch. consil. 85. n. 116. vers. cum hæc prohibitio, & seq. Studus d. decif. 125. per tot. Peregrin. consil. 109. n. 15. versic. prohibitio autem, & c. lib. 3. Rota d. dec. 316. n. 6. versic. non obstat prohibitio p. 1. & dec. 397. n. 17. vers. quia d. prohibitio p. 5. & dec. 15. n. 11. Vers. que omnia verba p. 7. rec. Ac proinde d. Concordia cum illis inita, & fideicommissum super bonis prædictis particularibus, pacto, & conuentione speciali ex integro quatenus opus esset in ea constitutum, ut ibi legitur in vers. item conueniunt quod deficientibus dd. DD. Tiberio, & Iacobo, ibi, & quatenus opus sit ex nunc, & ut supra dictum est, constituerunt ad fauorem d. lineæ perinde ac si illa fuisset simpliciter, & sine dubio vocata in defectum lineæ prædicti bon. mem. Pauli quia sic actum & c. validum utique fuit ad l. quoties, C. de donat. que sub mod. Castr. consil. 347. quia circa donationem factam, sub n. 1. Vers. videlicet ut Porcius l. b. 1. Dec. consil. 63. pro tenui facultate n. 4. Vers. & primo videtur dubitandum, Bero consil. 84. sub n. 4. Vers. sed præmissis non refragantibus, cum seq. lib. 2. Crauet. consil. 19. n. 8. Vers. in quo dubio breuiter respondeo, Alb. consil. 361. sub n. 1. Vers. nam facta fuerunt, cum seq. Menoch. consil. 325. n. 1. Vers. que sane substitutio, cum seq. & consil. 1154. n. 12. Vers.

& fideicommissum, Surdus con. 247. num. 3. ver. ceterum, cum seq. Odd. con. 39. num. 13. Vers. & pro fundamento huius conclusionis, & firmavit Rota penes Curdin. Seraph. dec. 258. num. 7. Vers. non obstat quod agatur de successione, ac seq. & decif. 828. sub n. 1. vers. receptissimum autem est & c. cum seq. & in recent. dec. 580. sub n. 1. Vers. cum enim fideicommissum, p. 4. & in aliis.

Ex quibus inferitur nihil officere, quod Testamentum prædictum non fuerit productum, nec de illo actum in eo iudicio, nullaque eius habita mentio in Instrumento Concordiæ.

Tum quia nullum (ut dictum est) fecit negotium; Tum quia verba instrumenti supra relatata sunt adeo ampla, atque prægnantia, ut comprehendant qualicumque causas, prætensiones, & iura etiam non expressa, & in iudicio non deducta, Bart. in l. si de certa sub n. 2. vers. verius puto, cum seq. & num. 5. vers. si vero loquimur, C. de transact. latè Alex. consil. 42. super themate, à n. 8. vers. tertio quia generalis fuit, & per tot. lib. 1. & consil. 11. Viso, ac ut oportet considerato themate sub n. 6. vers. sed præmissis non obstantibus, cum seq. per tot. lib. 2. Castr. consil. 333. Dubium videtur facere, sub n. 3. versic. sic etiam occasione vnius litis lib. 2. Crauet. con. 290. sub n. 3. vers. octauo considero, cum seq. & con. 638. num. 14. vers. sexto, Narr. con. 410. n. 6. versic. fuit etiam liberatio facta, cum seq. Decian. consil. 39. à n. 51. vers. quarto & seq. lib. 2. & consil. 11. n. 11. vers. & cum in casu præfati, ac seq. lib. 3. Becc. consil. 108. n. 13. vers. nam obiectum facile diluitur & seq. Surdus con. 267. sub n. 5. vers. ceterum & seq. per tot. & dec. 176. n. 1. versic. quia generalis transactio & seq. per tot. Hond. con. 49. n. 8. versic. primò quia, & n. 34. vers. quart. in minus resistit, cum seq. usque in fin. l. 1. Mantica de tacit. lib. 26. tit. 6. sub n. 16. vers. sed est aduertendum, ac sequ. Rota penes Card. Seraphin. dec. 50. n. 4. vers. & adeo verba sunt prægnantia, & sanct. memor. Gregor. dec. 354. n. 12. vers. maxime attentis verbis generalibus, & in recent. dec. 447. sub n. 1. vers. tum ex vi generalis renunciationis, & decif. 724. num. 3. vers. quibus concurrentibus, & seq. p. 2.

Ac proinde restringi non possunt ad causas in eodem Instrumento expressas, scilicet ex testamento, & codicillis Cæsaris, super quibus lis pendebat, prouenientes.

Quia id congruè non paritur amplitudo dd. verborum, qualicumque alias causas, titulos, ac iura, etiam de nouo reperta & repertienda, cogitata, & non cogitata expressè complectentium, ut legitur in d. versic. quam concordiam, & c. Hoc enim casu non admittitur eiusmodi restrictio, sed ipsa verba secundum proprium, ac latissimum eorum significatum intelliguntur. Quia ex illis clarè constat partes voluisse augere præcedentia, & alia etiam omnia comprehendere, ut explicat Cyn. post Petr. in d. l. sub prætextu specierum sub numero 3. vers. tamen, ubi est generalis transact. C. de transact. Bart. in l. Auelio, §. Caius, sub numero 10. versic. si vero, dicens sub numero 11. versic. prædicta vero & c. quod comprehenduntur etiam iura ignorata quando remissa fuit omnis causa, siue omne ius quod competere posset, ff. de liber. l. 1. & in l. si de certa sub numero primo, vers. quandoque verba generalia & sequent. Cod. de transactioe & ibi etiam Salicetus sub numero secundo, versic. sed in transactioe, & in l. age cum Geminiano, sub numero quarto, vers. aut ratio

ratio, & c. in d. l. sub prætextu specierum sub numero 2. ad fin. vers. aut alterum tantum est generale, Cod. eod. tit. Angel. in l. tres fratres, sub n. 5. vers. sequitur in gloss. verb. hoc limita, & c. dicens quod verba generalia non patiantur restrictionem salua ratione recti sermonis quando conuentum fuit quod liberatio esset generalis & plena, ff. de pact. & in leg. qui iure militari in princip. Vers. & ignorans ius sum, & c. vbi ponderat pactum comprehendens etiam incognita, & c. ex quo plenam inquit parari securitatem, ff. de testam. militar. Alex. d. consil. 42. sub d. n. 8. vers. quarto quia, & v. quinto pondero, & sub n. 16. v. secundo respondeo, leg. 1. & rursus idem latè comprobatur d. consil. 11. sub n. 10. vers. confirmo, & c. ponderans verba illa, & alia quacumque ratione, vel causa, & c. illa, cognita & incognita, & c. quæ salua ratione recti sermonis restringi non possunt ad præmissa, & sub n. 14. v. secundo non obstat d. leg. si de certa, & c. lib. 2. ac plenè Castr. d. consil. 333. sub n. 2. vers. si vero, & c. dicens generalitatem prolatam per verba, vel signa vniuersalia omnia, & c. quacumque, & c. & similia non posse restringi (alia non apparente partium voluntate) sed generaliter, ac vniuersaliter intelligendam esse, ac operari debere p. 2. & latius Soccin. consil. 103. sub n. 4. vers. sed tamen his non obstantibus, ac seq. lib. 3. Guid. Panciroll. consil. 62. sub n. 5. v. secundo respondetur. & penè sequitur Surdus d. consil. 267. sub n. 12. vers. non obstat itaque cum seq. & sub n. 5. vers. nec mouet, ac seq. & consil. 303. sub n. 5. Vers. & in specie, cum seq. vbi ponderat dictionem (alia) & admittit etiam in consil. 418. sub n. 26. in fin. vers. tum etiam quia, Menoch. consil. 335. à n. 18. vers. secundo perpendo, & pluribus seq. & consil. 401. à n. 71. vers. septimo confirmatur præmissa, cum seq. Honded. d. consil. 49. sub n. 10. vers. secundo quia, & c. cum seq. & sub n. 24. versic. secus si promiserit, ac n. 28. versic. nec obstat ea, & per tot. lib. 1. & respondit Rota in dec. 149. sub numero 2. v. primo tamen sublimitatur, p. 1. diuers. & penes Seraph. dec. 317. num. 2. versic. tamen sublimitatur, cum sequent. à sanct. memor. Gregor. XV. dec. 286. num. 7. Versic. Vterius quando, & c. & dec. 714. num. 4. versic. neque visum fuit, ac sequent. part. 2. & dec. 141. num. 3. Versic. secundo ac seq. & n. 6. versic. maxime part. 5. recentior. cum aliis deductis per Modern. Roman. disceptat. 568. sub numero 33. versic. neque aliqua restrictio ac sequent.

Nec repugnant verba illa in fine narratiuæ d. Concordiæ, super quibus differentiis litibus, & aliis prætensionibus, quæ inter dd. partes orta sunt, & quomodolibet oriri possunt prædicta occasione, & c. & infra in Versic. Hinc est, & c. ibi, & ratione huiusmodi perpetuæ concordie, transactioe, & compositionis, & alias omni meliori modo, & c. partes ipsa cesserunt, & cedunt, & c. omnibus & singulis litibus, & causis, questionibus, & prætensionibus quibuscumque, & c. vel alias quomodolibet ortis, & introductis, & c. & quæ introduci, & nasci possent causa, & occasione supranarrata, & infradicenda, & c.

Quia comprehendunt non solum causas immediatas, & proximas, sed etiam remotissimas sub illa (occasionis) dictione, leg. qui occidit, §. Versic. nam si die, Digest. ad l. Aquil. leg. fori, Cod. de aduoc. diuers. Ind. leg. final. §. sed cum in secundum, Codic. de furt. & seru. corrupti, Decian. consil. 47. n. 51. versic. quod nomen lib. 5. Menoch. consil. 335. num. 35. versic. hæc dictio, Barz. decif. 27. num. 17. versic. neque refert, Caf. Manent. consil. 128. num. 12.

Deinde non obstitit dispositio leg. de his Dig. de transact. Quia præter quod nulla urgebat necessitas legendi d. testamentum Rutilij personam transigentes non afficiens, sufficit enixa, & deliberata partium voluntas ex verbis præmissis apparentis comprehendere quodcumque ius, causam, & titulum etiam incogitatum, & ex iuribus, quæ de nouo reperiri possent resultantem, cum expressa renunciatione doli, restitutionis in integrum, læsionis etiam enormissimæ, ac eiusdem legis de testamentis explicite disponentis, iureiurando firmata; Nam hoc casu opponi non potest defectus consensus, cum ex ipsis verbis amplissimis manifestè appareat. Bart. in d. leg. si de certa sub numero 4. vers. hic aduerte, & d. numero 5. versic. si vero loquimur, & c. dicens quod censentur partes de omnibus cogitasse quando constat ex verbis, quod voluerunt conuenire, ac transactionem extendi etiam ad incognita. Bald. in d. leg. sub prætextu specierum numero 2. in verbo solutio, dicens impudendum esse illi qui non cogitauit sub eiusmodi verbis generalibus omnia comprehendere, & ibidem Salyc. sub numero 2. vers. sol. quod licet, & c. Codic. de transact. Alexander d. consil. 42. sub d. numero 8. vers. quinto pondero, dicens sub numero 17. vers. nam propter iuramentum, & c. hoc fortius procedere stante iuramento in transactione præfata, quod magis deliberatam demonstrat partium voluntatem, lib. 1. & dict. consil. 11. sub numero 15. versic. nec obstat, & in fin. versic. præterea posteo lib. 2. Ruin. consil. 196. sub numero 7. vers. quinimo lib. 3. Idemque in specie comprobatur Soccin. d. consil. 103. sub dicto numero 5. in fin. versic. præterea, & secundo. ac numero 6. lib. 3. Narr. consil. 145. sub numero 4. vers. & iuramentum appositum, & c. & dicto consil. 410. sub numero 8. versic. quia responderetur, & c. Becc. consil. 198. numero 11. vers. & cum vniuersalibus, & tam amplis verbis, cum sequent. Decianus dicto consil. 39. numero 56. vers. nam per verba generalia lib. 2. Honded. dicto consil. 49. a numero 30. vers. quod tertio loco dicebatur, cum sequent. lib. 1. Mantica de tacit. lib. 26. dicto titulo 6. sub numero 17. versic. admonendi sumus, & vers. quod si actio sit particularis, & c. Mastril. dec. 65. sub numero 10. vers. in tantum, Rota dicta decif. 714. sub dicto numero 7. vers. stante etiam dicta generalitate verborum part. 2. & decif. 498. sub numero 3. vers. generalis verò, part. 3. recentior. & per Modern. Roman. dicta discept. 568. numero 41. vers. & stantibus verbis vniuersalibus, & c. Neque defectus formæ in ea lege præscriptæ, cui potuit validè renunciari cum iuramento, ut specialiter factum fuit. Ioann. de Imol. in cap. cum contingat sub numero 96. versic. circa sextam & ultimam extr. de iure iur. Alexander in leg. qui Romæ, F. §. duo

§. duo fratres, sub num. 55. post medium versic. videtur uno saltem casu, ff. de verb. oblig. & d. conf. 11. sub n. 1. in fine. versic. potest & tertio resp. de re, ac seq. lib. 2. Inf. in d. l. de his sub n. 11. versic. concludo ergo, Ruin. dicto conf. 156. sub d. num. 7. versic. nec etiam obstat præmissis lib. 3. Soccin. d. conf. 10. sub d. n. 5. & 6. versic. præterea & secundo, &c. lib. 3. Nat. de consil. 145. num. 5. versic. clarum est autem, cum seq. Becc. d. conf. 198. n. 13. versic. & ideo per iuramentum, &c. Surdus d. conf. 167. sub n. 10. versic. sed ex alio quoque, ac seq. & latè probat Mant. de tacit. lib. 26. tit. 2. sub n. 5. versic. nam iuramentum, ac versic. neque videtur ac n. 31. versic. Virum cum seqq. & hanc sententiam probavit Rota in Verberien. transactionis 3. Martij 1572. coram Copper. in manuscript. dec. 374. in § prima videtur difficultas, & dec. 714. sub n. 7. versic. vterius p. 2. & d. dec. 598. sub n. 3. versic. nam cum in casu nostro p. 3. rec. ent. & prosequitur Moder. Rom. d. diff. ent. 568. n. 1. versic. amplius non obstat, ac seq.

Postremo non obstat pactum resolutionum ad fauorem dd. Tiberij, & Iacobi in casu cuiuscunque impedimenti, ac molestiæ super libera dispositione aliorum bonorum hæreditatis Cæsaris à quavis persona inferendæ vt legitur in v. hinc est, &c. ibi, Cum hac tamen declaratione, &c.

Quia non fuit simpliciter conuentum, sed cum limitatione, Dummodo tamen impedimentum non proueniat ex dato & facto dd. D. D. Tiberij, & Iacobi eo ungue hæredum, & successorum quorumcunque, &c.

21 Quæ illud modificat, cum ab eo ff. de contrab. empt. Menoch. de arbit. Ind. lib. 1. q. 86. n. 28. versic. attamen. Quæ cum molestiæ per D. Ersiliam de Alberinis, ac eius hæredes illatæ D. Iacobo processerint ex contractu cum eo celebrato, ac speciali etiam obligatione per ipsum facta inuestiendi annuos scutos quingentos in Montibus Cameralibus pro reintegratione d. fideicommissi vsque ad summam scutorum 3500. pretij Censu venditi d. D. Ersilia vt apparet ex publicis Instrumentis celebratis altero sub die 19. Nouembris 1635. per acta Columnæ Not. A. C. & altero sub die 15 Iulij 1641 per acta

22 Constantini Not. Capitol. &c. Non potest equidem inde Concordiæ resolutioni deduci vigore dicti pacti, quod hoc casu illi non suffragatur cum damnus ex facto, & culpa eius propria prouenerit, & propterea defecerit conditio sub qua illud conceptum fuit, Ioan. Andr. in cap. ex iuratum n. 7. in verbo dummodo extr. de auctor. & vsu pal. Ruin. conf. 202. sub n. 4. versic. & ex illa dictione (dummodo) lib. 1. Rota penes Cardin. Serap. dec. 1017. n. 4. versic. nam dictio (dummodo) & Buratt. dec. 110. n. 11. versic. secundo quia, &c.

Prædicta verò fortius procedunt stante longa obferuantia d. Concordiæ per sexdecim circiter annos, pluribus interea factis per dd. DD. Tiberium, & Iacobum alienationibus, ac Censuum impositionibus super aliis dict. hæreditatis bonis etiam cum consensu dd. Marcelli, & Horatij in executione, & pro adimplemento illius præstito, ita vt res non sit amplius integra, & propterea absurdum videtur postquam pars altera commodū ea ex percipit mediante libera dispositione bonorum etiam ipsius Cæsaris, modo conuentum super his de quibus agitur onus subire recuset, Decian. conf. 28. n. 11. v. præterea cum seq. lib. 3. Rota penes Card. Caualler. dec. 407. n. 9. v. accedebat præmissis, & in recen. dec. 86. n. 7. versic. maxime in præfati casu, &c. p. 6. & fuit dictum in Firmana prædij coram R. P. D. meo Peutingero 30. Iann. 1640. §. penult. Versic. Hic vero resolutio, & 14. Maij eiusdem Anni in §. ad hoc

fuit responsum in fin. versic. quod conditiones litis, &c. Et ita fuit resolutum vtrique parte informantibus, &c.

EMINENT. ET REVEREND.
D. CARD. CORRADO.

Romana Rescissionis Concordiæ.

Luna 14. Martij 1650.

ARGUMENTVM.

Articuli irreuelantes, vel suspecti, non admittuntur contra Instrumentum; & nonnullorum irreuelantia in hac hypothese trutinatur. Concordia satis roboratur verbis generalibus, & amplis, ad hoc vt comprehendatur etiam non expressa Testatoris voluntas magis elicitur ex verbis Testamenti, quam ex aliis probationibus extrinsecis. Communis vsus loquendi, an habeat locum in Instrumento: & quomodo probetur. Et an legitimated veniant sub nomine legitimatorum, seu bastardorum attentio communi vsu loquendi.

SVMMARIVM.

- 1 Articuli regulariter in Curia admitti solent, etiam parte opponente, cum clausulis præseruatiuis, quoquomodo ad causam conferant.
- 2 Limitatur, non procedere quando sunt omnino irreuelantes, vel aliter suspecti; tunc enim præmissa cognitione, parte præsertim instante, sunt omnino reiiciendi.
- 3 Litigantes, expensis, ac dilationibus inutilibus fatigari, sicque eorum iura periclitari, non deest.
- 4 Et hoc est à Iudice, etiam parte non aduertente, apprimè considerandum, & ex officio prouidendum.
- 5 Verba generalia, & Vniuersalia in Transactione apposta, cum sint adeo ampla, atque prægnantia, vt quascunque Causas, Præfessiones, & iura, etiam in eo Instrumento non expressa, ac in illo Iudicio non deducta, complectantur, considerata propria cuiuslibet naturæ, valeat finem imponere cuiuscunque inde occurrenti obiectioni, in vim pacti, & conuentionis.
- 6 Verba restrictiua, causa & occasione narrata, & infra dicenda, &c. posita in Instrumento Transactionis, comprehendunt quicquid ordinatur per se, vel per accidens, siue ordinatur ab aliquo per se, vel per accidens.
- 7 Præcognitio, & animaduersio generalis, ac intellectualis, explicata verbis amplissimis, & generalibus, omnium, que possunt turbare concordiam, sufficit ad hoc vt habeantur, ipsius fauore, pro expressis, ne ipsa cõcordia villo casu periclitetur. Et stantibus generalibus huiusmodi verbis in Instrumento appostis, comprehenduntur etiam incogitata, & in iudicium non deducta: & hæc opinio dicitur communis.
- 7 Ignorantia prætextus non suffragatur vbi varia pro notitia, ac scientia concurrunt argumenta. Et vt elidatur ignorantia, sufficit generalis notitia, & cogitatio, qua resultat etiã ex renunciatione iurata cuiuscunque iuris, conuentionis, incogitata, ac superuenientis, ac instrumenti de nouo reperti.

9 Instru

Ad mater. Labyr. Credit. Dec. XXVI. 63

- 9 Instrumentum clariorem, ac certiore facit veritatis probationem, quam Testes, qui, vel oblivione, vel alio defectu, facile labi possunt. Ideoque illis est præferendum.
- 10 Articulus Instrumento publico aduersarius, suspectus admodum redditur; ac proinde iure merito est reiiciendus.
- 11 Iactatio Testatoris circa suam voluntatem, ante conditum testamentum, nihil operatur, dum ipse mutato consilio, alias postmodum in ipso condendo disposuerit.
- 12 Testator, qui literas, ac Rethorum artes non callet, id tantum censetur voluisse, quod in Testamento verbaliter exprimitur: ita vt qualibet verborum circumscriptio non sit apta inducere, ipsum non placam, sed in figuris locutum fuisse.
- 13 Consensus, & approbatio contractus præsumitur ex presentia, interuentu, ac fideiussione illius, de quo agitur.
- 14 Filius censetur habere certiore notitiã intentionis ac voluntatis Patris, quam alij. Et ideo verisimile est, cum in Testamento mentem ipsius insecutum esse, ac præcepto eius obtemperasse.
- 15 Memoria in homine decrepita ætatis adeo labefactatur ac ruit, vt eius Testimonium de auditis ab alio in inuentum, de re ad ipsum non pertinenti, magna veritatis suspitione laboret: ac quo plus exactè deponit, eo magis ab omni verisimilitudine, & prudentis iudicio alienum sum dictum reddat.
- 16 Communis vsus loquendi non probatur, nisi pluribus concurrentibus.
- 17 Legitimated, cum sint verè legitimi, & naturales, secundum Iuris interpretationem, appellacione legitimatorum ac naturalium comprehenduntur.
- 18 Legitimated in forma ampla, ac ad omnia legitimitatis iura plenè restituti, ac reintegrati, sunt atque censi debent verè legitimi, sublati penitus omni genitura macula: ita vt communis loquendi vsu de illegitimis, ad ipsos non possit referri.
- 19 Concordia longo tempore seruata, & executi cum ad tollenda partium dissidia sit inita, ne sospitata flamma vllatenus excitetur, ac reuiuiscant: æquum est in posterum summopere seruari.

DECISIO XXVI.

Item iam diu vertentem coram bon. mem. Coccin. inter DD. Marcellum & Horatium filios Ioann. Baptistæ Actotes, & DD. Tiberium, & Iacobum filios Pauli primi hæredis q. Cæsaris de Alberinis reos conuentos super fideicommissio per dictum Cæsarem ordinato ad fauorem lineæ masculinæ legitimæ, & naturalis præfati Ioan. Baptistæ mediante concordia perpetua inter eadem partes pro communi quiete, & conseruatione, atque augmento status, ac dignitatis eorum familiæ de Alberinis inita die 29. Iun. 1632. terminatam, atque sopitam censuerunt Domini me proponente sub die 15. Iunij 1648. non esse instaurandam sub prætextu nullitatis, seu rescissionis per dictum D. Iacobum modo deductæ ob præsentiam incapacitatem dd. DD. Horatij, & Marcelli succedendi in bonis controuertis nempe Cæsali nuncupato Campo di Merlo & Domo in Vrbe sita, stante præcepto, ac prohibitione prædicto Cæsari iniuncta à q. Rutilio eius patre (ex cuius hæreditate proueniunt) in testamento condito die 10. Aprilis 1590. quod negat sub ea transactione fuisse comprehensum. Vt cum quia postea exhibitus pro parte eiusdem

Salgado Labyrinth. Credit. Tom. II.

Dom. Iacobi nonnullis articulis instabatur pro illorum admisione ad effectum examinandi Testes in Curia, quam altera pars impugnabat. Hodie consulti Domini responderunt non esse admit-tendos.

Quia licet articuli regulariter admitti soleant in Curia etiam parte opponente cum clausulis præseruatiuis quoquomodo ad causam conferant inxt. dec. Verab. 47. praxi 1. & refert Vestr. in prax. lib. 5. cap. 14. sub num. 6. versic. ideo eadem ferme ratione, &c. Id tamen fieri non debet, neque procedit quando sunt omnino irreuelantes, vel aliter suspecti, tunc enim præmissa cognitione parte præsertim instante sunt omnino reiiciendi, cum expensis, ac dilationibus inutilibus litigantes fatigari, eorumque iura periclitari non deceat leg. si duo patroni. §. item Iulianus, in fin. vbi Bart. Digest. de iur. leg. ad probationem, vbi gloss. fin. & Bart. n. 1. versic. nota ex sine, & c. Codic. de probat. gloss. in cap. cum contingat, in verbo nihilominus, versic. cum proponeretur, ibique Bald. sub num. 6. versic. val. nisi post-rio, &c. de offic. delegat. specul. part. 2. sub titul. de positionibus §. 10. sub num. 1. versic. sed quid si pars, &c. dicens hoc esse ab ipso Iudice etiam parte non aduertente apprimè considerandum, & ex officio prouidendum Neuiz. conf. 30. num. 15. versic. item quia, &c. ac seq. Parif. conf. 97. n. 131. versic. & consequenter, cum seq. lib. 1. Roland. consil. 34. sub numero 12. versic. sed præmissis non obstantibus, cum seqq. lib. 3. Bellamer. decis. 725. in princ. & numero 1. latè Gram. dec. 45. à numero 4. versic. & quod grauauerit Commissarius, &c. cum seqq. per totum, Nicol. Anton. Grauat. ad Vestr. dicto cap. 6. sub numero 14. in verbo sed cum protestatione, versic. que quidem clausula, & in fin. versic. & si periti Iudices, vbi declarat praxim Curia, Rota penes sancti. mem. Gregor. XV. decis. 147. num. 7. versic. cum etiam, &c. & in recen. decis. 661. numero 1. versic. vera est enim conclusio, &c. part. 4. & decis. 34. num. 25. versic. vnde merito, eadem part. 4. tom. 2. & decis. 176. sub numero 2. Versic. & articulos, &c. ac sequent. part. 7. idemque seruata Rota etiam in Curia, vt patet ex dec. 216. numero 3. Versic. ideoque, &c. ac sequent. & latius in decis. 521. à num. 10. Versic. neque dixerunt Domini, &c. cum seqq. vbi stylus obiectus declaratur, part. 5. recen. & in Forosempronien. bonorum 28. Iannuarij 1641. coram Reuerend. Patr. Dom. meo Royas in §. 1. & in Romana census 1. Iulij eiusdem Anni coram R. P. D. meo Bichio in §. cumque iurarent, ac in Valentina parochialis coram R. P. D. meo Cerro 23. Iannuarij 1647. in §. ratio resolutionis fuit, &c. in quibus aliæ referuntur, & comprobant modern. Roman. discept. 803. num. 14. versic. quamuis enim, &c. cum seq.

Irreuelantia verò visa fuit Dominis manifesta. Nam primus articulus continens partes ipsas in celebratione dicti Instrumenti transactionis, ac antea, & postea sæpius propriam exposuisse intentionem illam inuendi super declaratione tantum voluntatis præfati Cæsaris, an scilicet in casu solius obitus Pauli eius primi hæredis sine filiis, vel absolute deficiente illius linea, alteram Ioann. Baptistæ substituerit, nec cetera iura ipsis aliunde competentia sub ea comprehendisse, ibi, hanno dichiarato, & espresso, che intendeano di fare detta transazione, & che la faceuano, & rispettuamente, che l'hauenano fatta solamente sopra la interpretatione della volontà, senso, & intentione

intentione, che detto q. Cesare Alberini haueua haunto in fare detto fideicommissio, e disposizione. E di non volere in detta Transfatione comprehendere altre raggioni, che possessoro per altra strada haure effi Transfienti, &c.

Repugnat expressè ipsius Instrumenti tenoti, ac verbis tam in parte narrata, vbi in versic. inter quas, &c. asseritur iudicium inter partes generaliter fuisse institutum de, & super hæreditate dicti Cæsaris, in quo licet DD. Tiberius, & Iacobus prætenderent fideicommissum Cæsaris ob mortem Pauli eorum patris ipsi superstitibus expirasse. Tamen DD. Horatius & Marcellus intendebant sibi ipsis, ac descendentibus respectuè suffragari. Ac proinde super prædictis litibus, & aliis prætensionibus, quæ inter partes extortæ erant ac quomodolibet exortiri possent prædicta, & infra scripta occasione plenissimè concordarunt, & transsegerunt; Quam etiam in dispositiua, vt legitur ibi, & è conuerso ex parte dd. DD. Horatij, & fratris prætenderetur in euentum mortis dd. DD. Tiberij, & Iacobi absque filiis legitimis, & naturalibus succedere debere in dicta hæreditate vti vocatos cum eisdem Horatij primogenitis in d. fideicommissio ex forma præcitati testamenti, & Codicillorum, &c.

& ibi, super quibus differentiis, litibus, & aliis prætensionibus, quæ inter dd. partes ortæ sunt, & quomodolibet oriri possent prædicta occasione, dum pro parte D. Horatij instruebatur processus, tractata perpetua concordia, & compositione tandem vniuerso statu rerum, & aliis prudenter, & maturè consideratis mediante interpositione, &c. Pro amoris inter eos, & familiaræ de Albedinis status & dignitatis conseruatione conclusa, & stabilita fuerit modo, & forma infradicendis, &c. Hinc est, &c. pro se ipsis, ipsorumque hæredibus, & successoribus quibuscunque, &c. sub pactis, & conditionibus infradicendis, &c. diligenter, & maturè toto statu rerum, & prætensionum inter ipsas partes vertentium considerato, ad hanc Transfationem, & perpetuam concordiam tractatam, & conclusam pro communi quiete, modo & forma infradicendis deuenerunt, & ratione huiusmodi perpetuæ concordia, transfationis, & compositionis & aliis omni meliori modo, &c. partes prædictæ cesserunt, & renunciarunt dd. omnibus, & singulis causis, litibus, & quæstionibus, ac prætensionibus quibuscunque, vel aliis quomodolibet ortis, introductis, & indecisus pendentibus, & qua introducti, & moueri possent causa, & occasione supra narrata, & infra dicenda, illaque cum omnibus suis incidentibus annexis, & connextis, totoque negotio principali perpetuè extinxerunt, &c. eiusque perpetuum silentium, & finem, &c.

& infr. Et insuper per viam transfationis, compositionis, & concordia, & aliis omni meliori modo deuenerunt ad infrascriptas conuentiones, &c. videlicet, quod liceat dd. DD. Tiberio, & Iacobo non obstantibus quibuscunque vinculis, & prohibitionibus in dictis testamento, & codicillis respectuè appositis libere disponere de omnibus bonis hæreditariis, &c. excepto Casali nuncupato Cam-po di Merlo mbr. 270. circiter, & domo posita ad Vallem, &c. Casale autem, & domus supradicta reseruata contenerunt, quod subiaceant, & subia-

cere debeant fideicommissio per dictum Cæsarem facta, &c. & omnibus vinculis in eo contentis.

Volentes partes ipsæ fideicommissum in dicto Testamento ordinatum deficientem lineam masculinam dicti Pauli comprehendere debere lineam dicti Ioannis Baptistæ, illamque intelligi debere substitutam lineæ dicti Pauli, &c.

Item conuenerunt, quod deficientibus dd. DD. Tiberio, & Iacobo, absque filiis masculis legitimis, & naturalibus, vel eorum descendentibus pariter sine filiis masculis legitimis, & naturalibus succedere debeat in dict. Casali, & Domo supra reseruata absque vlla detractioe legitimæ, ac Trebellianicæ cum reseruacionibus antedictis d. Horat. Alberinus, eiusque primogeniti in infinitum, ac si d. Paulus decessisset absque filiis legitimis, & naturalibus, & effect factus locus fideicommissio. d. Cæsaris, &c.

Quod fideicommissum dd. Tiberius, & Iacobus declararunt, & voluerunt comprehendere lineam dicti Ioann. Baptistæ modo, & forma quibus supra, & quatenus opus sit ex nunc. & vt supra dictum est constituerunt ad fauorem d. lineæ perinde ac si illa fuisset simpliciter, & sine dubio vocata in defectum lineæ prædicti bon. mem. Pauli, &c. quia sic actum, &c.

Quam concordiam, transfationem, compositionem cum omnibus & singulis in Instrumento contentis, prædicti DD. Tiberius, & Iacobus, & Horatius, ac Marcellus semper, & perpetuo ratas, validas, atque firmas habere, tenere, inuolabiliterque obseruare; & attendere promiserunt, & nunquam sub quouis prætextu, etiam instrumentorum, & scripturarum, probationum, ac iurium de nouo reperiendorum, seu reperendorum, & ex quauis alia causa, & ratione, iure, titulo, & modo cogitatis, & incogitatis etiam sub prætextu doli, restitutionionis in integrum ex quocumque capite etiam enormissimæ læsionis, & si qua mihi iusta causa, &c. directè, vel indirectè in iudicio, vel extra contrahere, dicere, opponere, vel venire, nec vniquam excipere, vel in contrarium experiri. Renunciantes cum iuramento, &c. dicto beneficio, &c. dispositioni l. de his, & leg. cum hi, ff. de transfact. & simil. legibus, &c. & omni iuris, Legum, Statutorum, & Constitutionum auxilio, &c. & cuiuscunque dispositioni, &c. atque rescripto, &c. siue ad petitionem partis, &c. siue motu proprio, & ex officio, tam per viam gratiæ, quam iustitiæ, & cum quibusuis clausulis derogatoriis etiam amplissimis contra præmissa quomodolibet concedendis &c. repetito iuramento, &c.

Quibus sanè verbis tam generalibus, quam vniuersalibus comprehenditur vtique propo- sita modo pro parte d. Dom. Iacobi contra prædictos DD. Horatium, ac Marcellum incapacitatis obiectio ad effectum illos excludendi à fideicommissio. in dd. Codicillis, ac Testamento ordinato, & in eadem transfatione pacto speciali denuo constituto ad fauorem Horatij, ac eius primogenitorum in infinitum; sunt enim aded ampla, atque prægnantia, vt quascunque causas, prætensionis, & iura, etiam in d. Instrumento non expressa, ac in illo iudicio non deducta, quibus conuenta inter partes quouis modo impugnari, & controuerti valeant, complectantur in vim pacti, & conuentionis Bartol. in leg. si certa sub num. 2. vers. verius puto, &c. cum seq. & sub numero 5. vers. si vero

vero loquimur, &c. C. de transfact. Castr. cons. 333. dubium videtur facere, sub num. 2. v. si vero. cum seq. lib. 2. Alexand. cons. 42. super themate à num. 8. vers. tertio quia generalis fuit, &c. cum seqq. per totum lib. 1. & cons. 11. v. si ac vt oportet considerato themate, sub n. 10. vers. confirmo, &c. & prius à n. 6. vers. sed præmissis non obstantibus, &c. cum seqq. per totum lib. 2. Surdus cons. 257. sub num. 5. vers. ceterum cum seqq. per totum & consil. 303. à num. 33. vers. & dum dixit, &c. cum seqq. latè ponderans dictionem (alias) & dec. 176. sub num. 1. cum seqq. ac sub num. 7. vers. Senatus persistendo, &c. dicens ita iudicatum ab illo Senatu, Honded. cons. 49. à num. 8. cum sequentibus. per totum lib. 1. vbi sup. numero 10. vers. secundo quia, &c. cum sequentibus. bene ponderat verba illa: & alia quacunque causa, &c. Mantic. de tacit. & ambigu. conuent. lib. 26. titul. 6. sub num. 16. vers. sed est aduertendum, &c. cum seq. Rota penes Cardin. Seraphin. dec. 317. sub num. 2. vers. tamen sublimitatur, &c. cum sequentibus vbi ponderantur verba illa, & alia quacunque causa, &c. & sanct. mem. Gregor. XV. decis. 286. n. 7. vers. vltimus, &c. & in recent. decis. 447. sub num. 5. vers. unde cum partes, &c. part. 2. & decis. 231. sub num. 3. vers. & in omnem euentum, &c. part. 4. cum aliis latè adductis in præcedenti decisione in §. ex quibus inferunt.

Neque possunt (vt prætendit D. Iacobus) congruè restringi ad solam contouersiam super defectu, vel duratione conditionis, quia Paulus fuit à Cæsare testatore grauatus in iudicio tunc deductam ob ea verba præcedentia in principio appo- sita, ibi, quæ inter dictas partes ortæ sunt, &c. & quomodolibet oriri possent prædicta occasione, &c. & infr. in versic. hinc est, &c. ibi, quæ intro- duci, & nasci possent causa, & occasione supra nar- rata, &c. & infra dicenda.

Quoniam est aduertendum litem inter partes tunc vertentem non fuisse vnicam illius concor- dia, & omnium in ea conuentorum causam fina- lem, sed aliam quoque, & quidem præcipuam concurrisse, scilicet conseruationis, & augmenti dignitatis, ac honorificentia familiaræ de Alberi- nis. Ideoque illam non fuisse restrictam ad ipsam litem, imò nec ad eas, quæ in posterum eius oc- casione introduci, ac suscitari valerent; Sed cæ- teras quoque ex pacto, comprehendere, quæ ex alio quocunque titulo iure, & causa etiam inco- gitata quomodolibet excitari, ac promoueri pos- sent occasione infra dicenda cum explicita renun- ciatione l. de his, ff. de transfact. & aliis, vt patet ex ipso instrumenti contextu supra relato in parte di- spositiua in vers. hinc est, ibi, causa, & occasione su- pra narrata, & infra dicenda, &c. Inferius autem noua, ac peculiari dispositione in versic. & in- super, &c. non solum per viam transfationis sed concordia, & aliis omni meliori modo, &c. inter alia plura declarationem voluntatis Cæsaris non concernentia specialiter fuit conuentum, quod fi- deicommissum ab illo ordinatum comprehendat lineam masculinam d. Ioann. Baptistæ patris Ho- ratij, ac Marcelli, quodque ipsi, ac primogeniti prædicti, deficientibus dd. Tiberio, & Iacobo co- rumque descendentibus masculis legitimis, & naturalibus, succedere debeant in d. Casali, & Domo tanquam comprehensam, & vocat in d. fideicommissio, quod ex nunc quatenus opus sit pacto speciali fuit in eorum fauorem constitutum, vt legitur in versic. volentes partes, &c. & in vers. quod fidei-

Salgado Labyrinth. Credit. Tom. I. l. 1.

commissum, &c. Et propterea cum omnia modò deducta pro parte D. Iacobi ad probandum Cæsa- rem noluisse substituere lineam Ioann. Baptistæ eo modo, quo prætenditur. Neque id facere potuisse ob asertam incapacitatem, quam negat fuisse in dicto Instrumento comprehensam, eo tendant, vt excludantur à fideicommissio ibidem expressè constituta ac repetita conuentione firmato, vt legitur expressè in Commissione in Processu produ- cta. Negari sanè non potest hæc ipsa verbis dicti Instrumenti fuisse comprehensa non solum inspecta propria natura, & significatione illorum, quæ adducuntur pro restrictione, causa, & oc- casione supra narrata, & infra dicenda, &c. quæ latissimè patent, vt inquit Bald. in cons. 119. sta- sturo cauetur num. 7. vers. sed contra hoc, &c. lib. 2. dicens sub eis comprehendi quicquid ordinatur ab aliquo per se, vel per accidens, siue ordina- tur ab aliquo per se, vel per accidens, & in hac materia probat Castr. d. cons. 333. dubium videtur facere, sub num. 2. versic. sed omnia de quibus dixi, & supra, ac infra per totum lib. 2. Verum etiam at- tentis pactis, in vers. & insuper, &c. & aliis am- plissimis sequentibus (ad quæ referuntur) quibus constat partes voluisse augere præcedentia, & alia etiam omnia comprehendere; quæ præcipuam illius concordia causam, scilicet quietem, ac pa- cem inter eas, & familiaræ, ac bonorum conserua- tionem apprimè contemplatam turbare possent, quorum omnium generalis, ac intellectualis ani- maduersio, & præcognitio ad hunc effectum suf- ficiens est iuxta theor. Bart. in d. l. si de certa sub d. num. 5. vers. si vero loquimur in fin. Cod. de transf. dicentis, quod stantibus generalibus huiusmodi verbis in instrumento appo- sitis comprehenduntur etiam incogitata, & in iudicium non deducta, eiusque opinionem dicit esse communem Surdus cons. 267. sub num. 19. versic. verba igitur, &c. & prius à num. 6. & seq. per tot. Honded. d. cons. 49. sub n. 35. versic. quantum minus resistit lib. 1. Man- tica de tac. d. lib. 2. tit. 6. sub num. 17. vers. unde Ta- belliones, &c. Seraph. d. dec. 317. num. 3. vers. nec sal- uua ratione resti sermonis, &c. ponderantes verba illa: causa, & occasione, &c. ac cætera generalia supra relata Menoch. cons. 335. sub n. 24. vers. sexto renunciauit, & seqq. per tot. Barz. dec. Bonon. 27. n. 17. vers. neque referi, & alij in præcedenti decisione re- lati in §. Ac proinde restringi non possunt, &c.

Minus excludi potest prætextu ignorantia di- spositionis Rutilij, vel qualitatibus personarum. Quoniam hæc ex languinis coniunctione, ac promiscua domesticarum rerum notitia, scripturis- que, & adnotationibus penes ipsum D. Iacobum existentibus, ac per eum exhibitis; Illa vero ex repetita dicti testamenti Rutilij mentione in Co- dicillis Cæsaris eius filij, super quibus speciali- ter transfatum fuit pluries serio habita, eiusdem- que retentione, atque exhibitione pariter facta prorsus eliditur ad leg. qui cum alio ff. de reg. iur. Dec. cons. 266. non excedit a memoria sub n. 1. vers. nam talis notitia, cum seq. Sutedus cons. 82. num. 34. vers. & ex quo, &c. Peregr. de fideicommiss. art. 5. 2. sub num. 104. vers. octauus, &c. Rota decis. 281. sub nu- mer. 2. vers. nempe ex mentione facta cum seq. & de- cis. 342. sub n. 4. vers. ex mentione enim, &c. p. 2. re- uent. Et ob specialem, atque iuratam renunciatio- nem d. l. de his, ff. de transfact. ac cuiuscunque iuris etiam contingentis, incogniti, & superuenientis, ac instrumenti de nouo reperti (vt præmissum est)

est) suffragari non potest, cum sufficiat (vt dictum est) generalis ad hunc effectum notitia, & cogitatio Bart. in l. Aurelius, §. C. anis. sub n. 11. v. prædicta vero ff. de liber. legat. & in d. l. si de certa sub. num. 4. versic. hic adverte, & n. 5. v. si verò loquimur, C. de transf. Rota penes sanct. mem. Greg. dec. 192. nec facit, &c. & dec. 714. sub n. 7. v. vltimus, p. 2. & dec. 598. sub num. 3. versic. quibus non obstant &c. p. 3. recent. cum aliis præcedenti decisione adductis, & in Romana fideicommissi de Cosciaris 16. Martij 1648. coram me, in §. ac proinde non aduersatur.

Quare ex prædictis non solum conuincitur irreluctantia dicti primi articuli expressè aduersantis verbis, & pactis conuentis in dicto instrumento.

9 Quod clariorem, ac certiorum facit veritatis probationem quam testes, qui vel obliuione, vel alio defectu facillè labi possunt, ideoque illis est præferendum. Imò suspectus admodum redditur, Ac proinde iure merito est reiiciendus, vt respondit Rot. in dec. 582. sub num. 6. vers. ex quibus, part. 1. & decif. 589. sub numero 1. vers. & eo minus, part. 2. ac dec. 772. sub num. 5. vers. sextus articulus, part. 3. & dec. 305. num. 2. vers. secundus verò, & sub num. 4. vers. sextus articulus, part. 4. & d. dec. 521. sub num. 5. vers. cum enim, ac seq. part. 5. & dec. 252. n. 2. vers. cum enim part. 7. recent. & in dicta Valentina Parochialis 23. Ianuarij 1647. coram R. P. D. meo Cerro, in §. nihil ergo refert, ac in Barchinonen. Parochialis, seu Vicaria 13. Iunij 1644. in §. primus enim articulus, vers. vnde merito, &c. cor. me, & sepè in aliis.

Secundus verò Articulus in quo deducitur præfatum Rutilium paulò ante conditum ab eo testamentum propriam declarasse voluntatem instituenti Cæsarem eius filium hæredem vniuersalem, ea tamen lege, vt bona eius hereditatis præfate Ioanni Baptistæ, siue dd. Horatio & Marcello illius filijs relinquere minimè posset. Idemque post conditum testamentum, & mortem ipsius publica voce, ac fama confirmatum fuisse. Nullius pariter est releuantia.

Tùm quia illud attendi debet, ac obseruari, quod in testamento disposuit, non autem, quod antea se dispositurum iactauit, nam plura sæpè iactantur, quæ deinde mutato consilio ad dispositionis, seu executionis actum non deducuntur. Ac proinde cum in testamento deinde condito hoc non expresserit, neque prædictos exclusit, vt facillè poterat, id vtique in ipso actu noluisse censetur ad leg. quidam cum filium familias, vers. respondit, vbi Bald. in 3. not. ac ceteri DD. ff. de hered. instit. Gabr. conf. 103. sub num. 31. versic. nec obstat, cum seq. lib. 2. Surd. conf. 129. sub n. 18. vers. etiam si aliquando testator, cum seq. & decif. 283. num. 4. vers. & per aliam, & sub num. 14. vers. quarto, cum seq. Peregrin. de fideicommissi. art. 11. sub n. 35. vers. idcirco, &c. & respondit Rot. penes Card. Seraph. dec. 1338. num. 11. vers. Tertio quintus testis de voluntate testatoris deponens, &c. ac in recent. dec. 264. num. 6. vers. non obstant testes adducti, &c. part. 4. & dec. 550. sub num. 13. vers. quartus deponit, &c. & seq. eadem p. 4. tom. 3.

Neque constitit, quod per quandam verborum circumscriptionem hoc indicauerit in testamento eidem Cæsari filio, ac hæredi instituto prohibuit de bonis hereditariis disponere ad fauorem personæ illegitimæ, & procreatæ ex patre, aut ex matre illegitima. Quia nec huiusmodi circumscriptio Ioann. Baptistæ, vel Horatio, ac

Marcello eius filijs conueniebat, qui legitimi, & naturales, & ex parentibus legitimis, & naturalibus progeniti sunt ex latè deductis in præcedenti decisione subd. die 15. Iunij 1648. in §. minus obstat adducta prohibitio cum seq. Nec illa vsus fuisset testator, qui miles erat, nec Rhetorum artes callebat, sed palàm non in figuris illud idem expressisset, quod paulò antea (si verum fuisset) publicè declarasse proponitur in hoc Articulo, quare id tantùm voluisse censetur, quod verba sonant leg. labeo, vers. ceterum, ff. de suppellect. legat. leg. vnic. §. si autem ad deficientis in fin. C. de caduc. tollend. Gabr. d. conf. 103. num. 13. versic. quod cum non fecerit, &c. lib. 2. Peregrin. de fideicommissi. cit. art. 11. sub d. num. 35. vers. & cum facillè fuerit Testatori.

Tùm quia in omnem casum præceptum illud prohibitorium ipsi Cæsari iniunctum fuit, & ad eius personam specialiter relatum, vt in dicto testamento legitur, ibi, Prohibens expressè eundem D. Cæsarem hæredem prædictum, quod in euentum in quem voluerit condere aliquod testamentum, seu deuenire ad aliquam donationem de bonis hereditariis prædictis in totum, vel in parte, quod non possit instituere, nec nominare, &c. Ideoque non afficiebat DD. Tiberium, & Iacobum cum quibus inita fuit d. conuentio cuius vigore pro communi quiete, ac conseruatione, & augmento status, & dignitatis familiæ de Alberinis, fuit ex pacto speciali renouatum, ac constitutum fideicommissum super dictis bonis particularibus ad fauorem dicti D. Horatij, ac eius descendentiæ secundum ordinem primogenituræ, vt constat ex verbis supra relatis, iuxta text. in §. his igitur, vbi glossa, in verb. voluisse, in auth. de restitu. fideicommissi. Bart. in leg. filius familia, §. diuisi sub num. 10. vers. querit. Dyn. cum seq. ac ibid. alij DD. Digest. de legat. 1. Decian. conf. 26. num. 22. versic. tertio non potest, lib. 2. Riminald. iun. conf. 536. num. 53. vers. sed vltimus cum seq. Surdus decif. 125. per tot. Peregrin. de fideicommissi. art. 32. sub num. 69. vers. & idem generaliter est, &c. Rota penes Cardin. Seraph. decif. 482. num. 2. vers. quia huiusmodi prohibitio, &c. decif. 24. versic. ac propterea part. 4. tom. 2. & decif. 397. sub numero 16. ad fin. vers. quia dicta prohibitio, cum sequentibus part. 5. recent. cum aliis adductis in præcedenti decisione in §. propterea dicta prohibitio restricta fuit.

Præterea neque hic articulus suspitione caret, Nam repugnat non solum testamento Ioan. Baptistæ senioris condito die prima Augusti 1527. in quo hæredem vniuersalem instituit Marcellum patrem dicti Ioann. Baptistæ Iunioris eius filium legitimum, & naturalem, ex quo certior, ac efficiacior videtur resultare veritatis probatio, quam ex altero illo asserto condito die 13. Martij anno 1521. in quo instituti leguntur Horatius, & Marcellus filij legitimati relicta dote nonnullis filiabus pariter legitimatis, quorum omnium nulla penitus facta fuit mentio in d. posteriori condito de anno 1527. sed tantùm ipsius Marcelli legitimi, ac naturalis. Præter quod istud conuincitur proflus erroneum etiam in denominatione Emilie vxoris Testatoris, cum qua matrimonium contraxisse constat Anno sequenti 1524. mense Martio ex publico Instrumento super eo celebrato, Verum etiam repugnat Instrumento sponsalium, ac dotali celebrato die prima Augusti 1577.

inter

inter dictum Marcellum nobilem Romanum tanquam patrem, & legitimum administratorem præfati Ioannis Baptistæ ex vna, & Franciscum Calium nobilem Romanum tanquam patrem, & legitimum administratorem Cynthia vxoris eiusdem Ioannis Baptistæ, ac matris dictorum Horatij, & Marcelli cum præsentia, interuentu, ac fideiussione ipsiusmet pro cautione, ac restitutione partis doctis Cynthia. Vnde inferunt eiusdem consensu, & approbatio dicti contractus, vt respondit I. C. in leg. Pomponius alias si gratiam, §. si quis fideiubeat, D. in quibus caus. pig. vel hyp. ra. cit. contr. leg. exceptione. Cod. de euict. Soc. conf. 200. n. 2. vers. quod autem ex casu nostro, &c. lib. 2. cum aliis relatis per Tiraquellum de retract. lign. §. 1. gl. 9. sub n. 268. vers. postremo, &c. & ad l. con. ubial. 15. gloss. 7. n. 25. vers. nec ab his dissentit. Atque inde resultat præsumptio amoris, & affectionis erga dictum Marcellum, ac Ioannem Baptistam, eiusque descendentes ex eodem matrimonio, cui ipse propria etiam obligatione consenserat, & eliditque omnis odij, & commertentiæ suspicio, quam articulatæ declarationes præferunt. Repugnat quoque testamento Cæsaris, qui paternæ voluntatis exactissimus fuit executor, vt ex eo constat in vers. Item voglio & ordino, &c. vbi Palatij in Platea Columnæ siti recuperationem serid inuinxit eius hæredibus, vt patris intentioni ipsi ore tenus innuata obtemperaret. Et tamen nobilis eius familiæ conseruationem, & propagationem extincta propria descendentiæ in hac linea Ioannis Baptistæ constituit, cum qua etiam proprias descendentes feminas legitimas, & naturales matrimonio iungi disposuit. Quæ sanè verisimiliter non ordinasset contra mentem, expressumque patris præceptum, si (provt asseritur) verè præcessisset, cum illius certiore notitiam habuisset censetur l. si quis à filio, §. 1. D. de l. 1. Bart. in l. gerit, sub n. 17. vers. & si ipse mortuus esset, D. de acquir. hered. cum aliis in specie relatis penes Menoch. d. conf. 459. sub num. 17. vers. tertia asseritur coniectura, &c. cum sequentibus.

Augeatur demum suspicio ex attestatione exhibitæ pro aliqui iustificatione, seu fumo (vt aiunt) veritatis dicti articuli, personæ septuagenariæ referentis verba præfata dictæ declarationis, quæ ipse impubes adhuc ab eodem Rutilio cum alio ipsius testis consanguineo colloquente in Ecclesia immaculata Virginis supra Mineruam anno 1588. seu 1589. asserit audiuisset. Hæc enim ita exactè, ac tenaciter post sexaginta circiter annos in negotio ad ipsum nullatenus spectante eius memoriæ hæuisset, illaque adeo pollere hominem decrepitæ iam ætatis, in qua maximè labefactatur, & ruit, vt habetur Ecclesiastes cap. vii. quod explicat Diu. Ant. in eius sum. part. 1. tit. 5. cap. 1. §. 6. ver. circa primum, &c. ab omni verisimilitudine, & prudentis iudicio alienum est. Corn. conf. 63. sub num. 3. vers. ex maximè quia elapsi pluribus annis lib. 1. Rot. conf. 33. sub n. 12. vers. & maximè, &c. cum seq. lib. 1. & latius Bertazz. conf. 398. sub n. 6. vers. tertio isti testes, cum seq. lib. 2. crimin. Hieronym. Laurent. decif. Auenion. 91. sub n. 6. vers. quod non videtur verisimile, &c. & alij relati per Farinac. conf. 110. sub num. 2. vers. & quoad instrumentum, &c. & conf. 172. sub n. 7. vers. adhuc dicitur, &c. cum seq.

Tertius denique articulus in quo deducitur vsus loquendi in vrbis tempore conditi per dictum Rutilium testamenti anno 1590. & antea, quo filij il-

legitimè nati licet ex Principis rescripto, vel alterius facultatem habentis decreto legitimati, adhuc illegitimi, naturales, & bastardi communiter appellabantur, & adhuc (vt asseritur) appellantur, Irrelevantes omnino est.

Quia (præter animaduersiones facti supra relatas in §. præterea, nec hic articulus) huiusmodi asseritus communis loquendi vsus non fuit articulatæ cum requisitis necessariis, tam respectu temporis præcedentis testamenti, quam speciei, seu qualitatis negotij, ac personarum, de quibus agitur, scilicet testamentorum, ac testamentum iuxta doctrinam Bart. communiter receptam in d. l. labeo sub n. 6. vers. ad declarandum autem communem vsum loquendi, & n. 9. vers. articulus formaliter sic, &c. D. de suppellect. legat. & tradita per Rim. iun. conf. 540. num. 28. vers. quinimo, &c. Becc. conf. 1. sub num. 31. vers. vel saltem, &c. Menoch. conf. 266. sub num. 63. vers. respondeatur primo, &c. & conf. 459. sub num. 15. vers. respondeatur primo, &c. ac præf. 9 sub num. 39. vers. ceterum, &c. lib. 4. Ioseph. Mascard. de prob. concl. 329. n. 5. vers. quod verò, &c. cum seq. per tot. cum aliis relatis per Alderan. Mascard. de stat. interpres. concl. 3. sub num. 50. vers. primo amplius, Rota decif. 174. sub num. 22. vers. maxime cum opus fuisset, &c. part. 4. recent.

Secundò quia non attenditur in testamentis latino sermone exaratis, quæ secundum iuris interpretationem intelligi debent, ac proinde sub exclusione illegitimorum comprehendendi non possunt legitimati, qui verè sunt legitimi, & naturales, & appellatione legitimorum, ac naturalium comprehenduntur, vt in Auth. quib. mod. nat. effie. legitim. §. si igitur licentia, vbi Gl. in verbo tali solatio. & in auth. quib. mod. nat. effie. sui in §. illud tamen, vers. si igitur licentia, & in fin. vers. nam sicut in ceteris ab initio legitimis, &c. Bald. in l. Imperialis sub n. 4. vers. & ex hoc quod dicitur, &c. Cod. de nupt. & ita obiecto bene respondit Alex. in conf. 2. vifs. codicillis, legitimati, & alius, sub n. 17. vers. secundo quia quotiescumque verba, &c. cum seq. lib. 1. & latè comprobatur Dec. conf. 257. in causa D. Francisci de Cusano, sub n. 3. vers. sed tamen prædictis non obstantibus, cum seq. qui sub n. 6. vers. secundo non obstat, & seq. respondit huic obiecto Rot. conf. 83. sub n. 21. vers. secundo respondeatur, cum seq. & prius à n. 11. cum seq. per totum lib. 3. Rim. iun. d. conf. 540. n. 29. vers. tertio responderi quoque potest, &c. & prius à n. 17. cum seq. per tot. plenè Laderch. conf. 23. sub n. 13. vers. verba itaque, & supra, ac infra per tot. Menoch. d. conf. 266. sub n. 63. vers. respondeatur secundo, ac seq. per tot. & d. conf. 459. sub n. 15. vers. respondeatur secundo, cum seq. per tot. & præf. 79. sub n. 39. vers. & ibidem, cum sed. lib. 4. & generaliter probant Palet. de not. & spur. c. 62. dec. conf. 65. viso consilio, sub n. 4. vers. in contrarium autem, cum seq. per tot. Cephal. 194. sub n. 30. vers. circa vltimum, &c. cum seq. Becc. d. conf. 1. sub n. 3. vers. secundo, Gabr. conf. 21. n. 30. vers. sicut in simili lib. 1. & conf. 97. n. 11. vers. sequitur, ac seq. lib. 2. & Peregr. de fideic. art. 23. sub n. 26. vers. in terminis autem iuris communis, Rot. penes Card. Seraph. 325. n. 19. vers. septimus & vltimus, ac seq. & in citat. Castel. supplem. legitim. 1. Februarij 1609. & 19. Martij 1610. coram bo. me. Card. Lancell. apud modern. Forolin. post tr. de legitim. dec. 77. sub n. 4. vers. & propterea, &c. cum seq. & latius in Romana legitim. 27. Iunij 1614. coram bo. me. Card. Perosio in recent. dec. 654. sub n. 1. vers. cum enim Robertus part. 1. rec. & in Romana de

Iuellis 10. Iunij 1614. coram bo. mem. Vbaldo dec. 600. per tot. p. 3. comprobata in dec. 667. sub num. 1. vers. certi enim iuris est p. 1. & dec. 578. sub n. 4. vers. non obstant p. 4. & dec. 100. sub n. 4. vers. circa secundum inspectionem, &c. cum seqq. p. 5. & alios refert modern. Rom. discept. 247. n. 72. vers. cum tales legitimitati, &c. & discept. 496. n. 10. vers. unde legitimitas, &c.

8 Tertio, quia assertus loquendi vsus non refertur ad eos, qui fuerunt adeo amplè legitimitati, & ad omnia legitimitatis iura plenè restituti, ac reintegrati, ita ut sint, atque ceteri debeant legitimi subblata penitus omni genituræ macula non obstantibus quibuscumque statutis, constitutionibus & consuetudinibus contrariis, ut in proposito casu factum legitur in instrumento legitimationis Cynthiæ vxoris dicti Ioannis Baptistæ sub die 3. Aprilis 1576. provt respondit Gozad. conf. 6. n. 73. vers. non obstat quod communis vsus loquendi, &c. & vers. vel & secundò, &c. & comprobatur ex traditis per Suid. conf. 1. sub n. 97. vers. & quamvis regulariter, ac seq. & per Card. Seraph. d. dec. 325. sub num. 16. vers. quæ clausula, &c. & modern. Rom. discept. 496. n. 14. vers. maxime quia, &c. cum seqq.

Et denique quia prohibitio disponendi in illegitimos (quicumque illi intelliguntur) à Rutilio facta fuit soli Cæsari ipsius hæredi, non autem præfatis DD. Iacobo, & Tiberio, à quibus ex pacto & conuentione speciali admittitur linea Io. Baptistæ, ac nominatim D. Horatii cum eius descendentiibus ad dictum fideicommissum particulare pro conseruatione, & augmento status, quietis, & dignitatis huius familie (vt dictum est) constitutum; quibus equidem iustis, ac maxime commendandis rationibus, sicut concordia, & conuentio prædicta iam diu inita, & longo sexdecim annorum, & ultra spatio seruata, & executi fuit; eisdem pariter illam in posterum seruari, ac custodiri, grauioraque inter coniunctos dissidia, ac sopitas litium flammæ altius non excitari, sed prorsus extinguere iustum, & æquū esse Domini censuerunt iuxta text. in cap. 1. de transact. l. causas l. sub prætextu la prima. C. eod. tit. Bald. in d. c. cum contingat sub d. n. 6. vers. vel sit positio de eo, quod solum est, & de offic. de leg. Rota penes san. mem. Greg. d. dec. 286. sub n. 9. vers. accedit, &c. cum seqq. & dec. 354. sub n. 1. cum seq. & in recent. dec. 715. sub n. 6. vers. accedit etiam, &c. part. 2. & d. dec. 231. sub n. 4. in fin. vers. quæ tamen, &c. par. 4. as dec. 86. sub n. 3. vers. ideo cum seq. p. 6. ac sæpè in aliis.

Et ita fuit conclusum vtraque parte informante, &c.

EMINENTISSIMO, ET REVERENDISS.
D. CARD. CORRADO.

Romana Rescissionis Transactionis,

Veneris 16. Iunij 1651.

ARGUMENTVM.

Tutor tenetur reddere rationem administrationis, & partitas distinctas in calculo describere. Transactio rescindi debet ex capite enormissimæ læsionis.

SVMMARIVM.

1 Tutor tenetur reddere rationem administrationis & conscribere inuentarium, etiam si testator hac omnia ei remisit.

2 Calculus probat contra ipsum consistentem, n. 53. Et ab eo causam habentem, n. 54.

3 Debet ritè & rectè confici, ponendo in eo partitas distinctas, iustificandas per iuramentum consistentis, si modica sint; si verò magne, arbitrio iudicis.

4 Etiam si omnia in eo posita, connexa dici possunt, tanquam sub eadem administratione comprehensa.

5 Nec debet genericas, & confusas, inuicem similes, & erroneas continere partitas; aliàs rationes dicuntur in folle.

6 Quod exemplificatur.

7 Partita solutionum debitorum simul iuncta, notabilem summam continentem, debent habere specificatam causam, ac quietantias debitorum.

8 Solutio matrimonio, mulieri non debentur fructus dotis, nisi interpellatis hæredibus.

9 Tutor debet expendere secundum qualitatem, & conditionem pupilli.

10 Nec formam à testatore præfixam transgredi.

11 Aliàs calculus ab eo factus non attenditur, indeque doli, & læsionis pupilli presumpcio resultat.

12 Et remissio, seu transactio super tali calculo facta, non attenditur.

13 Nulliusque est momenti.

14 Remissio iurium præsupponit eorum præcedentem acquisitionem, & scientiam.

15 Mater vxoris præsumitur satisfacta de suis dotibus, lucris dotalibus, & sponsalitiis largitibus quando administravit pingue patrimonium, ex cuius fructibus potuit sibi satisfacere.

16 Et satisfacta præsumitur etiam admittitur detractione legitimarum, ac verisimilium expensarum.

17 Quod procedit in excipiendo contra mulierem, vel eius hæredes dotem petentes, n. 18.

19 Item ad probandum interuenisse læsionem in transactione super hac facta cum muliere.

20 Filius non tenetur approbare constitutionem dotis per matrem factam filiis ultra summam per patrem in testamento ordinatam, imò debet ab hoc onere releuari per matrem, n. 24.

21 Vsu fructus morte usufructuarij finitur.

22 De ordine nature filius præsumitur supranuere matri.

23 Debita soluere tenetur administrator bonorum, qui fructus hereditatis percepit, nec sufficientem de illis assignat rationem.

25 Tempus transactionis attendendum in iustificanda transactionis iustitia, vel iniustitia.

26 Vita hominis constituenda atque æstimanda est secundum disposita in leg. hereditatum ff. ad l. falcidiam.

27 Legitima debetur filio, & eo defuncto, eius filio, num. 28.

29 Dilatio solutionis, ac detraçtio fructuum reseruatorum, donec conditio euenerit, minuit legatum.

30 Item & onus fideicommissi, quantum prudens iudex arbitrabitur.

31 Dispositio legis 2. Cod. de rescind. vendit. attenditur in transactione, stante magna læsione.

32 Læsionis modus iudicis arbitrio remittitur.

33 Donatio existens in transactionibus, non transfundit transactionem in aliam speciem, nec alteras eius naturam, sed ab ea dependet.

34 Maxime attenda magna læsione; quæ dolum præfere.

35 Petens rescissionem transactionis, tenetur restituere quod habuit.

36 Quod non procedit, attenda magna læsione, cum detur retentio, donec appareat quid verè debeat.

37 Patris mandatum de filiabus dotantis, intelligitur de dote congrua constituenda, iuxta eorum conditionem, statuta, & loci consuetudinem, numero 41.

38 Quod dignoscitur in ordinatione perpetui fideicommissi, cum prohibitione alienationis bonorum stabilium ob quamcumque causam priuilegiatam, & argentissimam, & ex aliis adductis, 39. 40.

42 Et minus quam fieri possit, detrahi debet de fideicommissi pro dotibus constituendis.

43 Etiam si mulier nobiliori nubat.

44 Cum pari sit nubendum.

45 Publicum instrumentum, quod in se habet repetitas, ac qualificatas partium confessiones iuramento formatas, præfertur depositioni vnius restis.

46 Estimatio de communi partium consensu facta pro litibus dirimendis, non excludit veritatem estimationis consuete, & iuramento firmate.

47 Contractus factus post aliquem contractum, debet diuerso iure censeris, & idem contractus cum primo non debet reputari.

48 Actio ad rem, non tanti estimari debet, quanti ipsa res.

49 Imò inutilis reputatur, si eam habeat persona pauper, vel qui nisi cum magna impensa aliquid consecutus sit.

50 Læso, quando clara apparet, non est opus alia discussione.

51 Status hereditatis probatur ex calculo superinde communi partium consensu, præuia exactissima bonorum inquisitione facta.

32 Bona alia non fuisse in hereditate, quam ea, quæ in inuentario descripta sunt, præsumitur.

55 Vel saltem contrarium assertenti incumbit onus probandi.

56 Ampliatio l. cum d. l. in verb. hæredis probatio, ff. de probat.

57 Presumptio probabilis resultans ex verisimilitudine, bene prob.

58 Impeditus aliquid facere, est excusandus.

DECISIO XXVII.

TRANSACTIONEM inter D. Lauram, & D. Hippolytum Vitellescum ex vna, ac D. Bartholomæum Bonadies ex altera parte initam anno 1629. 13. Augusti. censuerunt DD. rescindendam ob enormissimam eiusdem Bartholomæi læsionem die 19. Maij 1648. Verum quia illa resolutio multipliciter impugnabatur. Ideo causa denudè propoita, & maturè discussa. Hodie fuit conclusum esse in decisis.

20 Nam læsio visa fuit parens, & inuitabilis tam in ea parte, quæ D. Lauræ, quam in ea, quæ D. Hippolyti interesse concernit. Illa siquidem primo loco dictæ transactionis vigore fuit absoluta ab administratione tutelæ, ac curæ præfate Bartholomæi eius filij, & vnipersæ hereditatis patris ipsius, quam quindecim circiter annos scilicet à mense Iulij 1611. per totum annum 1625. gesserat nullo confecto inuentario, nullaque reddita ratione

provt tenebatur non obstante remissione mariti leg. quidam decedens. D. de administr. tut. l. si seruus vetitur, vbi gloss. fin. & DD. D. de l. 1. Rot. dec. 762. n. 8. vers. non obstat, liberatio, &c. part. 2. rec. cum aliis relatis in præcedenti dec. sub die 29. Maij 1648. in §. nec enim ex eo, & prius in Romana fideicommissi de Capiteferr. 19. Febr. 1646. coram me in §. ideo merito, vers. vt proinde, &c.

Nec enim releuat calculus, seu bilancium per eam productum in iudicio redditionis rationum. Tum quia non iustificatur, vt necessarium erat, cum contineat erogationem, seu magis profusionem scutorum quinquaginta septem millium octingentorum circiter, quos ad eius manus huiusmodi administratione durante ex redditibus, ac aliis effectibus hereditatis peruenisse constat. Licet enim in hac parte plenè probet contra ipsam, quæ propria confessione conuincitur. In ea tamen, qua referuntur impensæ non aliter attendi debet, quam si fuerit ritè, & rectè confectum, & explicitas, atque distinctas indicet causas, & partitas, quæ proprio etiam iuramento (si modicæ, ac verisimiles,) vel aliis legitimis probationibus (si magnæ sint) iudicibus arbitrio iustificentur l. Publica, §. fin. D. de pos. l. qui sub conditione rationum reddendarum, vbi explicat Bart. n. 1. vers. tunc credo quod non sufficeret, D. de adm. tut. l. sumptus, vbi Glossa in verb. probabuntur, Cod. eod. tit. iuxta idem Bart. in l. 1. §. officio sub n. 1. ver. quadam vero sunt, D. de tutel. & rat. detrah. Bald. in rub. C. od. de fid. instrum. sub num. 61. ver. sequitur videre, &c. cum seqq. Bertr. conf. 236. lib. 1. part. 2. P. Benint. dec. 43. n. 12. ver. non obstat liberulus, &c. Iodoc. Damouder. de paroc. pupill. tit. de tut. & curat. ration. iustificat. cap. 5. sub n. 37. vers. ex superioribus autem habitis, Malcard. de prob. concl. 973. n. 60. vers. quomò amplia, &c. cum seqq. & late comprobatur Garz. de expens. cap. 20. n. 23. ver. hic autem expensarum codex, &c. vsque in fin. Rota dec. 743. part. 4. diu. & in Signina Saluiani 16. Aprilis 1639. in §. quia cum iustificetur, coram R. P. D. meo Cerro. Esto quod omnia tanquam sub eadem administratione comprehensa generaliter connexa dici possint, vt probat reus in leg. etiam, §. ex causa, D. de min. glossa in leg. sed & cum aliqui, in verb. contractus, D. de neg. gest. Rom. conf. 346. n. 1. per tot. n. 5. Pacian. de prob. lib. 1. cap. 28. à n. 29. vers. sextidè quare, &c. per tot. n. 23.

Tum quia dictus calculus non fuit ea, quæ decebat legalitate compositus, atque descriptus, quippe grauiores impensarum partitas non claras neque distinctas (vt dictum est) sed genericas, atque confusas, pluresque inuicem similes, ac erroneas præferebat, neque redditus, ac effectus hereditatis integrè refert itaq; congruè dici possint rationes in folle oblatæ, vt inquit l. C. in l. cum seruus, vers. nam non vtique, vbi Glossa in verbo in folle, D. de cond. & dem. rectèque exponit inter alios Alciat. de verb. sign. lib. 4. col. mibi 8. vers. in folle offerre, &c. Namque deficit inuentarium, vel saltem descriptio bonorum dictæ hereditatis tam mobilium, quam immobilium, & creditorum ac aliorum effectuum, vnde illorum quantitas, qualitas, & valor respectiue dignosci possit. Deficiunt etiam in d. calculo bona sita in territorio Ariminen. quorum nulla in eo facta fuit mentio, neque reddituum ex eis perceptorum nisi confusè in quadam partita his verbis descripta sub anno 1625. Da Monte Fiore per tutti li anni à dietro (scilicet ab anno 1611. per totum dict. annum 1625.) in diuersis

volte fendi 300. in circa. Præterea describuntur ad creditum hæreditatis singulis annis pariformiter redditus vinearum in territorio Albani in summa scutorum quingentorum abluæ vlla prorsus alteratione. Ad debitum verò eiusdem hæreditatis in creditum ipsius tutricis singulis annis ab anno 1612. per totum annum 1622. pro expensis, ac gubernio (vt dicitur) domus scut. 2000. pro anno 1623. scut. 1700. pro anno 1624. scut. 1200. pro anno 1625. scut. 1200. quæ partitæ constituunt summam scut. 26800. nulla facta causarum specificatione, vnde illarum veritas facilius iustificari valeat. Et tamen maxima nedum repugnat verisimilitudo, quod pro sustentatione, atque gubernio domus, ac familiæ huius conditionis tanta summa singulis annis erogaretur, & eo minus cum filij patri superstites impuberes essent, & matri viduæ, ac tutrici parsimonia summopere deceret. Verum etiam aduersantur depositiones testium domesticorum, ac eiusdem expeditoris de quotidianis attestantis. Deinde pariter refertur ad debitum hæreditatis singulis annis ab anno 1612. per totum annum 1616. vnica partita scut. 11297. pro annis debitis solutis, & singulis sequentibus annis vsque in finem administrationis simili modo vnica partita minoris respectu summæ describitur, quæ omnes cumulata constitunt scut. 11161. circiter, nulla facta causarum, ac debitorum specificatione, nullisque relatis quietantiis, vt illarum veritas, quantitas, & cautio apparere valeat Rota dist. decis. 743. sub numero 5. vers. & tantò magis, &c. cum seqq. part. 4. diuers. Amplius inter eadem annua debita calculantur fructus, seu interusuria donationis propter nuptias, lucri dotalis, ac etiam pretij cuiusdam lineæ margaritarum, quæ fuit per Lauram tradita in dotem dicti Balthasari eius viro æstimata scut. 1500. quorum sane fructuum ratione à viri hæreditate exegit, extraxitque supra summam scut. 2000. monetæ, vt apparet ex publico instrumento sub die 23. Decemb. 1617. celebrato. & ex eodem calculo respectu, quæ nullo pacto ei debebatur, neque ad debitum hæreditatis referenda erat, cum deficeret legitima hæredum interpellatio, & ipsa D. Laura ex eadem hæreditate alimenta pleno iure perceperit vltra peculiare proprietæ dotis redditus, quibus honestissimè viuere poterat, vt in hac ipsa causa bis Rota respondit coram bon. mem. Cocc. sub die 25. Maij, & 10. Decembris 1626. in rec. decis. 14. n. 11. vers. præterea fuit consideratum cum seqq. & decis. 25. in fin. vers. & ita conclusum part. 5. rec. Rursus de anno 1613. describitur ad debitum hæreditatis hæc partita Per finire la fabrica dell' appartamento, che si è appigionata al Sig. Conte di Carpegna fendi 1300. Et alia de anno 1614. huius tenoris, Per la fabrica di Albano fendi 5000. &c. nulla facta specificatione rerum, materialium, mercedum, nec personarum quibus pecuniæ fuerint solutæ, nullaque enunciatâ iustificatione, vel quietantia. Quinimo ex relationibus peritorum, quorum opera dictæ fabricæ constructæ fuerunt apparet impensam illius in vrbe ascendisse ad scut. 650. 77. circiter. Et alterius in loco Albani ad scut. 3000. circiter, vt in eis legitur in summa præcedentium positionum Bartholomæi sub num. 8. & 9. & in registro Rotali fol. 449. cum sequentibus ad fol. 480. Deinde referuntur ad debitum dictæ hæreditatis de anno 1623. scut. 3000. & de anno 1624. alij scut. 3000. in totum scut. 6000. qui asserunt impensam pro collocandis in

Monasterium duabus eiusdem Balthasari filiabus vltra annuos vsus scut. 60. singulis assignatos. Et tamen pater disposuit in testamento illis eo casu solitas dotes, ac elemosynas solui, & ex publicis instrumentis subinde celebratis sub diebus 14. Iunij 1621. & 15. Martij 1622. apparet dotes, & elemosynas singulis constitutas fuisse de scutis mille, quibus additis etiam moderatis impensis accocij, ac aliis solitis personarum qualitati decentibus, adhuc constat nimium excessisse tutricem contra textum in leg. cum plures, §. cum tutor. vers. nam si honeste, &c. ac in seq. §. fin. D. de adm. tut. & l. si curatores, vbi Glossa in verb. moderatum, Cod. eodem tit. in grauem pupilli hæredis iacturam tam in quantitate impensa, (si vera fuit) quam in modo, cum nb eam causam non suppetentibus, (vt ipsa asseruit) hæreditariis pecuniis distraherit meliores effectus, nempe loca montium, vt patet ex dicto eius calculo, seu bilancio. Quod si præceptum testatoris seruasset, ac rem pupilli accurate, vt tenebatur, gessisset prudenter agendo modicis impensis filiarum conditioni bene congruentibus contenta, poterat vtique ex redditibus bonorum hæreditatis, absque vlla proprietatis læsione eiusmodi oneri commodissimè satisfieri, & tam grauis pupilli iactura euitari, cuius patrimonium ex solutione, ac restitutione dotium, aliorumque prætorum iurium matris, ac fororum, profusaque tutricis administratione (neglecta testatoris dispositione) videtur ablumptam contra textum in l. tutelam, Cod. de adm. tut. Ac proinde non tantum nullum super eo calculo, seu bilancio fundamentum pro tutrice constitui potest, sed magna inde resultat iuris præsumptio doli, atque læsionis pupilli, ad leg. qui sua conditione, vbi Glossa & Doctores, D. de cond. & dem. Bart. conf. 150. cum prædicta examinarem sub n. 9. vers. quero qualiter debeat esse compositus, &c. lib. 1. Soc. conf. 46. sub n. 4. vers. tenet P. de Anchar. & c. lib. 1. & conf. 159. sub n. 3. vers. primò quia, &c. & infra lib. 2. Rol. conf. 49. sub n. 2. vers. & in quo, &c. lib. 1. Gabr. conf. 148. sub n. 5. vers. ergo fuit in dolo, &c. cum seqq. lib. 1. Rota dicta decis. 743. n. 4. vers. hæc tamen non procedunt, &c. part. 4. diuers. Dur. dec. 380. sua n. 27. vers. quia etiam, &c. & in Macerat. redditio. ratio. 13. Maij 1642. coram b. m. Merl. in §. 1. vers. quia ex illorum omissione, &c. Quæ pariter influit in sequentem remissionem, ac transactionem, vt bene probat Crau. & conf. 142. n. 13. vers. rursus ista quietatio, &c. & in specie Rim. iun. conf. 338. sub n. 65. vers. tertio considerandum est &c. & sub n. 70. vers. tertio dici potest, &c. cum seqq. Ac proinde nullius est momenti læsione, Cod. de transact. & in hac materia, glossa in l. 3. verb. liberationem, D. contr. & vil. action. tutel. & plene probat Soc. sen. conf. 159. sub n. 10. vers. quibus præmissis, &c. cum seqq. conf. 190. per tot. lib. 2. Rol. d. conf. 49. per tot. lib. 1. Rota dec. 843. n. 2. & infra vers. non obstat, &c. part. 4. diu.

Neque subsistit quod Bartholomæus in majori ætate constitutus dictum calculum, ac partitas in eo descriptas approbauerit in præfato instrumento transactionis. Quinimo illum ac illas expressè impugnavit, opposuit, & contradixit, vt apparet in registro fol. 249. & seqq. Postea vero per viam transactionis remisit iura ipsi contra matrem competentia pro legitima redditione rationum assequenda, vt legitur in dicto instrumento in vers. & è contra prædictus I. I. D. Bartholomæus, &c. Quod sanè approbationem dd. partitarum iuris sui

fui exclusivam præferre non potest, dum contrarium supponit quod transactionis titulo matri relaxat l. si quis, ibi, quoniam remittere exceptionem videtur, &c. D. de noat. l. si mulier dotem in princip. D. de l. 3. Soc. conf. 103. sub n. 1. vers. sed tamen præmissis non obstantibus, &c. lib. 2. Surdus dec. 14. n. 3. vers. præsupponitur enim, &c. Rota dec. 428. sub n. 10. vers. alter vero oppositus excessus, &c. part. 5. & dec. 12. sub n. 1. vers. quia finis, & dec. 223. n. 1. vers. si verò agitur de renunciatione part. 6. recent.

Præterea secundo loco eidem Lauræ assignati, & relaxati fuerunt prædictæ transactionis vigore census, & loca montium respectu ex melioribus bonis hæreditariis pro scutis sexdecim mille ducentis, & vltra in causam satisfactionis prætensi residui eius dotis, lucri dotalis, sponsalitiæ largitatis legati, & vsusfructus vt legitur in dicto instrumento pag. 7. in princip. vers. vt eadem illust. D. Laura, donec tamen, &c. & quovisque naturaliter vixerit, &c. cum sequentibus, licet de his omnibus ex fructibus, & effectibus eiusdem hæreditatis ad eius manus durante administratione delatis in summa prædicta scut. 57000. & vltra, vt apparet ex dicto eius calculo, seu bilancio, quorum legitimam ac sufficientem rationem non reddiderat vt iam fuerat contra eam resolutum coram bo. mem. Coccino sub dicto die 21. Maij 1626. in rec. dec. 14. part. 5. satisfieri poterit iuxta leg. debitor meus, D. de negot. gest. l. quous. §. sicut, D. de adm. tut. ac satisfacta præsumeretur admittenda eius legitimarum, & verisimilium expensarum detractioe l. peculium la 2. §. præterea, vers. nam vt eleganter, vbi not. Angel. referens illam sub leg. sed si damnus n. 3. vers. in textu, D. de pecul. Afflict. dec. 13. n. 6. vers. imò præsumitur, &c. & respondit Rota penes Cardinalem Seraph. dec. 1445. Cardinalis Caualer. dec. 171. n. 7. vers. & ideo. & plenius in Romana administrationis tutelæ 2. Aprilis 1590. coram bo. me. Penia dec. 78. per tot. & in hac eadem causa dicta dec. 14. n. 8. vers. nam. & si quando agitur, &c. cum seqq. ead. p. 5. rec. & sepè in aliis.

Nec obstat quod huiusmodi præsumpta satisfactio prodesse quidem possit excipienti aduersus mulierem, vel eius hæredes dotis restitutionem petentes, non autem agenti contra eam, vel eos ad repetitionem iam restitutæ.

Quia non illam in præsentia deducit Bartholomæus per viam principalis actionis condicendo summas prædictas tanquam indebitè solutas, in quibus terminis teneretur per certas, ac concludentes probationes indebitum iustificare iuxta l. cum de indebito D. de probat. cap. is qui conqueritur de soluti. Rota dec. 145. n. 2. vers. primò, quia, &c. part. 3. rec. & respondit eadem Rota in allegat. Rom. pecun. 14. Ianuarij 1629. coram bo. mem. Pirouano dec. 130. sub num. 14. vers. secundò principaliter opponeretur, &c. part. 5. earundem, sed ad probandum se fuisse in hoc etiam grauius læsum, quod legitimam exceptionem sibi competentem aduersus dictum D. Lauram, qua poterat illam excludere à consecutione dictorum eius prætenforum creditorum donec saltem sufficientem reddidisset eius administrationis rationem remisit, ac renunciavit absque vlla congrua retributione, vt infra dicitur dist. leg. si quis ibi, quoniam remittere exceptionem videtur, &c. vbi Bart. sub n. 1. vers. nota textum D. de Nouation. l. sicut, §. an pacisci, vbi glossa in verbo pro actione D. quibus modis pignori vel hyp. solu. Soccin. conf. 20. n. 8. vers. sed etiam alio, & secundo funda-

mento, &c. lib. 3. Gabr. conf. 62. sub n. 2. 1. vers. clarissimum est, ac seq. lib. 2. Ioan. Vinc. de Anna alleg. 9. sub num. 1. vers. tertio, &c. Cæf. Man. conf. 142. sub n. 20. vers. quia ex omnibus, &c. & seq.

Postremò eiusdem transactionis causa Bartholomæus conuenit, atque promisit matrem releuare, ac perpetuo indemnem conseruare ab obligationem per eam facta ad fauorem d. D. Hippolyti Viteleschi pro manutentione, defensione, ac euictione dotis Lucretiæ alterius filiæ in summa sc. viginti quatuor milium constitutæ, vt legitur in dicto instrumento fol. 17. pag. 1. in versic. Prædictamque D. Lauram suam matrem ibidem præsentem, &c. Licet ad id nullo pacto teneretur ob magnum excessum, & incongruitatem dictæ dotis etiam contra Balthasari eius patris dispositionem constitutæ per text. in leg. qui aliena §. libertos, vbi glossa in verbo erogatum D. de negot. gest. & in l. sine generalis D. de iur. dot. cum concord. & fuerat iam antea per Rotam resolutum sub die 10. Iunij 1626. coram bon. memor. Coccino vt patet ex decisione impress. penes Fen7. in fin. Comentar. ad Statuti verbis dec. 138.

Pro congrua verò prædictorum omnium retributione Laura consensit. Primò quod loca montium quinquaginta quinque ipsi ad vitam assignata pro sponsalitiæ largitate, lucro dotali, & vsusfructu à marito relicto post eius mortem ad filiam reuertantur, vt legitur in instrumento d. p. 7. vers. vt eadem illust. D. Laura, &c. & in vers. quorum quidem omnium, & singulorum locorum montium, &c. Quod sanè nullius prorsus momenti est; nam hæc omnia quoad proprietatem spectant ad hæreditatem mariti, ac proinde ad filium hæredem, ad quem ideo illa defuncta ipso iure redire debent l. 3. §. fin. D. quibus modis vsusfruct. amittat l. vsusfructum cum moritur, D. de vsusfruct. legat. l. corruptionem Cod. de vsusfruct. Nec præcedentia filij in instrumento d. sponsalitiæ largitatis scut. 1600. reseruata, visa fuit dominis in præsentia considerabilis, cum repugnet congruo naturæ ordini, ac inuicissimilibus sit leg. qui duos §. cum in bello, & §. fin. ac vtrouique glossa D. de reb. dub. l. nam, & si parentibus in princip. ibique glossa in verbo tamen D. de inoff. testam. leg. scriptio in fin. D. vnde liber. Bart. in l. inter stipulantem §. sacram. sub n. 7. vers. aut respicit futurum D. de verb. oblig. Mandosa ad reg. de infirm. quest. 6. à n. 6. vers. redeunda igitur, &c. cum sequentibus Olfac. dec. 108. n. 4. vers. secunda ratio, &c. sub n. 15. vers. nos autem sumus, &c. Menoch. presf. 46. n. 30. vers. Hinc etiam dicimus, &c. cum sequentibus lib. 6. Rota dec. 365. n. 2. vers. & futurus euentus part. 4. diuers. & latius probatum fuit in præcedenti dec. coram me in §. deinde conuenit quod loca montium, &c.

Secundò promisit d. D. Laura ibidem pag. 8. vers. item pacti fuerunt, &c. soluere debita eius administrationis tempore cum mercatoribus, artificibus, & familiaribus contracta. Quod nihil releuat ad effectum, de quo agitur, tum quia non constat quæ, & qualia superessent soluenda & ad Bartholomæum spectantia. Tum quia ipsa ad id tenebatur, quæ fructus, ac effectus hæreditatis perceperat, neque sufficientem de illis rationem reddiderat, vt fuit dictum in præcedenti decisione in vers. vltimus, &c.

Tertio conuenit eadem pag. 8. in vers. atque etiam in se ipsam suscipere, vt ex nunc suscepit onus, &c. soluere eius vita durante annua scuta sexaginta singulis duabus filiabus monialibus vltra

vltra d. dotem scutorum mille cuiuslibet earum promissam. Quod quidem de iure facere tenebatur cum profuse nimium excesserit congruum expensarum modum tam attentam conditione filiarum, quam voluntate, ac dispositione d. Balthasaris earum patris, prodigendo notabilem pecuniarum summam vt dictum est occasione ingressus, seu professionis earum ex alienatione locorum montium hereditatis redactam, cuius fructus ad solutionem d. annuæ summæ satis superque fuissent. Ideo iure merito onus hoc ipsi adscribendum erat, non autem pupillo heredi, qui ad ea releuari debebat d.l. qui alienam §. liberos, vbi Gloss. in verbo *erogatum D. de neg. gest. l. si creditor §. si seruo tuo D. de pecul. l. cum post mortem §. præterea D. de adm. tut. l. siue generalis D. de iur. dot. Bald. Nouel. de dot. p. 6. princ. 45. sub n. 2. vers. Et hoc nisi talis mater. Barbofa in l. 1. part. 4. n. 149. vers. quinimo si mater uxor filij, &c. D. sol. matrim. Galg. de Tut. & Curat. lib. 3. quest. 50. sub n. 5. vers. in matre vero, &c. Gutierrez in siml. tract. part. 2. cap. 11. sub num. 6. vers. sicut mater, &c. cum aliis relatis in precedenti decisionem in §. vterius. Et in omnem casum huiusmodi annua solutio scut. centum viginti in totum illi ad tempus eius vitæ accolata non excedit pro no nem annis summam scut. mille octingentorum, nam cum de tempore d. transactionis, quod in iudicanda illius iustitia vel læsione attendi debet l. si volumate in fin. vbi Glossa pen. Cgd. de rescind. vend. & no. DD. communiter in l. 2. Cod. eodem tit. Crau. conf. 11. n. 17. vers. ego autem, &c. cum segg. & conf. 114. n. 16. vers. quæro respondeo, &c. & conf. 161. num. 7. vers. secundo præsupposito, &c. Rimin. Iun. conf. 97. sub n. 14. vers. nam in læsione, &c. Rot. penes fa. me. Greg. dec. 406. n. 15. vers. hic autem, &c. & in rec. dec. 87. n. 4. vers. non obstat quod modo, &c. part. 1. dec. 199. sub n. 4. vers. tum quia per transactionem, &c. part. 4. D. Laura in quinquagesimo tertio eius ætatis anno esset constituta prædicta obligatio ad vitam ipsius facta ad dictum nouennium referenda, ac æstimanda erat iuxta legem hereditatum d. ad legem falcidiam quæ in quacunq; huius generis materia seruatur, Glossa in lege cum his, §. vult igitur oratio vers. modum autem, &c. vbi gloss. in verbo cum inuenire, ac Doctores D. de transact. & in l. omnium bonorum in verb. omnium vers. Item nota D. de usufruct. & latè ad rem nostram explicat Gabr. in conf. 168. n. 97. vers. erat autem Cardinalis, &c. cum sequentibus lib. 1. Rim. Iun. conf. 170. num. 24. vers. Hancque sententiam, &c. Peregrinus conf. 94. n. 24. vers. nam ex illa lib. 1. & aliis relatis bene comprobatur Surdus de aliment. tit. 9. q. 11. d. n. 26. vers. & aduerte quod in calculanda iustitia contractus, &c. cum segg.*

Quartò consensit pag. 10. in vers. quo verò ad dotem propriam, &c. & infra quod ex scutis decem millibus illi assignatis pro restitutione partis dotis scut. 8000. & solutione legati scut. 2000. à præfato Balthasare marito ei facti post eius mortem sex mille restituantur Bartholomæo cum onere fideicommissi ad fauorem eius filiorum, eiusque deficientibus præfata Lucretiæ uxoris D. Vitelleschi, & filiorum illius, reseruatæ sibi facultate disponendi de residuo. Ex ea verò summa scut. 6000. detrahenda est primum tertia pars dd. scut. decem millium, quæ est scut. 3333. pro legitima eo tempore debita eidem Bartholomæo iuxta text. in §. 1. in auth. de trient. & semiss. & in §. aliud quoque capitulum, in Auth. vt cum de appellat. cognosc. Vel ipso tunc

Quæ autem denuò replicantur scilicet quod talis emphyteusis non possit concedi Philomenæ tanquam feminae dum Octavianus fuit inuestitus pro se, ac eius filia, & nepotibus masculis tantum tolluntur ex eadem decisione, quæ reuideretur sub §. quia procedit, & c. & vltra DD. ibi congellos, idem quoque firmat Marefcot. *variarum resol. lib. 1. c. 3. n. 4.* Gratian. *discept. forens. c.* 88. n. 52. Cast. *consil.* 159. *in fin. versic. non obstat quod debui lib. 2.* Giouag. *consil.* 44. n. 115. n. 121. lib. 2. Rota *decis.* 98. n. 2. p. 2. *diuers. & in recent. decis.* 60. n. 1. & *dec.* 176. n. 40. p. 1. & fuit etiam resolutum in Farfen. bonorum 9. Decembris 1644. coram R. P. D. meo Corrado.

Atque ita fuit resolutum vtraque parte informante, & c.

R. P. D. GHISILIERIO.

Romana Societatis de Rotignis.

Lune 10. Februarij 1648.

ARGUMENTVM.

Socius tenetur ad debita societatis, etiam inita post dissolutionem societatis, quando contrahentibus eum socijs non est notificata dissolutio.

SVMMARIVM.

- 1 Socius complementarius potest obligare societatem, & omnes socij ex eius facto in solidum tenentur, & n. 2.
 - 2 Etiam dissoluta societate, quando mercatoribus cum quibus negotiatio non est denunciata solutio societatis.
- Inter mercatores bona fides seruanda, & fauor publici commercij non patitur, ut inter se decipi. 3 Etiam

- 3 Etiam si tacita renouatio contingat per mortem alterius ex sociis, quando complementarium palam negotiatur.
- 4 Limitatur si mors sit notoria. Sed fallit, n. 21.
- 5 Vel lapsus tempus, quo duratura est societas.
- 6 Cum denuntiatio solum requiratur, quando dissolutio euenit durante societate secus ea finita, vel per lapsum temporis.
- 7 Cum tempore finito, debeant creditores inuestigare, cum quo negotiantur.
- 8 Proxi etiam pacta, vigore quorum inita est societas, & pro quanto tempore duret aliis sibi imputandum.
- 9 Institor vsque ad certum tempus prepositus, eo finito, non obligat prapones, licet contrahentes ignorent finitum esse officium.
- 10 Contrahentes cum aliquibus sociis, non debent attendere capitula, & conuentiones initas inter socios, sed litteras oblatorias ipsis contrahentibus transmissas.
- 11 Conf. Castr. 104. p. 1. declaratur.
- 12 Societate contracta inter duos mercatores simpliciter etiam si postea dissoluitur, alter tamen tenetur ex contractibus ab altero celebratis, nisi faciat proclamare, & omnibus notificari dissolutionem societatis.
- 13 Mandati fines sunt diligenter custodiendi.
- 14 Dissolutio societatis non presumitur, sed continuare creditum quando contrarium non demonstratur stantibus litteris oblatoriis indefinitè prolatis, & n. 17.
- 15 Societas contracta cum heredibus, verificatur in vno tantum superstiti, & per vnus mortem non finitur.
- 16 Actus sociales, an probent societatem, qua nunquam apparet contracta remissive.
- 17 Sed, & preexistente, probant continuationem, vel illius presumptionem.
- 18 Et dicitur continuata, si omittantur computa, rationes, & solidationes.
- 19 Probat, & inducitur, quando conceditur facultas exercendi illos actus, qui citra nomen societatis fieri nequeunt.
- 20 Res inter alios acta, si ei, cuius interest, non denuntietur, non preiudicat.
Maximè quando instam habet causam aliter credendi.
- 21 Plus est factu, quam verbis aliquid facere.
- 22 Omne salus debet eo vinculo, quo ligatum est.

DECISIO XXX.

Causa per duas vices vtraque parte informante propolita, Domini, vt in decisionibus sub diebus 19. Iunij 1645. & Martij 1646. iterum dixerunt, Ioannem Mariam teneri ad debita Societatis ab ipso initæ, cum Hæredibus q. Ioannis Andreae Rotigni etiam contracta post mortem Ioannis alterius ex dictis Hæredibus.

Fundamentum resolutionis fuit, quia cum in litteris oblatoriis in apertione Rationis Banchariæ, in Vrbe, de Anno 1638. sub nomine dict. Ioann. Mariæ, & Hæredum q. Ioann. Andreae Rotigni iuxta stylum, qui seruatur à Mercatoribus transmissis in diuersis partibus fuerit expressè cautum, quod præstari deberet fides litteris sociorum, quovsque contrarium non esset notificatum, ibi, à quali prestarete solamente fede, sin che in contrario visarà detto, notificatione non sequuta, remansit obligatus Ioann. Maria, ac si duraret

societas, debebat enim, vt se eximeret ab omni præiudicio, & obligatione erga Creditores, qui vigore complementi Francisco fratri Ioannis, & cohæredi Ioann. Andreae concessi, adstrictus erat erga Creditores, cum potuerit obligare societatem, & omnes socij, qui eum proposuerunt ex eius facto insolidum tenentur ad tradita per Barr. in l. eandem in princip. & ff. de duobus reus, vt per Rot. Genuen. diuers. dec. 13. num. 29. & 30. dec. 135. in princ. vers. in primis enim, ac dec. 185. sub 1. vers. secundum dubium, illis pariter notificatione solutionem eiusdem societatis, ac negotiationis, ne alias sub fide eius nominis, cui maximè crediderunt deciperentur, quod repugnat bonæ fidei inter Mercatores præcipuè seruandæ, ac publici commercij fauori ad leg. 1. §. Magistrum autem, ff. de exercit. act. leg. quicumq; §. si. ff. de fid. instr. l. sed est pupillus §. de quo palam, l. si quis mancipiis §. si impubes ad fin. vers. non enim imputandum ei est, leg. in eam §. si Dominus, ff. de inst. act. tradit. Cin. in leg. mandatum sub n. 6. vers. aut aduersarius erat contemplatione Domini gesturus, D. infra C. mand. Bald. in d. l. sed est pupillus d. §. de quo palam n. 3. vers. nota quando ibiq. Castr. n. 2. vers. nota primo, ff. de inst. act. quorum sententia procedit etiam in tacita reuocatione contingente per mortem, quando complementarius palam negotiationem prosequitur, vt habent in d. leg. si quis mancipiis d. §. si impubes, ibi non enim imputandum ei est, qui sciens Dominum decessisse cum Iustit. exercente mercem, contrahit, ff. de inst. act. vel mors ignoratur, leg. inter casus in princip. ff. mandat. & leg. actione §. morte, vers. Item si alicuius, ff. pro soc. Cin. in d. l. mandatum sub num. 4. vers. Item in secunda, Cod. mandati, quas obligatorias fuisse scriptas de consensu Ioannis Mariæ constat non solum, quia fuerunt subscriptæ à Complimentatio Rationis, sed etiam ex epistola, quam scripsit Ioannes Maria nepotibus sub die 18. Nouembris 1638. ex qua probatur illius scientia prædictarum litterarum oblatoriarum, ibi, è ben vero, che habbiamo inuitato tutti gli amici per negoziar con quella realtà, e termini mercantili con loro, che si deve, &c.

Non obstat, quod ex quo societas prætenditur totaliter dissoluta ob mortem Ioannis vnus ex sociis sequutam de mense Octobris 1641. notoriam propter facinus eius, qui mortem violentam intulit, §. soluitur inst. de societ. leg. societate coire, §. dissociamur, leg. actione, §. morte, ff. pro societ. necnon per lapsum temporis cum de anno 1638. fuerit inita societas duratura ad triennium, vt in capitulis socialibus initis sub die 26. Iunij 1638. ibi, che detta Compagnia deua principiari dal profimo mese di Luglio come sopra, & habbia da durare per anni tre, quam terminata de consensu partium Anno 1640. Namque alias inspectis capitulis societas fuisset duratura etiam post tempus, quo facta fuerunt noua capitula, fuit de nouo alia incepta die 30. Decembris eiusdem anni duratura ad annum proximum, vt pariter in subsequentibus capitulis socialibus, ibi, che il detto negotio deua principiari sotto li 30. Decembre 1640. & seguirare per vn anno solamente da finir si per tutto Decembre 1641. excludatur necessitas denunciationis dissolutionis societatis finitæ, & per mortem alterius ex confociis, & per tempus finitum, quæ requiritur quidem quando dissolutio intercedit durante societate, secus vero post societatem finitam vel per mortem, vel per lapsum temporis, Castr.

in l. 1. §. non autem n. 3. ff. de exercit. act. idem Castr. conf. 104. num. 2. vers. posito ergo quod cessarent, & conf. 415. num. 2. vers. constat parte, quem sequitur Stracc. de mercat. tit. de contract. n. 13. & seq. liquidem respectu temporis debebant creditores inuestigare de qualitate, & conditione Francisci, cum quo contrahabant, ex allegatis per Castr. d. conf. 104. n. 1. & consequenter pacta, cum quibus inita fuerat societas, & pro quanto tempore duraret, alias sibi imputare debent, vt in puncto bene distinguendo declarat Gomel. var. resol. tom. 2. cap. 5. de societ. sub n. 6. col. penult. vers. tertio modo, vsque ad finem, vbi loquitur in terminis ad effectum, vt vnus ex sociis non teneatur ad debita postea contracta, Menoch. conf. 121. n. 67. vbi allegat concordantes, Decian. conf. 60. n. 3. in princ. & 32. lib. 2. & signatur quod non excusentur contrahentes, si ignorent sub forma, & sub qua lege fuerit institor prepositus, & quod si fuit prepositus vsque ad tempus, finito illo tempore non obliget praponentem, licet tunc contrahentes ignorent officium finitum, notat Castr. in l. sed, & si pupillus §. conditio autem prepositionis in 1. notab. n. 2. ff. de inst. act. Paris. conf. 94. num. 24. in fin. lib. 1. & conf. 93. n. 2. lib. 5. Surdus conf. 32. n. 13. vers. nec sicut cum seq. Felic. de soc. c. 30. num. 7. 8. & 9. Franc. Ant. Cost. conf. 55. n. 6. lib. 1. respectu verò mortis, cum esset notissima, nulla alia requirebatur inrimatio. Quia cum non sint attendenda supradicta capitula, & conuentiones inter socios priuatim factæ tam de anno 1638. quam de anno 1640. nuper in actis pro parte Ioannis Mariæ productæ, sed sint attendendæ litteræ oblatoriæ in apertione rationis banchariæ d. l. & si pupillus, §. de quo palam ff. de inst. action. Castr. d. conf. 104. num. 1. ad med. vers. quod ergo dicitur p. 1. vt in punct. dixit Rota in Ianuen. seu Romana cambij 12. Decembris 1644. coram RR. D. meo Decano in §. quemadmodum ad eundem effectum absque vlla temporis limitatione, & cum qualitate quod contrahentes credere debebant alla mano del nostro S. Gio. Maria, & C. aquella del S. Gio. e Francesco Rotigni suoi nepoti, &c. a quali prestarete solamente fede, sin che in contrario vi sarà detto nulla habita relatione ad supradicta capitula, & conuentiones; & nulla eorum facta mentione non poterant contrahentes diuinare limitationem temporis in capitulis, quæ nunquam prodierunt in lucem contentam, sed credere debuerunt litteris oblatoriis, quod societas sine præfatione temporis inita fuisset.

Neque obstat Castr. d. conf. 104. part. 1. cum in illo casu ageretur de mandato à principio limitato vsque ad certum tempus, vt sub num. 1. vers. mandatum tamen istud: in hoc autem casu non solum ab initio non fuit mercatoribus notificata limitatio, sed potius datum mandatum liberum, & generale, quod tutò, & bona fide poterant contrahere cum vnoquoque ex nominatis sin che in contrario vi sarà detto, & propterea Castr. in suo casu firmat, quod ex quo limitatio fuit appolita ab ipso principio, debet imputari contrahentibus si vltra tempus præfixum crediderunt, & in plurius locis in eodem consilio declarat suam conclusionem procedere quando limitatio temporis fuit appolita ab ipso principio, vt sub num. 1. in vers. prima ratio est, ibi, quia tempore contractæ societatis prædictæ fuit appositum tempus trium annorum, & sex mensium, inferius sub eodem

num. 1. vers. respondeo, ibi, ex quo fuit appolita ab ipso principio debuit esse nota, & ibi, sicut in qualibet lege, vel conditione appolita ab ipso principio in mandato, & clarius n. 2. ibi, non ergo pertinet ad praponentem manifestare formam, vel limitationem appolitam à principio, sicut quando apponitur ex post facto, & ante n. 3. ibi, sed quando viuente mandante finiretur mandatum ex causa, vel reuocatione subsequuta ex post facto, tunc notificanda esset reuocatio. Alias admittit, quod debeat fieri notificatio quotiescunque mandatum fuit factum à principio simpliciter, & sine temporis præfinitione, tunc enim cum contrahentes sciant, vel scire præsumantur quod simpliciter, & quocumque poterant contrahere secundum formam mandati, remanent sub bona fide decepti, nisi eis notificaretur dissolutio, vt tradit Castr. eod. conf. 104. num. 1. p. 1. med. vers. quod ergo dicitur in leg. sed, & si pupillus. Hac distinctionem inter societatem ab initio contractam limitatè, liberè sequitur idem Castr. in d. leg. 1. §. non autem num. 3. vers. secus si fuisset, ff. de exerc. act. vbi, quod contracta societate inter duos mercatores simpliciter, non autem ad certum tempus, alter ipsorum tenetur ex contractibus celebratis cum altero, licet postea esset dissoluta, nisi fecisset proclamare, & notificare omnibus, quod erat dissoluta, idem repetit in d. l. sed, & si pupillus §. conditio n. 2. vers. quod ergo dicitur, dicens continuo menti tenendum reuocationem publicè, & palam debere notificari quando institutus fuit constitutus simpliciter sine præfinitione temporis, alias secus Gomel. var. resol. d. tom. 2. c. 5. de societ. supra dicto vers. tertio modo, firmat necessarium esse notificationem quando societas ab initio simpliciter fuit contracta, Menoch. conf. 121. allegatum in contrarium n. 66. vers. verè cum Petro de Vbaldis distinguit, quod aut est contracta societas ad tempus incertum, & tunc si vnus sociorum vult recedere, id facere debet mediante renunciatione, aut contracta est ad tempus certum, & tunc non est necessaria denunciatio, Decian. verò conf. 60. n. 31. & num. 32. lib. 2. refert eandem doctrinam Petri de Vbaldis. Paris. conf. 94. n. 25. in fin. retorquetur, dum iuxta consil. Petri de Ancarano 332. dicit, inspiciendum esse tenorem societatis contractæ, & quid sit iniunctum à confociis mandatum, quapropter habuerunt creditores iustam causam credendi societatem duraturam vsquequo contrarium fuisset eis notificatum, vt in supra relatis verbis litterarum oblatoriarum.

Stante autem hac infinita obligatione, seu mandato ad contrahendum donec contrarium notificaretur, non debuerunt creditores inquirere capitula particularia societatis inter socios inita, sed necessaria fuit ex forma ipsius mandati, cuius fines obseruandi sunt leg. diligenter, ff. mand. denunciatio dissolutionis societatis etiam si secuta fuerit mors vnus ex sociis eamque creditores non ignorauerint, cum stante dicto mandato extimare potuerint quod socij, quia non denunciarunt, dissolutam esse societatem, voluerint eam post mortem inter se continuare vt potuerunt Menoch. d. l. conf. 121. n. 73. vers. primu itaque est casus, & pres. 57. n. 4. lib. 3. Rim. iun. conf. 711. num. 17. Mant. de tac. lib. 6. tit. 24. n. 28. Girib. ad consuet. Messan. c. 1. gloss. 6. n. 40. & cap. 9. gloss. 12. num. 80. Ratio est, quia cum societas non fuisset contracta cum Francisco & Ioanne, sed cum hæredibus Ioann.

Ioann. Mariæ, etiam obierit Ioannes, cum nomen hæredum Ioannis Andreae vti collectiuium, satis verificetur in Francisco superstiti, non inde sequitur effectus dissolutionis societatis, pro vt indiuidualiter tenet Paris. *confil.* 82. *num.* 15. & *num.* 32. *lib.* 1. quem sequitur Felin. *societ.* cap. 32. *num.* 14. *in fin. versic. sed hoc non procedit*, & Blas. Machalor. *de frat. p. 2. cap.* 40. *n. 4.* eoque magis, quia etiam post mortem Ioannis dantur plures actus sociales, qui quicquid sit an sufficerent ad probandam societatem, quæ nusquam contracta appareret, in quibus terminis procedunt dec. in Tudertina Societatis 21. Iunij 1638. coram Eminentiff. Card. Panzolo, & in Romana, præsentæ societatis 12. Iunij 1645. & 10. Decembris 1647. coram R.P.D. meo Orthobono, sanè præexistente eera societate, sufficiunt ad probam illius continuationem, vel præbuerunt saltem iustam causam creditoribus opinandi illius continuationem post mortem, dum ipsi non fuit contrarium notificatum, prout promissum fuerat in dictis litteris oblationis, & in casibus prædictarum decisionum, omnes actus, qui prætendebantur citra ius, & nomen societatis fieri poterant, tanquam æquiuoci societatem non inducebant, differuntque plurimum ab hoc casu quia post obitum Ioannis remansit indiuisum lucrum, & nullæ fuerunt factæ rationes, computa, aut solidationes, quarum ommissio, iunctis aliis supra deductis citra ius, & nomen societatis nullo modo fieri potest, Soccin. *sen. conf.* 87. *n. 12.* & 13. *lib.* 1. Menoch. *præsumpt.* 57. *n. 1. lib.* 3.

18 Nec releuat quod Ioann. Maria dissenserit, ac renouauerit facultatem in apoca cum Francisco celebrata post mortem Ioannis sub die 12. Nouembris 1641. tribus testibus munita, in qua Franciscus promittit in posterum nolle vilo pacto vti nomine Ioann. Mariæ in scripturis, & negotiis, ac successiue die 21. eiusdem mensis, & anni registrata in Archivio Vrbanò, ac demum obtinuerit sub die 10. Martij 1643. inhibitionem ab A. C. contra Franciscum, ne amplius illius nomen expenderet in negotio: Quoniam hæc acta cum Francisco pariter erant notificanda Mercatoribus, eodem modo quo à principio institutæ rationis fuerunt inuitati ad effectum, vt cauere possent à fraudibus, ne deciperentur, dum his non attentis, idem Franciscus publicè continuauit negotia sub eodem nomine vsque ad decoctionem, sciente, & patiente eodem Ioann. Maria, vt firmat vtraque decisio, & euidentissimè probat apocha in qua sub die 29. Nomenbris 1641. Ioan. Maria dat facultatem Francisco vendendi, hypothecandi, &c. *qualis uoglia effeti di mercantia, & crediti d'ogni sorte spettanti alla regione di Gio. Maria & heredi di Gio. Andrea Rotigni per la somma, & quantita di sc. 4. m. d'oro stampe*, continens confessionem ipsius Io. Mariæ, quod tunc temporis exatabat societates, de qua ex supradictis capitulis in actis productis amplius nequit dubitari, ita quod cum talis licentia sit vnus ex illis actibus, qui citra nomen societatis fieri non possunt, non solum probat societatem, sed etiam illam inducit Corn. *conf.* 54. *v. sacius etiam lib.* 1. Sim. *de Præ. conf.* 24. *n. 7. lib.* 1. Palm. *conf.* 100. *n. 9.* Rota *decis.* 214. *n. 15. p. 6. rec.* Aliàs gesta inter ipsos non poterant præiudicare Mercatoribus, qui ex publica eiusdem nominis continuatione iustam habuerunt causam crededi eiusdem quoque societatis continuationem

*in x. text. d. l. si quis mancipiis, §. si impubes, in si vers. non enim imput. ei est. ff. de inst. act. & post Cin. sent. Bald. d. §. de quo palam, & ibid. explicat Castr. d. n. 2. vers. nota primo, & seq. Ant. Gomel. *variæ. resol. tom. 2. tit. de societ. c. 4. sub n. 6. vers. verum tamen est,* ac ibi Add. & comprobatur *ex leg. sed & socium, §. 1.* vbi gloss. *in verb. scierit ff. pro soc.**

Neque loco denunciationis d. solutionis societatis deseruire possunt litteræ scriptæ responsalibus super morte Ioannis, quia præter illas scriptas Mercatoribus Fulginei sub die 23. & 30. Nouembris 1641. in quibus se excusant, si ipsi non crediderint, tanquam occupati nel fardello stralcio, reliquæ continent solum suspensionem, seu verius excusationem, si tunc litteris Cambij non satisfaciebant, eò quod sequuta fuerat mors Ioannis, & aberat Franciscus confocius, vt patet, ibi *stante la morte del nostro Sig. Giouanni, & per esser assente il Sig. Francesco si sono sospesi li scudi 1163. che ne hà tratto Giouanni Petricchi di Venezia, & in alia, ibi, stante la morte del nostro S. Giouanni, che li giorni adietro restò assassinato, e morto, compatite il trattenimento delli nostri interessi, & demum in alia, ibi, stante la morte del nostro S. Gio. non trouando si qui il nostro S. Francef. non habbiamo potuto seruirni, quasi quod si adfuisset Franciscus litteræ suam habuissent complementum. Ex prædictis itaque litteris solum resultat, quod mercatores habuerint scientiam mortis Ioannis, sed non sufficit talis scientia stantibus supradictis litteris oblatoriis, & actibus continuatiuis; Attento etiam quod ex dictis litteris dum solum occasione obitus Ioannis, & absentia Francisci excusant suspensionem negotiorum elicitur animus continuandi non dissoluendi.*

Minus releuant particulares declarationes conuentiones, & protestationes factæ à Ioann. Maria cum diuersis personis, de quibus deponunt testes examinati tam in Vrbe, quam Anconæ, cum semper deficiat denunciatio promissa in d. litteris oblatoriis, & tanquam actus gesti, vel intra priuatos parietes, vel particulariter non efficiunt mercatores qui magis credere debuerunt actibus socialibus gestis post mortem Ioannis, de quibus deponunt testes creditorum, quam ipsius Ioann. Mariæ verbis; dum eis non obstant, videbant nomen Ioann. Mariæ publicè expendi, ac eandem ipsam rationem bancariam per Franciscum publicè continuari, quæ facta verbis ipsius sunt præferenda, plus enim est factò, quam verbis aliquid facere *leg. Paulus respondit, ff. rem ratam haberi c. delicti 2. ibiq. gloss. in verb. factò pronocare de opp. Rota cor. Caval. dec. 100. n. 7. & coram bo. mem. Bur. dec. 113. n. 20.* Et quemadmodum in scriptis mercatores fuerant inuitati ad contrahendum, donec contrarium denunciaretur par erat, quod ita in scriptis mandatum in litteris oblatoriis contentum renouaretur, cum æquum sit vnumquodque eo vinculo dissolui, quo ligatum fuit *leg. nihil tam naturale, ff. de reg. iur. cum vulgaribus* vltra quod testes examinati Anconæ non concludunt & is, qui fuit examinatus Romæ tanquam varius, & mendax in substantialibus non definit esse de falso suspèctus.

Et ita cum ex d. litteris oblatoriis in partibus transmissis appareat, nedum societatem fuisse initam inter eundem Ioann. Mariam Rotignum, ac Franciscum, & Ioannem hæredes Io. Andreae, sed amplius illà eò fuisse duraturā, quo mercatoribus, quibus

quibus litteræ fuerant admittæ, in contrarium scriberetur, Domini non sequuta notificatione solutionis eiusdem societatis censuerunt fundamenta supradictarum decisionum sustineri, & Io. Mariam teneri ad omnia debita societatis.

EMINENTISS. ET REVERENDIS.
D. CARD. CORRADO.
Romana Successionis.
Luna 24. Ianuarij 1650

A R G V M E N T V M.

Statutum Urb. lib. c. 131. quo cauetur, vxori superstiti deberi lucrum dotale prædefuncto viro, quomodo intelligatur extantibus liberis eiusdem matrimonij. Impensa funeris vxoris, quando facienda. Contraçtus filij familias validus redditur, interueniente Patris consensu. Exceptio requirens altiore indagationem, non impedit restitutionem dotis.

S V M M A R I V M.

- 1 Lucrum dotale quod per Sr. Urb. lib. 1. 131. deseruit vxori superstiti, viro prædefuncto, intelligitur quo ad vsum fructuum tantum. Ideo ad suos hæredes non transfertur vxor.
- 2 Impensa funeris vxoris detrahatur de ipsius dote, quando nulla alia extant bona.
- 3 illius quantitas arbitrio Iudicis moderatur.
- 4 Attenta qualitate personæ, & quantitate dotis.
- 5 Debitum, quod habet hæres cum defuncto, computatur in Hereditate defuncti.
- 6 Ex Statuto Urbis lib. 1. cap. 47. maiores 20. annis habeantur pro maioribus 25. annis.
- 7 Patris consensus validum reddit contractum filij familias.
- 8 Exceptio firmat regulam in casu excepto.
- 9 Dilatio concessa debitori ad soluendum, cessat, si debitor succedat creditori.
- 10 Contra declarationem solemniter factam in Instrumento, non admittitur probatio vnius testis, nec testium de auditu.
- 11 Legatum non probatur ex depositione legatariorum nec aliorum singularium testium de auditu.
- 12 Exceptio requirens altiore indagationem, non potest impedire restitutionem in bonis matris faciendam, multis decisionibus declaratam.
- 13 Que restitutio comprehenditur, quando maritus stipulatus est in Instrumento dotis, eam restituere illis, quorum interest.
- 14 Quo casu, nullo modo retardanda.

DECISIO XXXI.

Postquam Rota pluries resoluit Lelio Barificiano de Perintiis legitimam in bonis Imperiæ matri, ac dimidiam vsum fructus per eam relicti D. Com. Fabio Carandino secundo viro, necnon tertiam partem proprietatis æqualiter cum Camillo, & Anna Maria filijs ex ipso Com. Fabio progenitis hæredibus vniuersalibus ab illa institutis, vt apparet ex decisionibus sub diebus 18. Maij 1646. & 14. Iunij 1647. & 17. Maij 1649. emanatis coram Me. Plura fuerunt pro parte d. D. Comitris, ac filiorum respectiue deducta ex eisdem bonis (vt prætendebatur) prius detrahenda, quibus hodie discussis censuerunt Domini detrahendam esse dumtaxat summam sc. mille præfata Imperiæ ob causam lucri dotalis iuxta dispositionem Stat. Urbis lib. 1. Salgado Labyrinth. Credit. Tom. 11.

cap. 131. solutam de bonis Iulij Perintij primi viri & in constitutione Dotis Com. Fabio assignarum, ac post eius mortem eidem Lelio patris hæredi restitutam. Et aliam scut. 156. b. 55. in Funus illius impensam.

Nam lucrum dotale quod ex dispositione Stat. Urb. lib. 1. d. cap. 131. debetur vxori viro prædefuncto superstiti quando extant eiusdem matrimonij liberi, acquiritur ipsi quoad vsum fructum tantum, vt ibi legitur in versic. si vero maritus &c. Ideoque ex instanti mortis mulieris consolidatur cum proprietate apud hæredes viri existente, nec remanet in bonis illius, nec ad hæredes transmittitur, vt fuit dictum in Romana quarti dotalis 16. Martij 1618. coram bon. mem. Remboldo apud Fenzon. ad Statut. Urbis *decis.* 74. §. 1. *vers. fundamentum autem dicte resolutionis* &c. & in Rom. de Cavaler. 22. Martij. 1632. coram bon. mem. Coccino ibi *decis.* 79. §. 2. *vers. ratio decisionis fuit* &c. & infra ac in Romana hæreditatis 26. Aprilis 1632. coram bon. mem. Cardinal. Vbaldo, ibid. *decis.* 80. *sub princ. vers. si igitur, ac infra quæ est decis.* 117. p. 6. *re-cent.* & in aliis relatis in Romana reintegracionis 31. Maij 2649. Coram R.P.D. meo Orthobono, in S. neque obstat quod Paulus, &c. quare cum fuerit à Com. Fabio iam restitutum in summa dd. scut. mille præfata Lelio tanquam patris hæredi vigore mandati A. C. per Rotam confirmati præiis Decisionibus coram R. P. D. meo Cerro sub diebus 27. Aprilis 1646. & 11. Martij 1648. iure merito detrahi debet.

Impensa vero funeris detrahenda est integrè ex ipsa dote cum nulla extant alia imperiæ bona *leg. in eum*, vbi gloss. *in verb. conferre, l. seq. ac in l. Celsus, cum l. seq. ff. de Relig. & sump. fun. l. si vir, ff. ad l. falc. l. quod in vxorem. §. in funus, C. de negot. gest. 10. de Camp. de dot. p. 2. g. 61. n. 1. vers. cuius autem expensæ, Rol. de luc. dot. g. 90. Matth. Brun. *conf.* 139. n. 44. *vers. de quibus omnibus* &c. & *seq.* Franc. Viu. *dec.* 307. per tot. Garz. de exp. c. 8. n. 15. *vers. itaq. funeris sumptus, ac n. 41. vers. habemus diximus* &c. & *seq.* Rot. penes Greg. *dec.* 573. n. 9. *vers. expensæ funerum* &c. Imol. *leg. 1. Iulij* 1644. co. RR. D. meo in fin. At quantitas illius arbitrio Iudicis moderanda *l. si quis sepulchrum, §. sumptus* vbi gl. & DD. *de rel. sump. fun. Surd. dec.* 255. n. 28. *vers. que autem, & quanta impensa* &c. *com. seq.* Mastr. *dec.* 203. n. 23. *vers. & sic in casu prædicto*, &c. Vifa fuit DD. satis congrua vsque ad d. summ. sc. 156. p. 55. quam idem Co. Fabius in eam causam erogauit, attendita qualitate personæ, & quantitate dotis *in x. text. in d. §. sumpt. in l. & si quis, in §. aquum ff. eod. tit. Garz. de exp. d. c. 8. n. 16. vers. que quidem admittenda sunt* &c. Ioseph. Lud. *dec.* per 79. n. 15. *vers. dixi quod impensa*, &c. & *seq.* p. 2. Rot. *dec.* 399. n. 17. *V. cum in illarum* &c. p. 5. *rec.**

Verùm alia partita scut. mille, Com. Fabius constare matrimonio restituit vxori vna cum scutis trecentis, seu alia veriori summa pro interufuriis recompenfatiuis damni emergentis inter partes conuentis, non est detrahenda ad diminuendam portionem debitam Lelio in bonis & hæreditate matris. Quia cum fuerint ea lege restituti, vt cederent in extinctionem æris alieni quo dictus Camillus filius communis ipsorum coniugū opprimebatur, attento quod ipse conuenit, ac se obligauit illos matri restituere vna cum interufuriis, ipsamq; omnino indemnem conferuare, vt legitur in Instrumento solemniter celebrato

sub die 6. Maij 1641. recenseri debent in hereditate Imperiæ l. maritus in princ. ff. ad l. falc. Ac imputari in partem eiusdem Camilli penes ipsum Comitem Fabium eius partem, & legitimum administratorem remanentem l. 1. §. id quod natura, vers. si debitor creditori heres ibiq; gl. in verb. computetur, & DD. ff. ad l. falc. l. Nesen. vers. quid enim & c. vbi gl. & DD. ff. de neg. gest. l. alimenta, vers. si quid autem, vbi gl. in verb. materna pietate & c. in fin. vers. alius autem expensis, & in verb. ostenderis & c. alia gl. in l. 1. verb. non admittit & c. in fin. C. eod. tit. Cuch. in tract. de legit. sub rub. dat. inter. viii. non imputat. in legit. n. 20. vers. primo limitatur, & c. & n. 55. in fin. vers. sed tamen & c. Surt. de alim. tit. 6. q. 8. num. 64. vers. limitatur secundo, & seq. Peregr. de fideic. art. 36. n. 138. vers. aut voluntarie soluit & c. cum aliis relatis per mod. Pisaur. de imput. q. 40. n. 33. vers. aut filius erat inopi, Rot. penes Seraph. dec. 568. n. 3. vers. huic argumento, & f. m. Greg. dec. 368. n. 3. vers. minus etiam, & c. & in aliis.

Neque subsistit obiecta nullitas obligationis Camilli, seu quia in minori ætate, seu quia in patria potestate constitutus esset ex Stat. Urbis lib. 1. c. 151. & 152.

Quoniam uterque defectus ex facto eliditur. Constat enim, quod ille sacro fonte lauitus die 12. Iulij Anno 1618. tempore celebrationis dicti Instrumenti vigesimum secundum excefferat, quæ (peracto vigesimo) legitima erat Civis Romani ætas, vt specialiter cauetur Stat. Urb. lib. 1. c. 47. Rota penes Card. Seraph. dec. 746. n. 2. vers. & ex forma Stat. Urb. & c. dec. 751. n. 2. vers. sed difficultas tollitur & c. in rec. decif. 431. sub n. 3. vers. quia fuit responsum & c. p. 1. ac sæpe in aliis.

Præterea cum in eodem Instrumento Pater ipse interuenerit dd. pecunias in extinctionem æris alieni per filium contracti erogandas restituens vxori illas sub ea lege recipienti attenda restitutionis obligatione per filium vnico contextu facta, vt ibi legitur. Hinc sanè resultat patris consensus pro validitate huiusmodi actus sufficiens, l. sed Iulian §. quanquam in fin. vers. sed si scis & c. l. si tamen ff. ad S. C. Mac. l. 4. C. eod. Soc. conf. 200. n. 2. V. & hoc etiam & c. lib. 2. Mant. de tac. lib. 10. n. 43. vers. si verò pater, & c. Barb. in l. 2. §. fin. n. 29. vers. nam qui preses est & c. ff. fol. mat. Rot. dec. 811. n. 23. vers. & quamuis, ac seq. p. 1. diu. & in his terminis fuit d. in Rom. null. cont. 20. Nou. 1613. cob. m. Selenc. in rec. 527. n. 4. vers. idque tanto magis p. 1.

Quod euidenter demonstrat declaratio ab eodem Com. Fabio facta in principio dicti instrumenti, ibi, (quod per eius assensum, seu præsentiam infradicendo contractui adhibendum & c. non censetur dictus Camillus liberatus à patria potestate & c. nec illi iuuet quoad alios contractus per ipsum forsitan fiendos & c.) Quæ sanè verba tam explicitè, quàm etiam implicite dum excludunt patris consensum ab aliis contractibus per filium ineundis illum vtique in ipso tunc celebrato Præferunt l. cum prator ff. de iud. c. nonne, vbi gl. in verb. tacendo, vers. item argumentum & c. de præf. Crau. conf. 214. n. 13. vers. rursus referuatio. & c. cum seq. Rot. penes m. Greg. dec. 257. n. 4. vers. hæc. n. exceptio, dec. 579. n. 2. vers. item cum D. & c.

Minus obstat pendentia decennialis dilationis ad restituendam dictam summam Camillo concessæ. Quia per subsequentem obitum matris, ac successionem in bonis illius cessauit causa dilati-

tionis, ac proinde ipsa dilatio ad leg. aliquando §. fin. ad S. C. Velleta & l. A filia, §. alumno, ff. ad. S. C. Trebell. l. continuus, §. cum ita ff. de verb. obligat. Bald. consil. 212. eundo ad veritatem iuris, lib. 4. Alex. consil. 34. viso Instrumento sub n. 5. vers. non obstat si dicatur, & c. cum seq. lib. 2.

Alteræ summa scutorum centum per d. Com. Fabium soluta Io. Baptistæ Capannæ asserto Imperiæ creditori non est detrahenda. Quia in fine Instrumenti super eo credito celebrati rogato per acta Paciuchelli Not. Cap. sub die 27. Sept. 1642. legitur illius satisfactio, & cassatio rogat. eodem Not. die 6. Martij 1643. enuntiata etiam in alio per Com. Fabium exhibitio. Neque adducta d. moliaris confessio pro exoneratione conscientie ipsi Com. Fabio oretenus facta probatur eius assertionem, seu famulæ extrajudicalem Imperiæ enunciationem referentis, seu aliorum de auditu ab eadem famula, & à creditore, vel aliis deponentium dum agitur de præiudicio dicti Lelij, quo casu plenè iustificari debet præsertim contra prædictam eiusdem creditoris declarationem antea solemniter in d. Instrumento factam, quo casu efficacior requiritur probatio c. cum Ioannes §. porrò ibique gloss. in verbo quodlibet Instrumentum, de fid. instr. Socin. sen. conf. 189. n. 62. vers. nam licet alias, & c. l. 2. Rota penes m. Greg. decif. 375. n. 3. v. & aduersus instr. & c. & decif. 409. n. 3. v. & probationes & c. ac in Maceratè pecuniaria 27. Ian. 1645. coram R. P. D. meo Orthobotio in §. & eas que fuerunt pro parte Monasterij deducta & c. in fin.

Eademque ratione non sunt detrahenda nonnulla legata, quæ à prædicta Imperia facta dicuntur. Quia non iustificatur ex depositione dictæ Famulæ, vel alterius legatarie, nec aliorum singularium testium de auditu de deponentium iuxta reg. l. nullus; ff. de testibus l. omnibus vbi fulgos. sub n. 3. vers. de legatario dic, & c. C. eodem titul. cap. licet causam, vbi gloss. in verbo singulares, de probat. Mascard. de prob. concl. 970. n. 4. vers. primo limita & c. & concl. 1357. n. 7. vers. atque adeo & c. Rota penes fam. mem. Greg. decif. 310. n. 6. vers. tamen in hoc & c.

Postremo demum adducta pro parte dd. Camillæ, & Annæ Mariæ valoris partis domus in constitutione dotis Imperiæ comprehensæ, quæ post eius mortem ex alio particulari titulo fideicommissi per. Marfilium Barificianum ad eos spectare prætenditur. In præsentia non potest admitti. Quia testatoris dispositio Instrumenti dotalis contextus, & obiectarum detractionum releuantia super quibus Lelius dum vixit, & nunc eius heredes vehementer insistant, altiore in competenti iudicio discussionem exposcunt, ac dubiam reddunt huiusmodi prætensionem donec fuerit legitime definita l. 1. & ibi gloss. ac Ial. sub n. 19. & seq. & l. post rem indicatam, ff. de transact. Castr. consil. 464. visulando sub n. 1. vers. præterea etiam, & c. ac vers. præterea illa dicuntur, l. 1. Olasch. decif. pedem. 129. sub n. 7. vers. & licet & c. Rota penes Card. Seraph. decif. 275. sub n. 5. vers. sic non obstat & c. & sub n. 6. vers. ex his & c. Ac proinde portionis debitæ Lelio in bonis, & hæreditatem matris tot decisionis iam declaratæ restitutionem impedire non valet l. fin. C. de compens. Afflic. decif. 381. n. 5. vers. sic ad secundum dubiam & c. cum seq. Rota penes Seraph. decif. 1455. n. 3. vers. secundo quia, & c. cum seq. Mantic. decif. 349. n. 6. vers. que autem & c. sanct. mem. Gregor. decif. 220. numer. 5. vers. interim non est differenda executio

executio & c. Buratt. decif. 803. n. 9. vers. & prædicta & c. Duran. decif. 113. n. 7. vers. quia quicquid sit & c. decif. 197. sub n. 1. vers. quia ad hoc & c. ac in recent. decif. 679. sub num. 5. vers. & denique & c. cum seq. p. 1. decif. 743. num. 11. vers. non. obstat. denique exceptio, & c. retentionis & c. p. 3. decif. 254. sub num. 1. vers. nam quoad primum, & c. ac decif. 411. num. 24. vers. neque creditum & c. p. 5. & in Interam. Censur. 14. Maij 1628. coram bon. me. Priuato apud. Moder. Perusm. de manut. decif. 487. n. 9. vers. tamen in hoc omnes conueniunt & c. cum seq. Quæ sub obligatione Camerali per Com. Fabium in Instrumento dotali contracta pro omnibus quorum interest bene comprehenditur, vt fuit dictum coram R. P. D. meo Cerro sub die 27. Aprilis 1646. & 1. Maij 1648. Ideoque minus est retardanda, vt aliàs simili exceptioni Respondit Rota in decif. 641. n. 16. vers. quo verò fideicommissum cum seq. vsque in fin. p. 1. diuersor. dec. 536. sub n. 9. ad fin. vers. maxime cum agatur & c. ac decif. 947. n. 8. vers. non. obstat quod dicta bona & c. p. 4. recent. ac in Romana Censur. coram R. P. D. meo Melitio 10. Febr. 1645. in §. exceptiones vero & c. & 14. Iunij eiusdem anni, in §. neque ad impendium & c.

Et ita fuit conclusum vtraque parte informante, & c.

R. P. D. CERRO.

Eugubina Prædij.

Lune 14. Iunij 1649.

ARGUMENTVM.

Statutum fori, vnde emanauit prima sententia, debet attendi etiam in curia in gradu appellacionis. Venditor, qui promittit rem liberam & immunem, potest cogi in casu detecti grauaminis, ad deponendum pretium, donec liberatio sequatur. Pacta inter emptorem, & venditorem, circa modum solutionis pretij, non possunt præiudicare creditoribus nec graduationem turbare.

SVMMARIVM.

1. Causa appellacionis per biennium non prosequuta, efficitur deserta, nisi prorogata sint fatalia: & sententia in rem indicatam transit, perinde ac si nunquam ab ea fuisset appellatum.
2. Statutum Eugubinum prohibet appellacionem à secunda sententia, quæ concordet cum prima.
3. Sententia duo, quando vna confirmat alteram, vtique secunda, tam in substantia, quam in qualitate concordare videtur cum prima, & dicuntur conformes.
4. Et subsequenter intrat dispositio statuti de duabus conformibus, ad effectum rei iudicata, vt secunda executioni demandetur.
5. Et sic pluries decidit Rota in terminis similis statuti.
6. Secunda sententia confirmatoria prima, etiam si sit lata, in Curia tamen comprehenditur sub dispositione statuti fori prima quod proinde statutum seruari debet etiam in Curia, & n. 9.
7. Appellatio dicitur de Appendiciis illius instantie, cuius est sententia, à qua interponitur.
8. Illiusque causa censetur eadem in secunda instantia, vt etiam in prima.
9. Ita vt proinde semper subiaceat statutis illius fori, in quo prima sententia prolata fuit.

Salgado Labyrinth. Credit. Tom. II.

10. Appellacionis delatio simplex, efficit vt Index, à quo, non possit amplius in ea causa se ingerere.
11. Non autem vt causam inappellabilem, reddat appellabilem in præiudicio partis.
12. Responso de Apostolis reuerentialibus in forma, continet etiam resutatorios, quatenus causa non competat appellatio.
13. Venditor asserens rem liberam; ipsamque talem seruare promittens, potest in casu detecti oneris condemnari ad deponendum pretium, pro cautione, & indemnitate emptoris donec liberatio sequatur.
14. Imo emptor iustam habet causam agendi pro rescissione contractus, & compellendi venditorem, ceterosque obligatos ad restitutionem pretij, quamuis euictio sequuta non fuerit.
15. Relatio Periti, & calculatoris de consensu parrium electi, facit probationem probatam, & omnino debet attendi, donec de errore, plenè & concludenter doceatur, & n. 17.
16. Exceptio tertij apposta, non releuat, nisi concludenter probetur.
17. Modus solutionis inter emptorem, & venditorem variatus, nullum potest creditoribus præiudicium inferre, neque illorum gradum, & participationem villo pacto turbare.

DECISIO XXXII.

Vendiderunt Anno 1635. Aloysius, & Ioan. Carolus de Maggis quasdam Terras sitas in territorio Eugubij, Petro, & Septimio de Becchetis pretio scutorum 2786. sub expressa assertionem illas esse liberam, & expeditas ab omnibus iuribus, & actionibus, & aliis non esse datas, cessas, nec quouis modo alienatas; cui venditioni, & assertioni accesserunt vti principales, principaliter, & in solidum Sebastianus, & Ioanes Baptista de Sebastianis, Summ. de Becchetis n. 3. Verum habita notitia per emptores, quod dictæ Terræ reperiebantur grauata nonnullis censibus fortis principalis scutor. 1865. Idem inkiterunt coram Prætoro Eugubij pro relaxatione mandati contradictos Venditores, aliosque obligatos ad effectum deponendi in monte Pietatis quantitatem illis correspondentem, donec dictas Terras liberam præstiterint, & sententiam fauorabilem reportarunt, quæ deinde in gradu appellacionis confirmata fuit ab A. C. sed causa mihi commissa cum clausula confitro de re iudicata, exequatur. Proposui dubium; An constet de re iudicata, quæ veniat exequenda, vel potius de causis restitutionis in integrum; & Domini affirmatiuè quo ad primam partem, negatiuè verò quo ad secundam responderunt. Cum enim appellatio interposita fuerit 19. Decembr. 1646. & toto sequenti biennio nihil actum in causa, nec prorogata fatalia, ipsa remansit deserta, & sententia in rem iudicatam transiit, perinde ac si nunquam ab ea fuisset appellatum. A. ut. ei qui, C. de tempor. appell. cap. Cum sit Romana extr. de appellat. Clem. si appellacionem eodem titul. Scac. de appellat. quest. 15. art. 8. num. 119. cum seq. Vestr. in prax. lib. 3. cap. 5. n. 2. cum aliis plenè adductis in Cautien: iurispatronatus 13. Martij 1645. coram R. P. D. meo Roayas, iu Aquilana iurispatronatus 4. Iunij 1646. coram R. P. D. meo Corrado §. quia cum ab eo tempore, in Caietana bonorum 3. Decembris eiusdem anni, & in Ianuen. fructuum dotis, 8. Februarij 1647. coram Me.

H 2.

Et

- 2 Et insuper in euitabilis visa fuit res iudicata ob dispositionem Statuti Eugubini prohibentis appellationem à secunda sententia, quæ concorderet cum prima, dicto Summ. num. 6. Vnde cum in casu nostro vna confirmet alteram eodem Summar. n. 4. & 5. Vtique secunda tam in substantia, quam in qualitate concordare videtur cum prima, & dicuntur conformes Gloss. & DD. in clem. 1. de re iudicat. Rota in recent. decis. 491. n. 1. part. 5. cum concordantibus adductis in Senogallien. 4 supplementi legitimæ 17. Maij. 1645. iſ. conformitas & in Romana domorum de Regardis 15. Ianuarij præteriti §. si quidem conformitas, coram Reuerendissimo Domino meo Decano Et consequenter intrat dispositio dicti Statuti, quod prohibendo vltiorem appellationem, operatur, vt præfata sententiæ habeant vim trium, & constituerint rem iudicatam executioni demandandam vt terminis similis Statuti respondit Rota coram sa. me. Greg. decis. 492. n. 1. coram Card. Caualer. decis. 387. num. 1. ac dictum fuit in Romana Saluiani 13. Aprilis 1646. coram R. P. D. meo Orthobono.
- 6 Idque etiam si hæc posterior prolata fuerit in Curia per Authorem Camere. Quia cum emanauerit in gradu appellationis interposita à Priore lata in patribus, utiq; comprehenditur sub dispositione præfati Statuti, quod proinde seruari debet etiam in curia, vt in proximis terminis tenuit Rota in Bononien. successione 22. Maij 1669. coram bon. mem. Sacrato penes Pacific. de Saluian. decis. 54. n. 10. vers. quod quidem statutum, & in Bononien. administrationis de Linis 1. Iulij 1620. coram recol. me. Coccino. Appellatio enim dicitur de Appendicis illius instantiæ, cuius est sententia, à qua interpouitur, leg. in iudicijs, vbi DD. C. de procurat. Castr. in leg. ab executoribus, §. si procurator n. 2. ff. de appell. & in l. inuitus n. 4. ff. an per alium dari appell. agi poss. Scacc. de appellat. quest. 5. n. 12. vers. ratio est, & quest. 18. num. 2. vers. primo quia, Achill. de Grass. decis. 4. n. 1. de appell. Rota diuers. decis. 330. num. 1. p. 2. repetita penes eundem Pacific. decis. 148. num. 2. & dictum fuit in Bononien. legati 3. Iulij 1645. coram me §. prout etiam, vers. hic auctoritates illiusque causa censetur eadem in secundâ instantia, prout etiam in prima gloss. in l. si ita demum, verbo agit ubiq; Salycet. in fin. & in d. l. inuitus num. 15. C. de procurat. Ioan. Petr. Ferrar. in practic. Papien. de form. apponen. contr. test. gloss. sumque publica. sub num. 3. vers. aut enim, hæc noua Rota Bononien. diuers. decis. 138. num. 116. & coram recol. mem. Coccin. decis. 42. num. 6. vers. nam causa. Itavt proinde semper subiaceat statutis illius fori, in quo prima sententia prolata fuit, vt probat Scacc. dicta quest. 18. per tot. & ad propositum respondit Rota diuers. dicta decis. 330. num. 2. p. 2. & penes Pacific. de Saluian. dicta decis. 154. sub n. 10. vers. & fuit ponderatum, & dicta decis. 248. d. n. 2. vers. & ideo subiacet.
- 10 Nec refert, quòd A. C. detulerit appellationi, dum pro responsione de Apostolis, dedit Reuerentiales.
- 10 Quia, præterquod simplex appellationis delatio afficit quidem vt Iudex, à quo, non possit amplius in ea causa, se introuertere cap. cum appellationibus frivolis, de appellat. non autem vt causam in appellabilem reddat appellabilem in præiudiciū partis, vt late probat Gabr. cons. 35. n. 4. & 5. lib. 1.

Rota in Romana damnorum & interesse 10. Iulij 1592. coram bo. me. Penia inter eius impress. dec. 179. n. 4. vers. sed Domini, cum seq. Add. ad bo. me. Burat. decis. 556. num. 17. dum A. C. non dedit Apostolos reuerentiales simpliciter, sed in forma, dicto Summario n. 7. ex indè non censetur detulisse appellationis nisi ipsa competenti, cum sub huiusmodi responsione, quando causa (provt hic) non est amplius appellabilis contineantur etiam refutatorij, ad tradita per Vestr. in proem lib. 7. cap. ultimo n. 2. Cassad. decis. 7. n. 5. de appell. Rota in Anconitana de Cdz. 7. Iulij 1592. coram clar. memor. Cardinali Hieronymo Pamphilio relata per Adde. ad bon. mem. Burattum dicta decis. 556. n. 16. idemque his adductis, firmatum fuit in Volaterrana Prioratus 15. Decembris 1645. coram R. P. D. meo Bichio §. final.

Et prædicta indubitanter procedunt, concurrentibus validitate, & iustitia sententiarum, quarum prima resultat ex reuolutione processuum; secunda verò probatur ex publico Instrumento supradictæ venditionis in quo, post emissam assertionem, quòd terræ venditæ, erant expeditæ ab omnibus iuribus, & actionibus nullisque data, cessæ, nec quouis modo alienatæ; Venditores, illorumque fideiussores in solidum se se obligarunt illas conseruare liberas, & vacuas ab omnibus oneribus, & ipsos emptores indemnes penitus manutene ad quamlibet eorum simplicem requisitionem, vt in Extract. fol. 42. & dicto Summario n. 3. Vnde cum deinde detectum fuerit, venditores super illis antea imposuisse plures census fortis principalis scutorum 1865. Iure merito condemnati fuerunt ad deponendam dictam summam in Monte Pietatis pro cautione, & indemnitate ipsorum emptorum, donec dictæ terræ ab illorum oneribus fuerint liberatæ, vt eleganter probat text. in leg. ex iis prædijs. Cod. de euict. quem sequuntur Surdus consil. 13. n. 15. & 16. Mangil. de euict. quest. 122. num. 20. cum pluribus segg. Cacher. decis. pedem. 24. num. 4. & firmatum fuit coram Card. Ceraph. decis. 321. num. 19. & 20. Quinimò emptores iustam habebant causam agendi pro rescissione contractus, & compellendi Venditores, cæterasq; obligatas ad restitutionem pretij, quamuis euictio actualiter sequuta non fuerit, vt tenuit Rota diuers. decis. 304. n. 1. & 2. part. 4. repetita penes Cenciann. de Censibus decis. 46. num. 1. cum pluribus segg. in Bononien. prædij 27. Iun. 1639. coram RR. D. meo Terracien. §. que dicuntur, & in Vrbeuetana bonorum 4. Febr. 1643. 23. Maij 1644. & Iun. 1645. coram R. P. D. meo Royas.

Nec obstaret, quòd Beccheti assignauerint venditoribus pro parte pretij conuenti, censum, quem habebant cum illis de Brunis fortis principalis scutorum 1350. & sub ea expressa lege quod in euentum in quem ipsi non intrarent in concursu, & sententia graduatoria ferenda ad fauorem omnium creditorum præfatorum de Brunis, tenerentur ad solutionem dictorum scutorum 1350. atque ideo cum ipsi non intrauerint in præfato concursu conueniri possint ad dictam solutionem & consequenter præfatum summam imputare debeant in quantitate per ipsos petita.

Difficultas enim visa fuit penitus remoueri, tum ex sententia graduatoria in qua ipsi de Becchetis positi, & graduati fuerunt in loco decimonono, dicto Summario num. 2. Tum etiam

ex relatione Periti, & Calculatoris ab A. C. de consensu partium electi ex qua apparet, integrum debitum dictorum de Brunis non excedere summam scutor. 16307. eodem Summ. num. 8. & ideo cum valor bonorum ad ipsos spectantium, & per eosdem maggios emptorum, ascendant ad scuta 18000. vtiq; ipsi de Becchetis necessario intrant in concursu, & graduacione dictorum creditorum. Relatio enim Periti, & Calculatoris de consensu partium electi facit probationem probatam, & omnino debet attendi, donec de errore plenè, & concludenter doceatur, iuxt. gloss. in litem si vnus §. principaliter, verbo auctoritati in fin. ff. de recept. arbitr. Bart. in l. instari n. 6. Cod. de iur. fici Angl. in leg. aduersus, C. de usur. & fruct. legat. Neuiz. consil. 94. n. 18. Paris. consil. 96. num. 3. lib. 1. Scacc. de appellat. lib. 3. cap. 2. quest. 17. limit. 35. sub n. 1. sanct. mem. Greg. dec. 229. n. 4. Rota in recent. dec. 354. n. 1. p. 1. decis. 533. num. 1. vers. & propterea part. 3. decis. 129. num. 6. part. 5. decis. 47. num. 7. part. 7. & dictum fuit in Romana supplementi legitimæ 6. Iulij 1646. coram Me §. nec dubitari.

Et hinc etiam cessaret præsentio quod creditores anteriores ratione fructuum censuum eis debitorum assumerent integram summam dictorum scutorum 18000.

16 Quia, præterquod huiusmodi exceptio opponi non poterit à maggis, qui sunt tertij, nisi concludenter per ipsos probetur ad notata per Ioan. Andr. in cap. super his 16. n. 7. vers. quia si obiciatur, de accusation. Lapp. allegat. 94. n. 4. propè finem vers. nam si accuso Titium Cephal. consil. 47. num. 5. Amat. decis. March. 61. num. 13. & 14. Tollitur omnis scrupulus ex dicta relatione, cum ex ipsa appareat, integrum debitum dictorum de Brunis non excedere supradictam summam scut. 16307. cui proinde omnino standum esse videtur, vt præter superius allegatos dixit Rota dec. 10. n. 12. part. 6. rec.

Provt nec subsisteret, quod in dicto concursu sit habenda ratio de scutis dumtaxat 12. mill. in pecunia numerata perfolutis, non autem de alijs scutis sex mille assignatis in tot bonis.

Quia cum creditores dictorum de Brunis haberent obligata, & hypothecata omnia ipsorum bona, & signanter præfata vendita dictis de maggis, atque ideo in iudicio concursus pariformiter deducta, & in sententia graduatoria pro dicta quantitate scutorum 18. mill. ad ipsorum fauorem comprehensa fuissent; modus solutionis inter emptores venditores variatus, nullum potuit ipsi creditoribus præiudicium inferre, neque illorum gradum, & participationem villo pacto turbare, vt probat text. apert. in leg. debitorum pactionibus Cod. de pact. Surdus decis. 132. num. 8. vers. & pactum. Ac per consequens siuè dictum pretium promissum, & perfolutum fuerit in quantitate, siuè in bonis, de eo integraliter erit habenda ratio. Quod etiam ipsi emptores, & debitores agnouisse videntur, dum Instrumento dictæ venditionis cõuenerunt, quòd si creditores describendi in sententia graduatoria excederent scuta 18000. venditio haberetur pro non facta signum euidens quòd ipsi creditores participare debebant de integro bonorum pretio, non autem de folis scutis 12. mill.

Et ita vnica tantum, &c.

EMINENTISS. ET REVERENDISS.
D. CARD. OTTOBONO
Beneuentana Domus.
Lunæ 10. Maij 1649

ARGUMENTVM.

Immissio ex remedio vtilis Saluiani interditi conceditur concurrentibus extremis Quæ enumerantur multa de præscriptione, & scientia, quæ ibi requiritur. Minor potest agere contra Tutorem, ex cuius scientis negligentia passus est præscriptionem.

SVMMARIVM.

- 1 Extrema Saluiani sunt. Creditum cum hypotheca. Possessio debitoris de tempore obligationis. Et possessio præsens detentoris, contra quem dirigitur actio quibus concurrentibus, immissio est concedenda.
- 2 Heredum omiſſa mentio in contractu, ubi agitur de re sui natura ad Heredes transitoria, non excludit, quin in dubio censentur comprehensis, cum omnia pacta tam actiua, quam passiua, tranſeant in Heredes.
- 3 Maxime dum agitur vigore obligationis cameralis, quæ ipsos indubitanter comprehendit.
- 4 Pacti de retrovendendo natura est, quod tranſeat ad Heredes.
- 5 Obligatio Cameralis continet hypothecam, absque nulla dubitatione.
- 6 Præscriptio statutaria non habet locum in actione reali.
- 7 Restitutio in integrum aduersus præscriptionem, competit ex capite probabilis ignorantia.
- 8 Scientia tutoris sufficit ad præscribendum contra pupillum.
- 9 Quo casu datur actio minori contra tutorem.
- 10 Curator in testamento relictus non attenditur, nisi à minore petatur, & à Iudice confirmetur.
- 11 Scientia tutoris in vlla re cuius implementi durat tempus post finitam tutelam, non debet illi in negligentiam imputari, si finita tutela, inde sequatur minori, aliquod præiudicium; & maxime in terminis præscriptionis.
- 12 Minores nullam habent actionem contra tutorem non negligentem, pro releuatione damni ex præscriptione passis, cum præscriptio non potuerit tribui negligentia tutoris, dum post tutelam adhuc tempus ad agendum superest.
- 13 Remedium subsidiarium restitutionis in integrum eatenus competit minori, quatenus habere non potest recursum contra tutorem scientem, & negligentem, occasione passæ præscriptionis.
- 14 Scientia tutoris post finitam tutelam, vti persona priuata non nocet minori.
- 15 Cohabitatio inducit. præsumptionem scientiæ actuum successiuorum, qui sunt domi, & patet ex oculari inspectione. Secus est in actibus momentaneis, & his, qui continentur in instrumentis & contractibus.
- 16 Tutor relictus filiis masculis nominatis, non extenditur ad feminas.
- 17 Scientia in foeminis non præsumitur ex retentione scripturarum. Et maxime in terminis restitutionis aduersus præscriptionem.
- 18 Scientia Litis consortium non nocet ad effectum præscriptionis.

- 19 Statutum Beneventanum excludit feminas propter masculos.
- 20 Exclusio statutaria feminarum propter masculos, habet tacitam conditionem, quatenus soli mascululi velint succedere, & feminas dotare.

DECISIO XXXIII.

Domini perstiterunt in decisio coram Me sub die 13. Nouembris proximè præteriti, qua die firmatum fuit Catharinæ, & aliis de Carissimis agentibus, ac hæredibus Bartholomæi, & Antonij concedendam esse immiſſionem ex remedio vtilis Saluiani interdicti in domo, de qua agitur in vim pacti de restituendo eandem domum sub obligatione camerale appoſita in epocha confecta per Lurium Miſtum auctore Claudiæ.

Ratio resolutionis fuit eadem, quæ aliàs fuit deducta, nempe quia concurrunt omnia extrema, quæ in Saluiano requiruntur. Creditum cum hypotheca possessio Lurij debitoris de tempore obligationis, & possessio Claudiæ contra quam hodie dirigitur actio, his vero concurrentibus immiſſio ex Saluiano est concedenda Menoch. de adipiſcend. remed. 3. n. 161. cum seq. Rota decis. 491. num. 6. penes la. me. Gregor. X V. & in rec. decis. 407. n. 1. part. 5. & alibi sæpiſſime.

Neque dici potest, quod creditum deficiat, ex quo pactum de restituendo domum vti conceptum ad fauorem qq. Bartholomæi, & Antonij absque vlla mentione hæredum non egrediatur persona eorum ad quorum fauorem fuit conceptum; Ideoque non tranſeat ad eorum hæredes l. si tibi 18. §. si quis, ff. de pact.

Quia in proposito licet nulla sit facta mentio Hæredum; tamen cum expreſſe actum non fuerit, vt contractus non tranſeat ad hæredes, nec agatur de re de sui natura ad illos non tranſitoria, hæredes in dubio cenſentur comprehenſi; Nimis enim certum est, quod omnia pacta tam actiua, quam passiua tranſeunt ad hæredes l. si pactum 9. ff. de prob. l. si neceſſarius 8. §. de vendendo ff. de pignor. act. Surdus conf. 540. n. 31. cum seqq. Rota decis. 659. n. 4. part. 4. tom. 3. rec. maxime dum agitur de vigore obligationis Cameralis; quæ ipsos indubitanter comprehendit Rota apud Zacch. de oblig. Camer. decis. 93. n. 23. & decis. 253. num. 2. & est de natura pacti de retrouendendo, quod tranſeat ad Hæredes, Gloss. in l. si fundum 2. in verbo sine hæredes, C. de pact. interemptor. & vend. Mant. de tac. lib. 4. tit. 32. n. 17, & 18. Couarr. pract. quæst. cap. 39. sub. n. 2. vers. 4. aduersus communem, Dec. conf. 614. n. 11. cum seq. Surdus dicto consil. 540. num. 32. Ioseph. Ludou. decis. Perus. 23. num. 39. Fontanell. decis. 86. n. 6. Rota in reſcutores decis. 502. n. 2. p. 2. & decis. 525. num. 2. part. 4. tom. 3. & coram Buratto decis. 937. n. 1.

Hypotheca omninò clara reſultat ex obligatione camerale, quæ ipsam continet absque vlla dubitatione Grat. disc. 391. n. 48. Rota decis. 141. n. 5. decis. 187. n. 3. penes Zacch. & coram Buratt. decis. 687. num. 4. & in Auenton. Saniiani 8. Iunij proximè præteriti in §. creditum autem coram R. P. D. meo Bichio.

Neque obſtat præſcriptionis exceptio, super qua informantes pro Claudiæ acriter inſtererunt, quia statutaria tam Virbis, quam Beneuenti, non habet locum in actione reali, Gabr. concl. 4. num. 17. de præſcr. Rota decis. 727. num. 5. p. 1. diu. & decis. 9. numero. 5. post Pacific. de Salu. cum aliis

relatis in decisione huius causæ in §. neque releuat. Alia verò legalis etiamſi completa cenſeri poſſet adhuc tamen non obſtaret Carissimis agentibus, quia ipsis vti hæredibus qq. Bartholomæi, & Antonij, quibus fuit facta promiſſio, competit reſtitutio in integrum in actis iam petita ſaltem ex capite probabilis. ignorantia, quam in his terminis competere firmat Marcfc. variar. reſol. cap. 98. n. 7. lib. 2. Nat. conf. 492. n. 4. & sequen. Raud. decis. Piſa. 12. n. 52. & seq. part. 1.

Huiusmodi verò reſtitutio in integrum excludi non potest ex eo, quia Spicio tutor. eorum de Carissimis, pacti, de quo agitur, ſcientiam habuerit, hanc verò esse ſufficientem ad præſcribendum, contra pupillum est text. in leg. 3. §. ff. de tribus. act. leg. si tutoris 23. Cod. de adm. tutor. Nat. diſt. conf. 492. n. 6. & seqq. vbi quod eo casu minor debet agere contra tutorem, idemque dicit Bero. conf. 121. n. 19. & seq. lib. 3. Rota in Bonon. prædij 27. Iannarij 1642. §. si. coram R. P. D. meo Cerro.

Quia obiectum ex facto corrui animaduertendo, quod tutela incipere non potuit nisi ab Anno 1631. quo Bartholomæus instantium pater deceſſit. vt in Summario primæ positionis n. 4. & completa fuit ad ſummum de Anno 1634. quo nedum Octauius natus Anno 1606. & Ioseph. natus Anno 1613. filij masculi dicti Bartholomæi, sed etiam filia femina, nempe Ioanna Anno 1617. Leonora Anno 1620. & Catharina Anno 1622. orta pubertatem exceſſerant, vt ex ſidibus Baptiſmatis hodierno Summario num. 2. & 3. Ideò tutela verificari non potest ſaltem reſpectu Octauij, Iosephi, & Ioannæ cohæredum, qui de tempore obitus Bartholomæi erant minores, non verò pupilli, quibus tutor non datur, nec minus curator, cum hic detur petenti, vt in terminis curatoris in Testamento relicti, quod non attendatur, nisi à minore petatur & à iudice confirmetur, Gabr. conf. 25. n. 9. cum plurib. seqq. lib. 2. Rota decis. 470. num. 2. p. 1. recen. & in Romana Saluiani 17. Martij præteriti sub §. ſubſiſtere etiam viſam fuit. & seq. coram Me.

Sed, & eo magis reſtitutio in integrum Carissimis venit concedenda, quia præſcriptio obiecta non habuit ſuum complementum de tempore tutelæ, sed longè post, quapropter quatenus tutor legitimus extitiſſet, & pactum ſciuiſſet; attamen ex hoc negligens reputari non poſſet, cum in præſenti adhuc tempus post tutelam ſuſceſſet ad redimendam domum, idemque duraret per decem annos l. ſicut. 8. §. non videtur ff. quibus mod. ping. & c. Surdus conf. 45. n. 46. & in decis. 62. n. 13. & decis. 302. n. 13.

Ideo ſicuti minores nullam habent actionem contra tutorem non negligentem pro releuatione damni ex præſcriptione paſſi, cum præſcriptio non potuerit tribui negligentia tutoris, dum post tutelam tot anni ad agendum ſupererant, ita ceſſante negligentia eiufdem tutoris ſubintrat remedium ſubſidiarium reſtitutionis in integrum, quod eatenus priuantur minores, quatenus habere poſſunt reſcurſum contra eorum tutorem ſcientem, & negligentem Bart. in l. qui duos 10. n. 6. ff. re rebus dub. Nat. diſt. consil. 492. num. 6. cum seq. Bero. diſt. consil. 121. num. 20. lib. 3. Odd. de reſtit. in integr. quæſt. 86. n. 37. & 44. Surd. conf. 226. n. 15. cum seq.

Nec poſt tutelam ſcienti à tutore perſonæ priuatæ

15 priuatæ Carissimis noceret, Gratian. diſcept. 957. n. 4. Rota decis. 508. n. 2. p. 1. recen.

Itaque nullo modo ſcientia Scipionis tutoris potuit præiudicare Carissimis, quorum ſcientia, nec minus æquum est inducere, eo quia cum Scipione ſimul cohabitauerint, nam ex cohabitatione præſumitur quidem ſcientia actuum ſucceſſiuorum, qui ſunt domi, & patent ex oculari inſpectione, ſecus verò dicendum est in actibus momentaneis, & his continentur in instrumentis, & contractibus, Burdus, d. conf. 45. n. 51. Rota decis. 541. n. 42. & seq. p. 5. decis. 262. n. 3. p. 6. recen.

16 Et in omnem euentum viſa fuit ceſſare omnis amaritudo reſpectu Ioannæ, Eleonoræ, & Catharinæ filiarum feminarum Bartholomæi, quæ nunquam fuerunt ſub tutela Scipionis relicti tutoris filiis masculis nominatim l. si quis ita 16. §. 1. ff. de reſtam. tutor. Ioan. Harprecht. in §. si quis filiab. sub n. 5. vers. aliud verò inſit. qui reſtam. tutor. dar. poſſ. & penes quas ex retentione ſcripturarum nõ præſumitur ſcientia earundem vt in puncto reſtitutionis aduerſus præſcriptionem, Mascard. de prob. conf. 1080. n. 19. Barz. dec. 101. sub n. 16. nec ſcientia aliorum litis confortium illis nocet Couar. pract. quæſt. cap. 13. n. 7. Rota dec. 426. n. 15. coram Vrgellen.

Non obſtat, quod in Testamento Bartholomæi patris, non femina, sed ſoli masculi fuerint Hæredes inſtituti, quia quicquid ſit de hæreditate paterna, dictæ mulieres agunt etiam vti Hæredes q. Antonij eorum patris ab inſtato defuncti, cui pariter competebat pactum prædictum, & licet vigore Statuti Beneuentani eſſent propter masculos excluſæ, cum tamen masculi illas admiferint ſecum ad adeundam hæreditatem illius; eamque vna cum ipsis aduerſum, ceſſat excluſio, quippe quæ vti inducitur masculorum fauore habet tacitam conditionem, quatenus ſoli masculi velint ſuccedere, & femina dotare Tort. ad ſtat. Papiæ rubr. 95. in ciuil. num. 153. fol. 547. Honded. conf. 1. n. 85. lib. 2. Gabriel. consil. 139. n. 32. lib. 2. Rota decis. 375. n. 14. par. 4. tom. 2. recen. & in Interamn. dotis 27. Iannarij 1648. in §. non obſtat alterum statutum coram Reuerend. Terracinen.

17 Quæ facilius procedunt, quia huiusmodi admifſio feminarum non est dolosa pro obtinenda reſtitutione in integrum, cum de tempore aditionis de Anno M. DC. XL. non eſſet completa præſcriptio, ideoque cohæredes masculi non indigebant eorum auxilio pro reſtitutione in integrum obtinenda.

18 Perſtiterunt itaque DD. in iam decisio vtraque parte, & c.

R. P. D. CERRO.

Romana Dotis.

Luna 27. Maij 1647.

ARGUMENTVM.

Testator non potest derogare Testamento facto iam perfecto per Epistolam, vel aliquid simplicem actum, absque solemnitatibus ad Testamentum requisitis, Per Epistolam duobus Testibus munitam potest à Testatore declarari dispositio Testamenti dubia. Legatarius in re legata præfertur Credi-

toribus non habentibus hypothecam, quando Hæreditas est soluenda.

S V M M A R I V M.

- 1 Testator per Epistolam, vel alium simplicem actum voluntatis declarationem, diuersimodè disponendo, non potest derogare dispositioni in Testamento facta, & perfecta, non adhibitis septem Testibus, aliisque solemnitatibus adhiberi solitis.
- 2 Textus in leg. Epistola 75. ff. ad Trebell. disponens quod liceat Testatori voluntatem suam per Epistolam declarare, vbi duo tantum Testes sufficiunt; declaratur procedere vbi dispositio est dubia, secus vbi omnino est clara, & perfecta; non. n. recipit declarationem.
- 3 Non potest fieri declaratio continens nouam dispositionem, nisi adhibitis septem testibus, aliisque solemnitatibus in Testamento requisitis.
- 4 Oblatio, & exhibitio, nisi ad actum perducatur, nihil ponit in esse.
- 5 Testator, qui nouam dispositionem non fecit, in eadem permanisse censetur: Epistola superinde ab ipso scripta, reſoluitur in simplex ratiocinium: ita vt haberi debeat perinde ac si scripta non fuisset.
- 6 Bona hæreditaria, statim post hæreditatis acceptionem, cadunt sub hypotheca ad fauorem creditorum hæredis.
- 7 Legatum non debetur legataria, nisi prius deducto ore alieno grauantis.
- 9 Et creditoribus competit aduersus eum retentio.
- 9 Legatarius in re legata præfertur ceteris Creditoribus Testatoris, quando Hæreditas est soluenda: secus autem ea reperia non soluendo declaratur. n. 12.
- 10 Quo casu eiſdem creditoribus incumbit onus probandi inopiam hæreditatis.
- 11 Creditores testatoris non tenentur discutere res admodum intricatas, & litibus inuolutas, sed poſſunt se dirigere in rem legatam; etiam ad præiudicium legatarij.
- 12 Legatarius præfertur in re legata creditori chirographario non habenti hypothecam.
- 13 Secus verò habenti hypothecam ex obligatione Camerali: quod procedit etiam si Hæreditas sit soluenda.
- 14 Creditor sub obligatione Camerali potest eligere vnum ex pignoris debitoris sibi bene viſum pro satisfactione sui crediti.
- 15 Et Testator non potest hoc ius creditoribus impedire.
- 16 Legatarius non valet exercere tacitam hypothecam sibi pro legato competentem, nisi in eo quod remanet, satisfactis creditoribus.
- 17 Debita Testatoris de iure sunt soluenda ab Hærede absque mandato Testatoris.

DECISIO XXXIV.

Postquam his resolutum fuerat Instrumentum dotale, de quo agitur non esse exequendum, Reproposito iterum eodem Article idem pariter decisum fuit pro tertia vice, non obstante quod etiam hodie Informantes pro Anna acriter contenderent, repetendo ipsam non fuisse hæredem Crescentij, sed Lauræ, cum hoc abundè sublarum fuerit ex responſionibus latè deductis in decisionibus sub diebus 15. Iunij 1643. & 2. Decembris 1644. cum quibus etiam hodie Domini tranſerunt.

Nec releuat Epistola nouiter producta post conditum Testamentum transmissa Crescentio; in qua Laura declarauit suæ voluntatis esse, quod Creditores non possent consequi satisfactionem super bonis à se illis relictis, sed quod Crescentius posset ex illis extinguere aliquod debitum magis sibi bene visum, ibi, e questo è contro la mia volontà, che è stata, & è, che della robba mia V.S. se ne possa seruire per pagare qualche suo debito proprio che à lei più parer à, o per altro suo bisogno, ma che non possi mai esser forzata nessuno sopra la mia heredità, né, V.S. ne chi haner à da lei, o in vita, o in morte.

Quia omiſſa exceptione non facta recognitionis, de qua valde poterat dubitari, & hæc sola interim ſufficeret fuit animaduertum huiusmodi Epistolam aduerſarij testamentariae dispositioni, vbi Laura conceſſit eidem Crescentio hæredi inſtituto ampliffimam facultatem diſponendi de bonis ſibi relictis tam in vita, quam in morte, ibi. In tutti, è ſinguli miei beni, &c. Inſtituiscono mio vniuerſale herede il Sig. Crescentio Crescentij vno fratello, al quale laſcio l. vniuerſa mia heredità &c. li concedo facoltà ampliffima di poter diſporre del reſtante di ſuo arbitrio in vita, & in tempo di morte, &c. Dum enim voluit poſſe Crescentium ad libitum ſuæ voluntatis diſponere etiam in vita, cenſetur etiam voluiſſe quod poſſet illa hypothecare, vel vendere pro ſatisfacien. Creditorebus, & ſic non potuit Laura diſpoſitioni in Teſtamento facta, & perfectæ derogare per ſimplicem Epistolam aliter diſponendo non adhibitis ſeptem Teſtibus, aliſque ſolemnitatibus adhiberi ſolitæ l. heredes palam §. ſi quid poſt factum, vbi Gloſſ. & Bart. num. 4. aliique communiter ff. de teſtam. idem Bart. in l. 2. in quaſt. 5. princ. verſic. quæro ergo, & reuoco ff. de vulg. & pupill. Bero. conſil. 127. n. 1. lib. 2. Hond. conſ. 51. n. 76. lib. 2. Surdus conſil. 129. n. 29. Mantica. de coniect. ult. vol. lib. 12. tit. 16. n. 10. & 11. Rota in rec. decif. 604. n. 21. p. 5.

2 Nec facit quod legatarius in re legata præferatur cæteris Creditorebus Teſtatoris, quando hæreditas eſt ſoluendo, licet ſecus ea reſerta non ſoluendo, vt tradit Cin. in l. 2. circa medium, ibique Alberic. num. 2. Cod. qui pot. in pig. hab. quem ſequitur Bart. in l. is cui, §. poſtquam circa fin. ff. vt in poſſ. legat. Nart. conſil. 199. n. 8. Surdas decif. 316. num. 12. eiſdemque Creditorebus incumbat onus probandi inopiam hæreditatis, ex alleg. per Surd. decif. 316. num. 14. cum concordat.

3 Quia præter quod (ſi verum provt dicebant Informantes pro Creditorebus) ex Inuentario ab hæredibus vniuerſalibus confecto apparet in hæreditate Crescentij nulla alia bona adeſſe præter iura dotalia Lauræ, & mobilia Urbis ipſi Annæ relictæ. Prætenſiones verò, Palatium, Domus ad vſum ſalſamentariæ ad Rotundam, de quibus meminuit Rota in Romana Saluiani 7. Maij 1646. coram R.P.D. meo Peuringero, cum ſint admodum intricatæ, & inuolutæ litibus diſcuti non debent à Creditorebus, vt probat *tex. in l. vel à debitoribus ff. de relig. & ſumpt. funer.* & firmavit Rota coram R.R. Vrgellen. decif. 212. n. 12.

4 Concluſio procedit in Creditore Chirographario non habente hypothecam, in quibus terminis loquitur Gloſſ. huius opinionis magiſtra in d. leg. is cui §. Poſtquam in verbo non habeatur ff. vt in poſſeſſ. leg. Secus vero vbi, provt hic, Creditor ex obligatione Camerali habet hypothecam. Tunc enim præfertur legatario in re legata, etiamſi hæreditas ſit ſoluendo, & in his terminis egregie firmavit Rota in Aſculana Domus 3. Iunij 1602. coram bon. mem. Coccino, inter eius impreſſ. 67. n. 7. cum pluribus ſegq. & in Venuſina, Legati 28. Iunij 1623. coram eodem in rec. decif. 493. n. 26. & 27. part. 8. Creditor enim ſub obligatione Camerali poteſt eligere vnum ex pignoriſ debitoris ſibi bene viſum pro ſatisfacien. Crediti leg. qui generaliter ff. qui pot. in pig. hab. & leg.

ſimplex ratiocinium, itavt haberi debeat perinde ac ſi ſcripta non fuiſſet, ad *tex. in l. ſi quis ſub conditione §. ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſtam. l. pecuniam 36. in ſi. ff. ſi cert. per. Menoch. conſ. 660. n. 3. cum aliis in Arboren. Canonicius 24. Ianuar. 1633. Merlino in rec. dec. 173. n. 2. p. 6.*

Provt etiam nihil releuat quod Anna fuerit tantummodo inſtituta hæres particularis, proindeque non intret exceptio l. vindicantem, ff. de cuius. Quia dum omnia bona, actiones, & iura dotalia Lauræ ſequuta acceptatione hæreditatis affecta fuerunt proprium matrimonium Crescentij hæredes inſtituti, illicò ceciderunt ſub hypotheca ad fauorem ſuorum Creditorebus: vnde licet Anna fuerit tantummodo hæres particularis, quæ habetur loco legatarij, adhuc tamen vindicare non poteſt hæreditatem Lauræ à Creditorebus Crescentij, cum legatum non debeatur legatario niſi prius deducto ære alieno legantis l. vniuerſa Cod. de leg. Bald. conſil. 222. num. 1. lib. 4. Alex. conſil. 5. ſub num. 2. lib. 6. Et Creditorebus competiit aduerſus eum retentio leg. ſi non ſortem 26. §. ſi centum, 7 vbi Bart. & alij, ff. de condit. & demonſtrat. Rota in Faentina bonorum 27. Iunij 1586. cor. Platto apud Marchelan. commiſſ. par. 1. fol. 976. num. 2. & coram ſanct. mem. Greg. dec. 254. num. 13. ibique Add. num. 7. & in rec. dec. 612. numero 5. par. 3. & in Maceraten. Saluiani, ſeu ſpolij 12. Maij 1608. coram Manzanedo poſt Zacchi. de oblig. Cam. decif. 130. n. 6.

5 Nec obſtat quod legatarius in re legata præferatur cæteris Creditorebus Teſtatoris, quando hæreditas eſt ſoluendo, licet ſecus ea reſerta non ſoluendo, vt tradit Cin. in l. 2. circa medium, ibique Alberic. num. 2. Cod. qui pot. in pig. hab. quem ſequitur Bart. in l. is cui, §. poſtquam circa fin. ff. vt in poſſ. legat. Nart. conſil. 199. n. 8. Surdas decif. 316. num. 12. eiſdemque Creditorebus incumbat onus probandi inopiam hæreditatis, ex alleg. per Surd. decif. 316. num. 14. cum concordat.

6 Quia præter quod (ſi verum provt dicebant Informantes pro Creditorebus) ex Inuentario ab hæredibus vniuerſalibus confecto apparet in hæreditate Crescentij nulla alia bona adeſſe præter iura dotalia Lauræ, & mobilia Urbis ipſi Annæ relictæ. Prætenſiones verò, Palatium, Domus ad vſum ſalſamentariæ ad Rotundam, de quibus meminuit Rota in Romana Saluiani 7. Maij 1646. coram R.P.D. meo Peuringero, cum ſint admodum intricatæ, & inuolutæ litibus diſcuti non debent à Creditorebus, vt probat *tex. in l. vel à debitoribus ff. de relig. & ſumpt. funer.* & firmavit Rota coram R.R. Vrgellen. decif. 212. n. 12.

7 Concluſio procedit in Creditore Chirographario non habente hypothecam, in quibus terminis loquitur Gloſſ. huius opinionis magiſtra in d. leg. is cui §. Poſtquam in verbo non habeatur ff. vt in poſſeſſ. leg. Secus vero vbi, provt hic, Creditor ex obligatione Camerali habet hypothecam. Tunc enim præfertur legatario in re legata, etiamſi hæreditas ſit ſoluendo, & in his terminis egregie firmavit Rota in Aſculana Domus 3. Iunij 1602. coram bon. mem. Coccino, inter eius impreſſ. 67. n. 7. cum pluribus ſegq. & in Venuſina, Legati 28. Iunij 1623. coram eodem in rec. decif. 493. n. 26. & 27. part. 8. Creditor enim ſub obligatione Camerali poteſt eligere vnum ex pignoriſ debitoris ſibi bene viſum pro ſatisfacien. Crediti leg. qui generaliter ff. qui pot. in pig. hab. & leg.

8 *leg. Creditoris ff. de diſtract. pig. Surdus dec. 44. n. 6. Rota dec. 741. n. 1. par. 3. recentiores, & coram bon. mem. Coccino diſta dec. 67. n. 9. ponderans pro ratione*

9 quod Teſtator non poteſt hoc ius Creditorebus impedire, legatarius verò exercere non valet tacitam hypothecam ſibi pro legato competentem niſi in eo quod remanet ſatisfactis Creditorebus; vt monuit Bart. in leg. Creditoribus n. 3. ff. de ſeparat.

10 Quod dicitur facultatem diſponendi fuiſſe conditionaliter datam Crescentio, ſub conditione ſcilicet quod infra biennium à die obitus Teſtatoris tenetur extinguere omnia debita quibus eadem Teſtatrix reperiebatur obnoxia, ibi, Con obligo però, e peſo preſcio di diſdiſare in termine di due anni doppo la mia morte tutti li mie debiti, nelli quali mi trouo obligata, Domini non habuerunt in conſideratione aduertentes inſtitutionem fuiſſe puram, & verba ſuperiùs relata non fuiſſe appoſita ad ſuſpendendam diſpoſitionem ſed ſolum pro maiori declaratione, & ad inducendum in Hærede obligationem, & onus ſoluendi debita Teſtatoris quæ de iure inerant, ex deductis in Viterbien fideicommiſſi 17. Februarij 1617. coram Manzanedo in rec. decif. 401. n. 1. p. 4.

Et ita vtraque parte &c.

R. P. D. PEURINGERO.

Romana Domus.

Luna 20. Maij 1647.

ARGUMENTVM.

Agitur latiffimè de alienatione emphyteuſis ex pacto, & prouidentia.

SVMMARIVM.

- 1 Emphyteuſis conceſſa pro ſe, filiis, ac nepotibus, eſt ex pacto, & prouidentia.
- 2 Et prouide talia Bona emphyteuſtica ſunt inalienabilia.
- 3 Clauſula. Ad habendum. in Inueſtitura appoſita, facit emphyteuſim hereditariam.
- 4 Limitatur quando clauſula, Ad habendum aliquo modo per aliqua verba reſtringitur, quia tunc non reddit emphyteuſim ex pacto, & prouidentia, hereditaria in præiudiciu vocatorum.
- 5 Conceſſio pro filiis, & Nepotibus, &c. facit emphyteuſim pactioatam.
- 6 Verba, provt quilibet ſimilis emphyteuta de re ſimili conducta facere, & diſponere poteſt: appoſita in contractu emphyteuſtico immediate poſt clauſulam. Ad habendum, vires ipſius clauſula eneruant.
- 7 Bona emphyteuſtica etiam ex pacto & prouidentia, poſſunt alienari à primo acquirente.
- 8 Declaratur, ſi primus acquirens habeat descendentes vocatos in poteſtate, aliis ipſis præiudicare non poteſt.
- 9 Primus acquirens dicitur ſolus ille, qui inueſtituram ſtipulatus eſt, eo verò mortuo, eius filius non habetur tanquam primus acquirens.
- 10 Primus acquirens, quod poſſit alienare emphyteuſim, intelligitur de primo acquirente ex cauſa oneroſa, non verò ex cauſa lucratiua.
- 11 Filij, & alij inueſtiti in cauſa oneroſa, dicuntur habere bona illa à primo acquirente; ſed in cauſa lucratiua, illa recipiunt ex liberalitate emphyteuſim concedentis, & ex propria perſona,

tanquam ad illa vocati ſub nomine collectiuo filiorum, vel ſcendentium.

- 12 Et hoc ſecundo caſu, bona filius aliundè habet, quam à Patre.
- 13 Vnde ſicut Pater aduentitia filij bona in eius præiudiciu alienare non poteſt, ita neque pater ad eius præiudiciu de cuiusmodi emphyteuſi diſponere valet.
- 14 Præſertim ſine conſenſu domini directi.
- 15 Emphyteuſis ex cauſa lucratiua, eſt cum annuo canon eſt ſatis tenuis reſpectu valoris rei, neque primus acquirens aliquam pecuniam domino directo, pro habenda Inueſtitura dederit.
- 16 Cauſa oneroſa non reſultat in emphyteuſi, ex quo acquirens promiſit bona meliorare: Bona. n. Eccleſie ſemper conceduntur ad meliorandum.
- 17 Et dum melioramenta non fuerunt promiſſa in quantitate notabili. adeoque gratia concedentis præponderet; tanto magis dicuntur eſſe ex cauſa lucratiua conceſſa.
- 18 Alternatio bonorum emphyteuſticorum valet, quando de præiudicio ſolius domini directi agitur.
- 19 Domini concedentis emphyteuſim non intereſt quod bona citius ad remotionem tranſeant, ad quem aliis quandocunque ſunt tranſitura, & ab initio erat notus concedenti, ac ſecundum eius voluntatem ſuccedit.
- 20 Alienatio nullo modo tenet, etiam ſi fiat inter comprehenſos in inueſtitura quando per eam fit præiudiciu aliis anterioribus in gradu comprehenſis.
- 21 Et intra defectus poteſtatis in alienante, qui neque cum conſenſu domini ex comprehenſis, in præiudiciu aliorum comprehenſorum, qui ex lege inueſtitura prius ſuccedere debuiffent, diſponendo gratificare poſſunt.
- 22 Dotis priuilegio Bona emphyteuſtica alienari poſſunt, talique modo alienata, mortua muliere, tranſferuntur ad hæredes.
- 23 Procedit quando ſolum conſideratur præiudiciu domini directi, quia ſi dominus prætenſit caducitatem, vel laudemium: quia dos eſt cauſa neceſſaria, præſertim quando aliundè mulier dotari non poteſt.
- 24 Quando autem agitur de præiudicio Inueſtitorum in gradu proximorum alienatio ex cauſa dotis non tenet, quia in hac in iure dos non reperitur, ſpecialiter priuilegiata.
- 25 Et tali caſu alienatio durat ſolum ad vitam emphyteuta dotantis, eo vero mortuo, bona reuertuntur ad comprehenſos in Inueſtitura.
- 26 Niſi forte quando dotans ex ipſa lege Inueſtitura facultatem habuiſſet, comprehenſis in inueſtitura præiudicare.
- 27 Statutum Urbis cap. 22. lib. 1. diſponens, bona emphyteuſtica dari poſſe in dotem, cum non habeat verba vniuerſalia apta etiam comprehendere bona Eccleſie, alia bona non comprehendit.
- 28 Et talia ſtatuta, quamuis auctoritate Apoſtolica condita, non comprehendunt bona Eccleſie, niſi fuerint ſaltem ibi implicita, & ſub vniuerſalitate verborum ſpecificata.
- 29 Filia plures matri pro virili ſuccedunt.
- 30 Emphyteuſis vnius lineam ingreſſa, in eius ſcendentia permanere debet, excluſis illis alterius lineæ, donec aliquis de illa lineæ ſuperſit.
- 31 Pignora, pecunia ſoluta, ipſo iure, ad dominum reuertuntur.
- 32 Hæredibus ultimi inueſtiti, etiam non comprehenſis in inueſtitura, immiſſo danda eſt, donec de

de eorum iure cognoscatur.

32 Melioramenta de re emphyteutica non debentur, donec plenissime probatum fuerit, quid impensum ut melioratum fuerit.

DECISIO XXXV.

Margarita Constantina uti filia, & hæres Fulviæ ab A.C. sententiam fauorabilem super Immissione in possessionem Domus, de qua agitur contra Margaritam Grappolinam eam possidentem obtinuerat, quam Rota sub die 4. Decembris 1443. coram Me dixerat esse confirmandam, sed hodie ad instantiam eiusdem Grappolinæ causa reposita, Domini recesserunt à decisio, quia compertum fuit hanc Domum concessam fuisse Alexandro Ianotto de anno 1549. pro se, & suis, ac nepotibus, & si ex pacto, & providentia ad tradita per Clar. in §. feudum q. 9. n. 5. in his terminis Rota decis. 483. n. 1. par. 4. recent. tom. 2. & decis. 74. n. 1. par. 6. recent. Reuerendissim. Vrgellen. decis. 410. n. 5. & 431. n. 5. Capic. Laro decis. 70. n. 41. Vnde huiusmodi bona emphyteutica sunt inalienabilia, Bart. in l. patroni n. 3. ff. ad Trebell. Honded. conf. 55. n. 21. lib. 1. Surd. decis. 324. num. 2. cum pluribus allegatis per Modern. Fulgin. in tract. de iur. emph. tit. de alien. q. 1. n. 1. & seq. Rota dec. 403. n. 1. p. 1. & decis. 211. n. 2. p. 6. rec. Et ideo resultat non subsistere alienationem primo factam in Martiam filiam primi acquirentis, deinde in Fulviam eiusdem acquirentis neprem ex causa dotis, in qua ratione se fundabat decisio, quæ reuideretur.

3 Neque obstat prima responsio adiecta in decisione §. quia dato nimirum, quod vigore clausulæ ad habendum in Inuestitura appositæ, emphyteusis effecta sit hæreditaria, Curtiun. conf. 4. n. 1. Crau. conf. 256. n. 4. Caualer. dec. 293. n. 2. Quia quicquid 4 per quando hæc clausula appositæ est in Inuestitura non pactio, nec aliquo modo est restricta, in quibus terminis loquuntur Doctores ex aduerso allegati, sed certum est apud omnes, quod quando emphyteusis est ex pacto, & providentia, & clausula ad habendum aliquo modo per aliqua verba restringitur, tunc ipsam clausulam non reddere emphyteusim hæreditariam in præiudicium vocatorum, Menoch. conf. 61. n. 20. & conf. 545. n. 5. cum seq. Gratian. discept. 344. n. 11. Rota dec. 11. n. 1. cum seq. par. 1. diuers. decis. 415. n. 21. p. 4. recent. tom. 3. & 5 decis. 74. n. 8. cum pluribus seqq. part. 6. recent. Attamen in hæc inuestitura non solum præcedit concessio pro filiis & nepotibus, quæ facit emphyteusim pactio, sed & mox immediatè post clausulam ad habendum iuxta extensionem in contractibus emphyteuticis fieri solitam, de qua 6 per Salust. de contract. rei emph. lib. 1. cap. 19. n. 9. Sequuntur verba restrictiua. Provt quilibet similis emphyteuta de re simili conducta facere, & disponere potest, quæ verba vires clausulæ ad habendum enervant, cum similes emphyteutæ scilicet ex pacto, & providentia bona emphyteutica alienare non possint, vt in puncto Seraph. dec. 794. n. 8. & dec. 1290. n. 12. Rota decis. 310. n. 18. 19. par. 5. recent.

7 Nec releuat secunda responsio in eadem decisione allata, quod videlicet primus acquirens potuerit alienare bona emphyteutica etiam ex pacto, & providentia, Rota dec. 435. n. 13. p. 1. recent. RR. Vrgell. decis. 295. n. 2. Quia alienatio non fuit facta ab Alexandro primo acquirente, sed ab ipsius vxore, ipso iam defuncto, quæ tamen descendenti in Inuestitura vocatis, quos in po-

testate non habebat nullo modo Domum alienando præiudicare potuit, vt distinguendo inter alienantem habentem comprehensos in potestate, nec ne tradit Bald. in l. 1. ante fi. C. per quas personas nobis acq. & in Auth. si quas ruinas sub n. 10. vers. sed tu dic. vt dixi C. de Sacros. Eccles. Natta conf. 475. sub n. 4. & 5. Grat. discept. 405. n. 2. cum seq. & primus acquirens dicitur solum ille, qui 9 Inuestituram stipulatus est, eo vero mortuo eius filius non habetur tanquam primus acquirens, Rouit. decis. 94. n. 22. Modern. Fulginat. tit. de renou. q. 1. n. 67. Cyriac. controu. 23. n. 30. Imò vterius animaduertendum est, quod Doctores admittentes primum acquirentem posse alienare emphyteusim, loquuntur de primo acquirente ex causa onerosa, non verò ex causa lucratiua ex optima diuersitatis ratione, quia in causa onerosa filij, & alij inuestiti dicuntur habere bona illa à primo acquirente, sed in causa lucratiua illa recipiunt ex liberalitate emphyteusim concedentis, & ex propria persona tanquam ad illa vocati sub nomine collectiuo filiorum, vel descendenti, vt bene 12 distinxit Bald. in d. auth. si quas ruinas num. 5. vers. secunda ratio, & n. 6. quem sequitur Aret. Crot. & alij plurimi relati à Marefc. variat. resol. lib. 1. cap. 74. num. 2. cum seq. Gabr. de iure emphyt. quest. 2. num. 45. Rota dec. 366. num. 2. par. 4. & decis. 50. num. 1. & 2. par. 6. recent. & Adden. ad Burat. decis. 822. num. 6. & vltra hos tradit Surdus conf. 351. n. 28. vbi addit. quod hoc secundo casu bona filius aliunde habet quam à Patre, vnde sicuti Pater aduentitia filij bona in eius præiudicium alienare non potest, ita pariter neque ad eius præiudicium de huiusmodi emphyteusim disponere valet, Rota decis. 741. n. 31. & 32. par. 4. tom. 3. recent. præsertim sine consensu Domini directi, Capicc. decis. 70. n. 42.

Emphyteusis verò huius Domus est ex causa lucratiua, cum annuus Canon fit tantum scutorum septem, neque primus acquirens aliquam pecuniam Domino directo, pro habenda Inuestitura dederit iuxta theoreticam, quam tradit Mantica de iur. lib. 22. tit. 6. n. 23. & tit. 24. n. 18. Marefcott. d. cap. 74. n. 1. & n. 5. Add. ad Gregor. XV. dec. 529. sub n. 23. versic. Quæ opinio, cum aliis allegatis per Fulginat. de iur. emphyt. in præiudicium quest. 16. n. 2. in tit. de contract. emphyt. quest. 1. sub n. 24. Nec ad effectum, vt concessio huius Domus censetur esse facta ex causa onerosa sufficit acquirentem promississe bona meliorare, Bona enim Ecclesiæ semper conceduntur ad meliorandum, Modern. Fulginaten. sub tit. de var. caducit. quest. 1. num. 11. & dum melioramenta non fuerunt promissa in quantitate notabili, adeoque gratia concedentis præponderet tantò magis dicuntur esse ex causa lucratiua concessa vt per Socc. Baldus Rolandus alleg. à Marefcott. d. cap. 74. sub n. 5. vers. si cui si gratia.

Nec contrarium suadet, quod alienatio prius fuerit facta in Martiam & deinde in Fulviam, quæ ambæ in Inuestitura comprehensæ sunt, nam ex hoc capite non ita indistinctè alienatio sustinetur, sed duo casus distinguendi sunt, vnus est quando de præiudicio solius domini directi agitur, & tunc valet alienatio facta in comprehensos in Inuestitura quamuis remotiores quia videtur potius refutatio, quam alienatio, Domini enim interest, quod bona citius ad remotiorem transeant, ad quem alias quancumque sunt tranfi

transitura, & ab initio erat notus concedenti, ac secundum eius voluntatem succedit, vt ex text. in c. 1. si & si Clientulus, de feud. alien. Surdus conf. 505. n. 33. vbi alleg. Concord. Mast. decis. 81. n. 38. Rota decis. 741. sub num. 16. par. 4. tom. 3. recent. Alter casus est quando per alienationem aliis anterioribus in gradu comprehensis fit præiudicium; tunc enim alienatio nullo modo tenet, quia ratio refutationis supra consideratæ in proximè successuro cessat, vt distinguendo vtrumque casum bene aduertit Camillus de Medicis conf. 104. n. 20. & intrat defectus potestatis in alienante, qui neque cum consensu Domini vni ex comprehensis in præiudicium aliorum comprehensorum, qui ex lege Inuestituræ prius succedere debuissent disponendo gratificari potuit. Paris. conf. 10. n. 5. Bero. conf. 70. n. 36. lib. 1. Menoch. conf. 975. n. 19. cum seq. Cephal. conf. 23. n. 47. cum seq. Rota in Bonon. bonorum emphyteuticorum 18. Aprilis 1597. coram clar. mem. Card. Hieronymo Pamphilio, & in Bonon. fideicommissi de Lucio 9. Decembris 1619. coram Card. Sacratore.

Similiter nec tertia responsio decisionis applicatur, quod videlicet alienatio facta sit ex causa dotis, cuius priuilegio bona emphyteutica alienari potuerunt, talique modo alienata mortua muliere transferuntur ad eius hæredes ex allegatis per Grat. discept. 511. n. 9. & 10. Rota in Romana Domorum 9. Decembris 1641. coram R. P. D. meo Royas §. minus obflare. Quia videlicet eadem supradicta distinctio locum habet, quod aut Dominus directus ob alienationem factam ex causa Dotis sine suo consensu ipsamet prætendit caducitatem, vel laudemium, & huiusmodi casu alienatio in præiudicium Domini valet absque solutione laudemij, quia dos est causa necessaria, præsertim quando aliunde mulier dotari non potest, & in his terminis loquitur Cald. de emph. lib. 4. cap. 10. n. 24. cum seq. Rota in Romana Domorum 9. Decembris 1641. coram R. P. D. meo Royas §. penultimo, & in eadem 18. Aprilis 1644. coram R. P. D. meo Ghislerio, §. secundum, quod & in Romana Vineæ 27. Aprilis 1646. coram R. P. D. meo Corrado §. altera verò.

23 Aut verò vt in casu præferuati concurrunt inuestiti in gradu proximiores, & tunc in istorum præiudicium alienatio ex causa Dotis non tenet, quia in hoc dos in iure non reperitur specialiter priuilegiata vt bene aduertit Ruin. conf. 165. n. 3. lib. 1. vbi quod alienatio durat solum ad vitam emphyteutæ dotantis, eo vero mortuo bona reuertuntur ad comprehensos in inuestitura Castr. in l. usufructu. n. 6. ff. solut. matrim. Corbul. de caus. priuat. ob alien. lib. 1. Limit. 20. n. 4. aliique relati à Modern. Fulginaten. de iur. emph. tit. de alienat. quest. 1. n. 262. Nisi fortè quando dotans ex ipsa lege Inuestituræ facultatem habuisset, comprehensus in inuestitura præiudicare, vt bene idem Corbul. declarat. d. limit. 20. sub n. 4. ibi si dotans sit talis, & allegati per Fulgin. dict. quest. 1. n. 263. in fin. in quibus etiam terminis loquitur Corn. conf. 51. n. 16. lib. 3. quem sequitur Mantica de iur. lib. 22. tit. 28. n. 41. Grat. discept. 511. n. 10. ibi quando iis potuit præiudicari per primum acquirentem, vel nisi alij comprehensis sint hæredes dotantis, isque etiam in comprehensorum præiudicium voluerit bona pro dote alienari.

26 Neque Constantina suffragatur Statutum Urbis cap. 22. lib. 1. disponens bona emphyteutica dari

posse in dotem; quia cum non habeat verba vniuersalia apta etiam comprehendere bona Ecclesiæ talia bona non comprehendit, prout in terminis similis statuti loquentis de bonis emphyteuticis fuit dictum in Romana relationis Domus 13. Martij 1595. coram Giptio, & in Romana relocationis Cafalis 16. Maij 1615. coram Cardinali Sacrato. Et generaliter de Statutis Urbis, quamuis auctoritate Apostolica conditis, quod non comprehendant bona emphyteutica Ecclesiæ, nisi fuerint saltem ibi implicita, & sub vniuersalitate verborum specificata fuit dictum nouissimè decis. 58. num. 28. cum seq. part. 9. recent. vbi contraria conciliantur, & in aliis citatis per Adden. ad Buratt. decis. 880. sub num. 6. nec in contrarium potest allegari Romana Dotis 20. Aprilis 1643. coram Reuerendiss. D. Cirillo nunc Præfide Vallisoleto, quia ibi loquitur de emphyteusi hæreditaria, vt patet in §. Ideoque procedit. Provt neque facit decisio in Romana Vineæ 27. Aprilis 1646. coram R. P. D. meo Corrado §. altera, quia ibi incidenter tantum fit mentio de Statuto Urbis dict. cap. 122. illaque decisio intelligenda est iuxta alias ibi allegatas in supradicta Romana Domorum coram R. P. Dom. meis Ghislerio, & Royas, quæ loquuntur in terminis iuris communis in præiudicium comprehensorum in Inuestitura.

28 Sed dato denique etiam, & non concessio, quod alienatio huius Domus valeat pro dote Martiæ, quia tamen ipsi non solum Fulvia auctrix Constantina, sed etiam Grappolina, & Septima forores hæredes extiterant, vtique per hoc sententia dans Constantina immisionem in totam Domum remanet eo ipso excessiua, cum plures filiaë matri pro virili succedant ex allegatis per Cancr. var. resolut. lib. 3. cap. 2. n. 197.

Similiter nihil refert eandem Domum Fulviæ quoque fuisse datam in dotem; quia ex ipso Instrumento dato in Summario Grappolinæ num. 4. apparet fuisse datam in pignus, & ad usufructuandum, donec ipsi residuum Dotis scutorum 100. soluerentur, nec non alia scuta 200. ipsi ex aliis causis debita, quæ postmodum cum fuerint soluta saltem in scutis 266. excessus sententiæ euitari non potest; cum ac si nihil restitutum fuisset condemnatio facta fuit, & immissio in totam Domum Constantina concessa, sic satis patet huiusmodi casui malè applicari conclusionem, quod emphyteusis in lineam Fulviæ ingressa, in eius descendencia permanere debeat exclusis illis alterius lineæ, donec aliquis de linea Fulviæ superstit, vt ex pluribus dixit Rota in Romana Domus 25. Iunij 1615. coram Cardinali Sacrato, & in Celenaren. emphyteusis 14. Decembris 1635. coram bon. mem. Merlino quia rectè procederet quando titulo emphyteusis in lineam Fulviæ ingressa fuisset. Carterum quia ingressa est dumtaxat iure pignoris, vel antichresis per dict. solutionem pecuniarum, pro quibus ad manus Fulviæ peruenerat resolutum fuit, pecunia enim soluta, pignora ipso iure ad Dominum reuertuntur, l. debitor §. fin. ff. pignorat. actio. Negul. de pign. part. 7. in princ. membr. 2. n. 4. Pariter denique nec Constantina seruit assertio, quod hæredibus vltimi inuestiti Immissio danda sit etiam non comprehensis in Inuestitura, donec de eorum iure cognoscatur, vt latissimè dixit Rota in Fanen. seu Senogallien. bonorum 14. Martij 1646. §. exhibuit coram R. P. Dom. meo Meltio. Quia in præsentia causa Constantina Fulviæ hæres

non negat bona esse emphyteutica, sed allegat titulum maternum, qui ex d. solutione debiti incontinenti probatur resolutus, & sic etiam de bono iure apparet; Quæ ulterius Domus huius possessionem de consensu Constantini dictæ Constantinæ fratris tunc viventis Summario Grappolinæ n. 10. & n. 20. cum seq. ingressa fuit prius quam iussio Fulviæ ad fauorem Constantiæ aperiretur, adeo quod cum sine vitio, & cum titulo hanc Domum possideat, vti que est legitima Contradictrix: ad impediendam ipsi Immissionem.

Melioramenta tandem à Constantina prætenfa non obfata Domini dixerunt, eo quia Domus huius status anterior, non fuit probatus, neque quid impensum, aut melioratum fuerit, vt opus esset ex plenissimè, & eleganter allegatis in Romana fideicommissi de Spiritibus 12. Decemb. 1644. coram R. P. D. meo Bichio S. ex quibus resolutum cum seq.

Quare pro recessu à decisio resolutum fuit vtraque parte informante, &c.

EMINENTISS. ET REVERENDISS.

D. CARD. CORRADO.

Romana Vinca.

Veneris 7. Iunij 1647.

ARGUMENTVM.

Hæc decisio latè tractat de emphyteusi Ecclesiastica; eius clausularum natura, caducitate, identitatis rei probatione, associatione domini directi: illius iudicio, & causis: spolio, ac reintegratione inde occurrente, ac aliis fusè ad materiam facientibus, & obiter incidentibus; adeo vt plenior horum tractatus vix desiderari queat, prout magis distinctè per Summarium.

SVMMARIVM.

- 1 Identitas fundi, variata quantitate, & qualitate consinium, quibus prius inuenitur descriptus, sufficienter non probatur generalibus demonstrationibus, que aliis aequè poterant congruere.
- 2 Et in terminis bonorum, emphyteuticorum, latè probauit, Rota.
- 3 Quòd maximè procedit, vbi nullo pacto constat possessores bonorum à primis inuestitis causam habuisse.
- 4 Caducitas censetur remissa ex petitione mandati, expeditione ac illius executione pro Canone per biennium non soluto; vbi hæc gesta fuerint antè declaratam, vel agnitam caducitatem, petitionemque ex ea causa immisionem.
- 5 Et ex his omnibus diligentius resultat efficax præsuppositio actualis solutionis, ac satisfactionis: que etiam ex aliis corroborata, & adimiculata inducit iustam causam excusandi à caducitate.
- 6 Caducitas in emphyteuta Ecclesiæ, non potest declarari nisi per defectum solutionis Canonum per biennium continuum ante intentatum super ea iudicium.
- 7 Nec proinde absque eo potest prætenfa iustificari.
- 8 Fundus emphyteuticus potest dari in dotem à femina sub nomine filie, & heredis in Inuestitura comprehensa, sine alio domini directi consensu.

- 9 Dominus directus, recipiendo annuos Canones à tertio fundi emphyteutici possessore, absque ulla protestatione, vel contradictione: dicitur contractum cum eo per emphyteutam gestum, approbasse, & in eum consensisse.
- 10 Locatio ad septennium potest valide fieri ab emphyteuta absque domini directi consensu.
- 11 Alinatio facta per emphyteutam, non pura, sed conditionalis, & sic suspensa sub expresso pacto, seu reservatione consensu superinde obtinendi in tempus illius prestandi à directo domino; ad nullam dirigitur caducitatem, ipso non interueniente; sed contractus resoluitur, vel pro non facto habetur.
- 12 Clausula omni meliori modo, in contractu apposta talis efficacia expenditur, vt equipollet alij clausula magis præcisa, que ibi de natura contractus desideratur, modo aliunde declaratur animus contrahentium conformis.
- 13 Clausula, aliàs, &c. præfata conditionem aduersatiam antecedenti protestationi, atque dissentium protestationis in casu contrario supra expresso, perinde ac si dictum fuisset: & aliter habeatur pro non facto.
- 14 In iudicio possessorio associationis ad bona emphyteutica ratione caducitatis per emphyteutam incurfa: qua probari requirantur.
- 15 Contumacia possessoris, siue detentoris bonorū satis excusatur ob quamlibet causam, etiam probabilem, & coloratam, quam haberet contradicendi.
- 16 Mandatum postquam fuit executum in preiudicium partis, conquirentis se fuisse illius vigore iniuste spoliatum, non iustificatur ex probationibus, que in prima deficiebant; in secunda instantia adductis: sed debet in pristinum statum ante omnia reponi, ac reintegrari.
- 17 Decisiones plures S. Rota, que videtur obfata huic conclusioni, declarantur iuxta particulares rationes, ac circumstantias in illis casibus vigentes.
- 18 Sententia ex nonis probationibus potest iustificari, quando agitur de illius confirmatione, non autem si agatur de manucione eius, qui de tempore instituti iudicij possidebat.
- 19 Eademque ratione id ipsum dicitur quando agitur de reintegratione illius, qui iniuste fuit spoliatus.
- 20 Nec aliud constitui debet in iudicio associationis.
- 21 Mandatum de associando in bonis emphyteuticis, quod à Iudice petitur extrà iudicium ad evitandas rixas, & scandala, nec citationem partis, nec causa cognitionem requirit.
- 22 Quæ citatio & cognitio cause, ac proinde iustificatio, necessario debent precedere Iudicis decretum in eo, quod petitur in forma iudicij, & quando possessor se opponit, & prætenfam caducitatem impugnat.
- 23 Sententia, & decreta iustificari debent ex eisdem actis.
- 24 Admitti tamen solent probationes & adiutiuæ antecedentium.
- 25 Conclusio hæc quomodo intelligenda sit.
- 26 Probationes postea, ex culpa vel tarditate vnius partis suo tempore omiffa, facte in alio iudicio, ad iustificandam sententiam, seu decretum, non debent parti officere.
- 27 Possessio ad effectum reintegrationis expoliati, factis probatur ex ipso Iudicio, contra eum per expoliantes instituto, mandatorq; petito, ac relaxato.

28 Spolia

- 28 Spoliatus dicitur ille, penes quem verè erat possessio, ac proinde reintegrari debet.
- 29 Ius prætenfi spoliantis, ad effectum impediendi reintegrationem iniuste spoliati, debet euidenter constare per confessionem partis, vel rem indicatam, aut aliam aequè indubitatum probationem; alias enim dici non potest constare de iure, vel non iure alterius partis, quando contrarium probari valet.

DECISIO XXXVI.

Cum informantes pro RR. Monialibus non acquiescerent resolutioni in hac causa factæ 27. Aprilis 1646. coram Me: prætendentes adhuc mandatum de associando illis concessum contra D. Alphonsium Ferrum, & q. Portiam eius uxorem ex eodem processu, vel saltem ex nouis probationibus coram Rota productis iustificari, atque ideo sententiam Rotalem pro reintegratione eiusdem ferri prolatam non esse confirmandam; Volui consulere iterum Dominos qui causa de nudo, quia solent maturitate discussa, steterunt in decisio.

- 1 Quia certum est, quod coram Iudice à quo non fuit probatum (vt necessarium erat) Vineam de qua agitur esse eandem, quæ inuestituris, tunc exhibitis pro parte Monialium fuerat de an. 1567. 1568. vel q. Antonio de Libertariis, vel q. Nicolaò Calderaro respectiue concessa, quinimò differebat ab vtraque in quantitate, qualitate, & confiniis, vt apparet ex lectura dd. Inuestiturarum, & monitorij, ac articulorum in illo iudicio productorum; Neque generales demonstrationes, quæ aliis aequè poterant congruere sufficiebant, vt explicat Bart. in leg. demonstratio sub numero 15. vers. vel quod alius est, & ibi Caltrif. sub num. 6. vers. vel nisi esset, alia res Dig. de cond. & demonstr.
- 2 & in his terminis latè probauit Rota penes bon. mem. Buratt. decis. 132. numero 8. vers. nec ad probandam identitatem, &c. ac per tot. & in recent. decis. 295. sub num. 8. vers. & tamen ad probandam identitatem, ac per tot. p. 1. Nec villo pacto constabat reos coquentos à præfatis inuestitis causam habuisse, vt fuit consideratum in Romana Deuolutione. 17. Martij 1621. coram bon. mem. Card. Verospio in rec. dec. 281. n. 4. vers. prout nec similiter, &c. & per tot. p. 4. tom. 2.

Minusque fuerunt iustificata causæ prætenfæ caducitatis; Nam illa deducta ex non solutione canonum per biennium eliditur prorsus ex partitis exhibitis librorum ipsius Monasterij, ex quibus constat illos fuisse solutos vsque ad annum 1615. & ex petitione facta pro non solutis de anno 1616. pro quibus non solum fuit relaxatum mandatum, sed executum, ac consummatum per captionem pignorum, subhastationem, ac deliberationem; deputatusque præterea ad instantiam Monialium Custos Vineæ ad percipiendos illius fructus vsque ad integram satisfactionem, vt apparet ex eodem processu per acta Lucarelli sub diebus 30. Augusti 13. Septembris, & 8. Octobris dicti anni 1616. transportato ad Rotam, ex quibus sanè ante declaratam, vel agnitam caducitatem, petitamque ex ea causa immisionem, vel associationem gestis censetur remissa caducitas, si quæ ideo fuisset incurfa. Surd. dec. 317. sub num. 1. & num. 14. vers. tota ergo difficultas, & in his terminis respondit Rot. in Romana Domus 17. Iunij 619. coram bon. mem. Malan. in recent. decis. 708. Salgado Labyrinth. Credit. Tom. II.

num. 5. vers. ultra quod & seq. part. 4. tom. 3. comprobatur modern. Rom. discept. 633. num. 39. vers. Ita vt ac seq. Eoque magis quia ex prædictis omnibus diligentius resultat efficax præsumptio actualis solutionis, ac satisfactionis, quæ etiam corroboratur, & adimiculatur ex aliis publicis actis, & attestacionibus respectiue sub diebus 7. Octobris 1616. & 21. Maij 1617. & 8. Nouembr. 1641. pariter productis, ex quibus apparet notabilem vini quantitatem ex eadem vinea. ad Moniales eò anno peruenisse, ac proinde, vel satis inde iustificatur illarum satisfactio, vel saltem inducitur iusta causa excusandi dd. Coniuges à caducitate; vt fuit dictum in Florentina prætenf. deuolut. 18. Maij 1622. penes Burat. decis. 624. num. 7. vers. que probabilis credulitas, & seq. & post alios idem Roman. d. discept. 633. sub num. 4. vers. cum etiam, & seqq. Atque ideo quando facta fuit declaratio caducitatis, ac institutum super ea iudicium de anno 1617. die 22. Iunij non vigeat defectus solutionis canonum per biennium continuum, qualis requirebatur ad d. effectum in emphyteuta Ecclesiæ iuxta text. in c. potuit, §. emphyteuta quoque extr. de locat. & Auth. Hoc ius porrectum in §. qui rem. C. de Sac. Sanct. Eccles. & in Auth. De non alienand. §. siue autem, nec proinde ex eo poterat iustificari prætenfa caducitas, vt fuit conclusum, 7 in dicta decis. 708. part. 4. tom. 3. recent. & sapè in aliis.

Alia verò deducta ex alienacionibus factis à Portia, quæ iure dotis Vineam hanc transtulit primum in Ioan. Baptistam Guidum, & deinde in d. Alphonsium Ferrum eius secundum virum nullus erat considerationis, cum non fuerint probata, atque exhibita instrumenta dotalia, ex quibus constaret, quod illius dominium fuisset in eodem viros simpliciter translatum, An potius tradita in fundum dotalium quod (præsupposita etiam identitatis probatione) Portiæ licuisset absque alio Domini directi consensu, tanquam filie; ac Hæredi Alexandri Caputi, & consequenter comprehensæ in concessione illi facta ab eisdem Monialibus ex Instrumento sub die 27. Februarij 1595. celebrato, ac per ipsa in eo iudicio producto, Specul. in tit. de emphyt. §. nunc aliqua, n. 133. vers. centesimo nono queritur, Iaf. in l. fin. sub n. 107. vers. primo ergo, Cod. de iur. emphyt. Crau. consil. 215. numero 3. vers. in contrarium est veritas, cum seq. Corbul. de caus. prin. ob alien. limit. 20. sub num. 1. vers. ampliatur, Palch. consil. 53. sub num. 1. vers. & de donatione in dotem, & fuit dictum in Romana Domorum coram R. P. D. meo Royas 9. Decembris 1641. in §. minus obfata dicebant Domini, & 16. Ian. 1643. in fin. §. & coram R. P. D. meo Ghislerio 18. Aprilis 1644. in §. sciendum vers. Et licet etiam deducantur; Idemque admiserunt Moniales recipiendo annuos Canones à præfatis Guido, & Ferro eorum, ac Portiæ nominibus, absque ulla protestatione; vel contradictione, vt apparet ex dictis partitis, quo pacto dicuntur contractus cum eis gestos approbasse, & in eos consensisse ad l. Paulus, ff. rem vati hab. Rom. consil. 103. sub num. 5. vers. His tamen non refragantibus, ac seqq. Rim. sen. consil. 16. sub num. 23. vers. que idem operatur, & Rimin. iun. consil. 22. à num. 8. vers. istis tamen non obstantibus ac seq.

Quatenus autem adducebantur venditiones successiue factæ per dd. Coniuges Carolo Antonio Braschæ dic 18. Augusti 1617. & Io. Fancisco Rochæ

Rochæ 24. Maij 1618. neque ex eis iustificatur caducitas; Nam (præter quod posterior non fuit in iudicio probata) in vtraque fuit referuatus in primis, & ante omnia consensus Monialium, & non alias, &c. Ac vterius conuentum, quod dominium, ac possessio Vineæ remaneret penes venditores, nec esset in emptores translata donec pretium integrè fuisset solutum infra septennium quo pendente illis concessa fuit titulo locationis sub annua pensione conuenta, vt legitur in Instrumentis pro parte Monialium exhibitis, & neutra habuit effectum, nam prima post sex circiter menses fuit reuocata ob non implementum Braschæ, altera verò resoluta ob mandatum de afociando ad fauorem Monialium de mense Septembri eiusdem anni relaxatum, & executum, & nouam concessionem ab eis factam prædicto Rochæ die 4. Februar. 1619. In quod nulla ex huiusmodi contractibus deduci potuit caducitas contra dd. Coniuges, non quidem ratione locationis, quæ absque Domini directi consensu pro eo tempore valide fieri potuit, Specul. in titul. de Emphyteus. d. §. nunc aliqua n. 149. quest. 113. Clar. in §. Emphyteus, quest. 19. Franc. Cald. de iur. emph. lib. 4. c. 1. num. 14. vers. quo argumento, & seq. neque ratione alienationis, quæ non fuit pura, sed conditionalis, & ex vi, ac amplitudine d. referuationis suspensa in tempus præstandi per Dominum directum consensus, ita vt antea haberentur pro non factis, ob idque nulla ex eis fuit incurfa caducitas, secundum receptiorem, & æquiorum DD. sententiam, quàm sæpius Rota probauit in decisionibus relatis in antecedenti sub die 27. April. 1646. coram Me in §. Præterea, cum seq. vbi in §. nec demum obstat, fuit plenè responsum pacto in eisdem Inuenticuris appposito.

Nec releuat, quod in primo Instrumento celebrato cum Brascha non legantur postea verba, referuato in primis, & ante omnia consensu prædictarum Monialium, &c. Clausula, & non alias, &c.

Quia loco illius leguntur aliæ æquipollentes scilicet, de quo protestatus fuit, &c. omni, &c. aliàs, &c. quæ sanè manifestè declarant animum contrahentium, eorumque enixam demonstrant voluntatem referuandi consensum, ac iura Domini directi, eo meliori modo, quo expediebat pro validitate contractus, ponderando clausulam illam (omni meliori modo) Crau. consil. 141. num. 3. vers. & istud sine dubio procedit, Rota penes Verall. dec. 91. num. 5. vers. præsertim p. 1. ac dec. 366. num. 11. vers. præsertim, part. 1. diuers. & penes Sanct. Mem. Gregor. dec. 204. num. 19. vers. Sed etiam addit, & in recent. decis. 643. sub num. 4. vers. licet autem part. 4. & decis. 692. num. 6. vers. cum in contractu

eadem part. 4. tom. 2. Ac etiam excludunt eorum voluntatem, & consensum aliter contrahendi, ponderandi sequentem Clausulam aliàs, &c. quæ præfert conditionem aduerfatiam antecedenti protestationi, atque dissentium protestantis in casu contrario supra expresso, perinde ac si dictum fuisset, & aliter habeatur pro non facto leg. Alias ibique gl. 1. ff. de iur. iur. gloss. in l. diuortio in verb. alias, ff. de negot. gest. Bart. in l. 1. num. 12. vers. quinto quaro, &c. ff. de cond. & dem. lal. in §. in personam sub num. 8. vers. in textu & sub num. 23. vers. non obstat etiam textus noster, Instit. de Action. & post alios probat Tiraq. de retract. lignag. §. 8. gloss. 6. sub n. 1. Rota dec. 192. sub num. 7. vers. fuit responsum & seq. part. 5. rec.

Quare ex prædictis inferitur nõ obstat, quod in iudicio possessorio leuiore sufficiat probationes.

Quia (præter quod ex processu ipso satis appareret iudicium per Moniales intentatum, ac profectum non fuisse purum, ac simplex possessorium.) Esto quod fuisset eiusmodi, attamen necessarium omninò erat probare tria illa requisita in antecedenti decis. deducta in §. fuit responsum, quod etiam in possessorio, & in Decisionibus repetitis per Informantes pro Monialibus in rec. dec. 290. n. 9. vers. in quo sufficit part. 1. & dec. 325. sub num. 5. vers. Et nihilominus, part. 3. & dec. 79. num. 8. vers. præsertim part. 5. decis. 163. num. 1. & 3. vers. Dubitatum solum fuit de extinctione ipsius emphyteusis, part. 7. & latus in Portuen. sign. 27. Aprilis 1640. coram Eminent. D. meo Card. Passiolo ad fin. princip. vers. cum igitur ad obrinendum in hoc iudicio, &c. nempe concessionem emphyteuticam, quæ in hoc casu non fuit iustificata ob defectum legitimæ probationis identitatis, vt supra dictum fuit. Illiusque extinctionem, ad finem, vel ob deficientiam comprehensorum in ea, vel ob aliam legitimam causam. Et demum contumaciam possessoris, vel derentoris bonorum in eorum restitutione, quæ neque fuerunt probata, nam extinctio emphyteusis non fuit deducta ob lineam finitam, cum viueret adhuc Portia filia, & hæres Alexandri inuestiti, (cuius etiam supersunt filij) sed ob canones non solutos, & alienationes factas, quæ quidem non consistebant, vt ex præmissis apparet. Ideoque cessabat etiam contumacia possessorum, cum iustam haberent contradicendi causam licet probabilis, & colorata sufficiens esset pro illorum exculatione ad leg. igitur, & generaliter, vbi DD. ff. de libert. caus. & firmavit Rota penes Card. Seraph. dec. 794. num. 20. vers. & causa dubitabilis, & fa. mem. Gregor. decis. 388. num. 4. vers. ex quibus, ac Burat. d. decis. 624. num. 8. vers. prout etiam, & in recent. dec. 261. num. 5. vers. cum adhuc qualibet causa part. 1. & decis. 232. num. 2. vers. Accedit, p. 2. & d. decis. 281. n. 5. vers. Et proinde p. 4. tom. 2. & dec. 293. n. 23. vers. Tum quia agebatur, p. 6.

Deinde non obstat, quod probationes deficientes in eo iudicio suppleantur ex productis coram Rota, quibus mandatum D. Iudicis à quo benè possit iustificari.

Quia neque ex productis coram Rota iustificantur adductæ caducitatis causæ, vt hætenus fuit probatum: Neque etiam ex his posset iustificari mandatum postquam fuit executum in præiudicium partis conquerentis se fuisse illius vigore iniuste spoliatum, sed debet in pristinum statum ante omnia reponi, ac reintegrari iuxta decis. Chisani. 172. quam Rota sequitur, vt apparet ex Decisionibus relatis in antecedenti in §. Nam equidem attendere, &c. & in Romana fideicom. Vineæ de Alexiis 18. Maij 1590. coram bon. me. Penia in §. Caterum Domini & seq. & penes Comitrol. dec. 87. num. 8. vers. quamquam, & Coccin. decis. 73. n. 2. vers. & cum agatur, ac Burat. dec. 848. sub num. 6. vers. quia sententia, &c. & late comprobatur aliis relatis Modern. Rom. discept. 734. à n. 5. vers. præterea, & num. 22. vers. & quicquid alij tenent, refert Decisiones concordantes.

Neque ab hac conclusione Rota recessit in Decisionibus allegatis pro Monialibus, sed iuxta particulares rationes, ac circumstantias in illis casibus vigentes responsum fuit; Nam in casu dec. 356. p. 3. lib. 3. diuers. fuerat apprehensa possessio nomine Camerae

Camerae vigore Breuis remouentis vitium spoliij, vt ibi legitur n. 1. vers. præterea & n. 5. vers. & omnium votis, ac seq. & comprobatur penes Verall. dec. 180. part. 3. In casu dec. eiusdem Verall. 114. & 115. p. 5. non agebatur de iustificatione sententiæ exequutæ, sed exequendæ, & de illius confirmatione, vt ex eis apparet, & fuit animaduersum penes Cocc. dec. 417. n. 8. vers. quia fuit responsum, & RR. Vrgell. dec. 133. n. 6. vers. præterea & seq. In casu dec. 353. part. 2. rec. præcesserant tot probationes coram primo Iudice, quæ sufficerent poterant etiam pro iustificatione illius sententiæ, vt in ea legitur sub n. 3. vers. accedit, &c. Et mensuratio postea producta non tantum reddebat magis perspicuam eius iustitiam, verum & iniustitiam posterioris sententiæ reintegratoriæ A. C. conuincebat, quod, etiam ex nouis probationibus ad effectum impediendi illius executionem fieri poterat, vt ibi sub num. 4. Vers. nam cum bodie agatur, & penes Verall. d. decis. 114. n. 2. vers. & sicut sententia, part. 3. & Cocc. dec. 56. sub n. 3. Vers. Et licet hæc instrumenta. In illa verò coram eod. Coccin. 417. sub d. n. 8. Vers. neque releuat, &c. dicitur sententiam ex nouis probationibus posse iustificari, quando agitur de illius confirmatione, non autem si agatur de maintenance eius, qui de tempore instituti iudicij possidebat, vt in ea legitur, eademque ratione id ipsum dicitur, quando agitur de reintegratione illius, qui iniuste fuit spoliatus, vt respondit Rota in d. Romana fideicom. Vineæ de Alexiis coram Penia, & penes Card. Seraph. dec. 279. n. 5. Vers. Nam si ad effectum executionis, &c. in aliis præallegatis.

Nec aliud constitui debet in iudicio associationis ex traditis in Romana Domus ad Imag. Pontis coram bon. mem. Cardin. Lancell. relata per Theod. de Rub. in eius sing. part. 1. fol. mibi 347. in §. limitatur ista concl. num. 9. Vers. Tamen si talis expulsio ac seq.

Quia conclusio ibi firmata procedit in mandato de associando, quod à Iudice petitur extra iudicium ad euitandas rixas & scandala, in quo nec citatio, nec causæ cognitio requiritur de quo loquitur dicta decis. & alia in Velitern. Casalis 11. Decembris 1579. coram eodem quæ est decis. 806. n. 3. Vers. non obstat Decretum Iudicis cum seq. part. 4. diuers. & declarat Alex. conf. 131. In causa inter Vniuersitatem, n. 4. Vers. Tamen secus est lib. 4. lal. in l. 2. sub num. 113. vers. Si autem proprietarius C. de iur. emphyt. Negul. de Pign. part. 4. sub num. 23. vers. Tertia decima conclusio, & seq. & vers. secundo modo, Vrsill. ad Afflict. decis. 326. sub num. 1. & seq. in eis allegati, & distinguendo explicat Rota in Regien. bonorum 20. Decembris 1613. coram bon. mem. Seleucien. in §. non obstat, quod vbi petitur per Iudicem associatio, & nuper in Romana seu Velitern. restit. in integr. 17. Decembris 1646. coram R. P. D. meo Bichio in §. Hac verò nullitas euitari non potest, & late Cald. de iur. emphyt. lib. 4. cap. 17. n. 42. Vers. Verum & sub n. 59. Vers. quorum ego sententiam ac seq. Non autem in eo quod petitur in forma iudicij, vt factum fuit in hoc casu, & fieri debet quando possessor se opponit, & prætentam caducitatem impugnat, tunc enim citatio, & causæ cognitio, ac proinde iustificatio necessaria præcedere debet Iudicis Decretum iuxta sententiam Spec. in titul. de emphyt. §. Nunc aliqua sub n. 62. vers. Tu dic, ac seq. & Bart. in leg. 2. num. 3. vers. mibi videtur & seq. Cod. de iur. Salgado Labyrinti. Credit. Tom. II.

emphyt. & in l. 3. num. 14. vers. Si enim non præcessit, & num. 26. vers. mibi autem videtur, & infr. Cod. de pign. Corn. conf. 163. sub num. 3. vers. Aut emphyteuta recognoscit Dominum, lib. 3. Afflict. decis. 97. n. 2. vers. & pro decisione ac seq. Gabr. conf. 67. à n. 17. vers. Illa etiam ratione lib. 2. Corbul. de caus. prin. ob non solut. canon. quest. 12. sub num. 3. vers. tertia fuit opinio. Rota penes Mantric. dec. 194. sub num. 2. vers. quia Domini censuerunt, & seq. & in Bonon. de Carnalib. 11. Ian. 1602. coram bon. mem. Card. Pamphil. penes Marchel. de commiss. part. 2. fol. mibi 545. sub num. 1. vers. neque obstat, quod dicebatur, & in Arminen. Deuolut. bonorum coram bon. mem. Card. Sacrat. 27. Iunij 1608. penes modern. Perulin. de Mauuten. dec. 111. à num. 7. vers. non obstat, ac seq. & 16. Februarij 1609. apud eundem Marchel. part. 1. fol. 566. sub num. 1. vers. quibus non obstat visum fuit, & bon. mem. And. decis. 36. num. 6. vers. Hinc cessat aliud obiectum, & seq. ac decis. 61. num. 7. vers. nec releuat, & in d. Regien. bonorum coram Seleucien. in §. Præterea considerabunt Domini, & in recent. dicta decis. 409. sub n. 7. vers. quia Respondebatur p. 1. & ex aliis probat Modern. Roman. dicta discept. 633. sub numero 1. vers. tamen istud patium & plur. seqq.

Præterea non obstat, quod etiam post sententias, & Decreta, quæ specialiter iustificari debent ex eisdem actis admitti soleant probationes coadiuuatiuæ antecedentium.

Quia conclusio hæc intelligenda est sano modo, quando scilicet sententiæ, seu Decreta huiusmodi impugnantur ex nouis; Vel præcessit substantia probationum ad instruendum animum Iudicis necessaria, licet pro formalitate iudicij, vel pro maiori illarum elucidatione aliquid desideretur, vt declarauit Rota in Cæsaraugustana Portionis 16. Nouembr. 1605. coram bon. me. Iusto penes Marchel. de Commiss. p. 1. fol. 340. sub n. 4. vers. quoniam præmissa, idemque sentit in dec. 479. num. 2. §. non obstat vers. secus autem vbi ageretur p. 4. diuers. & per Add. ad S. M. Greg. dec. 272. num. 9. vers. sed tamen, &c. Non enim decet ex culpa, vel tarditate vnius partis, tam graue alteri præiudicium inferri, quæ vbi præcedentes probationes sufficere cognouisset, poterat à lite desistere, ac celeri satisfactione Iudicis sententiam, & mandatum præuenire, possessionisque & fructuum ac maioris dispendij, vel alias grauiore fortè euitare iacturas, quas illis non præcedentibus iniuste passa fuit, vt sentit etiam Rota in hac eadem causa coram Reuerendissimo Domino Carrillo 27. Nouembris 1641. in §. nec ad tollendum primum fundamentum, & in §. fin. vers. & ideo. Quare non applicatur casui nostro in quo probationes factæ coram Iudice à quo non erant proculdubio sufficientes, aliæ verò exhibitæ coram Rota ex parte quidem sunt cointegrales, non autem simpliciter adminiculatiuæ, & ex parte omninò nouæ.

Non obstat demùm quod reintegratio non competat Alphonso, vel quia possessio huius Vineæ non esset penes illum: eo tempore quo fuit per Moniales apprehensa sed in dictos Brascham, vel Rochum prius translata; vel quia in præsentia constet de bono Iure Monialium, quod longo etiam eius silentio fuit comprobatum.

Quia possessio illius non solum satis probatur ex ipso iudicio per Moniales contra eum principaliter instituto mandatoque petito, ac relaxato, vt fuit dictum penes S. M. Greg. dec. 458. num. 2. vers.

verf. de qua constat, & in Romana Domus 16. Februarij 1632. coram bon-me. Pirouano penes Modern. de Manut. dec. 336. n. 2. v. que petitio; Verum etiam ex d. Instrumento cum Braicha celebrato per eas tunc, & ex alio cum Rocha modò exhibito, in quibus dominium, & possessionem sibi specialiter referuauit, ac prædictis Vincam locauit pro tempore solutioni pretij statuto; Ideoque cum penes eum esset verè possessio, ipse principaliter dicitur fuisse spoliatus, ac proinde reintegrari debet ad l. 3. §. quod si seruus leg. si colonus, & l. seq. §. si conditio ff. de acquir. poss. & l. fin. ff. de vi & vi armat. Soc. conf. 49. n. 3. v. ex quibus omnibus, lib. 3. Gabriel. comm. concl. lib. 5. de restitut. spoliati. concl. 5. n. 2. verf. Decim. quarto amplia, Menoch. de recup. rem. 1. n. 62. verf. quero quarto, & seq. ac remeà. 15. num. 49. verf. quero octauo, & seq.

Ius autem RR. Monialium non est clarum, sed controuersum, & quoad præsentiam caducitatem ex hæcenus deductis elisum, cum tamen ad hunc effectum impediendi reintegrationem iniuste spoliari necessarium esset, quod de eo euidenter constaret per confessionem partis, vel rem iudicatam, aut aliam æquè indubitatam probationem aliàs enim dici non potest constare de iure, vel non iure alterius partis, quando contrarium probari valet. Gabr. conf. 51. n. 17. v. quia hæc exceptio & seq. lib. 1. Rotapenes Egid. dec. 103. Non videtur constare Verall. dec. 175. n. 4. verf. & quia constat notoriè p. 3. & Coc. dec. 389. sub num. 1. verf. & in omnem euentum, ac in recent. d. dec. 409. n. 5. v. Tertiò opponatur, & dec. 537. sub n. 5. verf. Sicuti licet dicatur p. 1. & dec. 229. n. 4. v. & propterea, ac dec. 741. num. 5. v. & propterea non dicitur, p. 2. & fuit etiam consideratum in d. Regien. bonor. 20. Decembr. 1613. coram Seleucien. in §. nec releuat. exceptio, & aliis relictis probat modern. Rom. d. discept. 734. à n. 23. verf. non obstat præsentia retentionis, & plur. seqq. Neque obiectus temporis cursus legitimam præscriptiōnem non attingens illi potest præiudicare, vt fuit responsum in d. dec. 409. n. 8. verf. non obstat ratiūritas, part. 1. rec. & in aliis, &c.

Et ita fuit conclusum vtraque parte informante, &c.

REVERENDISS. D. DVNOZET DECANO.
Verulana Bonorum.

Luna 5. Iulij 1649.

ARGVMENTVM.

Attentatorum materia, secundum præcipuas inspectiones ad terminos Iudicij enucleatur.

SVMMA RIVM.

- 1 Attentata purgatur mediante manuentione spoliati.
- 2 Depositiū vitè & rectè factum, vel à parte approbatum, parit effectum liberationis.
- 3 Attentata petuntur renocari via priuilegiata.
- 4 Veniens autem ex alia via, neglecta via attentatorum, non gaudet illius priuilegio.
- 5 Attentatorum purgationis præteritus quoad expensas, damna & cætera, que sunt purganda, non potest retardare processum negotio principali, quando de illis non constat saltem in genere & attentans potest supplere mediante deposito vnus Iulij, cum oblatione soluendi residuum, facta liquidatione.

DECISIO XXXVII.

Attentata commissa per Communitatem Verulanam Domini dixerunt esse purgata, nam possessio capta intra terminum ad appellandum in vim mandati de redintegrando relaxata à Iudice commissario suspecto allegato cum appellatio- ne ab vltiori processu fuit dimissa, ac plenariè restituta Antonio, & aliis de Spanis mediante manuentione eis à Rota in gradu appellationis concessa, vnde respectu huiusmodi attentati nil aliud remanet purgandum, cum manuentione bene deferuiat pro illius reuocatione ad trad. per Cancr. variar. resol. c. 14. num. 74. p. 3. Ioan. Pett. Fontanell. de pact. nup. claus. 7. gloss. 3. part. 10. n. 10. tom. vltim. Rota dec. 15. n. 5. post Pacific. de Saluian. dec. 176. n. 6. coram Seraphin. & dec. 380. n. 3. penes bon-mem. Coccin.

Respectu fructuum nulla afferatur probatio illos fuisse perceptos à Communitate, imò tantum abest quod hoc probetur quin potius constat de contrario, quandoquidem simul ac illa ingressa fuit possessionem bonorum controuersorum, Spani obtinuerunt à bon. mem. Cardinali Virili tunc Signaturæ Iustitiæ Viceprefecto nonnullas litteras provisionales directas Ordinario Verulano, quarum vigore ipse mandauit deponi, provt in effectu fuerunt depositi omnes fructus penes idoneam personam, quemadmodum bene probant instantiæ Iudiciales postmodum factæ ab eisdem de Spanis contra depositarium pro recuperandis dictis fructibus; Quare cum depositum tanquam factum ad instantiam dictorum de Spanis, fuerit ab eis approbatum Communitas remansit totaliter liberata ex vulgata regula, quod depositum ritè, & rectè factum, vel à parte approbatum parit effectum liberationis; Surd. conf. 86. n. 32. Crau. consil. 106. n. 2. Rota dec. 291. num. 1. post Cen. de censib. dec. 339. n. 19. p. 4. tom. 2. rec. Add. ad sanct. mem. Greg. XV. dec. 480. n. 7.

Quod verò ad expensas iudiciales videlicet transportationis actorum, registri, ac mandati de manuentione, animaduertentes DD. quod illæ fuerunt factæ pro iudicio manuentionis petitiæ ex capite nullitatis, & iniustitiæ, vt patet ex decisione edita coram Reuerendiss. Terracinen. 21. Februarij 1628. dixerunt nil esse purgandum; Nam priuilegium recuperandi expensas in causa attentatorum factas antequam profectur negotium principale, competit petenti reuocationem attentatorum per viam extraordinariam Iustitiæ, implorando scilicet officium Iudicis mercenarium principaliter, quoniam hæc vocatur via priuilegiata, vt docet Lancell. de attent. part. 3. c. 21. quibus & quot. mod. attent. reuoc. num. 15. in fin. verf. & ista est via, & in fin. c. 30. de prin. attent. n. 2. Alex. conf. 89. lib. 1. in fin.

Non autem suffragatur ei qui penitus neglecta via attentatorum reuocationem obtinet per viam alicuius actionis beneficio nullitatis, vel iniustitiæ, cum huiusmodi via non proueniat ex priuilegio attentatorum, vt trad. Lancell. dict. tr. de attent. d. p. 3. c. 21. quib. & quot. mod. attent. reuoc. n. 38. verf. quamuis enim, nec sit priuilegiata, vt via attentatorum, idem Lancell. d. titul. de prin. attent. cum aliis ibi relatis.

Aliæ autem expensæ extraiudiciales, damna, & interesse quæ prætentuntur à dictis de Spanis, nullo modo probantur, propterea sub prætextu purga-

purgationis attentatorum non potest retardari processus in negotio principali, cum huiusmodi exceptio solummodo illum retardet, quando constat saltem in genere de eo quod venit purgandum, quo casu attentans, quia est aliquo modo certus, si vult procedere ad vltiora tenetur liquidare, siue saltem impetrare Commissionem, in qua præfigatur terminus aduersario ad liquidandum expensas, damna & cætera quæ sunt purganda; sed quando provt hic de prædictis non constat saltem in genere attentans potest supplere, provt suppleuit Communitas mediante deposito vnus Iulij, cum oblatione soluendi residuum facta liquidatione, vt bene explicat Add. ad sa. mem. Greg. XV. dec. 403. sub num. 6. & fuit nouissimè dictum in Ciuitatis Castellane attentorum 5. Maij 1649. co. Me.

Et ita vtraque parte, &c.

R. P. D. MELTIO.
Cesenat. Emphyt.
Veneris 15. Martij 1652.

ARGVMENTVM.

Emphyteusis ex pacto & prouidentia, per suos articulos latè expenditur, ad inferendum præcipuè circa renouationem, quid iuris sit de comprehensis in Inuestitura, & quid de proximioribus. Plura de alienatione: ac ipsius translatione; graduum prorogatione; linearum ratione, & consimilibus.

SVMMA RIVM.

- 1 In emphyteusi hereditaria, instantia capta per defunctum, transit in Heredem.
- 2 Quod secus est in emphyteusi concessa ex pacto, & prouidentia, ubi, vt suffragetur instantia defuncti, debet heres esse de comprehensis in Inuestitura.
- 3 Representatio non admittitur in emphyteusi Ecclesiastica sub hac forma, pro se filiis, & Nepotibus.
- 4 In tali enim casu non defertur iure hereditario, sed iure contractus, & ita filius non assumit locum Patris.
- 5 Et hac de causa, quia in emphyteusi sub tali forma concessa, vnusquisque ex propria persona, censetur vocatus.
- 6 Et ea ratione, quod in tali casu succedatur, non iure hereditario, sed iure sanguinis.
- 7 Emphyteusis vt duret, non solum requiritur quod extant vocati, sed vltimus quod ipsi etiam sint intra tempus in Inuestitura limitatum, aliàs semper dicitur emphyteusim expirare, & dominium vile consolidari cum directo.
- 8 In emphyteusi, prorogatio gradus concessionis in personas non approbatas, sine consensu, non est admittenda.
- 9 Sententia, que dat immisionem non habenti requisita copulatiuè necessaria, tam temporis, quam vocationis, ad bona emphyteutica, vt iniusta, est renocanda.
- 10 Pactum de renouanda appositum in Inuestitura, operatur vt proximiori debeat inuestiri emphyteusi extincta ex quadam equitate desumpta ex doctrina Bart. tam de iure, quam ex Indulto Pontificio.
- 11 Ex quibus videtur quidem actio personalis competens contra Ecclesiam pro consequenda renouatione Labyrinth. Credit. Tom. II.

ratione emphyteusis; sed non inde acquiritur ius reale, quo agi possit contra tertios, in quos bona eum consensu domini fuerunt alienata.

- 12 Decisiones Sacra Rota, que prima facit videntur aduersari huic conclusioni, non obstante declarantur: ex quo in diuersis terminis loquuntur.
- 13 Remissio iuris futuri inducitur per promissionem factam inter contrahentes de habendo perpetuo rato contractu, iuncta promissione de euictione, & aliis clausulis amplissimis respicientibus, non solum ius præsens, sed etiam ius futurum. Et probatur de magis communi.
- 14 Reservatio iuris tacita, in contractu non inducitur; ubi alterius iuris in eodem contractu est facta renunciatio expressa: quia id pariter, si voluissent, partes expressissent.
- 15 Observantia subsecutiva contractus, declarat contrahentium intentionem.
- 16 Emphyteusis, translatione semel facta valida in alios, non attenditur amplius linea primi acquirentis, nec illius proximitas, sed eueniente casu renouationis, illabetur proximioribus eius, in quem facta fuit alienatio.
- 17 Insinuatio in contractibus minorum requisita à constitutione Egidiana, presumitur ex cursu triginta annorum cum observantia interuenisse.
- 18 Agnati acquirentes, & primi inuestiti, qui, lapsò tempore, renouationem ex equitate pretendunt, nullum ius quæsitum habent in re, sed tantum in spe, quod ad effectum inficiendi alienationem emphyteusis alias valide factam, non censetur considerabilem.
- 19 Renouationi emphyteusis vt sit locus, res debet ad dominum directum esse reuerfa.
- 20 Emphyteutica res legitimo iure manet penes illos, in quos fuit valide facta alienatio, accedente noua inuestitura à domino directo: ad præiudicium eam proximiorum primi acquirentis, Ampliatur n. 24. & 25.
- 21 Emphyteutica res titulo diuisionis, vnus lineam ingressa, in ea continuare debet vsque ad totalem illius extinctionem.
- 22 Et in hac, dicta in feudo, habent etiam locum in emphyteusi.
- 23 Et in emphyteusi Ecclesiastica.
- 24 Emphyteutica res vni ex heredibus inuestiti in partem obuenta, donec superest aliquis ex dicta linea, alij de diuersa linea; etiam si sint in inuestitura comprehensi, non admittantur.
- 25 Et ita si emphyteusis peruenit ad aliquem, durat in eo eiusque descendenti, non solum masculis, sed etiam feminis.

DECISIO XXXVIII.

Episcopus Cesenaten. ann. 1569. titulo emphyteusis inuestiuit pro sexaginta futuris annis ad renouandum, de quadam domo in dicta Ciuitate existen. Gasparem Argentinum seniore pro sex eiusque filiis, & nepotibus masculis ex recta linea masculina tantum descendenti, provt ex instrumento dictæ concessionis Summ. Argentinæ num. 1. Dicta domus ex diuisione deinde secuta anno 1599. post obitum dicti Gasparis primi acquirentis inter Ioannem Franciscum, & Gasparem iuniorem eius filios peruenit ad Ioannem Franciscum qui anno 1600. de consensu Episcopi eam vendidit Dominis de Bandis, qui nouam inuestituram obtinuerunt, Defuncto postmodum dicto Ioanne Francisco, & ex eo superflitè

tantum Hippolyta vnica eius filia, Gaspar iunior tanquam in inuestitura comprehensus instituit de anno 1628. iudicium immiffionis coram Vicario Cæſenæ contra illos de bandis, sed post nonnullos actos, cum tempus sexaginta annorum in inuestitura præfixum expirasset, non fuit causam vltierius profecutus, & dictum iudicium semper filuit vsque ad annum 1650. quo tempore renouata instantia ac profecuto immiffionis iudicio per Siluiam Gasparis iunioris ex Argentino filio neptem, emanauit sententia absolutoria ad fauorem dictorum de Bandis, quæ in secunda instantia fuit ab A.C. reuocata, concedendo Siluiæ petitam immiffionem, ac remouendo illos de Bandis ab inuestitura, Ab hac sententia commissi mihi causa appellationis, Dubitavi an dicta sententia A.C. esse confirmanda vel infirmanda, & Domini pro infirmatione responderunt ex vtroque vitio tam nullitatis quam iniustitiæ.

Nullitas vltima fuit resultare ex eo, quod Siluia profecuta fuit iudicium immiffionis, introductum de anno 1628. à Gaspare iunior tanquam in inuestitura comprehenso, quod facere non potuit, nam ipsa est tantum proneptis Gasparis senioris primi acquirentis, & sic non est de comprehensis in inuestitura, quæ gradum nepotum non egreditur.

Neque instantia, & iis cæpta per dictum Gasparem potuit Siluiæ, esto quod ipsa fuisset dicti Gasparis hæres, ad hunc effectum suffragari, quia cum versemur in emphyteusi non hæreditaria quo casu instantia cæpta per defunctum transit in hæredem *l. si petitor 31. in figuracione casus, ff. de iud. Bart. in l. Lucius 78. §. rogatus ad fin. ff. ad Trebell. Mohed. decis. 1. de iudic. sed in emphyteusi concessa pro filiis, & nepotibus, & ita ex pacto, & prouidentia, instantia vt in tali casu transeat in hæredem debet is esse de comprehensis in inuestitura, & in his terminis loquitur Peregr. de fideic. art. 53. n. 26. vers. limita, & c.*

Neque comprehensionem pretendere valet Siluia ex eo quod pretendat subingredi locum Argentini eius patris, siquidem repræsentatio non admittitur in emphyteusi Ecclesiastica facta sub hac forma pro se, filiis, & nepotibus, ex communiore sententia, quam sequitur Bart. in auth. post fratres, C. de legit. hæred. cum in leg. cum ita, §. in fideicommissis, ff. de legat. 2. Soc. iun. consil. 73. n. 17. & 31. lib. 1. Menoch. consil. 498. num. 19. & 20. & consil. 999. num. 12. Mantica de tacit. & ambig. lib. 22. tit. 18. n. 9. cum seq. vbi quod in tali casu non defertur iure hæreditario, sed iure contractus, & ita filius non assumit locum patris hoc idem defendit Cap. Latr. decis. 124. per totam lib. 2. vbi in terminis similibus concessionis factæ pro se filiis & nepotibus, tenet non dari representationem, eo quia vnusquisque censetur ex propria persona vocatus, & hanc opinionem vti veriore approbauit etiam Rota dec. 219. n. 4. vers. tamen in emphyteu-
6 si p. 4. diuers. ex ea ratione, quod in tali casu succedatur non iure hæreditatis, sed iure sanguinis.

Non etiam visum fuit posse vim aliquam fieri in præsentia cessione facta à filiabus Gasparis iunioris adhuc viuentibus, & quæ sunt neptes primi acquirentis, ac fauorem Siluiæ, quia cum emphyteusis, de qua nunc agitur, iam diu expirauerit per lapsum sexaginta annorum in inuestitura præfixorum, vti que nullum ius in eis remansit censibile esto quod essent de linea in inuestitura

comprehensa, quia vt emphyteusis duret non solum requiritur, quod extrent vocati, sed vltierius quod ipsi etiam sint intra tempus in inuestitura limitatum, aliàs semper dicitur emphyteusim expirare, & dominium vtile consolidari cum directo, Ioan. Andr. in addit. ad Specular. in tit. de locat. §. nunc aliqua n. 172. quæst. 145. Ruin. consil. 167. num. 12. vol. 1. vers. secunda ratione, Bero. consil. 119. in præsentia causa, n. 1. & 2. vol. 1. vbi loquitur de concessione facta ad certum tempus cum pacto de renouando, Gorb. de iur. emphyt. tit. de caus. priu. ob tempus finitum num. 9. cum tribus seqq. & firmavit Rota in Cæsen. bonorum 20. Maji 9. Decemb. 1588. co. Bubalo, multo minus cessio fieri poterat ad fauorem Siluiæ, quæ cum ea non esset de vocatis non poterat dicta cessio suum operari effectum sine consensu Domini, alias ipso inconsulto daretur prorogatio gradus concessionis in personas non approbatas, quod non est admittendum iuxta text. in l. fi. C. de iur. emph. cum aliis copiose relatis per Mod. Fulgin. tract. de iur. emph. tit. de alien. q. 1. n. 1. & seq.

Ex capite etiam iniustitiæ DD. censuerunt d. sententiam esse reuocandam, quia in ea conceditur immiffio Siluiæ, quæ non est de comprehensis in inuestitura, cum ea se extendat tantum ad nepotes, & vltierius illa finita fuit per lapsum temporis limitari in inuestitura 60. annorum, proptereaque deficiente in dicta Siluia, vtroque requisito, tam temporis, quam vocationis ad consequendam immiffionem copulatiuè necessario Corbul. de iur. emphyt. tit. de caus. priu. ob tempus finitum, num. 9. nullo iure dicta sententia sustineri potest, prout in his terminis firmavit Rota in Cæsen. emphyteusis 23. Ianuarij 1651. coram R. P. D. meo Alberгато.

Neque talis iniustitia euitari potest prætextu quod, & quatenus extincta fuisset dicta emphyteusis, nihilominus illius renouatio Siluiæ vti proximiori deberetur, tum ex æquitate desumpta ex doctrina Bart. in leg. 1. §. permittitur, ff. de aqua quot. & aestina. quam ex Indulto fa. me. Innoc. VIII. emanato super bonis emphyteuticis Cæſenæ, ac etiam ex pacto de renouando in inuestitura posito, quia ex his oritur quidem actio personalis competens contra Ecclesiam pro consequenda renouatione emphyteusis, sed non inde acquiritur ius reale, quo agi possit contra tertios, prout sunt Domini de Bandis in quos bona cum consensu Domini fuerunt alienata iuxta veriore opinionem, quam tuentur Gab. consil. 68. n. 12. & 13. vers. quia res non est integra lib. 2. Angel. consil. 184. num. 3. vers. & illa verba ad renouandum, Alexander consil. 65. num. 3. vers. nec prædictis vol. 2. Mantica de tac. lib. 22. tit. 23. n. 5. vers. tertio deducitur, Rota. co. Greg. dec. 348. num. 3. vers. & per istud pactum, & ibi Add. litt. B. dec. 567. num. 2. & nuper in puncto firmatum fuit in Cæsen. emphyteusis 23. Ian. 1651. co. R. P. D. meo Alberg.

Neque contrarium decisum fuit coram Durano decif. 431. quia ibi non fuit discussus articulus, An proximiori liceret agere iudicio immiffionis contra tertium inuestitum ante obtentam renouationem, sed tantum an ius ei competeret petendi renouationem postquam Dominus directus alterum inuestierat, sic etiam non contradicunt decisiones in Call. bonorum 8. Aprilis 1647. & 24. Ianuarij 1648. coram Me. Quia in eo casu Dominus directus sub iuramento, & obligatione

Camerali

Camerali promiserat inuestire proximiorum vltimi inuestiti, statim atque obtinisset beneplacitum Apostolicum, vnde cum illud deinde obtentum fuisset, iure merito resolutum fuit pro immiffione ad fauorem proximioris, cum haberet ius in re quæstum ex præcedenti promissione cum iuramento, & hypothecca quæ hic profus deficit.

Præterea petita, & à Siluia obtentæ immiffioni valde obstare etiam Domini dixerunt diuisionem factam de anno 1599. inter Ioannem Franciscum & Gasparem iunior, à quo Siluia pretendit habere causam; etenim cum dicta diuisio concepta legatur verbis, & clausulis amplissimis respicientibus non solum ius præsens, sed etiam futurum, prout colligitur, tum ex pacto apposito, nullo vnquam tempore litem, & quæstionem inferendi super bonis in parte obuientis, quod omne tempus includit, tum ex promissione per diuidentes facta habendi dictam diuisionem perpetuo ratam, iuxta etiam promissionem euidentionis ex quibus induci remissionem iuris futuri firmant committere Doctores in l. qui Roma, §. duo fratres, D. de verb. oblig. Curt. sen. consil. 64. col. 17. vers. quatuor principaliter l. 3. Curt. iun. consil. 49. columna penultima, vers. omiffa. Paris. consil. 71. numero 8. & 9. vers. eo magis lib. 3. Hondedeus consil. 33. num. 15. lib. 1. Gabr. de fideicom. conclus. 1. num. 23. vbi de magis communi, aliique plures, quos refert, & sequitur Ciouagnon. consil. 100. num. 72. lib. 1. Tum ex sola referuatione iurium paterni fideicommissi, quæ indicat, vt si diuidentes voluisset referuare iura emphyteusis, id pariter expressissent lege vnica, §. fin autem ad deficientis, Cod. de caduc. tollend. Rota in recent. dec. 669. num. 2. part. 1. vers. & confirmatur, & bene Giouagn. dict. consil. 100. num. 72. lib. 1. Gabr. de fideicom. conclus. 1. num. 40. Tum demum ex subsequuta obseruantia ex eo deducta, quod vterque ex diuidentibus bona emphyteutica sibi in diuisione obuenta liberè alienauit, signum euidentis est, quod intellexerunt per dictam diuisionem iura emphyteusis remittere, ac quemlibet eorum effici suæ portionis dominum irreuocabilem ad tradita per Ruin. consil. 119. num. 21. vers. quinimo videtur lib. 2. Rota in Romana fideicommissi de Spiritibus 17. Februarij 1645. §. rum partis, vers. accedit pactum coram R. P. D. meo Bichio; inde sequitur, vt Ioannes Franciscus alter ex diuidentibus potuerit controuersam domum de consensu Domini directi alienare, prout alienauit in illos de Bandis, qui nouam inuestituram reportarunt, atque ita male contra eos concessa fuerit immiffio ad fauorem Siluiæ, quæ nullo modo ei competere poterat, neque iure comprehensionis, quia ipsa non est de vocatis, neque iure renouationis, quia semel facta valida translatione emphyteusis in alios, non attenditur amplius linea primi acquirentis, nec illius proximitas, sed eueniens casu renouationis illa debetur proximioribus eius in quem facta fuit alienatio, ad tradita per Corn. consil. 250. num. 3. lib. 3. v. & ideo censetur concessa emphyteusis. Gabr. consil. 68. n. 13. lib. 2. Mantica de tac. lib. 22. tit. 23. n. 5. Rota coram san. mem. Gregor. XV. dec. 348. n. 2. & seqq. vbi Adden. sub littera D. allegat plures concordantes, Benint. dec. 87. per totam.

Neque pro releuanti habita fuit obiecta nullitas diuisionis deducta ex defectu infirmationis in contractu minorum, quales erant diuidentes de tempore contractus diuisionis requisitæ à constitutione Ægidiana, quia illa præsumitur ex cursu

triginta annorum cum obseruantia, Ruin. consil. 23. num. 1. lib. 5. Felin. consil. 2. num. 22. Rota dec. 122. numero 5. & 6. dec. 447. numero 2. part. 1. recentiores. Et licet Gaspar litem de anno 1628. mouerit, de quo tempore à die diuisionis elapsi tantum fuerant 29. anni, non exinde excluditur allegata præsumptio solemnitatis, quia lis à dicto Gaspare introducta non fuit super nullitate diuisionis ex defectu solemnitatum, sed ex eo, quia prætendebat per obitum Ioannis Francisci sine liberis masculis bona emphyteutica ad se reuerti debere.

Nec etiam obstat, dictam alienationem, prout etiam nouam inuestituram non potuisse valide fieri in præiudicium nepotum ex propriis eorum personis vocatorum, quia quidquid dici posset respectu comprehensorum, tamen respectu Agnatorum; qui lapsò tempore renouationem ex æquitate prætendunt, alienario sustineri videtur, quia nullum ius quistum habent in re, sed tantum in spe, quod ad hunc effectum non censetur considerabile & vltierius, quia vt sit locus renouationi, res debet ad Dominum directum esse reuersa, quod hic dici non potest. Non stante alienatione, & noua inuestitura concessa ab Episcopo ad fauorem illorum de Bandis, domus hodie penes ipsos reperitur, vt in his terminis firmat Ruin. consil. 45. numero 20. vers. nec prædictis, vol. 1. Gabr. de iur. emphyt. conclus. 1. num. 26. Caldas de renouat. emphyteut. lib. 1. quæst. 9. in princip. Gabriel. consil. 30. numero 21. libro 1. & consil. 78. numero 12. lib. 2.

Demum tollere quancumque difficultatem hoc vnum posse videtur, quia admiffa etiam nullitate alienationis, & nouæ inuestituræ cum controuersa domus titulo diuisionis peruenerit in Ioannem Franciscum, atque ita ingressa fuerit eius lineam, in ea continuare debet vsque ad totalem illius extinctionem ad textum expressum, in cap. 1. in fine de natura success. feud. vbi Baldus numero 1. Afflict. num. 77. qui licet loquatur de fendo, habet locum etiam in emphyteusi, vt voluit Ruin. consil. 166. num. 10. & consil. 9. num. 5. lib. 1. vers. quinimo videtur. Corn. consil. 263. num. 10. lib. 1. Hondedeus consil. 36. num. 35. lib. 1. loquens de emphyteusi Ecclesiastica; Natt. consil. 22. num. 1. lib. 1. cum aliis late cumulatis in Cæſenaten. emphyteusis 14. Decembris 1635. §. secundo quia coram bon. memor. Merlino, & per modernum Fulginaten. de emphyt. sub titulo de successore in bon. emphyt. quæst. 2. n. 28. vbi conciliando decisiones Rotales firmat, quod quando res emphyteutica vni ex hæredibus inuestiri in partem obueniit, prout in terminis casus nostri donec superest aliquis ex dicta linea, alij de diuersa linea etiam si sint inuestitura comprehensi, non admittuntur, & ita si emphyteusis peruenerit ad aliquem durat in eo, eiusque descendentes non solum masculis, sed etiam foeminis vt præter supra allegatos consuluerunt Bero. consil. 93. n. 26. lib. 1. Decian. consil. 98. num. 13. lib. 3. Mantica de tac. lib. 23. tit. 27. num. 18. & in specie eodem lib. 23. tit. 33. num. 17. Cum itaque ex Ioanne Francisco superstes adhuc sit Hippolyta filia nullo modo controuersa domus emphyteutica redire potuit ad lineam Gasparis Ioannis Francisci fratris à quo descendit Siluia, quæ immiffionem reportauit, sed illa in omnem casum, quo prædicta cessarent, prout bene substitunt, remanere deberet in dicta Hippolyta.

Atque ita resolutum fuit vtraque parte informantē, &c.

R. P. D. ROYAS.
Meleuitana Hæreditatis.
Lune 17. Decembris 1646.

ARGUMENTVM.

Agitur de materia donationis inter viuos, quæve potissimum ad illam concurrant. Item aliqua, ex quibus arguatur donatio causa mortis. Item, & de materia Spolij respectu bonorum Ecclesiasticorum. Item, & de constituto donationi apposito.

SVMMARIVM.

- 1 Donatio vniuersali omnium bonorum competit immisso post mortem donantis contra tertium, tam ex remedio, lege fin. Cod. de Edict. Dia. Adrian. tollend. quam ex Siluiano.
- 2 Donatio acceptari potest etiam post mortem donantis, si modo donator medio tempore bona in alium non transtulerit titulo singulari.
- 3 Bona Ecclesiasticorum præsumuntur acquisita ex redditibus Ecclesiæ, & ideo cadunt sub spolio, num. 14.
- 4 Donatio inter viuos reputatur, si quis id claris verbis, & iisdem id expresserit.
- 5 Spolium non intrat in his, qua transferuntur etiam in infirmitate, si ex ea infirmitate dispiciens non decedat, etiam quod effectus translationis collatus sit in tempore mortis.
- 6 Donans inter viuos tenetur sibi reservare certam quantitatem causa testandi.
- 7 Clausula constituit. clausula ad habendum, infirmatio, ac promissio rari, conueniunt natura donationis inter viuos, n. 8 & 9.
- 10 Reservatio facultatis reuocandi donationem, tam in vita, quam in morte, est vehemens coniectura donationis causa mortis, nisi urgeant potentiores coniecturæ in contrarium.
- 11 Per reservationem facultatis reuocandi donationem, adhuc donatio dicitur irrevocabilis inter viuos, resolutibilis, tam quatenus donans dispositio, n. 12.
- 13 Bona donata reuocabiliter cadunt sub spolio. In quibus terminis intelligatur, n. 14.
- 15 Testes, licet deponant de proprio iudicio, tamen si reddant optimam rationem scientiæ, probant.
- 16 Ecclesiasticus siue Clericus, quidquid impendit in victu, & vestitu, præsumitur impendere de rebus Ecclesiæ.
- 17 Clericus, de quæsitis aliunde, quam ex redditibus Ecclesiæ, potest testari.
- 18 Fructus bonorum patrimonialium, ac laicalium non cadunt sub spolio.
- 19 Exceptio turbida, & requirens altiore indaginem, non impedit immiissionem.
- 20 Donatarius vniuersalis reputatur loco hæredis.
- 21 Constitutum cessat si sit stipulatum pro absente, & constitutus in vita constituentis non acceptauerit, nec ad effectum possessionis sufficit stipulatio Notarij, n. 23.
Aut iuramentum, n. 24.
- 22 Animus requiritur ad acquirendam possessionem.
- 24 Iuramentum respicit personam donantis, non supplet consensum donatarij absentis.

- 25 In donatione mere lucratina acceptatio non est necessaria, sed in aliquo onerosa.
- 26 Medium impedimentum impedit retrotractionem.

DECISIO XXXIX.

DICTUM fuit coram me sub die 19. Februarij præteriti esse concedendam manutentionem, necnon immiissionem Andreæ Vassallo tunc solum informanti in bonisque Bartholomæi Vassalli Decani Ecclesiæ Meliten. eius Germani fratris vigore donationis inter viuos ei factæ per dictum Bartholomæum, subsequuta hæredis institutione; qua decisione hodie reuifa (informante etiam Camera magistrali eminentissimi magni Magistri, quæ spolij prætextu possessionem bonorum, de quibus agitur, dicto Bartholomæo vita functo apprehendit) Domini steterunt in decisio quoad immiissionem; quo verò ad manutentionem à decisio recesserunt.

Nam quoad immiissionem bene subsistunt illius fundamenta, cum verum sit dicere, præfatum Andreæ Vassallum esse donatarium vniuersalem bonorum dicti Bartholomæi fratris, quam donationem remanuisse confirmatam dicebant Domini per successionem ei delatam ex testamento, quibus omnibus in casibus immiissio fuit merito concessa ex remedio, l. final. Cod. de Edict. Diui Adrian. tollen. vel ex Saluia. dum bona extant penes tertium ob hypothecam in donatione appositam pro obseruantia donationis, Menoch. de adipiscend. remed. 3. num. 55. Rota decif. 44. num. 4. part. 1. diuers. & decif. 539. num. 1. part. 4. rec. & part. 5. dec. 578. in princip. & post Pacif. de Salu. dec. 98. n. 4. Ad quem effectum exuberat acceptatio donationis etiam post mortem Bartholomæi donatoris, quando medio tempore donator dominium in alium non transtulit titulo singulari, vt in casu nostro, & ratio est in promptu, quia per stipulationem Notarij donatio remanet ab initio perfecta ex parte donatoris, & irrevocabiliter translata in Donatarium actio pro obseruantia donationis; Dydac. Couar. de testam. part. 3. num. 13. Molin. de Primog. lib. 4. cap. 2. num. 77. Iacob. Cancer. var. resol. tom. 1. c. 8. de donat. num. 43. Castill. contron. iur. lib. 4. cap. 37. num. 45. & sequentibus. vbi latè exornat, & adducit concordantes Marcabrun. conf. 10. num. 15. & segg. Surdus decif. 111. num. 5. 10. & 11. Modern. Assisten. dec. form. Eccles. 81. num. 25. vers. quia respondetur, Rota dec. 683. n. 5. part. 1. diuers. quidquid in contrarium dixerit, Cephal. confil. 440. numero 44. dum communis opinio stat contra eum ex supradictis Doctoribus, ac decisionibus supremorum Tribunalium.

Nil obstat, quod bona controuersa vti prius spectantia ad Bartholomæum Decanum Ecclesiæ Meliten. cadant sub spolio ad fauorem Camere magistralis, cum ea præsumantur acquisita ex redditibus Ecclesiæ, vt per Didac. in cap. 1. num. 6. cum segg. de testam. Surdus confil. 333. num. 41. quia fat est dicere quod agatur de bonis donatis à Clerico beneficiato mediante donatione inter viuos, dum Bartholomæus præfatus dixit, se donare irrevocabiliter inter viuos, vnde talis reputatur, lege non aliter de leg. 3. leg. Labeo de suppellect. legat. Barthol. Imol. Castrenf. Alexand. & Ialon. in l. ege que doris, D. solut. matrimon. Menoch. præsumpt. 35. numero 2. lib. 3. Ialon. confil. 5. column. penult. lib. 3. & confil. 169. column. ultim. lib. 4. Decian. confil. 305. per tot.

470. num. 1. & 6. nec inde intrat spolium, licet donatio facta legatur ab infirmo, dum ex illa infirmitate non decefferit Ialon. in l. ege doris, n. 28. D. solut. matrimon. Io. Francisc. à Ponte conf. 83. num. 5. lib. 1. etiam si effectus donationis fuerit collatus post mortem, Baldus in l. 2. C. de iur. dot. Io. Franc. à Ponte d. confil. 83. n. 61. & sequentibus, lib. 1. Rota dec. 9. n. 24. & sequentibus, part. 7. recent. præsertim dum identem Bartholomæus sibi referuauit certam quantitatem causa testandi, quæ referuatio fuisse superflua, nisi donasset inter viuos: cum tunc de omnibus bonis potuisset disponere, Ruin. confil. 182. n. 7. lib. 1. Baldus confil. 107. num. 2. lib. 2. Soccen. conf. 53. n. 3. & segg. lib. Panzir. confil. 59. num. 93. & 94. Menoch. præsumpt. 33. lib. 3. Mastr. decif. 211. n. 23. Rota dec. 9. n. 2. p. 7. rec.
- 7 Quibus accedit quod donator apposuit clausulam, constituti, & clausulam, ad habendum, quæ alioquin essent ineptæ vt per Rol. confil. 61. n. 45. & 48. lib. 2. Surdus conf. 45. num. 26. Cyriac. contron. 314. num. 15. Rota decif. 9. num. 21. part. 7. rec. & in Lauretana donationis 20. Februarij 1641. coram Eminentissimo Cardinale Verospio, voluitque donationem insinuari infra tres dies, alias haberi pro insinuata, quæ insinuatio congruit donationi inter viuos, Mantica. de coniect. lib. 1. num. 16. promissæque omnia in donatione contenta, rata, & grata habere, quæ verba operantur pariter, vt donatio censetur inter viuos Alex. conf. 14. num. 1. volum. 1. & confil. 78. num. 4. vol. 4. conf. 7. n. 14. vol. 6. Natt. confil. 104. num. 6. Rol. conf. 8. num. 26. vol. 1. confil. 61. n. 43. vol. 2. Bell. iun. conf. 8. n. 6. & 7. Gabr. concl. 9. n. 7. iur. de iur. iur.

Minus obstat, quod donator voluerit sibi licere, donationem reuocare tam in vita, quam in morte, quem esse vehementem coniecturam pro reputanda præfata donatione causa mortis inculcabant informantes pro Camera magistrali; cum tale pactum repugnet illius substantiæ Doct. in l. Seia §. vltimo, D. de don. caus. mort. latè Bell. iun. dicto confil. 8. numero 22. & sequentibus, Menoch. confil. 1092. num. 27. Mart. vol. 77. num. 1. Molin. de prim. lib. 4. cap. 2. num. 40. & 52. Rota decif. 9. num. 13. p. 7. recent.

Sed fuit per Dominos responsum, præfatum coniecturam non sufficere, quando, vt in casu nostro vigent potentiores coniecturæ in contrariu, vt in præfenti, quibus concurrentibus dicta donatio sic concepta reputatur inter viuos, resolutibilis tamen quatenus donator alienet, siue aliter disponat de bonis donatis, Mantica coniect. vltim. vol. lib. 1. iur. 13. num. 20. Natta confil. 270. num. 4. Seraph. decisionem 559. num. 21. Rota decisionem 456. num. 26. part. 4. tom. 3. recent. Quæ coniecturæ non concurrerant in casu Doctorum adductorum in contrarium.

Nec pariter obstat, quod bona donata reuocabiliter cadant sub spolio. Port. Imol. confil. 114. Molin. de primog. lib. 2. cap. 10. num. 31. quia fuit animaduertendum, Port. Imol. non loqui in terminis reuocabilitatis, proueniens ex dispositione magis accedente vltima voluntati, quam contractui inter viuos, & quando constat bona fuisse acquisita ex redditibus Ecclesiæ, vt in specie Grat. d. c. 381. n. 6.

Sed cessat omnis difficultas, ex quo bona, de quibus agitur nullo modo possunt cadere sub spolio, quatenus etiam spolium dictæ Camere magistrali competeret, quia cum redditus Decana-

tus non excederent scuta 200. vel 300. vt testes comprobant, & ex testibus constet, quod Decanus, defunctus pro sui seruitio detinebat tres famulos, duas Afellas, & mulam, ciuiles vestes induebat, & cibis melioribus vescabatur, qui testes hoc bene comprobant, licet deponant de proprio iudicio, dum reddunt optimam rationem scientiæ Farin. de testibus, quæst. 68. num. 111. Buratt. decif. 430. num. 2. Rota part. 1. diuers. decif. 73. num. 2. quæ omnia minori impendio, quam scutorum 300. quinimo 500. fieri valuisse non est hæsitandum, inde satis dicitur probatum, quod quidquid acquisiuit dictus Bartholomæus Vassallus decanus, non acquisiuit ex bonis Ecclesiæ, sed ex propria industria licita, & permiffa, cum esset Iurisconsultus, quidquid verò fuit impensum in victu, certè præsumitur impensum ex redditibus Ecclesiæ. Innoc. in capite cum in offic. num. 4. de testam. Menoch. de arbit. oap. 195. num. 5. 7. & 8. cum sequentibus, Caputaq. dec. 303. lib. 1. in manus script. vnde sequitur, quod redditus Decanatus fuerunt consumpti in victu, & vestitu dicti Bartholomæi Decani, de acquirentis verò aliunde, quam ex dictis redditibus Ecclesiæ, valuit certè idem Decanus testari etiam ex dispositione iuris communis, Auth. licentiam Cod. de Episcop. Cler. cap. relatum il 2. §. Caterum; cap. quia nos de testam. Couar. in cap. 1. num. 11. vers. sic. & Presbyteris eodem titulo. Rota in Foroluiensi de Monsignanis 26. Februarij 1603. coram Penia.

Accedit omnibus, quod hodie est in causa dicta Camera magistralis, quæ solum prætendit acquisita ex fructibus dicti Decanatus, cuius præfatio remanet elisa, nedum ex impensis supra ponderatis, verum etiam quia dictus Bartholomæus, defunctus plura bona patrimonialia ac merè laicalia habuit, & antequam Decanatum assequeretur possidebat Archiepiscopatum eiusdem Ecclesiæ annui redditus scutorum 250. cuius fructus nullo pacto cadunt sub spolio ob constitutiones felic. record. Pij Quarti, & Pij Quinti, quocirca remanet clarum, acquisitiones factas non esse ex redditibus Decanatus, merito dictum fuit, Andreæ Vassallo dandam esse immiissionem vt hæredi, siue ex testamento remedio leg. fin. siue ab intestato remedio quorum bonorum, siue donatario defuncti; ad quem effectum sufficit posse dubitari, an dictæ Camere magistrali competat ius spolij, & an tali iuri fuerit derogatum in dictis indultis Pianis concessis Clero Meliten. dum exceptio defectus proprietatis non valet retardare immiissionem si non est clara, & requirit altiore indaginem, vt in hoc casu, Roland. confil. 2. num. 38. & sequentibus, lib. 3. Rota decisionem 186. num. 4. post 2. vol. conf. Farinac. & Forolui. de Monsignanis 26. Februarij 1603. coram Penia, & latè comprobatur moder. Bonon. de acquir. poss. quæst. 3. num. 1023. Rota p. 7. rec. dec. 110. n. 12.

Demum non obstat, quod aliqua corpora fuerunt donata aliis personis quia dum alij Donatarij non comparent, omnia debentur eidem Andreæ, quia est hæres, ac Donatarius vniuersalis, qui reputatur loco hæredis, Rota dec. 207. num. 9. part. 6. recent. & dec. 377. num. 7. & 8. p. 4. tom. 3. recent. legatarij etiam particulares debent capere de manu hæredis, Duran. dec. 62. n. 8.

Quò verò ad manutentionem concessam Andreæ donatario in vim clausulæ constituti in dec. 19. Februarij præteriti, hodie reuifa, fuit à decisio merito recessum, ex quo effectus constituti, à quo sumi

fumitur possessio dicti Andreæ Donatarij cessat in casu nostro, quia constitutum, & ipsa donatio legitur concepta ad fauorem absentis, neque constat de acceptatione constitutarij in vita donantis, eo autem defuncto, dum Camera magistralis possessionem bonorum dicti Bartholomæi accepit non competit manutentio aduersus eam dicto Andreæ heredi, qui prius possessionem non apprehendit, *retinenda in lit. de interd. Redoan. de spoliis, quest. 15. num. 24. vers. Ecclesiam, vel Cameram*, quin imo nec constat de animo eiusdem Andreæ acquirendi, & tamen ad hunc effectum requiritur animus acquirentis, & tradit Tiraq. *de iur. const. limit. 30. num. 1. & sequentibus, per textum in l. 3. in princip. & leg. quemadmodum l. quod meo, §. si seruis l. si seruis communis, primo, D. de acquir. possess. l. si ego, D. de negot. gest.*

22 Nil releuat, quod pro Donatario absentis Notarius fuerit stipulatus, quia licet ob dictam stipulationem donatio ex parte donantis fiat irrevocabilis, & donatario absentis acquiratur ab initio actio personalis ad rem donatam consequendam, non tamen acquiratur rei donatæ possessio ante acceptationem donationis ea ratione, quia possessio non nisi animo acquiratur Tiraquell. *de iure const. d. limit. 30. num. 7. & segg. n. 58. 59. Ruin. conf. 119. num. 8. vers. antequam conf. 126. num. 10. vers. rati ergo habitio, conf. 172. n. 16. lib. 1. Laderch. conf. 76. n. 1. Mant. de iacit. lib. 13. tit. 7. num. 25. Cyriac. contr. 322. num. 8. & segg. controu. 425. num. 22. cum segg. Ofasch. dec. 33. n. 12. Ant. de Amat. resol. 30. num. 6. Rota dec. 683. n. 4. part. 1. rec. & dec. 70. n. 10. part. 4. tom. 3. rec. non obstantibus quocumque iuramento appposito in d. donatione, dum illud dicitur respicere personam donatoris, non autem valere supplere consensum donatarij. Abb. in cap. sicut il. 3. n. 5. de iure iur. Gutier. in cap. quamuis, num. 55. de pact. in 6. Rota dec. 27. n. 11. & segg. part. 7. rec. & in Romana cens. 25. Iunij 1641. coram reuerendissimo P. D. meo Bichio.*

Animaduersum etiam fuit, quod in presenti, viuentis dicto Bartholomæo donatore, donatio nullo modo legitur acceptata, præsertim cum in ea diuersa legantur onera; nec sufficit, quod deuenit ad notitiam donatarij ad effectum præsumendi acceptationem licet fecus esset si donatio mere lucratiua extaret, Rota dec. 27. n. 4. p. 6. rec. dec. 27. n. 21. & segg. ubi in terminis donationis iuratae part. 7. rec. acceptatio verò dictæ donationis post mortem dicti donatoris in præiudicium Camere eiusdem magistralis, quæ statim defuncto dicto Bartholomæo possessionem bonorum illius apprehendit, nil prodest ad effectum raporandi manutentionem, quia de tempore acceptationis possessio non reperiebatur penes Bartholomæum constituentem; sed penes dictam Cameram magistralis, & medium impertinens impedit retrotractionem, Mantica. *de iac. lib. 13. titulo 7. numero 9. Rota decisio 627. num. 1. part. 4. diuers. relat. per moder. Perul. de manut. obseru. 55. numero 150. & in terminis Anton. de Amat. resol. 16. num. 6. Tiraq. de iur. const. limit. 30. numero 2. & 8. Castill. controuers. iur. libro 4. capite 37. sub numero 39. columna vltima, versiculo vsque adeo, Rota dec. 683. n. 4. p. 1. diuers.*

Et ita fuit resolutum vtrique parte informante, &c.

R. P. D. CERRO.
Bononien. de Testinis.
Luna 31. Maij 1649.

ARGUMENTVM.

Transactio habet in ventre exceptionem litis finitæ. Emanata ex falsa causa, est ipso iure nulla; debet tamen per tres sententias conformes declarari. Sustinetur ex quavis probabilis dubitandiratione. Fideicommissarius, quando possit impedire immisionem hærede scripto.

SVMMARIVM.

- 1 Transactio omnibus controuersis, & prætenfionibus finem imponit, & agentem à limine iudicij repellit: ex quo obstat exceptio litis finitæ.
- 2 Iura cessæ adeo irrevocabilitate acquiruntur cessionario, & eius hæredibus, ac successoribus, ut cedens ad illa amplius regressum habere non valeat.
- 3 Transactio emanata ex falsa causa, est ipso iure nulla, nec aliquem opera potest iuris effectum. Declaratur procedere solum in causa finali numero 5.
- 4 Dicitio forte, quando respicit factum, dubitatio nem præsertit.
- 6 Minori non solum licitum est denuò cum beneficio adire, sed hereditatem totaliter repudiare.
- 7 Transactio, que prætenfitur nulla, seu inualida ex falsitate cause, remanet in statu validitatis, donec, & quousque per tres sententias conformes rescinditur.
- 8 Ad transactionem sustinendam, quavis probabilis dubitandi ratio sufficit, dummodo calumniam euidentem excludat.
- 9 Reseruatio iurium, provt de iure, &c. & non aliter, &c.
- 10 Fideicommissarius non potest impedire immisionem hæredi scripto, nisi tribus copulatiue concurrentibus. Quod doceat incontinenti de iure suo. Quod nihil sit detrahendum, & quod possideat sine vitio.
- 11 Contradictor legitimus quis dici non potest, non docto incontinenti de iure suo.

DECISIO XL.

PER sententiam Rotalem pronunciatum fuit dandam esse immisionem Alexandro Vitali hæredi scripto per Guidonem de Testinis super omnibus bonis in eius hereditate repertis, quam hodie coram me in gradu appellationis confirmandam esse responsum fuit, quia illius validitas non reuocatur in iudicium, iniustitia verò probatur ex decisionibus emanatis coram reuerendissimo P. D. meo Peutingerio 2. Decembris 1647. & 5. Iunij 1648.

Nec obstat exceptio fideicommissi pro parte fororum de Testinis iterum deducta ex testamento Philippi.

Quia cum ipsæ in instrumento transactionis celebratæ 4. Februarij 1604. implissimè cesserint, & renunciauerint eidem Guidoni omnia, & quæcunque iuræ eis quomodolibet competentia, ac competitura, & signanter vigore institutionis & substitutionis ad eorum fauorem factarum per eundem Philippum ipsarum sum. num. 6. vtrique

1 eis obstat exceptio litis finitæ, cum transactio omnibus controuersis, & prætenfionibus finem imponat, & agentem repellat à limine iudicij, cap. 1. de lit. contest. in 6. l. causus, & l. fratris, Codice de transactioe, & præter auctoritates deductas in præcedentibus decisionibus responsum fuit in Romana successione de comitibus 26. Iunij 1647. coram Reuerendissimo dicto Terracinen. Ratio que mouit, & in Romana rescisionis concordia 15. Iunij 1648. coram Reuerendissimo Patre Domino Corrado. *Hæc enim*. Dictaque iura irrevocabilitate acquirata fuerunt ipsi Guidoni cessionario, eiusque hæredibus, & successoribus, itavt dictæ forores amplius ad illa regressum habere non valeant, vt plenè probant reiectis contrariis Peregrinus consil. 54. num. 16. lib. 5. Franch. decis. 375. num. 1. Rota in rec. decis. 587. num. 9. part. 1. dec. 109. n. 1. cum sequentibus, & dec. 141. num. 12. p. 5. coram bon. mem. Buratt. dec. 310. n. 5. vers. quo vero ad Margaritam ac n. 6. & 7. in Romana fideicommissi de incoronatio 5. Nouembris 1639. coram bon. mem. Pirouiano, aliique pluribus relatis dictum fuit in Romana fideicommissi de Cosciaris 16. Martij 1648. coram R. P. D. meo Corrado. *§. firmata igitur*.

Nec subsistit quod transactio emanauerit ex falsa causa ex eo scilicet quod Guido non approbaverit testamentum paternum cuius tamen contrarium appareat ex instrumento ipsius approbationis confecto 23. Iulij 1602. dicto Sum. num. 2. & ideo sit ipso iure nulla nec aliquem operari possit iuris effectum, *l. si ex factis Codice de transactioe*.

4 Dupliciter enim responsum fuit, & primo quod huiusmodi defectus approbatione fuerit quidem in dicto instrumento narratus, sed sub dubiis, non autem certis, & determinatis verbis, ibi; provt sic non fuit fortè per solemne instrumentum approbatum. Dicitio enim illa fortè quædo, provt hic respicit factum, dubitationem præsertit, Ruin. consil. 170. num. 5. lib. 2. Paris. consil. 29. num. 18. lib. 2. Menoch. conf. 759. n. 4. Et nihil certum inesse ponit, vt post alios dixit Rota coram bon. mem. Buratt. dec. 550. n. 2. Ideoque huiusmodi defectus dici non potest causa finalis ipsius transactionis, dum, nec narratus, nec habitus fuit pro constanti, vt ponderauit Rota dec. 104. n. 1. part. 2. rec. & consequenter non suffragatur pro illius inualiditate quia ad istum effectum sola causa finalis attenditur ad not. in leg. domus, Cod. de condit. & demonstrat. Rota dicta dec. 104. num. 1. in fin. vers. que ut causa.

5 Secundo quod ibidem non fuit simpliciter narratum Guidonem non approbasse testamentum paternum, sed quod illud non approbauerat saltem, vt voluerat Philippus eius pater ex quo illius hereditatem adiuerat cum beneficio legis, & inuentarij ibi, ob non factam per eundem Guidonem approbationem expressam dicti testamenti saltem provt dispositum à dicto testatore fuerat, &c. & ibi provt sic non fuit fortè per solemne instrumentum approbatum per dictum Dominum Guidonem, vt voluerat d. D. Philippus eius pater, sed tantum adeundo hereditatem cum beneficio legis, & inuentarij, &c. vt in registr. fol. 176. à tergo cum sequentibus. Quæ quidem narratiua tantum abest quod sit falsa, quinimo est verissima, qui Guido vltra dictam approbationem simpliciter factam 23. Iulij 1602. Summario dicto n. 2.

eadem die vel vt respondendo in contrarium adductis firmatur in vtrique decisione R. P. D. mei Peutingerij, vel vt altera pars prætenfit 27. eiusdem præuia curatoris deputatione hereditatem paternam iterum adiuit cum dicto beneficio leg. & inuentarij, ac cum præsertatione quod si quid ab eo factum fuerit nomine vel iure hereditario id semper fore, & esse factum saluo, ac reseruatō sibi dicto beneficio, & non alias aliter, nec alio modo eodem summario num. 3. Huiusmodi enim aditio & noua approbatio omnino est attendenda cum facta fuerit legitimo tempore, & versamur in minore cui licitum est non solum denuò cum beneficio adire, sed hereditatem totaliter repudiare, vt per textum in l. sicut maior, Codice de repud. & abst. hered. dictum fuit in Romana fideicommissi de maximis 11. Ianuarij præteriti coram me, §. penultimo, vers. quam minoribus cum aliis deductis in prima decis. huius causæ §. Præterea quamuis. Ac per consequens prætenfa falsitas causæ penitus excluditur, & transactio remanet in statu validitatis saltem quouisque per tres sententias conformes rescindatur ex probatis in vtrique præcedenti decisione, & signanter in prima §. fin.

Et ulterius Domini ponderabat quod transigentes principaliter deuenerunt ad huiusmodi transactionem ob varias prætenfiones hinc inde extrajudicialiter deductas; nam dictæ forores prætendebant à Guidone libras 8. mill. & apparatus Leonæ promissum à prædicto Philippo; necnō legatum annuorum scutorum centum ab eodem ipsis relictum; pro parte verò Guidonis replicabatur ad nihilum teneri, quia se vocatum dicebat ad antiquius fideicommissum q. Hieronymi Patru eiusdem Philippi, quodque illius vigore omnia bona ab eius patre relicta possidebat, vt proinde, nec dicta promissio sibi obstaret, nec Philippus in eius præiudicium præfatum legatum illi relinquere valuisset, & quatenus aliquid adesset proprium dicti Philippi illud sibi deberi prætendebatur pro restitutione dotis Angelæ eius matris, vt clarè haberetur in eodem instrumento dictæ transactionis sub illis verbis, hincque ideo orta cum sequentibus, vnde cum ex his appareat causam finalem dictæ transactionis fuisse controuersias super præmissis extrajudicialiter deductas, & litium occasiones, quibus partes cautè occurrere voluerunt, vtrique hoc superabundat, vt de illius nullitate, & falsa causa apponi non valeat, cum pro sustinenda transactione quæuis probabilis dubitandi ratio sufficiat dummodo calumniam euidentem excludat, leg. in summa, ibique glossa, & verbo nulla D. de condition. indebit. Parisius consil. 32. num. 17. lib. 1. Decian. consil. 56. num. 29. & lib. 4. Becc. consil. 109. n. 8. vers. nam eo, ipso, Rota in recentior. decis. 263. n. 2. part. 3. & decis. 348. n. 4. vers. etiam si modica part. 4. ac dictum fuit in Bononien. transactionis 25. Februarij 1639. coram bon. mem. Merlino §. illudque; pluriimi faciebat cum aliis late congestis in dicta Romana rescisionis concordia coram Reuerendissimo Patre D. meo Corrado, §. quia contrarium.

Denique minus releuat reseruatō iurium super bonis ex hereditate eiusdem Hieronymi.

Quia non fuit facta simpliciter, sed sub his verbis, ibi, reseruatō iuribus suis in bonis hereditatis dicti Hieronymi, &c. post mortem dicti Guidonis sine filiis, &c. si tamen, &c. & provt de iure, &c. & non aliter, &c. Et ideo cum adhuc concludenter

denter doctum non fuerit, ipsis aliquod ius competere, utique vigore istius reservationis petitam immiffionem hæredi scripto nequeunt impedire ex notat in lege filium fratribus, ibique Glossa verbo *mem placuit*, & Doctores, Codice ad Senat. Consult. Trebell. & ex lege 2. Codice de Edict. Diu. Adrian. Toll. Bartolus in lege finali, num. 22. versic. *quero ubi fideicommissarius*, D. eodem, & comprobatur Angelus de legitim. contr. ad. quest. 10. art. 15. n. 215. cum sequentibus. Et licet reperiantur in possessione auctore Prætoris nihilominus quia ad istum effectum tria copulatiue requiruntur, nempe quod fideicommissarius doceat incontinenti de iure suo, quod nihil sit de trahendum, & quod possideat sine vitio ex plene deductis in Bononien. bonorum 31. Ianuarij M. DC. XLVI. coram reuerendissimo Domino meo Decano §. nec ad impediendam. Non docto incontinenti de ipsarum iure non dicuntur legitimæ contradictrices, quamuis possessio non videretur vitiosa, vt respondit Rota coram bonæ memoriæ Buratto dec. 544. num. 1. & num. 2. & melius decisione 589. num. 2. ac in aliis latè relatis in eadem Bononien. bonorum §. nam primo. Ultra quod ex persona eiusdem Guidonis competuit detractiones legitimæ, & dotis maternæ ponderatæ in secunda decisione coram Reuerendiss. P. Dom. meo Peuringerio in fine.

Atque ita vtraque, &c.

EMINENTISSIMO, ET REVERENDISSIMO
D. CARD. CORRADO.

Perufina Bonorum.

Veneris 29. Maij 1648.

ARGUMENTVM.

Fatalia appellationis, spatio triginta annorum intereunt; quod limitatur in sac. Tribunal. Rotæ, stante iniustitia sententiæ: & plura de materia rei iudicatæ. Exceptio illiquida requirens, altiorum indaginem non valet impedire immiffionem iudicati. Plura de præscriptione, ac temporis lapsu: & de stylo Rotæ circa executionem.

SVMMARIVM.

1. Tempus triginta annorum facit interire omnia fatalia causa appellationis. Et ideo sententia transitum fecit in iudicatum, n. 3. Limitatur in sac. Tribunalis Rotæ, stante iniustitia sententiæ, quia tunc lapsus fatalium attendi non debet, n. 7. Ac proinde exequi debet, n. 4. Etiam instante hærede illius, pro quo lata fuit, n. 5. Eoque facilius quando ex decisionibus Rotalibus plene iustificatur, n. 8.
2. Causa restitutionis in integrum, infra quadriennium est terminanda.
3. Res inter alias, acta, vel iudicata, alteri nocere non debet.
4. Alienationis probatio non deducitur ex instrumento non effectuato, cum nullus sit ad hunc effectum considerationis perinde ac si celebratum non fuisset.
5. Legitima ex legis dispositione debetur nepotibus, ex filia prædefuncta, primum locum obtinentibus tempore mortis auiæ.

11. Et est tertia pars bonorum.
12. Et debet esse libera prorsus ab omni grauamine, ac fideicommissio.
13. Dos filia censetur constituta ex bonis paternis, prout fieri debet.
14. Dos materna non imputatur in legitimam ex bonis auiæ, matre prædefuncta, debitam Nepoti ex propria persona, cum illam ipse consequatur vigore stipulationis adhibita in instrumento dotali, vi hæres matris.
15. Exceptio illiquida, & requirens altiore indaginem, apposta per detentorem rei, non valet impedire immiffionem, que venit in executionem iudicati.
16. Eoque minus concurrente perceptione fructuum a die litis contestata regulariter constituendorum unde augetur illiquiditas, magis excluditur obiecta retentio.
17. Per lapsum annorum triginta, actio, tam in factum, quam iudicis officium competens pro executione iudicati, regulariter præscribitur.
18. Præscriptio contra hæredem, non inchoatur, nisi ab aditione hereditatis.
19. Præscriptionem opponens, tenetur principium, ac finem temporis necessarij pro eius complemento probare.
20. Hæredi substituto non potest præiudicare negligentia primi instituti, cum antea non posset agere, quam purificaretur eius uocationis conditio.
21. Præscriptio interrumpitur ex actis, & instantiis iudicialiter factis, & similibus.
22. Præscriptioni detrahendum est tempus pupillaritatis illius, contra quem prætenditur.
23. Rota obseruat, relaxari litteras executoriales pro executione sententiæ loco mandati executiuæ, post sententiam.
24. Et executio sic cæpta, impedita cursu præscriptionis, secundum opinionem, quam sequitur Rota.

DECISIO XLI.

Instituto alias iudicio coram gubernatore ciuitatis Perusiæ nomine Monasterij, ac RR. Monachorum S. Petri Ordinis S. Benedicti Congregationis Cassinen. contra D. Andream à Cornea, prolata fuit die 6. Maij anni 1568. sententia decernens illos vt hæredes Panthasileæ vxoris q. Hieronymi Vibij manutenendos esse in possessione bonorum d. hereditatis excepto prædico nuncupato, il Palazzo di Madonna Pantha, & duodecim feminis alterius prædij nuncupati del Teuerone, in quorum possessionem præfatum Andream, siue illius prædefuncti Procuratorem dominum litis effectum immittendum declarauit. Hæc autem in ea parte quæ respiciebat manutentionem Monachorum suum obtinuit effectum, alterius verò partis concernentis immiffionem Andree, ac eius hæredum cum peteretur executio coram gubernatore eiusdem ciuitatis anno 1580. die 16. Aprilis nominibus Guidonis à Cornea hæredis instituti, ac Hieronymi Martinelli substituti à præfato Andree, fuit impedita mediante inhibitione Rotali per Monachos exhibita; quare habito mox recursu ad signaturam causa fuit à S. mem. Greg. XIII. ad eundem gubernatorem remissa per Breue expeditum die 7. Iulij 1580. & deinde à S. mem. Clemente VIII. ad Card. Legatum per aliud Breue expeditum sub die 26. Nouembris 1601. Et demum post plura acta fuit Rotæ commissa, vt apparet ex ipsis Breuibus productis in processu coram bon. mem.

Ortem

Ortembergo fol. 56. & seq. à quo præuis pluribus decisionibus sub diebus 24. Nouembris 1608. 14. Ianuarij 18. Martij, & 6. Iunij 1611. confirmata fuit sub die 4. Iulij eiusdem anni sententia dicti Gubernatoris, ac denud decreta immiffio in possessionem eorundem bonorum ad fauorem dicti Hieronymi Martinelli hæredis substituti à præfato Andree (præmortuo tunc Guidone primo instituto) & relaxatum mandatum de immittendo. Verum exhibita die 6. Septembris eiusdem anni 1611. commiffione causæ restitutionis in integrum instantibus Monachis bo. mem. Lugdunen. ac deinde die 5. Nouembris sequentis bon. mem. Coccino subrogato, coram quo fuerunt reiectæ nullitates quædam pro eorum parte oppositæ, vt apparet ex decisionibus sub diebus 24. Februarij, & 3. Maij 1612. Obiit die 24. Octobris eiusdem anni dictus Hieronymus, cuius filius, ac hæres Constantius cum modo instaret pro executione d. mandati vigore specialis commiffionis executorialis à signatura obtentæ. Dubitauit an constet de re iudicata quæ sit exequenda. Et Domini affirmatiue responderunt.

1. Quia cum ab eo tempore citra (elapsis iam triginta annis, & ultra (interierint omnia fatalia, ne dum causæ appellatiouis, verum etiam restitutionis in integrum infra quadriennium terminandæ iuxta l. final. C. de tempor. in integrum restit. & ibi Gl. in verbo finiendamque litem, c. 1. de rest. integr. in 6. Clem. vnica, eodem tit. Rota penes Card. Seraph. dec. 945. sub n. 4. versic. hac autem instantia, & in rec. dec. 13. sub n. 2. versic. ultra quod, & dec. 592. sub n. 6. versic. & quatenus, p. 2. & dec. 233. sub n. 4. versic. imo quod fuerit lapsum omne tempus, p. 7. & in Tiburtina hereditatis 22. Iunij 1637. coram reuerendissimo Salamantino in §. tum etiam quia, versic. imo quod fuerit lapsum omne tempus Certum est; quod sententia Rotalis transitum fecit in iudicatum iuxta cap. cum sit Romana, de appellat. lege final. §. illud etiam, ac sequenti, & Auth. ei qui Codice de tempor. & repar. appellat. Rota penes Buratt. decisione 741. per tot. & dicta decisione 592. numero 6. parte 2. recentior. & in aliis. Ac proinde exequi debet lege post rem iudicatam, D. de re iud. lege 1. C. eodem leg. 2. l. final. Codice de execut. rei iudic. Rota decisione 601. numero 2. versiculo & consequenter, parte 4. tomo 3. & decisione 176. numero 3. versic. & ideo, & dec. 229. numero 16. versiculo ideoque, parte 5. & decisione 68. numero 3. versiculo venit exequenda, parte 6. & dec. 168. numero 9. versiculo quia cum mandatum A. C. p. 7. recentior. & in dicta Tiburtina hereditatis in §. ex quibus res iudicata venit omnino exequenda, & c.
2. Etiam instante hærede dicti Hieronymi pro quo lata fuit leg. si à te, §. Iulianus scribitur. leg. si mater, §. idem Iulianus, leg. exceptio rei iudicata, D. de except. rei iudic. Glossa in lege & an eadem, in verbo personarum, quod large eodem titulo Innoc. in cap. quamuis sub num. 2. versic. alias autem res iudicata, ibi etiam Imol. sub num. 1. versic. & aduerte, de sent. & re iudic. Alexand. in lege sepe, num. 69. versic. vna est, D. eodem, Panciroli. consil. 13. sub num. 9. versiculo & licet amplius non viuant. & sequenti, Sured. consil. 312. num. 12. versic. & ratio est, & c. Eoque facilius quia ex prædictis decisionibus Rotalibus plenè iustificatur Rota decis. 84. num. 1. versic. nam licet, Rota, part. 1. diuers. & penes san. mem. Gregor dec. 524. numero 4. versic. & pro bono iure, & c. ac in recent. de 647. sub num. 2. versic. iustitia vero, parte 1. & dec. 628. sub n. 1. versic. iustitia pariter, p. 2. & dec. 223. Salgado Labyrinth. creditor. Tom. II.

n. 12. versic. & ex decisionibus parte. 5.

Neque vlla fuerunt releuantia quæ obiciebantur pro RR. Monachis ad probandam iniustitiam eiusdem sententiæ, quæ stante lapsus fatalium in hoc S. Tribunali attendi non solet.

Nam quod primo loco deducitur ex sententiis bo. mem. Gropperij, & Orani prolatis de anno 1570. & 1590. pro ipsis Monachis in causis tunc vertentibus inter eos, & quosdam de Signorellis super eisdem bonis, obesse non potest præfato Andree à Cornea, & Merrinello eius hæredi, quibus sententiæ prædictæ nullum potuerunt præiudicium inferre, cum à diuersis personis, diuersisque prorsus causis, ac titulis ius suum deducant, de quibus in illis iudiciis non fuit actum, nec cognitum, minusque ipsi citati, licet emanasset de anno 1568. d. sententia Gubernatoris Perusiæ ad fauorem præfati Andree, ac eius hæredum; l. sepe, re iudic. l. 1. cum quaritur, & l. si cum vno hærede, ff. de except. rei iud. l. 1. & tot. tit. Cod. quibus res iudic. non noc. l. 1. Cod. res inter alios act. cap. dilecto filio, in vlt. verbis, ibique Glossa in verbo non obstat, versic. sed secus est hic, & c. de prob. Alexand. in dicta l. sepe n. 6. versic. ex quibus habes, & n. 23. versic. ultimo nota, & n. 77. versic. circa primam, D. de rei iud. Did. PP. quest. cap. 13. sub n. 5. versic. nec enim dubium esse potest, & versic. quod si lis, ac infr. versic. cuius rei ea est potissima ratio, & versic. hæc sane ratio, Sured. decis. 256. à n. 4. versic. in contrarium tamen, & sequentibus vsque in fin. Rota penes Manticom, decis. 66. num. 2. versic. neque obstat, cum seq. & in Reatin. consil. 6. Febr. 1626. coram bo. me. Remboldo apud modern. Perusina de manut. dec. 504. versic. & inter alios, ac seq. & sepe in aliis.

Minus obstat quod deducitur ex assertis alienationibus bonorum hereditatis dictæ panthasileæ factis per Sebastianum Vibium ab illa institutum pro dimidia atque grauatum fideicommissio ad fauorem Monachorum cum prohibitione cuiuscunque detractionis; & per dictum Andream à Cornea eius hæredem, pro quorum reintegratione prætenditur ipsis Monachis competere retentionem eorum, de quibus agitur, contra Martinellum ab illis causam habentem.

Quia (prætermiffis aliis) non satis iustificatur; nam instrumentum celebratum anno 1556. die 9. Aprilis inter dictos Sebastianum ex vna & Andream ex altera parte, non continet realem diuisionem bonorum dictæ hereditatis sed verbalem, putamque enuntiationem quod pro dimidia parte ad singulos eorum spectaret, cum cessione iurium, quæ Sebastianus habebat, & habere sperabat super dimidia parte cuiusdam horti olim dictæ Panthasileæ, vt in eo legitur. Nullibi autem constat ad actum fuisse deuentum, nec quicquam eius conuentionis vigore traditum vnquam Andree, vel ab eo possessum quinimo manifestè repugnat præcedens instrumentum de anno 1550. 4. April. ex quo apparet possessionem eorundem bonorum præuis decreto iudicis fuisse apprehensam communi nomine dictorum Monachorum, ac eiusdem Sebastiani in executione testamenti Panthasileæ, in quo specialiter fuerat dispositum quod ab eis communiter pro diuiso possiderentur; ideoque ipsis Monachis incisiis, ac dissentientibus in alios transferri, neque diuidi peterant; quare nulla reduci valet concludens alienationis probatio ex eo instrumento quod non fuit effectuarum, cum nullus sit ad hunc effectum con-

K sidera

derationis perinde ac si celebratum non fuisset Baldus in l. cum precibus, sub n. 1. vers. nota quod illud, C. de probat. Cephal. conf. 441. n. 106. vers. nec constat, cum segg. Becc. conf. 6. n. 3. vers. & non refert, & respondit Rota penes Verall. dec. 11. n. 4. vers. & cum reus, ac segg. p. 1. & in rec. dec. 723. sub n. 5. vers. & consequenter, ac seg. p. 4. & dec. 460. n. 15. vers. quia d. diuisio non habuit effectum, ead. p. 4. tom. 2. dec. 460. n. 6. vers. & sequenter. p. 5.

Alterum verò celebratum anno 1551. 7. Nouembris, quo Bernardus, & d. Andreas filij Prosperi à Cornea vendiderunt Orlandino de monte Vibiano tertiam partem omnium bonorum mobilium, se mouentium & immobilium, quæ possidebantur per dict. Panthasileam, ac in eius hæreditate remanserant in locis ibi enunciatis; & alterum de anno 1560. quo idem Orlandinus, prætiua narratione dict. emptionis vendidit Aurelio de Monte Vibiano duas ex tribus partibus bonorum ab eo ut supra emptorum existentium in Castro Cibotulæ, ac eius pertinentiis, &c. Præter quod eisdem responsionibus eliduntur, alia etiam ratione non vrgent, quia scilicet præfatis Bernardo, & Andrea tanquam nepotibus Panthasileæ ex Marguarita filia prædefunctæ primum locum obtinentibus tempore mortis Auiæ debita erat ex legis dispositione legitima §. neque, illo, in auth. de trien. & semis. & §. 1. in auth. de hered. ab intest. Gl. in l. omnimodo in verb. aliis personis, Cod. de inoff. test. Rota decis. 543. sub num. 1. vers. est enim certum, part. 4. rec. Quæ eandem tertiam bonorum partem comprehendebat iuxta textum in §. 1. in dict. auth. de trien. & sem. unde sumpta est auth. nouissima, Cod. de inoff. testam. Liberam proxius ab omni grauamine, ac fideicommissio, l. quoniam in prioribus, & l. scimus in princip. & in §. cum autem, C. eod. tit. Nec minui poterat ob dotem Margaritæ eorum matri assignantam per Balleonum, & Raphælem eius fratrem, ac hæredes Hieronymi communis patris tum quia ex bonis paternis (provt fieri debebat) constituta censetur iuxta Theor. Bald. in l. fin. sub n. 17. vers. sed hic posse quod frater dotauit fororem, & seg. Cod. de dot. promiss. Ruin. conf. 200. à n. 4. vers. sed præmissis non obstantibus, & seg. lib. 1. Menoch. de arbitr. iud. cas. 88. sub num. 46. ac 47. vers. sic in fratre, & fuit dictum in Romana pecuniaria 4. Julij 1618. coram bon. mem. Cardin. Verosio in rec. decis. 44. num. 7. vers. quod eo fortius, & seg. part. 4. tom. 2. Tum quia in legitimam ipsi nepotibus ex propria persona debitam (matre præmorta) non imputatur, cum eam consecuti fuerint vigore stipulationis adhibitæ in instrumento dotali tanquam hæredes matris iuxta legem scimus sub pisce vers. repetitionem autem, Codice de inoff. testam. Bartolus in lege post dotem, sub num. 32. vers. sculo nam si vera esset, D. solut. matrim. quem sequitur Castr. in lege, illam, sub numero 10. vers. sculo nam etiam ipse, Bartol. & ibi Alexand. sub num. 11. vers. nisi annus, Codice de collat. Surdus consil. 206. sub numero 16. vers. sed quia difficile, ac segg. vsque in fin. Thesaur. dec. 237. sub num. 11. vers. fallit primo, cum segg. & alij relati per Moder. Pisaur. in tract. de imput. & detract. quæst. 18. num. 32. vers. quoniam præter id, &c. Ideoque non probantur hinc concludenter præsentæ alienationes bonorum subiectorum fideicommissio Panthasileæ pro quibus Monachi restaurari debeant.

Quare cum huiusmodi Monachorum præsentio certa, & liquida dici non valeat, sed pleniores

probationes, exactioremque cognitionem, ac iudicis declarationem exposcat, non potest ea ratione illis concedi retentio ad impediendam iudicati executionem ad legem fin. Cod. de compens. Rota penes Card. Mantic. dec. 349. n. 6. vers. quæ autem & c. san. mem. Gregor. dec. 220. n. 5. vers. interim non est differenda executio dec. 254. n. 3. vers. sed iam non procedit; & Burat. dec. 803. n. 9. vers. & prædicta, in recent. dec. 679. sub num. 5. vers. & denique, & c. part. 1. & decis. 411. num. 24. vers. neque creditum; cum seg. Eoque minus concurrente perceptione fructuum à die litis contestatæ regulariter restituendorum, vnde augetur illiquiditas, & magis excluditur obiecta retentio, vi fuit dictum in Bononien. census 24. Nouembris 1627. coram Reuerendiss. Vrgell. dec. 113. num. 7. vers. quia quicquid sit, & in rec. dicta dec. 433. sub num. 4. vers. præterea, part. 2. & decisione 391. num. 6. vers. sed præterea, p. 5. & dec. 249. sub n. 20. vers. reliqua vero detractio, ac seg. part. 6. ac in aliis relatis in Romana fideicommissi de Palatiis 28. Iunij 1647. coram Reuerendiss. P. Domino meo Arguelles in §. pen. & fin.

Postremò non obstat lapsus annorum triginta, & ultra, quibus tam actio in factum, quam iudicis officium competens pro executione iudicati regulariter præscribitur per l. scilicet, vbi gl. in verb. persequutione, C. de præscr. 30. vel 40. an.

Quia, si opponitur aduersus sententiam Gubernatoris Perusiæ anno 1568. prolatam nullius est releuantie; tum quia cum eo tempore obiisset Andreas à Cornea, vt in ea legitur, non potuit inchoari præscriptio contra eius hæredes, nisi ab additione hæreditatis l. si seruus hereditarius, D. de stipul. seruuor. l. fin. §. fin. D. de vsuc. cap. Lea qua, §. final. ibique gl. in verbo cum fuerit adita hæreditas, C. de tempor. in integr. rest. pet. Bald. in l. licet n. 13. vers. quinto quæro, C. de iur. deliber. Nat. conf. 488. n. 7. vers. & contra hæreditatem, ac seg. & n. 19. vers. nam istud procedit, & c. Rota dec. 372. num. 8. vers. vnde part. 4. tom. 2. recent. Quæ non probatur vt par est in scriptam præscriptionem, opponens tenetur principium, ac finem temporis necessarij pro eius complemento probare, Bart. in leg. si post acceptam, num. 1. vers. & propter hanc legem. D. de rei vend. Bald. in rep. leg. Celsus à num. 153. vers. sexta elicitur conclusio, ac segg. & num. 164. vers. sed concessio, D. de vsucap. Hond. conf. 82. sub num. 45. vers. allegans enim præscriptionem lib. 1. Rota dec. 610. sub. num. 1. vers. & præscriptionem probare debent. cum seg. p. 1. rec. Eoque minus in præiudicium Hieronymi, cui 20 tanquam substituto per fideicommissum conditionale præiudicare non potuit negligentia Guidonis primi instituti, cum antea non posset agere, quam purificaretur eius vocatiõis conditio iuxta leg. cum notissimui, §. illud C. de præscriptioe 30. vel 40. ann. leg. 1. §. final. Cod. de annal. except. & auth. nisi triennale, Cod. de bon. mater. Alciat. in l. sitiusfamilias, §. Diui, sub num. 54. vers. sed, & cum proximiores, & c. vbi & alij DD. D. de leg. 1. Alexand. consil. 101. super primo dubio, sub num. 27. vers. quia regula & seg. lib. 7. Nat. 437. sub num. 5. vers. fin autem loquimur. Rim. iun. consil. 514. sub num. 43. vers. tertio tanto minus, Menoch. consil. 904. numero 60. vers. & certum est, ac seg. Molin. de primog. lib. 4. cap. 10. sub num. 3. vers. tertia conclusio, & pluribus relatis probat Peregr. de fideicom. art. 41. n. 16. vers. quinta conclusio. Tum quia in omnem casum fuit interrupta exactis, & instantiis iudicialiter factis

nomi

nomibus eorundem Guidonis, & Hieronymi an. 1580. 16. Aprilis pro executione eiusdem sententiæ, ac releuatione mandati de immittendo intimatis die 18. RR. Monachis, ac per eorum Procuratorem die 20. eiusdem mensis contradictis, & ex aliis successiue gestis tam coram Gubernatore, quam coram Legato, & V. Legato d. Ciuitatis, quæ omnia iustificuntur tam ex illo processu, quàm etiam ex supradictis commissionibus obtentis per martinellum an. 1580. & 1601. & aliis etiam productis pro parte Monachorum cor. bo. me. Gipsio an. 1584. in d. processu f. 1. & segg. ac deinde repetitis cor. eod. Ortemb. f. 34. ac segg. d. l. cum notissimi in princ. ibique gl. in verbo solam, C. de præscr. 30. vel 50. ann. Rot. dec. 86. n. 1. vers. nam quoad præscr. iuris communis, p. 1. diuer. & penes Burat. dec. 8. n. 1. vers. ex quo sequitur ac segg. & decis. 457. n. 3. vers. & nihilominus, ac R. R. Vrgell. 426. n. 22. vers. quinimo, & segg. ac in recent. dec. 245. sub n. 3. vers. accedat, p. 3. dec. 191. num. 18. vers. tum etiam quia apparet, ac dec. 216. n. 47. vers. sed etiam per litem motam, ac segg. p. 7.

Si verò opponitur aduersus sententiam Rotalem latam die 4. Julij. 1611. nec pariter releuat, quia præter quod detrahendum esset tempus pupillaris ætatis Constantij iux. d. l. sicut, §. quæ ergo antea vers. sed pupillari ætate dumtaxat, & c. C. de præscr. 30. vel 40. an. & l. fin. in fin. ibique glossa in verb. in suo statu, C. in quib. causis in integr. rest. necess. non est, & c. Rot. d. dec. 610. n. 2. vers. quia detractio tempore, p. 1. rec. dec. 372. n. 9. vers. ab anno verò, p. 4. t. 2.) fuit cæpta executio per relaxationem litterarum executorialium loco mandati executiui post sententiam iuxta obseruantiam Rotæ, de qua penes Mant. dec. 219. n. 3. vers. & maxime, & in Perusina bonor. de Seraph. 10. Maij. 1600. cor. Corduba apud March. de comm. tom. 1. f. 431. n. 3. vers. & dicitur cæpta executio, & in Pampil. benefic. 13. Martij 1617. co. bo. me. Selenc. apud moder. Pisaur. de subhast. dec. 58. n. 2. vers. quod autem executio tam sit cæpta, & in Lunen. Sarzan. iur. p. 26. Febr. 1625. cor. eod. in princ. vers. quod maxime procedit in hoc casu, & penes Burat. d. dec. 268. sub n. 4. vers. & quia post relaxationem, vbi Add. alias referunt, & Andr. dec. 85. n. 3. vers. cæpta autem, ac in rec. dec. 545. n. 5. vers. nec facit, p. 1. dec. 138. sub. n. 2. vers. vnde p. 2. Quo casu non procedit obiecta præscriptio secundum opinionem quam sequitur Rota, vt per Verall. dec. 365. n. 3. vers. quia sumus in casu, & segg. part. 2. Achil. dec. 5. de præscr. Burat. d. dec. 268. n. 3. vers. nec obstat, cum segg. & comprobatur modern. Rom. disc. 403. n. 8. vers. quæ magis procedunt, ac segg. & disc. 994. n. 13. vers. præsertim cum segg.

Quare fuit ita conclusum, vtraque parte in formante, &c.

R. P. D. BICHIO. Forosempromien. Bonorum. Luna 14. Martij 1650.

ARGUMENTVM.

Matri debetur legitima ex bonis filij prædefuncti limitatur in binuba quoad bona à patre prouenientia. Excipiuntur textu, in leg. scemina §. illud Cod. de secund. nupt. in §. cum igitur, Auth. de non eligen. secund. nub. & in §. hinc nos Auth. de nupt. & in proposito agitur Salgado Labyrinth. Credit. Tom. I. I.

de pænæ matris secundò nubentis. Item, & non petentis à iudice tutorem filio impuberi. Et quomodo intelligatur, & de aliis ad speciem facientibus.

SVMMA RIVM.

- 1 Supplementum legitima debetur matri ex bonis filij prædefuncti.
2 Cui debito non officit mors matris ante illud agnitum.
3 Quia cum ipso iure à lege deferatur, transmittitur ad quoscumque hæredes, etiam extraneos, licet non agnitum.
4 Et firmatur in puncto matris.
5 Neque præscribitur minori spatio triginta annorum.
6 Textus in leg. scemina §. illud Cod. de secund. nupt. restringit matris binuba successionem in bonis filij prædefuncti ad solum vsumfructum, donec vixerit reseruata proprietate aliis filiis prioris matrimonij.
7 Quæ matre mortua, etiam vsumfructum ad se trahit.
8 Quod procedit etiam in legitima alioquin matri debita.
9 Mater, quæ transiens ad secundas nuptias, tutorem filio impuberi à iudice dari non petierit, excluditur ab illius successione, etiam quoad vsumfructum.
10 Et in terminis legitima firmatur.
11 Textus in leg. scemina §. illud Codice de secund. nupt. declaratur non loqui de bonis aliunde quam ex paterna substantia, filio defuncto quasi is, & n. 16.
12 Quo casu binubatus non obstat matri quoad successionem pleno iure, & per consequens quoad legitimum, ac si secundò non nupsisset.
13 Textus dispositio in dicta lege scemina corrigitur per textum in §. cum igitur Auth. de non elig. secund. nub.
14 Legitima supplementum debetur matri in bonis filij prædefuncti, siue cum testamento, siue ab intestato.
15 Distinguitur ex mente Menochij consil. 327. n. 12. inter bona paterna, & alia: vbi videatur distinctio.
16 Pænæ secundò nubentium quoad successionem in bonis filij, non habent locum, nisi in prouenientibus ex paterna substantia, & n. 19.
17 Legitima supplementum filius non potest prohibere matri, quæ secundò non nupsit.
18 Neque si secundò nupsit, ex bonis aliunde, quam ex paterna substantia sibi quaestis.
19 In proposito legitima, non est considerabilis differentia, an contra voluntatem, vel secundum voluntatem filij mater veniat, sed tantum spectandum est, an matri sit debita legitima.
20 Legitima debita matri, etiã inuitis filiis, debetur.
21 Textus in §. hinc vos, Auth. de nuptiis, Declaratur, n. 30.
22 Legitima supplementum est contra testamentum.
23 Legitima extraneo, aut eius supplementum non debetur.
24 Legitima relinqui debet titulo institutionis.
25 Textus in §. cum igitur Auth. de no elig. sec. nupt. corrigitur per textum in §. hinc nos Auth. de secund. nupt. contrarium n. 37. 38. & 41.
26 Transitus mulieris ad secundam vota, infert iniuriam

- riam, tam marito, quam filio prædictis.
- 28 Quam iniuriam filius potest remittere quò ad sui successionem.
- 29 Sed remissio operatur taxatiue in eo, quòd matri reliquit, cum prohibendo ne plus petat, declarauerit quòd in reliquo noluit remittere.
- 31 Mater binuba non succedit filio ab intestato in bonis paternis nisi quò ad vsumfructum.
- 32 filius moriens non prohibetur testamento relinquere pleno iure bona sua, siue paterna, siue aduentitia matri superstiti sicuti ea relinquere & potest extraneo.
- 33 Filij morientis voluntas est seruanda quatenus fauet matri, & iura legitime eius, siue ex paterna substantia, siue aliunde prouenientia non minuit.
- 34 Legitima ascendentibus, etiam titulo Legati potest relinqui.
- 35 Legitima petenda ius, nunquam censetur à lege, vel statuto prohibitum, ubi in lege, vel statuto non legatur dictio aliqua taxatiua, aut nominatim exclusiua.
- 36 Mater consequendo partem relictam per testamentum in bonis filij, non prohibetur quia possit etiam, si quid legitime deest obtinere auctoritate legis, conditione ex lege.
- 37 Textus in §. hinc nos Auth. de secund. nupt. referuauit expressè leges fauorabiles matri in bonis aliunde; quam à patre filio obuuentis.
- 38 Et per hunc textum præseruatur potius quam corrigatur dispositio textus in §. cum igitur Auth. de non eligen. secun. dub.
- 39 Textus correctio nunquam censetur inducta, nisi expressum.
- 40 Aut necessaria legis posterioris incompatibilitate id suadente.
- 41 Textus in §. hinc nos Auth. de secund. nupt. non corrigit, §. cum igitur Auth. de non eligen. secun. nub. sed cum ipso concordat.
- 42 Maior binuba, non capit ex bonis profectiuis filij morientis, nisi quòd ei filius reliquit, quia censetur agnita seu instituta, vel quilibet extraneus, & hoc ob iniuriam filio illatam, ob quam excluditur à plena successione intestati.
- 43 Quæ iniuria ratio non habetur in bonis aliunde quæsitis, in quibus potest pleno iure ab intestato succedere.
- 44 Pœna secundo nubentium fauore filiorum inducta non militat in bonis aliunde quam ex patre quæsitis.
- 45 verbum, rogo. aptum est quandoque importare præceptum, ac prohibitionem in ultimis voluntatibus.
- 46 Resoluitur tamen in simplices preces, sic suadente testatoris voluntate ex aliis testamenti partibus elicita.
- 47 Verba quatenus de iure debeatur in testamento filij apposita, non important prohibitionem legitime per matrem præsentis, sed tantum seruari dispositionem legis: ac proinde imputatione legati eius fauore, in illam pro concurrenti quantitate.
- 48 Legitima detractio facta per matrem ex hereditate filij, dicitur secundum tacitam eius voluntatem, ubi non adest expressa illius prohibitio.
- 49 Tutor non datur pupillo existenti in potestate aui paterni, & proinde superflua est eius petitio.
- 50 Mater, quæ transiens ad secunda vota, non petit à iudice tutorem filio impuberi, dicitur redintegrata ad eius successionem, si filius maior factus,

- dum uiueret, matri huiusmodi exceptionem non posuit.
- 51 Ad legitima supplementum agi non potest ante firmatum statum hereditatis
- 52 Intelligitur quando dubitari contingit illam deberi.
- 53 Legitima iure debita in successione statuitur in triente bonorum ex quibus debetur.

DECISIO XLII.

PETI à comitissa Camilla Paciotta herede Ascaniij filij, & hæredis Dianæ supplementum legitime in bonis Antonij alterius filij prædefuncti eidem Dianæ debitum, §. primum itaque Auth. de hæred. & falc. Peregr. de fideicom. art. 49. in fin. Seraph. dec. 1331. n. 15. nec mors Dianæ ante illud agnitionem, nec lapsus temporis vetat; siquidem quia ipso iure à lege defertur, transmittitur ad quoscunque hæredes etiam extraneos, licet non agnitos, Aym. conf. 142. num. 2. Mant. de comest. lib. 7. tit. 8. num. 10. Grat. dec. March. 4. n. 2. & 3. & in puncto matris Mart. conf. 151. n. 2. Neque præscribitur minori spatium 30. annorum, vt reprobat Bartol. declarat Bald. in l. si quis filium n. 6. in fin. C. de inoff. testam. Galuan. conf. 13. n. 108. Negul. q. 335. n. 6. Rota dec. 489. n. 1. & segg. coram sa. mem. Greg. XV. dec. 256. n. 5. coram bon. mem. Card. Caualer.

Vtique tamen vetare videbatur eiusdem Dianæ transitus ad secunda vota Antonio filio adhuc uiuente, ob claram dispositionem text. in l. femina, §. illud, Cod. de secund. nupt. restringentis matris binubæ successionem in bonis filij prædefuncti ad solum vsumfructum donec vixerit, referuata proprietate aliis filiis prioris matrimonij, quæ matre mortua etiam vsumfructum ad se traxit leg. si quis prioris, §. illud, C. sec. nupt. §. finitur in fin. de vsumfruct. Rota dec. 209. num. 2. part. 1. rec. Idque procedere etiam in legitima alioquin matri debita tradit Bald. in Auth. ex testam. ante n. 1. vers. pone ergo, Cod. secund. nupt. Peregr. conf. 78. n. 5. lib. 1. & conf. 17. n. 4. li. 3. Menoch. conf. 237. n. 7. cum segg. Sanchez de marr. disp. 89. n. 19. lib. 7. Rota dec. 80. n. 7. & 9. part. 6. recent.

Imo cum Diana Antonio tempore dicti transitus impuberi tutorem à iudice dari non petierit, ei nec quoad vsumfructum succedere ab initio potuit l. omem, C. ad Sen. Consult. Tertull. Guttier. de tutel. part. 1. cap. 16. n. 32. & sequentibus, & magis in terminis quod prius traxit penitus legitima tradit Bald. conf. 140. sub n. 1. vers. ista igitur mater lib. 1. post Bart. in l. 2. n. 13. D. qui per tutor. Gabr. de tutel. concl. 1. n. 15. Negul. q. 627. n. 5.

Verum quia supplementum legitime hodie petitur in bonis aliunde quam ex paterna substantia Antonio quæsitis, de quibus exaduerso allegatus text. in l. femina non loquitur; binubatus non obstat, debeturque in illis matri successio, & per consequens legitima pleno iure, ac si secundo non nupsisset, vt probat text. in l. mater ibi, extrinsecus quidem quæsitia filio filiove, simili firmitate possideat, Cod. ad Tertul. §. cum igitur. Auth. de non elig. sec. nub. per quem corrigi dispositionem de l. femina aduertit Alba conf. 349. n. 1. Castr. Bald. Ioann. de Garronib. Crass. & alij, plures quos refert, & sequitur Rotam fauentina bonorum 5. Iulij. 1649. §. alia verb. & §. segg. coram R. P. D. meo Celso, quibus additur Sichard in auth. ex test. n. 3. C. sec. nupt. Aug. Barb. ib. n. 4 & 5. Gom. in l. 14. Tauri sub n. 2. Marthien. recop. lib. 5. tit. 1. 3. gl. 2. sub n. 15. Azueed. rec op.

- recop. lib. 5. tit. 1. lib. 4. n. 43. Facch. conf. 81. n. 2. lib. 1. Bellon. iun. conf. 59. n. 54. & segg. Negul. q. 367. n. 51. Fontanell. dec. 52. n. 19.
- 14 Siue filius decesserit intestatus, siue cum testamento, ita vt si in eo minus legitima matris reliquerit, agere matri liceat ad legitime supplementum, Baldus in dict. auth. ex testam. ante numer. 1. vers. pone ergo & num. 2. & consil. 314. num. 3. lib. 4. Castr. consil. 416. in princip. & num. 2. lib. 1. Soccin. sen. conf. penult. numero 4. lib. 4. Menoch. consil. 237. num. 12. vbi distinguendo inter bona paterna, & alia; ait, in illis si filij primi matrimonij supersunt, & defunctus cum testamento decessit matri non deberi legitima; in illis vero deberi, provt deberetur successio, si intestatus decessisset, quia ius petendi legitima metimur à successione ab intestato, Rim. iun. conf. 305. n. 17. & sequentibus, Peregrinus conf. 80. n. 22. lib. 1. conf. 417. num. 3. lib. 3. Facchin. contr. iur. lib. 3. cap. 63. vers. quibus non obstantibus Mart. de success. legal. part. 2. quaest. 4. art. 1. n. 28. cum aliis quos refert, & sequitur, Modern. Pilaure. de impu. q. 6. n. 6. cum sequentibus, & Moder. Vrbinaten. in tract. de frat. part. 3. cap. 13. n. 51. cum sequentibus.
- 16 Etiam si in testamento prohibuisset matri, ne plus peteret, quia cum in bonis aliunde quæsitis locum non habeant pœnæ secundo nubentium ex supra allegatis, sicuti filius prohibere supplementum legitime non potest matri, quæ secundo non nupsit, Suar. in l. quoniam in prioribus ampliat. 16. num. 3. Cod. inoff. testam. Gomel. variar. resolut. tom. 1. cap. 11. sub n. 24. Axueed. recopill. lib. 5. tit. 8. leg. 1. sub. num. 493. Ira nec potest matri binubæ, vt probat text. in §. cum igitur, ibi, sed etiam contra testamentum ei datis allegationibus, si fortè filius eam prætermiserit, aut irrationabiliter ex hæredatam fecerit, Auth. de non eligen. sec. nub. confirmatur in §. hinc nos infra med. ibi, in residuis verbò omnibus rebus quæ aliunde erant filio præter paternam successionem, veniant secundum vocationem nostram, & in fine ibi, aliis omnibus, quæ de successione dicta sunt parentum in filiis intractis remanentibus, Auth. de nupt. & tradit Ioannes de Garronibus in dict. Auth. ex testam. num. 29. in fine, vbi signanter dicit rationem, quia ad hæc bona non extenditur pœna secundarum nuptiarum, Cod. eodem tit. & reprobata contraria sententia Soccin. & Bero. quos sequitur est Laderch. conf. 33. numero 5. cum sequentibus, Modern. Foroliu. de legit. lib. 4. titulo 2. quaestione 2. numero 6. cum sequentibus tradit remissuè Rimin. iunior, dicto consilio 305. n. 17. cum sequentibus per tot. vbi responderet omnibus contrariis Peregrinus dicto consilio 80. num. 26. vbi ait quod in proposito legitime non est considerabilis differentia, an contra voluntatem, vel secundum voluntatem filij mater veniat, sed id tantum spectandum est, an matri sit debita legitima, & si debita sit, inuitis filiis debetur lib. 1. Castr. consil. 416. in princip. vers. nec excluditur lib. 1. Ancharan. consil. 421. num. 3. vers. secundo casu. Modern. Vrbinaten. decisione forens. Eccles. 33. sub n. 1. vers. contrarium, & num. segg. per totum, qui omnes Modern. sequendo Rim. iun. loco alleg. respondet cunctis aduerfantium obiectionibus.
- 21 Quorum duo præcipua sunt, nempe text. in d. §. Hinc nos, Auth. de nupt. ibi, si igitur legitime filius testatus fuerit, & reliquit matri substantiam, siue partem eius aliquam, hanc illa accipiat per scripturam; quia ubique custodiri morientium volumus voluntates, & habeat quod dimissum est, aut datum, & secundum proprietatem, & secundum vsum, sicut enim licebat relinquere alicui extraneorum, ita & matri relinquens siue institutionem, siue legatum, recte relinquat dominium, & vsum, siue ex rebus quæ extrinsecus aduenerunt, fuerit facultas, siue ex patribus, nihil ex hoc fratribus condicere valentibus, ponderando tum verbum, per scripturam, hoc est testamentum & sic non contra testamentum, provt esse supplementum legitime voluit Dec. in leg. precibus, numero 24. Codice de impub. & aliis substitit, Socc. Curt. iunior Ruin. & alij relati à Peregrino, dicto consilio 80. numero 24. Tum præceptum quod feruetur voluntas morientis, tum æquiparentem matri cum extraneo, cui sanè legitima, aut eius supplementum non debetur; Rota Bononien. in consil. vnic. impress. post decisionem Barz. numero 74. Tum tandem verba illa, siue institutionem, siue legatum, per quæ datur intelligi, quod Imperator voluit testamentum filij seruari, quamuis legitima non reliquerit, sed etiam suæ substantiæ partem titulo legati; quod in legitima non verificatur, quia illa relinqui debet titulo institutionis; vt in terminis legitime ascendentium Baldus in l. omni modo, Codice de inoffic. testam. cum aliis allegati à Matthien. recopillat. libro 5. titulo 8. l. 1. Glossa 7. numero 2. vbi quod licet Bartolus contrarium fenserit, nemo eum sequutus fuit, Purpur. consilio 164. num. 16. ex quibus corollarie concludunt contrariæ opinionis Affectæ, quod per hunc textum loquentem in specie etiam de bonis aliunde quæsitis, corrigatur alter in §. cum igitur Auth. de non eligen. secun. nubent.
- 27 Secundo in id expendunt rationem, propter iniuriam videlicet illatam, & marito, & filio mortuo per transitum ad secunda vota §. prospeximus, Auth. de non obligen. secun. nubent. §. soluto, §. quæ vero, vbi glossa, verbo & defuncto, Auth. de nupt. Rota decisione 171. numero 3. parte 3. recent. quam potuit filius remittere, sed remissio operatur taxatiue in eo quod matri reliquit; cum prohibendo ne plus petat declarauerit quod in reliquo noluit remittere, vt in proximis terminis contra matrem rationatur, Marcabrun. consil. 79. n. 182.
- 30 Cæterum ad eaducta ex textu in §. Hinc nos respondetur, quod imperator ibi non intellexit iura matri competentia restringere, sed ampliare, mandando quod eius fauore feruetur filij voluntas; plenumque ius, id est proprietatem; vsumfructum mater acquirat, totius, vel partis substantiæ; quam quouis titulo ei filius reliquerit, tam de aliunde quæsitis, quam de paternis quamuis; in his ab intestato non nisi quoad vsumfructum successisset, vt bene aduertit Facchin. controuerf. dicto lib. 3. cap. 63. vers. ad primum; & exemplo extranei vtritur imperator, non vt illi matrem penitus æquiparet, sed ne illo mater si deterioris conditionis, redarguendo in hoc constitutiones anteriores, nempe, ne prohibitum sit filio morienti relinquere matri in testamento bona sua paterna, aut aduentitia pleno iure, cum ea relinquere non prohiberetur extraneo, vt ponderat Rimin. iunior. dicto consilio 305. n. 97. cum segg. Peregr. in consilio 80. num. 22. vers. nec. text. lib. 1.
- 34 Itaque seruanda est voluntas filij, sed vt ait Peregrin. dicto consilio 80. num. 26. in fine, quatenus fauet matri, & iura legitime ei ex aliis iuribus prouenientia non minuit, & sic quatenus legitima (quam ascendentibus, quidquid sit in descen-

dentibus titulo legati posse relinqui voluit Bartolus in *Authent. nouissima n. 4. Codice de inofficis. testament.* Ioannes Franciscus à Ponte *consil. 66. n. 3. l. 1. q. 1. Rouit. decisione 22. sub. n. 12.*) pars illi à filio relicta adæquet, vt supposuisse Imperatorem colligitur: tum quia loquutus fuit de filio qui legitime testatus fuerit ibi; *siigitur filius legitime testatus fuerit*, qualis non est qui matri legitiman non reliquit, Sesse *decisione Aragon. decisione 270. numero 6.* Hieronymus Leo in *respons. post. decisionem 210. Valent. numero 78. & numero 79.* in puncto Faccin. *dicto capite 63. versiculo ad primum in fine Rim. inior dicto consilio 105. numero 51. & num. 53.*

35 Tum etiam quia vsus non fuit dictione aliqua taxatiua, aut nominatim exclusiua, sine qua ius pendendi legitiman nunquam censetur à lege, vel statuto prohibitum Ruin. *consilio 97. numero 2. libro 1. Franciscus Molina de rit. nupt. lib. 3. questione 37. numero 8.* Thefaur. *decisione 184. numero 3.*

36 Barz. *decisione 97. numero 46.* & stant simul quod mater per scripturam, hoc est testamentum consequatur partem relictam, si quid vero legitime deest obtineat auctoritate legis conditione ex lege Soccia. *in lege si ex toto num. 3. in. 2. notab. D. d. legat. 1. Ripa in lege in quartam numero 115. D. ad legem falcidiam*, Ruin. *consilio 55. numero 7. lib. 2.* Peregrinus *dicto consilio 80. numero 25.* Negulant.

37 *questione 424. numero 6.* Tum tertio quia, in bonis aliunde quam à patre filio obuientis, reseruauit expressè leges fauorabiles matri; atque hinc gratis dicitur fuisse ex hoc textu correctam dispositionem *text. in §. cum igitur. Auth. de non eligen. cum*

38 imo præferretur, Negulant. *questione 450. sub numero 36.* & correctio nunquam censetur inducta

40 nisi expressim Cephal. *consil. 535. numero 19.* Negulant. *questione 265. sub numero 18.* aut necessaria legis posterioris incompatibilitate id suadente *leg. sed & posterioris*, D. *legibus*, Glossa *in lege sciendum in princip. D. satisf. cogant. Cancr. variarum resolutionum, tom. 3. c. 14. num. 7. n. 8.* & in puncto quod *textus in §. hinc nos non corrigat, sed cum §. cum igitur* concordet, obseruat Bellon. inior. *conf. 59. n. 21.*

Ad rationem limitatæ remissionis iniuriæ, respondetur applicari quidem in bonis profectiuis filij, in quibus lex punit iniuriam filio illatam, & propterea mater exclusa à plena successione intestati, licet agnita in testamento filij non capit nisi quod ei filius reliquit quia censetur agnita, seu instituta vt quilibet extraneus, Baldus *consilio 49. numero 1. in fine lib. 5. Barbat. consil. 50. conluma 6. versic. capio nunc volum. 2. Alexand. consil. 3. num. 10. & sequentibus libro 7. Azued. recopilat. lib. 5. tit. 1. lege 4. numero 39.* Rota Bononien. *dimerf. decisione 11. numero 5.* Secus vero in bonis aliunde quæsitis, nam quoad hæc non est opus remissione iniuriæ, cum nec iniuriæ ratio habeatur, vt egregiè ponderat Bellon. inior *dicto consilio 59. sub numero 21. versiculo ad secundum, & numero 22.* vbi id probat ex quo lex eorum etiam proprietatem matri binubæ defert, Marchabrun. *consil. 79. n. 62. & n. 63.* post Salycet. *in auth. sed & si quis colum. 2. in princip. Cod. secund. nupt.* aliosque ibi allegatos, vnde etiam dicimus, quod in huiusmodi bonis, pœnæ secundo nubentium fauore filiorum inductæ, non militant, vt supra probatum fuit.

Sed præterea in casu nostro filius non prohibuit matri ne plus peteret, sed rogauit, ibi *Lapre-go contentari si per tutto quello, che potesse pretendere*

della mia heredità, & verbum rogo, aptum quandoque importare præceptum, ac prohibitionem in vltimis voluntatibus *lege 2. Codice de legat. Fufar. de subliit. questione 243. numero 2.* resoluitur in simplices preces, sic suadente restatoris voluntate ex aliis testamenti partibus elicita Cast. *in lege peto 71. numero 2. D. lege 2.* quæ hic euident colligi videtur ex superiori parte testamenti, vbi filius quatenus mater legitiman prætenderet, & ei de iure deberetur, quod non credit grauaui hæredem certo onere fauore cuiusdam Monasterij erigendi, enim demonstrat, quod filius noluit addece prohibitionem, sed tantum seruari dispositionem legis, & in puncto, quod verba illa quatenus de iure debeatur, non importent prohibitionem legitime, sed solum imputationem legati in illa pro concurrenti quantitate, Corn. *consilio 200. sub numero 5. versiculo & illa habet & 3. cum sequentibus libro 3.* quem refert, & sequitur Ripa *in lege in quartam, numero 154. in fine, D. ad legem falcidiam*, Rota in *Romana hereditatis de Fabius IV. Aprilis M. DC. XLII. §. antepenultimo in fine coram me*, quodque vbi non adest expressa prohibitio filij, legitime detractio fieri dicitur concundum tacitam eius voluntatem, Ioannes de Garro-nibus in *dicta Auth. ex testamento sub n. 29. vers. sed in casu, Cod. secund. nupt.*

Negligentia vero matris in petendo tutorem filio impuberi, cuiatur, quia tunc viuebat auus paternus, in cuius potestate cum filius esset, superflua erat tutoris petitio Alexander *consilio 185. num. 12. libro 6.* facit Soccin. lenior. *consilio 153. numero 38. versiculo sed clarum est, lib. 2.* Fulgosius *consilio 137. sub numero 3. versiculo in quare*, Robertus Marant. *consilio 51. numero 4.* Gabriel. *de tutel. conclusionem 1. numero 66.* Guttierrez eodem tractatu, parte 1. capite 16. numero 95. & in omnem euentum quia filius non deceffit in pnpillari ætate, sed maior factus; nec viuis huiusmodi exceptionem matri opposuisse probatur, re integratã diceretur mater ad legitiman filij successionem, vt ad litteram disponit textus in *lege matris*, Codice *Terrullianum* & notant Glossa, & Doctores in *lege sciant*, Codice *hered. legat.* Castrensis *consilia 416. sub numero 1. libro 1. Corn. consilio 234. numero 2. versiculo si autem decesserint puberes*, libro 4. Nicolaus de Vbald. *de succession. ab intestat. parte 2. in tertia limitatione*, Gabriel. *dicta conclusionem 51. numero 45.* Guttierrez *dicto capite 16. numero 77. versiculo secus si factus pubes*, Gomefius *in lege decima quarta Tauri, sub numero decimo octauo, versiculo secus vero si moriantur puberes*, Cyriacus *controuersia 367. numero trigesimo, & numero trigesimo primo, Rot. decisione 479. numero nono, versiculo vltra quod part. 1. recent.*

Non obstat, quod ante firmatum statum hereditatis agi non possit ad supplementum legitime iuxta theoreticam Barthol. *consil. 17. libro primo* quia ex datis in Summario Comitissæ numero decimo septimo cum sequentibus, satis constat quod legatum scutorum viginti quinque Dianæ matri ab Antonio relictum minus est legitima, cumque propterea dubitari non contingat. An supplementum debeatur, in quibus terminis loquitur Bartolus, sed de eius quantitate; firmari poterit status hereditatis, quando decernenda erit certa quantitas supplementi, statuendo intesim legitiman in triente medietatis bonorum aliunde quam à patre acquiritorum, quia

quia alia medietas spectat ad Ludouicum Antonij fratrem vtrique coniunctum iuxta textum in *Auth. defuncto, C. ad Terrullian. ac tradita à Negul. q. 512. n. 36.* Gabriel. *consil. 94. num. 20. lib. 1.* Thefaur. *dec. 172. n. 6. in fine Rota dec. 39. n. 18. inter impress. post Modern. Foroliuier. de legitim. cum aliis allegatis ab eodem Modern. lib. 1. tit. 4. quest. 7. n. 12. & 14.* Hector Felic. *allegat. iur. part. 3. allegat. 22. n. 1. & n. 3. in fin. Rouit. dec. 22. num. 13.* Rota in Imolen. *legitima 20. Nouembris 1645. coram Reuerendissimo D. meo Decano.*

Et ita decifum vtraque parte, &c.

R. P. D. Ghiflerio.
Romana Censur.
Veneris 22. Maij 1648.

ARGUMENTVM.

Virtus Clausulæ constituti latè inspicitur: vbi facultas capiendi possessionem propria auctoritate, inde resultans, non modicum expenditur: Et quid singularius in censu operetur. Hinc sumpta occasione. Associationis materia dilucidatur; & termini possessionis ciuilib, ac naturalis in propositum suapte veniunt.

SVMMA RIVM.

- 1 Clausula, constituti, continet facultatem capiendi possessionem propria auctoritate.
- 2 In contractu census apposta, præbet facultatem capiendi possessionem propria auctoritate fructus rei censita ad effectum sibi satisfaciendi de fructibus census.
- 3 Clausula dans, & concedens in censu apposta, secundum formularium Instrumentorum Vrbis, habet in ventre explicitam facultatem capiendi possessionem propria auctoritate.
- 4 Que sola de per se suffragatur pro obtinenda associatione.
- 5 Virtus dictarum clausularum non expirat per mortem constituentis.
- 6 Minusque ex negligentia constitutarij in apprehensione naturalis possessionis.
- 7 Limitatur, clausulam constituti non procedere, quando post mortem constituentis ipsa res fuit ab eius herede apprehensa, & postmodum constitutarius neglexerit apprehendere possessionem naturalem.
- 8 Associatio petita ratione ciuilib possessionis, non datur constitutario, qui patiendum ab alio rem naturaliter possidere, amisit ciuilem possessionem.
- 9 Petita vero vigore facultatis capiendi possessionem propria auctoritate datur, quia hæc est possibilis cum possessione alterius, & n. 12.
- 10 Quinimò alium possidere supponit.
- 11 Ciuilib possessio, quæ resultat ex pacto constituti, semper amittitur vbi constitutarius paritur alium possidere, & negligit capere naturalem possessionem.
- 12 Associatio, quæ fundatur in facultate capiendi possessionem propria auctoritate, non amittitur ex sola patientia, & negligentia modici temporis, sed præscriptione viginti Annorum.
- 13 Et non perit, nisi quò ad effectum retinenda tantum, secus quò ad alios.

- 14 Constitui virtus, quòd expiret per decennium, procedit ad effectum obtinendi manutentionem, non autem immisionem ex alio Iudicio possessorio.
- 15 Constitutarius, qui agit contra tertiam, debet, docere de dominio constituentis de tempore pacti constituti.
- 16 Possessio probatur ex testibus.
- 17 Et ex locationibus effectiuatis cum perceptione pensionum.
- 18 Mandatum de immittendo supponit possessionem in Aduersario.
- 19 Possessio probatur per sustentationem litis illius, qui vti possessor conuenitur.
- 20 Filius exercendo actionem hereditariam in bonis paternis, censetur ipse Patris heres, vbi agitur de eius commodo.
- 21 Tutor, vbi pupillus sit maior infante, & sari possit, habeatque aliquod animi iudicium, non potest solus contrahere, sed requiritur vt pupillus præsens cum auctoritate Tutoris contrahat.
- 22 Contrarium probatur, & n. 23.
- 23 Huius ratio duplex assignatur.
- 24 Associatio petita, per exceptionem nullitatis super articulo Iuris controuerso, vt per opinionum discrepantiam, non potest retardari.
- 26 Exceptio Iuris dubij, in quo hinc inde adsunt opiniones, equiparatur exceptioni facti aliorum indaginem requirenti, & n. 28.
- 27 Exceptio requirens aliorum indaginem facti, debet ad merita referuari.
- 28 Exceptio requirens longam, & dubiam iuris altercationem ob varias DD. opiniones, reuicetur ad merita cause.
- 29 Fructus dotis liquidantur à Statuto Vrbis lib. 1. cap. 138. ad rationem septem cum dimidio.
- 30 Fructus census taxantur ad rationem sex cum dimidio.
- 31 Exceptio fideicommissi, admitti non debet ad retardandam executionem Iudicij possessorii.
- 32 Censu ad effectum soluenda dotis mulieri à fidei committente descendenti, valide potest imponi super bonis fideicommissi subiectis in defectum liberorum ex dispositione Auth. Resque Communia de legatis, cuius remedium est subsidiarium.
- 33 Existentia bonorum liberorum pro satisfactione dotis sufficientium, ad effectum excludendi remedium Auth. Resque Communia de legatis, debet ab allegante, tanquam fundamentum sue intentionis probari.
- 34 Et quòd talia essent bona de tempore restitutionis dotis, vt ex illis sine lite, & controuersia, dos debita cum effectu posset restitui.
- 35 Verba coram Me Notario & c. manualiter, & c. habuit & recepit ab N. presenti danti, & c. ut tot iulius, & Testonibus, & duplis aureis, & c. in contractu apposta; siue similia verba verba in Instrumento apposta, numerationem probant.

DECISIO XLIII.

PLacuit DD. concedere filiis, & hæredibus quærenati Marerij associationem ad Casale Aguzani pro fructibus decursis, & non solutis, ac in futurum decurren. census annui redditus scutorum 65. in forte principali scutorum 1000. super eo impositi de anno 1625. per Carolum Franciscum Rebibam ad fauorem dicti Renati cum clausula constituti, tam ad fauorem ipsius Renati, quam hæredum, pacto adiecto inter partes, quod

quod dicta scuta mille soluerentur Camillæ Ricciæ matri ipsius Caroli Francisci ad computum restitutionis suæ dotis, dictaque Camilla teneretur cedere Renato omnia, & singula iura, omnifque actiones, & privilegia etiam prioritatis, & posterioritatis, & dotalia sibi quomodolibet competentia contra quoscunque translative, & non extinctive pro dicta summa scutorum mille, pro effectivè in instrumento sub die 11. Aprilis dicti anni 1623. tam solutio, quam cessio ad formam dicti pacti factæ fuerunt.

Ratio resolutionis fuit, quia cum successivis temporibus hæredes dicti Caroli Francisci defecissent in solutione fructuum dicti census, intentato iudicio p̄ dictos de Materiis super associatione ad fundum censuatum dubitari nequit, quin clausula constituti in contractu census, de quo agit, apposita, quæ continet facultatem capiendi possessionem propria auctoritate, suffragetur, & præbeat facultatem capiendi propria auctoritate fructus rei censitæ ad effectum sibi satisfaciendi de fructibus census, vt in terminis discussio articulo plenè firmavit Rota in Romana Censu 26. Iunij superioris Anni coram R. P. D. meo Bichio, vbi aliæ concordantes decisiones referuntur, ex cuius sola lectura decisa penitus remanet præfens controuersia. Et vltierus in ea firmatur clausulam (necnon dans, & concedens) appositam in censu secundum formulatum instrumentorum Urbis habere in ventre explicitam facultatem capiendi possessionem propria auctoritate quæ sola de per se suffragaretur pro obrinenda. associatione, vt bene per Rotam in dicta Romana census, §. quo magis in casu nostro, &c. dictæ clausulæ sicuti præbent facultatem capiendi propria auctoritate fructus rei censitæ ad effectum sibi satisfaciendi de fructibus census, ita censuario, ac illius hæredibus plenè suffragantur ad obrinenda. associationem, vt haberetur in leg. 3. ibique glossa in verbo non videntur, Cod. de pignorat. Menoch. de adipiscend. remed. 5. num. 107. Rota decis. 887. num. 5. coram bon. memor. Buratto in Bituntina census 27. Novembris 1645. coram Reuerend. P. Domino meo Corrado, & in dicta Romana Censu coram Re. P. Domino meo Bichio, quarum virtus non expiravit per mortem dicti Caroli constituentis, minusque ex eo, quod Marerij neglexerint apprehendere naturalem possessionem à Maximis, vt tertiis occupatam, Rota in Romana Domus 4. Decembris 1615. coram Francisco Vbaldo, apud Cencium de censibus decis. 253. num. 10. & num. 12. cum sequent. vbi limitatur, clausulam constituti non procedere; quando post mortem constituentis ipsa res fuit ab eius hærede apprehensa, & postmodum constitutarius neglexerit apprehendere possessionem naturalem, quia vt fuit dictum supra decisione R. P. D. mei Bichi in supra allegata Romana Censu in §. non obstat. plenè tollitur vtrumque obiectum distinguendo, quod aut petitur associatio ratione ciuilibus possessionis, & illa non datur, ex quo constitutarius patiendo ab alio rem naturaliter possideri, amisit ciuilem possessionem, aut petitur, vt in hoc casu, vigore facultatis capiendi possessionem propria auctoritate, & tunc datur associatio, quia hæc est compatibilis, cum possessione alterius: quin imò alium possidere supponit ex qua distinctione cessant deducta per Rotam in supra dicta decis. 253. post Cenc. cum procedat, quando censuarius peteret associationem innixus in sola

ciuilibus possessione, quæ semper amittitur, vbi patitur alium possidere, & negligitur accipere naturalem possessionem; secus vero quando, vt dictum est, associatio fundatur in facultate capiendi possessionem propria auctoritate, quæ non amittitur ex sola patientia, & negligentia modici temporis, sed præscriptione triginta annorum, vt in puncto distinguit Cyriacus controuers. 258. num. 39. & num. 40. vbi quod non petit, nisi; quoad effectum retinendæ tantum, secus quoad alios. Grat. decis. March. 15. num. 3. Pacific. de Saluiano inspect. 3. c. 2. num. 1029. Rota in Romana Saluiano 29. Ianuarij 1618. coram Remboldo, & in Bononien. Censu 4. Maij 1643. coram Me, in §. nihil enim facit, in fine, cum quod virtus constituti expirauerit per decennium procedat ad effectum obtinendi mentionem non autem immisionem ex alio iudicio possessorio, vt in d. Bonon. census coram Me.

Nec dubitari potest, quin doceatur de dominio, & possessione Caroli Francisci impositoris census de tempore impositionis, vt requiritur, quando non agit, contra constituentem, vel habentem ab eo causam, sed contra tertium, Soccin. senior consil. 106. n. 2. versic. concurrat, lib. 3. Tiraq. de iur. constit. limitat. 1. num. 23. Rota decis. num. 11. part. 1. diuers. quales sunt DD. de Maximis hæredes fideicommissarij Francisci, qui non veniunt ex Iure dicti Caroli Francisci, qui censum imposuit, sed possident ex fideicommissio, quia illa non solum probatur ex eodem instrumento impositionis census: sed ex testibus examinatis, ac locutionibus effectiuis cum perceptione pensionum, vt agnouit, & firmavit aliàs super hoc Casale Aguzzani, Rota coram Reuerend. Vrgellen. dec. 269. n. 1. illamque negare non possunt, dum post mortem dicti Caroli Francisci citato illius hærede intenterunt iudicium adipiscendæ, & in idem, vt ab eo possessum fuerunt immisso, quod nullatenus obtinuerunt, nisi reuera Carolus Franciscus Casale huiusmodi in vita possedisset, aliàs non fuisset concessum mandatum de immittendum per illum supponatur possessio Caroli Francisci leg. unica Cod. de alien. iur. ind. caus. Rot. coram Seraph. dec. 2074. in princ. in recent. dec. 618. num. 14. part. 4. tom. 3. Possessio vero illorum de Maximis, qui fuerunt in hoc iudicio conuenti non controuertitur, & probatur ex eo, quod ipsi sustinent litem tanquam possessores iunctis aliis adminiculis deductis per informantes.

Quod autem Marerij tunc agentes sint hæredes Renati emptores census, probatur ex eo, quod iustificatur, eos esse Renati filios; Nam hoc casu cum ipsi agant, & agatur de eorum commodo, censentur etiam eiusdem Renati hæredes Rota decis. 302. part. 3. recent. & in Bononien. Spolij 16. Martij præteriti coram R. P. D. meo Orthobono.

Neque hanc associationem impedire potest opposita nullitas census impositi à curatore dato à Iudice loco matris tutricis, & suæ dotis creditricis eidem Carolo Francisco pupillo, annorum scilicet decem vt asseritur in eodem instrumento, qui nec fuit præfens instrumento, etiam si esset maior infanti, quia cum in hoc Doctores non conueniant, absque eo quod in præfenti firmatur, quæ ex opinionibus verior sit, an affirmatiua, quod vbi pupillus sit maior infante, & dari possit, habeatque aliquod animi iudicium, non possit solus tutor contrahere, sed requiratur, vt pupillus præfens cum auctoritate tutoris contrahat vt notat

rat. Castr. in l. neque tutores, num. 5. Cod. de procurat. Socc. 24. num. 45. lib. 1. Peregrin. conf. 74. sub num. 4. lib. 3. Gomel. variar. resolut. tom. 2. cap. 14. num. 1. & dixit Rota in Bononien. de Berois 28. Iunij 1641. coram R. P. Domino meo Carillo, §. nullitas, seu potius negatiua contraria sententia, nempe, quod non requiratur præfentia pupilli etiam si maior sit infante, quam tueretur Arr. Pinel. in leg. 1. par. 2. Cod. de bon. patern. num. 66. vers. ego autem, & infra, vers. videreturque ridiculum, Iacob. Mandel. de Alb. consil. 205. n. 38. cum seq. vbi quod solus tutor sine præfentia pupilli potest alienare cum decreto, etiam si pupillus sit maior infante, quia præterquam quod iura dirigunt verba in tutores adest ratio omnino concludens, videlicet, quod durante tutela tutor censetur habere administrationem cum libera, ergo potest alienare, dummodo non dilapidet, hanc opinionem multis comprobatur, & respondet omnibus contrariis, eandem amplexa fuit Rota in recentior. decis. 296. num. 8. cum seq. p. 4. tom. 2. recent. ipsa controuersia, & opinionum discrepantia in hoc iuris articulo sufficit, vt huiusmodi exceptio nullitatis petitam associationem retardare non possit, quia exceptio iuris dubij, in quo hinc inde ad sunt opiniones, æquiparatur exceptioni facti altiore indagine requirenti, & sicut exceptio requiret altiore indagine, facti debet ad merita referuari leg. 3. §. ibidem, ff. ad exhib. leg. ille à quo, §. 1. ff. ad Trebell. ita & requirens longam, & dubiam iuris altercationem ob varias Doctorum opiniones, Capic. dec. 10. n. 19. & 20. Rota coram Seraphin. decis. 271. sub num. 6. decis. 64. num. 6. inter impressas apud Pacif. de Saluiano. in Bononien. bonorum, seu fideicommissi de Sanctis 17. Maij 1647. §. final. coram R. P. Domino meo Bichio. Eoque facilius est reicienda hæc exceptio, dum census fuit necessarius pro restitutione dotis & vtilis pupillo, quia fructus dotis liquidantur à Statuto Urbis lib. 1. cap. 138. ad rationem septem cum dimidio, fructus vero census taxantur ad rationem sex cum dimidio.

Tandem non obstat altera exceptio deducta ex antiquissimo fideicommissio, cui dictum Casale subiectum prætenditur, quia vltra quod redditur turbida, cum pro non existentia fideicommissi adfit sententia Rotalis, & adhuc lis pendet indecisa coram me, admitti non debet ad retardandam executionem iudicij possessorii vt bene per Rotam in dicta Romana census coram R. P. D. meo Bichio, in fin. & antea coram bon. memor. Buratt. decis. 853. n. 4. & in alijs relatis dec. 704. n. 1. part. 5. recentior. cum census, de quo agitur fuerit impositus pro soluenda dote dictæ Camillæ Ricciæ matris Caroli Francisci impositoris, ac descendens Francisci de Salomonibus fideicommissio validdè potuit imponi super bonis fideicommissio subiectis in defectum bonorum liberorum ex dispositione Auth. resque, C. comm. de legat. Cencius de censibus 9. 19. n. 32. cum seq. Duard. eodem tract. §. 1. q. 7. n. 33. Rota coram bon. memor. Cocc. decis. 244. n. 3. & ita passim, cuius remedium, licet sit subsidiarium, suffragatur Marerij, donec ex aduerso probetur, quod existerent bona libera restitutioni dotis sufficientia, cum non agatur de dote constituenda, sed de restituta, & de alienatione iam facta mediante census impositione, quam cum ex capite existentie aliorum bonorum liberorum sufficientium pro satisfactioe dictæ dotis infringere prætendat, illam probare debent concludenter, tan-

quam fundamentum propriæ intentionis, vt probant relati per R. P. Dominum meum Bchium in sæpe allegata Romana census, in §. conueniunt ferè omnes, cum quibus transferunt DD. quamuis alias Rota, dum agebatur de dote Victorij, dixerit, adfuisse bona libera, hoc tamen ad effectum, de quo agatur, non sufficit; quia probanda esset huiusmodi bonorum existentia de tempore impositionis census pro restitutione dotis Camillæ, & quod talia esset, vt ex illis sine lite, & controuersia dicta dos cum effectu posset restitui vt dixit Rota in Romana Dotis 23. Ianuarij 1645. coram R. P. Dom. meo Orthobono.

Obiectum denique in alia propositione sub die 27. Iunij 1646. deductum, quod ageretur de dote confessata cessat ex facto, quia ex instrumento dotali pro rata scutorum 1558. pro integro complemento scutorum 3000. monetæ dotis prædictæ, quæ rata maior est censu, apparet dotem fuisse solutam in contanti, ibi coram Me Notario, & c. manualiter & c. habuit, & recepit ab eisdem DD. Alexandra & Camilla præsentibus, dantibus & c. in tot Iulij, & Testonibus, ac scutis, & duplis aureis & c. quæ verba veram numerationem probant, Bart. in l. ex cautione num. 1. versic. si verb Notarius, Cod. de non num. pecun. Roman. in leg. prædialia sub n. 4. Digest. de acqu. possess. Bertaz clausul. 34. gloss. 8. num. 1. Rota decis. 310. & decis. 382. n. 4. part. 4. recent. & consequenter, dotem prædictam fuisse verè, & realiter solutam in longè maiori summa, quam importat census, de quo agitur.

Ex quibus fuit resolutum filiis, hæredibusque Renati Marerij esse dan. associationem ad possessionem Casalis Aguzzani pro fructibus decursis, & non solutis, ac in futurum decurren: denegata petita dilatione, cum interessere habentes plures laceffiti citationibus neglexerint informare.

EMINENTISS. ET REVERENDISS.

D. CARD. OTTHOBONO:

Romana Reintegrationis:

Luna 31. Maij 1649.

ARGUMENTVM.

Immissio in Saluiano cessat ex satisfactioe crediti: & illius continuatio prouocat ad actionem spolij. Calculus probat contra scribentem. Variæ illius inspectiones circa legitimum creditum in hac specie perpenduntur vbi ea magis, de lucro, & Interusurij dotalis aperitur.

S Y M M A R I V M.

- 1 Immissionis causa cessante in Saluiano ex satisfactioe crediti, qui passus est immisionem, re-integrandus est ad pristinam possessionem.
- 2 Et contra denegantē restitutionē datur actio spolij.
- 3 Calculus probat contra producentem.
- 4 Nec valet amplius; impugnari.
- 5 Quartum dotale, quod super lucratur, Censu superfluo ex dispositione Statuti Urbis lib. 1. c. 131. superextantibus filiis communis matrimonij, debetur mulieri quo ad usufructum tantum & acquiruntur

acquiritur filiis uti heredibus Patris; non autem ex propria persona.

- 6 Interfusoria dotalia non debentur mulieri, pendente mora restitutionis dotis, viro prædefuncto facta per ipsam interpellatione, ex dispositione Statuti Urbis lib. 1. c. 137. non debetur, nisi interpellatio sit iudicialis.
- 7 Et interpellatio non prodest, si fiat alij, quod propriis heredibus illius de cuius bonis agitur.
- 8 Retentio pro interfusoriis dotalibus, etiam reservatis in sententia, non competit, nisi facta ipsorum liquidata, ratione incertitudinis.

DECISIO XLIV.

Fuit per DD. resolutum dandam esse reintegrationem ad possessionem Domus, de qua agitur Ioann. Baptistæ, & aliis de S. Petro, quia Paulus Querrus filius, & hæres Septimæ, quæ vigore Saluiani interdicti per A. C. immissa fuit in possessionem dictæ Domus, quovisque ex illius pensionibus satisfieret in summa scutorum 900. pro residuo suæ dotis est satisfactus, ut constat ex calculo exhibitio, quo mediante Paulus factus fuit exegisse post immisionem ab Inquilinis Domus, & Apothecarum subitus domum scuta 1431. 64. cessante itaque immisionis causa ex satisfactione crediti illi de Sancto Petro sunt proculdubio reintegrandi ad eorum pristinam possessionem, & contra denegantem restitutionem datur actio spolij, Pacific. *ae Saluian. inspect.* 4. c. 1. n. 216. & n. 220. Rota coram Buratt. dec. 160. n. 10. coram Sanct. Memor. Gregor. decis. 254. num. 1. vbi Adden. num. 6. in Romana spolij 9. Iunij 1627. coram bon. memor. Merlino. & in Tiburtina Castri S. Angeli 27. Iunij 1642. coram R. P. Dom. meo Peutingero, & in Bononien. spolij 16. Martij 1648. in §. quod spolium coram Me.

3 Calculus autem prædictus cum fuerit exhibitus per Paulum contra ipsum producentem, bene probat Baldus in leg. scriptura 14. num. 2. Cod. de fid. instrum. Alex. conf. 30. num. 1. lib. 1. Rota coram san. memor. Gregor. decis. 238. num. 5. & ibi Adden. n. 15. & in recent. dec. 29. num. 46. part. 7. nec valet hodie amplius impugnari *cap. cum venerabilis, vbi omnes de except. Felyn. in c. imputari num. 7. de fid. instrum.*

4 Add. san. memor. Gregor. d. decis. 238. num. 15. cum aliis relatis per Rotam in Milevitana canonicatum 15. Nouembr. 1647. in princ. coram Me.

Neque obstat, quod Paulus adhuc prætendat retinere dictam domum quovisque ex illius pensionibus satisfiat de quarto dotali debito Septimæ eius matri ex dispositione Statuti Urbis lib. 1. c. 137. quia huius statuti vigore quartum dotale fuit superlucratum à Septimæ quoad vsumfructum tantum cum superessent filij cõmunes ex Thoma eius viro prædefuncto, & acquiritur tunc filiis uti heredibus patris, non autem ex propria persona, ut dixit Rota in decis. 117. n. 3. & seq. p. 6. recent. in Romana de Canaleris post Fen. dec. 79. per tot. in Romana fideicom. de Cæsareis 24. Nou. 1638. coram Reuerendissim. Terracinen. & in Romana Saluiani 1. Iulij 1643. coram R. P. D. meo Peutingero.

7 Nec minus Paulo potest competere retentio ob interfusoria dotalia eidem Septimæ debita occasione præsentæ motæ à die interpellationis incurfæ ob non restitutionem dicti residui dotis iuxta dispositionem Statuti lib. 1. c. 137. quia in hoc casu non fuit facta iudicialis interpellatio provt Statutum requirit ad hoc, vt interfusoria debeantur,

Rota in recent. dec. 106. n. 5. part. 3. in Romana fructuum dotis 13. Nouembris 1624. coram Remboldo impress. post Gilian. ad Statut. Perus. decis. 72. n. 9. coram san. memor. Gregor. decis. 269. n. 1. & ibi Adden. n. 7. & in Romana dotis 18. Februarij 1647. in §. nam cum à prædicta die coram Me.

Neque suffragari potest interpellatio facta Paulo: quia cum idem conuentus fuerit tanquam hæres Thomæ viro, non potuerunt ex ea in mora constitui hæredes Stephani, de cuius bonis hodie agitur l. mora 32. §. in bona fidei, ff. de usur. leg. in condemnatione 134. §. vnicuique, ibique gloss. ff. de regul. iur. Roland. conf. 58. n. 10. ad fin. lib. 2. Hondd. conf. 50. n. 34. lib. 1. Rota decis. 182. n. 6. & n. 7. part. 4. tom. 2. rec. & in Romana dotis 81. Febr. 1647. sub §. & hinc profecto coram Me.

Et in omnem casum cum huiusmodi credito ratione interfusorium non essent adhuc liquida, sed tantum referuata in sententia A. C. nec deinde fuerint declarata, aut liquidata ratione incertitudinis, aut illiquiditatis Paulo non potest competere retentio, Rota penes Buratt. dec. 160. n. 13. & ibi Add. n. 20. post Zacch. de oblig. Camer. decis. 130. num. 8. in Recanaten. maintenanceis 28. Iun. 1642. in fin. coram R. P. D. meo Cerro, in Tusculana Saluiani 17. Iunij 1647. in §. non tamen visa fuit coram R. P. D. meo Verofpio, & in Romana domus 4. Maij anni præteriti in fin. cor. R. P. D. meo Bichio.

Fuit itaque resolutum reintegrationem esse concedendam Ioann. Baptistæ, & aliis de S. Petro, vtraque parte informante, &c.

D. R. P. MELTIO.

Romana supplementi Legitimæ.

Luna 21. Iunij 1649.

ARGUMENTVM.

Supplementum legitimæ debetur filio, & pro eo eius Hæredibus in bonis Patris, Status hæreditatis concordatus à partibus coram Iudice attenditur, donec de errore concludenter probetur. Ipsius deterioratio, quomodo probetur. Legitima debetur iuxta valorem status de tempore obitus Patris. An imminuatur diminutione bonorum, quæ contingit est post. Diminutio, pendente mora soluendi supplementum, sequitur hæredem possessorem.

SVMMA RI VM.

- 1 Supplementum legitima debetur filio, & ex eius persona, illius heredibus, in bonis Patris prædefuncti.
- 2 Status Hæreditatis coram Iudice à partibus concordatus, est attendendus, donec de errore concludenter probetur.
- 3 Status hæreditatis deterioratio, causata ex bello, peste, & aliis accidentibus, quomodo probetur remissiuè.
- 4 Legitima debetur filiis de omnibus bonis, iuxta eorum valorem, & statum, de tempore obitus Patris.
- 5 Diminui an valeat, diminutione rerum, & bonorum contingenter post mortem Patris: remissiuè.

9 Dimi

6 Diminutio pretij hæreditatis, quæ contingit, pendente mora contumaciali Hæredis ad soluendum supplementum legitima filio debetur, cedere debet ad damnum ipsius possidentis.

DECISIO XLV.

Sterunt Domini in decis. coram Me sub die 2. Decembr. 1647. sub qua fuit resolutum sententiam Rotalem esse confirmandam Supplementum autem legitimæ debetur Mariæ, & ex eius Persona illis de Cherubinibus eius hæredibus in bonis Riccardi Rotigni eius Patris, probat expressè text. in l. omni modo Cod. de inoff. test. & fuit abundè firmatum tam in d. decis. quæ reuidetur, quam in aliis emanatis cor. R. P. Domino meo Cerro. Vnde super hoc non esse amplius insistendum ordinantur Domini, & restricta fuit tota difficultas ad solam quantitatem huius supplementi, quæ vt fit sc. 8215. ba. 88. iuxta liquidationem factam in d. sententia, & comprobata in eadem decis. cor. Me emanata sub d. die 2. Dec. 1647. visum fuit non posse amplius in dubium reuocari.

Nam ex statu hæreditatis d. Riccardi concordato cor. me de ordine Rotæ, præsentibus partibus ac earum Procuratoribus & Calculatoribus constat, quod factis bonis omnibus erroribus, & omnibus creditis præsentis inexigibilibus ab Anna Rotigna, nihilominus d. summa remaneat liquida, & indubitata, cui statim sic firmato, vt standum sit donec de errore concludenter probetur, tradit Soc. in l. qui pecuniam n. 10. ff. si. cer. pet. & in l. quibus diebus §. quodam Titio num. 10. ff. de cond. & dem. Vrtil. ad Affl. qui in computis socialibus decis. 105. n. 7. Bertaz. claus. 38. gloss. 2. num. 1. Rot. cor. Buratt. decis. 546. n. 6. vers. non obstat clausula, & in Romana Rescisionis Transactionis 29. Maij 1648. coram R. P. D. meo Corrado, §. vlt. vers. hinc DD. censuerunt.

Dici neque potest quod supplementum sit diminuendum attenda diminutione pretij bonorum stabilium in hæreditate reperorum causata ex bello, & peste, quia vltra quod talis deterioratio non probatur provt requirit secundum Gloss. & DD. in l. 2. Cod. de resc. vend. c. 3. de emp. & vend. Natt. conf. 650. n. 8. Mod. Perus. de sub. insp. 60. n. 1. & 2. Rota penes Buratt. dec. 538. n. 1. vers. nam dicte mulieres, quatenus etiam probaretur illam non releuaret. Nam quidquid sit (ex quo legitima debetur filiis de omnibus bonis iuxta eorum valorem & statum de tempore obitus Patris ad text. in l. omni modo in fi. Cod. de inoff. test. Rot. post Merl. dec. 113. n. 1. dec. 62. n. 73. p. 5. rec.) an rerum, ac bonorum diminutiones, quæ contingunt post mortem Patris valeant diminuere legitimam filij, de quo latè dixerit Peregr. de fideic. artic. 36. n. 16. vsque ad n. 35. Merl. de legit. lib. 5. titul. 3. q. 7. n. 12. cum seq. Quia in proposito casu concurrat mota Annæ hæredis, quæ sæpius requisita, & interpellata fuit ad soluendum dictum supplementum, ac semper recusavit, provt hodie etiam pertinaciter recusat, diminutio pretij si quæ contingit pendente tali mora contumaciali, certum est quod cedere debeat in damnum hæredis possidentis, vt declarat Rim. iun. conf. 227. n. 73. Capyc. Latr. consult. 78. num. 22. & fuit dictum in Romana fideicommissi de Episcopis 29. Nouembris 1634. coram Eminent. D. Card. Hieronymo Verofpio, & in eadem confirmata 22. Iunij 1643. coram R. P. Domino meo Verofpio.

Et ita informantibus tantum Dominis de Cherubinibus, altera tamen parte sæpius monita, & expectata, ac semper informate reculante, fuit resolutum, &c.

EMINENTISS. ET REVERENDISS.

D. CARD. CORRADO.

Romana successioneis.

Luna 17. Maij 1649.

ARGUMENTVM.

Dispositio leg. hac Edictali Cod. de secund. nupt. vbi occurritur præiudicio filiorum primi matrimonij sedulo perpenditur & coniecturæ contemplationis habitæ secundi Viri à muliere binuba testante, luculenti ratiocinio recensentur, & latè de materia.

SVMMA RI VM.

- 1 Dispositio testamentaria mulieris binuba intuitu, & contemplatione secundi mariti, extraneis filiis primi matrimonij, fieri prohibetur ex leg. hac Edictali C. de secund. nupt.
- 2 Probationes in materia difficultis probationis, sunt coniecturæ, ac presumptionibus Iudicis arbitrio pensandis.
- 3 Presumptio, quod dispositio testamentaria sit facta contemplatione alterius, non tollitur ex eo quod commodum ipsius referatur in alterum, concurrentibus aliis, quibus ea rectè percipitur, demonstrationibus.
- 4 Et in terminis filij instituti hæredes ad commodum Patris, textus expressus.
- 5 Datum illis videtur, cuius consensu, contemplatione, ac opera, alteri quid conceditur.
- 6 Legislator in l. hac Edictali Cod. de secund. nupt. apprimè intendit occurrere industriis, ac machinationibus, quæ in fraudem ipsius legis, ac in præiudicium filiorum præcedentis matrimonij, moliri solent, vbi referuntur verba legis.
- 7 Participatio commodi proprietatis in Hæreditate filiis relicta, satis resultat, & euidenter probatur in Patre, ex institutione ipsius in usufructu, cum plena bonorum administratione, ac ab omni redditionis rationum, ac consecutione Inventarij plena liberatione.
- 8 Distinctio Institutionis filiorum in proprietate, & Patris in usufructu, aperte conuincit, Testatoris uxorem nullum proprietatis commodum marito tribuere voluisse.
- 9 Vsumfructus hæreditatis relicta filiis, ex legis dispositione acquiritur Patri, siue sint absolutè instituti, siue in proprietate, non alio addito. Nullum autem Ius proprietatis ipsi regulariter acquiruntur.
- 10 Testator instituens filios alterius, potest prohibere vsumfructum Hæreditatis Patri.
- 11 Contemplatio mariti, resultat ex institutione filiorum facta per uxorem, qua non prohibuit ipsi vsumfructum.
- 12 Vsumfructus semper in proposta spectatur ex tacita disponētis voluntate prohib. us, ad sustinēdā dispositionē, qua aliter redd. retur inualida.
- 13 Clausula, quo magis adhibetur in rebus suspectis, eo.

- eo magis presumitur frau, ac dolus.
- 14 Decius acriter & iure merito inuebit contra DD. excogitantes, & approbantes cautelas in fraudem leg. hac Edictali Cod. de secund. nupt. ac præiudicium filiorum primi matrimonij.
- 15 Et dicit illas esse verbales, & reiiciendas.
- 16 Commodum, quod ex amplitudine verborum institutionis, ac tota testamenti serie, intenditur Testatricem voluisse, conferre marito, qualecunque sit, sufficit ad hunc effectum.
- 17 Vfusfructus debetur Patri ex Hereditate filij à matre obuenta ex dispositione Statuti Urbis lib. 1. c. 131. sub rub. ad lucr. dot.
- 18 Declaratur hoc Statutum procedere, & disponere, quando extant soli filij communis matrimonij, non autem quando concurrunt alij ex præcedentibus nuptiis suscepti.
- 19 Statuto cessante, attenditur dispositio Iuris communis.
- 20 Leg. hac Edictali fauet filij, primi matrimonij.
- 21 Repudiatio seu renunciatio commodi Hereditatis Vxoris, facta à Viderico, non potest tollere Ius filij primi matrimonij ex leg. hac Edictali proueniens, quibus, expectata alia ipsius acceptatione, statim illud defertur.
- 22 Repudiatio huiusmodi presumitur facta in fraudem filiorum primi matrimonij ad priuandum illos lucro à lege delato.
- 23 Substitutio facta in testamento, licet in futurum, ac incertum euentum collata, est considerabilis ad effectum, ut presumat contemplatione illius, cuius linea in propria, & descendendum personis vocatur.
- 24 Et facultas specialis à testatore concessa hæredibus institui disponendi ad fauorem certa persona descendens illius, de cuius contemplatione dubitatur & illius descendendum ad solam eius contemplationem referri potest.
- 25 Contemplatio secundi Viri presumitur habita fuisse à muliere binuba in odium filiorum primi matrimonij, quando in casu contradietionis ipsorum sue odio à dispositione, imposuit caducitatem alieni portioni, & illi reliquit executorem primum secundum virum, deinde suos filios hæredes institutos, cum plenissima liberatione à redditione rationum.
- 26 Pariterque ad onus portionis, tunc iis adiudicanda, de rationem caducata, & legata etiam annua referri voluit.
- 27 Exoneratio grauaminum in Hereditate, non solum proprietarij, sed vsufructuarij etiam commodum, & contemplationem præferret.
- 28 Iudicium idè prorsus resultat institutionis vnus, vbi ex antecedentibus, & sequentibus institutionis de eius filijs paribus apparet testantè præ oculis habuisse, & contemplatur fuisse illum.
- 29 Ad formandum huiusmodi iudicium totius Testamenti contextus, non autem singula illius partes distinctim, omnesque simul presumptionis vndique resultantes considerari debent, cum vicissim adminiculentur.
- 30 Contemplationis prædictæ nulla maior certitudo adduci posse videtur, & qua ipsius testatoris ore prolata fuit.
- 31 Legatum annuli pretiosi ob memoria conseruationem, ceteris iunctis, ex eodem testamento coniugis morientis insurgentibus, adminiculis, est præstantior probatio amoris, quam sit quelibet contraria ex testibus elicita, odij, ac discordia, qui essent inter Coniuges.

- 32 Ratio prima in periodo testantis, licet addita sit secunda ad eius corroboracionem, præferret contemplationem testatoris, ac dispositionis finalem, & præcipuam causam.
- 33 Licet ad hunc effectum sufficeret, quod esset æque principalis, & coniunctim adiecta.
- 34 Imò & secundaria.
- 35 Eoque maximè vbi sunt commemorata merita filiorum, meritorum ob ætatis tenuitatem non comput. nisi Patris contemplatio suppleuisset.
- 36 Dispositio mulieris secundò nupta, ex qua filij ex primis nuptis suscepti neque legitimam consequantur tanquam iniqua, ac iniustis artibus extorta, penitus reprobat.
- 37 Tempus testamenti attendi debet, quando inquiritur testatoris intentio circa disposita in eo.
- 38 Causa odij filiorum debent esse granes, que inducant matrem ad disponendum in illorum præiudicium: alias sic disponens, presumitur extraneis artibus, ac suasionibus circumuenta.
- 39 Rationes expressæ, & cumulate in testamento facta à muliere, censentur deducta ad obtegendam, & colorandam mariti contemplationem, quando alia fortiores pro ea vigent coniecturae, ac verba, que non solum suadent, sed demonstrant, principium, medium, & finem, ac totius dispositionis substantiam, fuisse in præscripta contemplatione constitutam.
- 40 Et propterea, licet alias vere forent, cum tamen sic adiecta censentur in fraudem, ac circumscriptionem legis, attendi non debent, sed sunt reiicienda.
- 41 Forma relicti non est consideranda, sed effectus rei.

DECISIO XLVI.

Voluerunt Domini tertia vice audire D. Com. Fabium. Verum causa denuò exacto studio discussa, nulla demum visa fuit pro eius parte deduci releuans ratio, ob quam sit recedendum à resolutionibus coram Me factis sub diebus 18. Maij 1646. & 14. Iunij 1647.

Nam ponderato, vt fieri debet, toto contextu testamenti Imperiæ illius vxoris clarè dignoscitur quod eius intuitu, & contemplatione conditum fuit contra dispositionem l. hac edictali, C. de secund. nupt. Hoc enim in subiecta materia difficultis probationis benè probatur coniecturis, ac presumptionibus Iudicis arbitrio pensandis, ad leg. licet Imperator. cum ibi not. per DD. ff. de l. l. dolum. C. de dol. c. 2. de renunciat. in 6. Bart. in l. si filiofamilias, n. 1. vers. si apparet, ff. de donat. caus. mort. Ang. in l. si. sub n. 2. vers. & ideo, C. de vsufruct. cum aliis latè adductis per Mascard. de probat. conclus. 815. sub num. 1. vers. qua in re, & c. & in specie tradunt Soccin. iun. conf. 16. n. 4. vers. & ante omnia presuppouendum est, & c. ac segg. lib. 4. Rim. iun. conf. 243. n. 34. vers. & cum in fraudibus, & segg. Lancellott. Gall. consil. 18. à n. 25. vers. & hac quoad iuris presumptionem, cum segg. & sub n. 53. vers. nec obstat, ac seg. Card. Bardellon. conf. 4. sub n. 66. vers. standum igitur est coniecturis, ac seg. Fachin. controu. lib. 3. cap. 66. in fin. vers. ex variis porrò causarum figuris, & c. & confert Lup. de illegitim. com. 1. §. 5. sub num. 158. vers. vnde secus est, & c. Quæ in præcedentibus Decisionibus fuerunt plenè deductæ, & comprobata.

Nec obstat, quod ex institutione communium filiorum secundi matrimonij, quam fecit Imperia in proprietate bonorum eius hæreditatis, nullum

resultet

resultet commodum dicto Com. Fabio eorum patri, quo circumscripto, cessare videtur in ea parte (super qua insistebant informantes) eius contemplationis præsumptio.

Quia præter quod illa quidem efficax est contemplationis huiusmodi demonstratio, sed non vnica, nec exclusiua aliarum presumptionum quibus eadem rectè percipitur, licet dispositionis commodum referatur in alterum, vt probat littera text. & explicat ibi Goffred. & Fulgos. in leg. fideicommissa, §. pen. ibi, plerumque autem intelligendam est priuati causa hoc fecisse, licet emolumentum publicano queratur, & c. ff. de leg. 3. & melius ad rem nostram in leg. pen. in fin. princip. ibi faciliors, suspicio per filium scriptum hæredem quamuis emancipatum aduentem, liberi hæreditatem ipsam patrum habere. cum omnia que nostra sunt, liberis nostris ex voto paremus & c. ibique gloss. in verb. patrum habere, ff. de bon. libertor. Nam illi datum videtur cuius consensu, contemplatione, ac opera alteri quid conceditur leg. solutum, ff. de pignor. act. leg. si sponsus, §. generaliter, ff. de donat. cum sim. Rip. consil. 1. sub num. 9. vers. ad fundamentum Baldi & c. de secund. nupt. Quæ sanè conclusio facilius procedit in hac materia, in qua Legislator apprimè intendit occurrere industriis, ac machinationibus, quæ in fraudem ipsius legis ac præiudicium filiorum præcedunt matrimonij moliri solent, vt legitur in d. l. hac edictali, in princip. vers. fin. verò ibi, omni circumscriptione, si qua per interpositam personam, vel alio quacunque modo fuerit excogitata cessante, & c. & in §. optimè, ibi, nulla machinatione neque per suppositas personas, neque per aliquam aliam causam interponi valente, & c. in Auth. de nupt. Præsertim inter domesticos quibus sunt faciliores, ac frequentiores, leg. data, Cod. de donat. & in specie probant Castr. in consil. 150. viso puncto sub n. 2. ad fin. vers. nec obstat, quod saltem proprietatem, lib. 2. & prius Ioann. de lignan. Franc. Arret. & Riccard. de Salyc. inter consil. eiusdem Castr. consil. 261. ac 263. & post consil. 264. lib. 1. Ruin. in consil. 112. sub n. 8. vers. & isto casu, lib. 1. Menoch. consil. 11. sub numero 11. vers. & que quidem cautela, & c. Rim. iun. conf. 241. sub numero 46. vers. mouentur etiam, cum segg. & dicto consil. 243. n. 27. vers. subingens, & segg. Thesaur. decis. 170. sub num. 33. vers. ideo cautela, Eugen. consil. 1. sub n. 27. vers. contrarium tamen cum segg. lib. 2. Honded. consil. 14. sub num. 32. vers. quinimò, lib. 1. Lancellott. Gall. consil. 18. sub num. 42. vers. sed quando pater, Mantica. de tacit. lib. 12. tit. 33. sub num. 10. vers. aliud autem dici potest, & vers. neque est omittendum, & c. Rouit. decis. 12. sub n. 4. vers. rationem assignant, & c. cum segg. & sub numero 9. vers. ex quibus patet, & c.

Ex facto etiam remouetur obiectum, cum ipse com. Fabius fuerit in vsufructu eiusdem proprietatis hæres pariter institutus, cum plena bonorum administratione, ab omni redditione rationum, ac inuentarij confectione expressè liberatus, ex quo euidenter probatur commodi illius in eadem proprietatis filijs relicta participatio, Castr. dicto consil. 150. sub num. 2. vers. nos loquimur, & c. & vers. sed hic ultra processit, & c. lib. 2. Rim. iun. dicto consil. 241. sub num. 49. vers. & certè. & c. Thesaur. d. dec. 170. numero 28. vers. ampliatur tertio, & c. dicens hoc esse indubitatum, Laderch. consil. 147. sub numero 1. vers. secunda est suspicio, Mart. Vot. 39. sub numero 15. vers. ex his Salgado Labyrinth. Credit. Tom. II.

sequitur, & seg. Mastill. decisione 175. num. 21. vers. item quia patri, & seg. Rouit. d. decisione 12. num. 3. vers. pro ut si in eadem dispositione, & fatetur Bellon. iun. in obiecto consil. 82. sub n. 26. vers. ad secundam verò, & c. sententiam prædictam in his terminis veram esse.

Nec releuat contraria illatio ex eo deducta, quod distincta huiusmodi dispositio, qua filijs proprietatis, viro autem, ac patri eorum vsufructus separatim fuit relicta, apertè conuincat Testatricem nullum proprietatis commodum marito tribuere voluisse, vt sentit Dec. in consil. 462. visa legitimatione sua numero 20. vers. ad remouendum ista, & c.

Quinimò contemplationem illius euidentius demonstrat. Nam si hæredibus simpliciter, vel etiam in proprietate alio non addito filijs posterioris matrimonij institutis decessisset Imperia, quo casu ex legis dispositione idem vsufructus, nullum autem ius proprietatis regulariter acquiritur patri leg. cum oportet, Cod. de bon. qua liber. Attamen id censetur mariti contemplatione fecisse, ea sola ratione, quia cum illum expressè, vt poterat Auth. excipitur eodem tit. non prohibuerit, dicitur ideo filios instituisse, vt per eos patri acquireretur ab l. cum filiofamilias, in princip. vbi gloss. in verb. patri, & seg. ac DD. ff. de leg. 1. & l. si ita quis, la 2. §. ea lege, ff. de verbor. obligat. & probauit Bald. in consil. 161. quadam Nobilis Domina, lib. 1. recedens à contraria opinione, quam prius tenebat in consil. 22. quadam Domina Nicolina, per tot. lib. 5. & inter consil. Castr. consil. 226. viso puncto, & consil. 264. ego Baldus, libro 1. idem Castr. dicto consil. 150. sub numero 2. vers. sed hic ultra processit, libro 2. Surdus consil. 250. sub numero 33. vers. praterea. Laderch. d. consil. 147. sub numero 1. vers. prima est quia mater, & c. Mantica. de tacit. libro 13. titulo 37. sub numero 29. vers. illud etiam, latè Mastill. dicta dec. 175. sub numero 14. vers. contrariam tamen, & c. cum segg. Eugen. dicto consil. 1. numero 30. vers. secundo principaliter, & c. libro 2. & alij. Quorum sententiam non aliter euitant sectatores contrariae, ac ipsa Rota penes sanct. mem. Gregor. decisione 173. & 443. nisi quia vsufructus eo casu ceteri debeat patri ex tacita disponentis voluntate prohibitus ad sustinendam dispositionis validitatem per leg. quod seruus, ff. de acquir. possess. vbi notat Bart. & in dicta lege si filiofamilias, sub numero 2. vers. si verò potest quæri ipsi filio, & c. ff. de donat. caus. mort. Dec. dicta consil. 462. sub n. 20. in fine vers. non obstat quod in casu, & c. Paleot. de noth. & spur. capite 53. sub numero 8. vers. doctus Bartolus, & c. & legitur in dicta decisione 173. numero 6. vers. nec facit, & d. decis. 443. sub numero 4. vers. nec est inferendum, ac seg. sanct. mem. Gregorius Bellon. iun. dicto consil. 82. sub numero 19. cum sequi. Multo magis idem est iudicandum, vbi eandem eius voluntatem ad fauorem mariti expressis verbis declarauit, quibus dum legis scopulos præmeditata illa distinctione solertius euitare fatigat, eo magis illis se inuoluit, quippe non tantum legem circumuenire, sed etiam illius interpretationem detorquere curauit, vt respondit I. C. in lege ita fidei hæredis commisit, vers. imò in priori specie, Digestis de iure fiscali, Baldus consil. 487. aparet quoddam instrumentum, sub numero 1. vers.

versic. quanto plus, lib. 1. dicens, quomaior cautela in rebus suspectis adhibetur, eo magis præsumitur fraus, ac dolus, Con. consil. 217. n. 2. versic. in istis autem terminis cum seq. & n. 7. versic. itaque ratione, lib. 3. Bero consil. 58. sub num. 14. versic. ex aliis etiam, lib. 3. Theaur. dicta decis. 170. sub n. 17. versic. ad Decium, &c. vbi acriter, & iure quidem merito inuehit contra DD. excogitantes, & approbantes huiusmodi cautelas in fraudem dictæ, legis ac præiudicium filiorum primi matrimonij, & sub
13 dicto n. 28. ac 33. versic. sed supra dicebam, &c. dicit illas esse verbales, reiiciendas, Rim. iun. dicto consil. 241. sub n. 49. versic. & certe, ac sub n. 57. versic. sed ille casus, &c. Bardellon. dicto consil. 4. sub
14 n. 74. versic. nec vim facit, &c. vbi respondet argumento Decij. Quod certius est in proposito calu- in quod ex amplitudine verborum institutionis mariti, ac tota testamenti serie constat Testat- ricem verè intendisse commodum etiam proprie- tatis illi viuenti conferre, quod qualecumque sit, sufficit ad hunc, effectum iux. leg. Sulpitius ibi, si hoc egit uxor, ut aliquid ex ea re interim commodi sentiret maritus, &c. ff. de donation. inter vir. & uxor. Rimin. iun. dicto consil. 243. sub n. 43. versic. & in ca- su nostro, &c. cum seqq. & comprobatur Facchin. dicto cap. 66. versic. sic, & ipse statuo, &c. ibi: & id actum ta- citè, vel expressè, ut V. iuricus emolumentum aliquid sentiret &c.

17 Minus releuat, quod vsufructus prædictus pariter deberetur Com. Fabio ex dispositione Statut. Vrbis lib. 1. cap. 131. sub Rubr. de lucr. Dot. qui propterea eum repudiavit; ac declarauit nolle consequi ex testamento vxoris.

18 Quia statutum illud disponit; atque procedit, quando exstant soli filij: communis matrimo- nij, non autem quando concurrunt alij ex præce- dentibus nuptiis suscepti. Atque ideo casus iste remanet sub dispositione iuris communis, ac pro- inde dicta lege hæc edita comprehenditur, ut alias fuit resolutum in Romana præsent. dotis 25. De- cembri 1594. coram Corduba p. 4. diuers. decisio- ne 255. & latius probatum in prædictis coram Me. sub die 18. Maij 1646. in §. prædictis verò non aduersatur; cum seq. & sub die 14. Iunij 1647. in §. 1. & seqq.

19 Repudiatio autem, Declaratio, & Protestatio facta per com. Fabium die 30. Decembris 1648. post dictas resolutiones Rotaes. Visa fuit Domi- nis non suffragari. Quia (præter ea quæ ex præ- statione legatorum, ac aliis in facto deductis, pro illius præcedenti acceptatione resultant) ius filiorum primi matrimonij procedit ex ipsa dispo- sitione, leg. hæc dicta, &c. quæ ex instanti obi- tus matris cum eiusmodi testamento defunctæ operata fuit effectum suum deferendo statim ius eiusdem filijs non expectata acceptatione Victri- cis, cuius ideo subsequens renunciatio, seu repu- diatio illud tollere non potuit ad text. in leg. fin. ff. de pact. leg. si post mortem, §. fin. ff. de bonorum posses- sione. contr. tab. & in his terminis bene probat Steph. Bertrand. in reper. dict. legis, in verb. si vero plus, sub n. 39. versic. sed pro clariori intellectu, &c. Rip. in leg. 1. sub n. 88. versic. & per illum textum, & ff. de vulg. & pupillar. substit. dicens, quod huiusmodi repudia- tio præsumitur facta in fraudem filiorum primi matrimonij ad priuandum illos lucro à lege de- lato &c. Boer. decis. 201. sub num. 6. colum. penult. in princip. versic. quod si V. iuricus, Surdus dicto cons. 250. sub n. 22. versic. quinto eo ipso, cum seqq. Hon-

ded. dicto consil. 14. sub num. 30. versic. nec restitit quartum cum, seq. lib. 1. Rouit. d. decis. 12. sub n. 26. versic. nec poterat esse in consideratione, &c. & fuit di- ctum in Romana quarti Doral. 15. Maij. 1635. coram eminentissimo Domino meo Card. Veraspio, in §. neque visum fuit versic. præsertim ad effectum, de quo agitur.

Prætera plura concurrunt alia commoda ex eo testamento Com. Fabio resultantia, quibus eius contemplatio in vniuersa illa dispositione conuincitur; tum ex eo, quia ipse, ac alij eius descendentes fuerunt immediatè substituti præ- dictis eius filijs hæredibus institutis, eorumque descendentes, quod licet in futurum, ac incer- tum euentum deficientis illorum lineæ colla- tum tamen est considerabile, vt in specie tradit Castr. dicto consil. 150. sub numero 2. d. versic. sed hic ultra processit, lib. 2. & latè probat Landerch. conf. 27. num. 9. versic. nunc aliqua de spe substitutionis, cum seq. & latius consil. 18. sub n. 10. versic. nunc aliqua de spe, &c. & plur. seqq. & sentit Eugen. dicto consil. 1. sub num. 30. versic. tertio. fortius, cum alijs ad- ductis in præcedenti Decisione sub die 14. Iunij 1647. in §. quia contraria, versic. ulterius, &c. Tum ex eo, quia tam ipsi, ac hæredibus institutis, quam descendentes præfatis concessa fuit specialis facultas disponendi de bonis hæreditatis Testa- tricis ad fauorem Franciscæ ipsius Comitissæ Ne- ptis, ac descendentiæ ex ea, quod ad solam eius contemplationem referri potest iuxta text. in leg. sed si plures, §. in arrogato, ff. de vulg. & pup. subst. Theaur. dicta decis. 170. n. 5. versic. tertio facit, Rim- iun. de cons. 243. n. 27. versic. subimpens, &c. Trenta- cing. var. resol. lib. 3. rit. de matrimo. resolut. 5. co- lum. antepenul. sub num. 35. versic. hinc inferitur, &c. Menoch. de arbit. Ind. cas. 459. sub n. 28. versic. ista etiam &c. Honded. d. consil. 14. n. 17. versic. & prop- terea, cum seqq. lib. 1. & alij in dicta decisione alle- gati in loco mox citato. Deinde quia dispositionis decimæ partis eius dotis in casu contradictionis D. Lelij ex præcedenti matrimonio filij ad opera pia ordinatæ, executorem primum reliquit Com. Fabium à quacumque rationum redditione ple- nissimè liberatum, ac successiuè eius filios hære- des institutos; Pariterque ad onus portionis tunc eidem Lelio adiudicandæ detractionem dictæ decimæ partis, & legata etiam annua referri voluit, quod non solius proprietarij, sed vsufruc- tuarij etiam commodum, & contemplationem præferebat l. Aurelius, §. Litius, ff. de liberat. legat. Corn. dicto consil. 217. sub numero 2. versic. libera- tio à redditione rationis, &c. lib. 3. & ponderauit Lancellot. Gall. dicto consil. 18. sub numero 65. versic. quia etiam hæc verba, &c. cum seq. Mastrill. dicta decisione 175. numero 22. versic. scilicet item quia fuerat relicta, &c. & comprobatur Mart. d. Vot. 39. sub numero decimosexto, versic. scilicet tamen vbi &c.

Et licet hæc non videantur immediatè ex ipsa filiorum institutione procedere, demon- strant tamen Testatricem præ oculis semper habuisse, & contemplatam fuisse Com. Fabium eius virum, tam in partibus præcedentibus, in- stitutionem filiorum, quam in sequentibus, vn- de idem prorsus resultat ipsius institutionis iudicium iuxta glossam in lege apud Celsum, in verbo causa, ff. de dol. exceptione & in lege ille à quo, §. 1. in verbo verba versic. scilicet item ex præce- dentibus, & sequentibus ff. ad S. C. Trebel. Crauet

Crauet. conf. 143. sub n. 9. versic. fraus enim argui- tur, &c. Mascard. de probat. dicta conclus. 815. n. 16. versic. sexta coniectura &c. Rot. decis. 11. n. 41. versic. cum talia &c. & seqq. part. 5. recent. Nam ad for- mandum huiusmodi iudicium totius testamenti contextus (provt dictum est) non autem singulæ illius partes disiectim, omnesque simul præ- sumptiones vndique resultantis considerari de- bent, cum vicissim adminiculentur, vt in his ter- minis concludit Castr. d. conf. 150. sub n. 2. versic. sed hic ultra processit, vsque ad fin. lib. 2. Soccin. iun. consil. 59. numero 33. versic. ex his tribus, lib. 3. & dicto consil. 16. sub n. 9. versic. præterea &c. lib. 4. Lancell. Gall. d. conf. 18. sub n. 128. versic. sexta huic proxi- mè insurgit coniectura, & sub n. 131. versic. vnde in causa, cum seqq. Laderch. dicto consil. 14. sub n. 1. versic. quarta est, Mastrill. d. decis. 175. sub numero 19. versic. eoque magis in casu isto, cum seqq. cum alijs relatis in Romana fideicommissi de Cosciaris 16. Martij 1648. coram Me. in §. hæc autem Testatricis voluntas, &c. & in præcedenti decisione huius causa sub die 24. Iunij 1647. in §. quia contraria, versic. ac demum totus testamenti contextus, & cum sequent.

Demum hanc veritatem Testatrix ipsa his verbis hæredationem D. Lelij immediatè se- quentibus patefecit, Dichiarando di volere, che la mia roba resti nelli infrascritti miei heredi, non solo per l'amore, che li porto, ma per gratitudine delli ser- uigi, e benefici fatti dal Sign. Conte Fabio mio marito à me, & à mia Madre, & in ricompensa delle sou- uentioni dateli, & seruigi rileuanti da lui fatti al Sign. M. Antonio Incafiati mio Zio, per rispetto mio anche al medesimo Signor. Lelio mio, & in primo matrimonio &c. Inferius autem hæredes scripsit primum Com. Fabium in vsufructu, dein- de filios in proprietate, ac illis eorumque des- cendentibus eundem Com. Fabium, ac alios des- cendentes ex eo substituit; quare nulla maior certitudo dictæ contemplationis adduci posse videtur, eaque ipsius Testatricis ore prolata fuit ad l. filius familias, §. Diui Seuerus, & Antoninus, l. 2. versic. quod si liberis, ff. de l. i. l. labeo, §. id Tubero, versic. & quidem non arbit. ff. de supp. leg. c. per tuas, de probat. gloss. in l. non aliter in verb. Testatorem, ff. de l. 3. Menoch. cons. 497. n. 16. versic. nam vbi du- bitamus de intentione &c. & in his termini probat Carol. Bardell. d. conf. 4. n. 66. ad fin. versic. provt cer- tò staretur &c.

Hincque prorsus eliditur obiectio discordiæ, ac odij inter præfatos Coniuges; Quia (præter exceptiones adductas tam contra personas, quam contra dicta Testium super eo deponentium) cer- tum est, quod non iustificatur (vt necessarium erat) de tempore conditi testamenti prædicti, quinimò ex eius lectura omninò refellitur, & contrarium apparet, cum ultra institutionem vi- ri in vsufructu, & alia plura in eius commodum ac contemplationem ordinata, legauerit etiam il- li annulum pretiosum ob eius memoriæ conserua- tionem, quod eximij amoris est argumentum; Vn- de resultat probatio longè præstantior huiusmo- di testium dispositione leg. si instituta, §. fin. ff. de inoffic. testam. l. fin. vbi Bart. sub n. 3. versic. & sic habes Imol. sub n. 4. versic. item nota quod præfationes, & infr. ff. de hered. inst. Rota penes Buratt. dec. 616. sub num. 16. versic. nec enim sufficit &c. & plenè, ac do- doctè probatum in Romana success. 9. Maij 1644. cor. R. P. D. Bichio. in §. secundo Testes non probant, & seqq.

Salgado Labyrinth. Credit. Tom. II.

Postremo non obstant aliæ rationes adductæ siue amoris, ac benemerentiæ filiorum posterioris matrimonij, siue odij, & commertentiæ alterius ex præcedenti suscepti, siue amplioris huius for- tunæ.

Nam (prætermis exceptionibus contra testes super eis examinatos, eorumque depositiones, & præcipuè Octauij plenius deponentis de anno 1637. & sic postquam conditum fuerat testamen- tum anno 1630. 5. Octobris) Prima ratio ex amo- re filiorum secundi matrimonij addita fuit in eadem Periolo ad corroborandam alteram con- templationis, & gratificationis viri efficacioribus verbis expressam, quibus vtique aparet hanc fuisse dispositionis illius præcipuam, atque fina- lem, Alciat. de præ. reg. 1. præf. 30. sub n. 4. versic. vnde putarem, & infr. Menoch. præf. 29. sub n. 64. versic. ve- rum responderetur, lib. 3. Licet ad hunc effectum sufficeret, quod esset æquè principalis, atque con- iunctim adiecta ex theor. Bart. in l. ambrosia, sub n. 19. versic. hoc præmissis, ff. de decr. ab ordin. faciend. Rot. Penes Put. dec. 246. n. 1. versic. quia aut omnes, lib. 1. in corect. & decis. 589. sub n. 5. versic. tum & se- cundo, p. 1. diuers. & Pen. decis. 162. n. 17. versic. nec refert. cum seqq. imò, & secundaria Eugen. d. consil. 1. sub n. 33. versic. quia responderetur, & seqq. lib. 2. Bardell. d. conf. 4. num. 78. versic. si quidem ad hoc, vt quid dicatur &c.

Eoque certius, quia tempore conditi testamen- ti præfati filij hæredes instituti masculus nempe in ætate duodecim, fœmina verò ex annorum circiter erant constituti. Ac proinde nondum composuissent meritorum, nisi patris contemplatio suppleuisset, Bald. in d. l. cum oportet, sub n. 4. versic. quod præsumitur, C. de bon. que liber. Menoch. præf. 28. sub n. 9. versic. hinc colligitur, lib. 3. Peregr. de iure ffic. lib. 3. tit. 18. n. 48. versic. coniectura autem notabi- lis est, &c. Io. Bapt. Lup. de illeg. com. 1. §. 5. sub n. 158. §. vnde secus est, versic. & hanc notabilem, &c. præter quod nec eo casu licet tantum inæqualitatem in- ter filios inducere, vt ex primis nuptiis suscepti neque legitimam consequantur; aliàs enim hu- iusmodi dispositio tanquam iniqua, ac iniustus ar- tibus extorta penitus reprobatur. Rim. iun. consil. 241. n. 52. versic. si tamen habent vnum, ac seq. & consil. 428. n. 7. versic. si tamen, &c. cum seqq. & compro- bat Cancer. var. res. lib. 3. cap. 15. sub n. 339. versic. sed vbi apparet &c.

Illam verò odij alterius filij ex prioribus nuptiis, non fuit iustificata tempore testamenti, quod at- tendi debet, quando inquiritur testatoris inten- tio circa disposita in eo l. si ita, & l. si in princ. ff. de aur. & argent. legat. cum concord. penes Mantia. de coniect. lib. 3. tit. 11. sub n. 11. versic. decimo, lib. 5. tit. 15. n. 21. versic. sed adhuc. &c. Bardell. d. conf. 4. n. 70. versic. quinimo &c. Rota decis. 111. n. 39. versic. & in simili &c. p. 5. recent. ac in d. Romana success. 9. Maij 1644. coram R. P. D. meo Bichio, in §. quate- nus attendi debeant, versic. quæ omnia &c. cum testes de posteriori deponant. Præterea nec causas refe- runt graues, quæ præualeant pietati maternæ, vt necessarium esset, nam aliàs præsumitur extraneis artibus, ac suasionibus circumuenta, vt inquit I. C. in leg. 4. vbi gloss. in verb. in linimentis, ff. de inoffic. test. & comprobatur ex l. lex. qua tutores, §. lex enim non solum, C. de adm. tur. Cagnol. in d. l. 4. quæ com- tatur c. l. 2. n. 7. v. sexto nota &c. ff. de inoff. test. Rim- iun. d. consil. 241. n. 48. v. quinimo, &c. & alijs relatis Lancell. Gall. d. conf. 18. an. 19. versic. vbi inferit, ac seqq.

Sub n. 130. vers. quare ad hac &c. Eug. d. conf. 1. n. 28. vers. quod autem, & segg. lib. 1. Matr. d. dec. 174. n. 19. vers. item quia lex presumit, &c. & sub n. 24. vers. in tantum Rot. in Romana dnmus 12. Nouembris 1638. coram. R.R. Salamant. in S. minus releuat. &c.

39 Tertia denique ratio nec plene subsistens visa fuit, nec iuncta etiam cum aliis prædictis suffragari. Quoniam omnes censentur expressæ, & cumulatæ colorandæ, & obtegendam mariti contemplationem, quando aliæ fortiores vrgent coniecturæ, ac verba supra relata, quæ non solum suadent, sed demonstrant principium, medium, finem, ac totidem præfatæ dispositionis substantiam fuisse in ea constitutam. Et propterea licet veræ forent, cum tamen in proposito casu adiectæ censentur in fraudem, ac circumscriptio legis attendi non debent, sed sunt reiiciendæ, l. si quis sub conditione, ibique gloss. Bald. & alij ff. de cond. insti. l. si liberus minore, ff. de iur. patron. d. l. ita fides heredis, vers. imo in priore specie, ff. de iur. fisc. & deciditur in d. §. optimè, in Auth. de nupt. & in d. l. hac edilal. sub princ. in d. vers. si in verò, vbi Bald. sub n. 19. vers. iuxta hoc &c. dicit, quod non est consideranda forma relicta, sed effectus rei, & cæteri DD. sequuntur C. de secund. nupt. Rip. conf. 1. n. 4. vers. præmissis, & similibus non obstantibus &c. ac seg. de sec. nupt. & comprobatur Theaur. d. dec. 170. n. 17. vers. ad Decium &c. cum segg. & sub n. 33. vers. sed ut supra dicebam, &c. Menoch. conf. 314. sub n. 31. vers. hac itaque causa, Rim. iun. d. conf. 241. sub n. 49. vers. & certè cum seg. ac sub n. 57. vers. sed ille casus, Lancell. Gall. d. conf. 18. sub n. 64. respondeo, & plur. segg. Mant. de iac. lib. 12. tit. 33. sub n. 10. in fin. vers. neque est omittendum, Hond. d. conf. 14. sub n. 21. vers. cum in fraudem legis fiat, & seg. lib. 1. Bardell. d. conf. 4. sub n. 59. vers. qui modus testandi, ac seg. & sub n. 79. vers. nec obstat expressio &c. & latius fuit probatum in præcedenti Decisione 18. Maij 1646. in S. altera vero ex eo deducta.

Quare fuit conclusum vtraque parte informate standum esse in decis. Reservata cognitione super aliis detractionibus à Fabio præsentis &c.

R. P. D. R O Y A S.

Auenionen. Hæreditatis.

Mercurij 9. Iunij 1649.

ARGUMENTVM.

Ægidiana constitutio, quando habeat locum, effectum reiiciendi appellationem saltem suspensiuam interpositam à sententia in Iudicio possessorio lata. Agitur de mixtura Iudicij: & quando ex Iuribus post sententiam deductis, executio illius fit retardanda. Et quando competat retentio creditori.

SVMMA RIVM.

- 1 Immissio in bonis hereditariis debetur Hæredi scripto, iuxta dispositionem leg. final. Cod. de Edict. Diu. Andrian. tollend.
2 Ægidiana constitutio reiiciens appellationem suspensiuam, locum sibi vindicat quotiescunque sententia lata in Iudicio possessorio, est valida.
3 Verba in sententia prolata, quæ nullam habent clausulam taxatiuam, non sunt taxatiua, sed simpliciter demonstratiua.

- 4 Et respicientes quantitatem, sunt solummodo enunciativa quantitatis, hæcenus in eo Iudicio probata.
5 Liquidatio summa ad effectum possessori in ipso Iudicio possessorio, non facit sententiam continere mixturam.
6 Exequutio sententia retardanda est, quando ex iuribus post eam deductis, appareat de eius iniustitia.
7 Retentio non competit pro credito illiquido.
8 Retentio in tantum denegatur, in quantum presumitur creditor satisfactus.
9 Excipitur in dote, in qua, vti privilegia, nulla considerari potest presumptio satisfactionis ex fructibus perceptis, nisi constet, ad manus creditoris tot fructus peruenisse, ex quibus probabiliter satisfacti potuerit.
10 Eoque magis vbi non intercessit tempus adeo considerabile, ut tot fructus percipere potuisset, ex quibus integram satisfactionem consequutus fuisset.

DECISIO XLVII.

Dix emanarunt in hac causa decisiones, Altera sub die 10. Iunij 1648. vbi dictum fuit esse locum Ægidianæ Constitutioni ad effectum reiiciendi appellationem saltem suspensiuam interpositam à Sententia per A. C. in Iudicio possessorio lata ad fauorem Honorati Iaques, ex quo illa detegebatur valida, & iusta; Altera 17. Martij præteriti in qua licet non reuocaretur in dubium iustitia, & validitas prædictæ sententiæ, at tamen DD. opinantes, illam continere mixturam, & complicationem petitorij cum possessorio, ex eo quia in ea liquidatur dos Ioannæ Sauiinæ in scutis 600. dum A. C. mandauit quod soluantur per dictum Honoratum scuta 300. pro restitutione medietatis dictæ dotis; ex hoc solum capite dictam decisionem reuocarunt; vt ex fundamentis in vtraque decisione deductis prætermisso tamen semper articulo, ad quem aliàs restricta fuerat disputatio; An dictæ Ioannæ competere reuocatio bonorum, super quibus concessa fuit prædicto Honorato immissio; pro creditis ab eo de nouo productis, ac iustificatis, & reposita hodie causa, resolutum fuit, competere retentionem Ioannæ in bonis hereditariis Iosephi Viri pro creditis dotalibus, firmis tamen remanentibus fundamentis primæ decisionis; cum mixtura in 2. decisione considerata videtur euacescere.

Etenim iustitia & validitas A. C. nullam patitur controuersiam; dum in ea conceditur immissio eidem Honorato; non solum super bonis, quæ proueniebant ex fideicommissio q. Bartholomæi ad illius fauorem purificato, sed etiam super medietate bonorum hereditariorum prædicti Iosephi in qua fuit hæres scriptus iuxta dispositionem l. fin. C. de Edict. D. Adr. tollen. vt firmatus in prima decisione sub §. iniustitia pariter, & seg.

Quapropter ambigendum non est, dictam Ægidianam Constitutionem in præsentem locum sibi vindicare, quotiescumque enim sententia lata in Iudicio possessorio est valida, & iusta intrat dispositio dictæ Constitutionis reiiciens appellationem suspensiuam, Rota decis. 445. in fin. part. diuers. & decis. 80. n. 15. cum seg. part. 4. tom. 2. recent. cum aliis congectis in principio primæ decisionis.

Mixtura vero in secunda decisionem considerata; quæ efficit causam appellabilem ad vtrumque effectum

effectum non obstante prædicta constitutione profus corruere visa fuit; Quia quamuis in sententia concedatur prædicta immissio solutis tamen dictæ Ioannæ scutis 300. pro medietate suæ dotis; hæc, tamen verba non inducunt mixturam seu complicationem petitorij cum possessorio; quoniam cum ex parte Ioannæ iustificatum non fuerit coram A. C. eius creditum dotalē excedere summam scutorum 600. Iudex mandauit, vt soluerentur solum scuta 300. pro medietate; Exinde enim non inferitur fuisse dictam dotem in prædicta summa taxatam; quia dd. verba non sunt taxatiua dotis: sed solum demonstratiua illius; dum nullam habent clausulam taxatiuam, vt post Iason. in l. si quidem n. 4. C. de transact. & alios bene aduertit Altograd. conf. 34. n. 42. & 43. eoque magis quia in eadem sententia præcipitur præstari cautionem in forma depositi de soluenda medietate aliorum Creditorum, quorum adducta non fuerat sufficiens iustificatio; Vnde resultat, non fuisse in prædicta summa liquidatam, & taxatam huiusmodi dotem; cum illa verba sint solum enunciativa quantitatis hæcenus in eo Iudicio probatæ, quæ obstat poterat immisioni; Vterius profus excluditur præsentis mixtura ex eo, quia principaliter agebatur super possessorio, ad cuius effectum, dum sequuta fuit liquidatio in prædicta summa, dicendum non est, huiusmodi sententia continere mixturam, vt notat Dec. conf. 28. quem Rota sæpe sequuta est, coram Seraph. decis. 452. n. 4. & 5. Buratt. decis. 625. num. 10. Greg. dec. 232. n. 6. in addit. & in Romana melioramentorum 24. Nouembris. 617. coram Virili, ac in Intervanen. prædij. de Tomassonis 31. Ianuarij. 1642. coram Me §. nec pariter obstat.

Quamobrem licet dicta liquidatio dotis vti non inducens mixturam retardare nequeat effectum Ægidianæ constitutionis; nihilominus ad executionem prædictæ sententiæ procedi non debet, respectu tamen bonorum dumtaxat Iosephi; cum Ioannæ super illis competat retentio pro eius Creditis dotalibus de nouo productis, quamuis sententia in hoc casu iustificari debeat ex eisdem actis, per regulam, quod quando ex Iuribus post sententiam deductis appareat de illius iniustitia retardanda est eius executio adrelata per Caputaque dec. 114. n. 12. p. 2. cum aliis adductis in prima dec. sub §. alia verò Credita in fine.

Nec dicatur, huiusmodi Credita illiquida remansisse ex fructibus dd. bonorum per Ioannam perceptis; sic; nulla competere potest retentio ex firmatis per Rotam dec. 679. n. 5. p. 1. dec. 433. n. 2. p. 2. dec. 743. n. 11. p. 3. & p. 5. rec. dec. 411. n. 27. Buratt. dec. 160. n. 14. vbi Add. n. 20. & 21

Quoniam in tantum denegatur retentio, in quantum presumitur ex fructibus Creditor satisfactus; sed cum huiusmodi Credita proueniant ex causa dotis in illis vti priuilegiatis nulla considerari potest presumptio satisfactionis ex fructibus perceptis; nisi constet, ad manus Ioannæ tot fructus peruenisse, ex quibus probabiliter satisfacti potuerit iuxta veriorē, & communem opinionem, quam firmat Negul. de pign. p. 1. mem. 5. n. 36. Gurtier. de Tutor. p. 2. c. 9. n. 52. Viu. dec. 317. n. 1. & seg. lib. 2. Gramm. conf. ciuil. 114. n. 11. Ricc. collect. dec. p. 3. collect. 1317. ad fin. vers. quarto An retentio, & reiecta contraria opinione firmavit Rota in Sancti Severini dotis 16. Decembris 1619. coram Valdo, & in Romana seu Viterbien. restitutionis dotis 8. Fe-Salgado Labyrinth. creditor. Tom. II.

bruar. 1627. coram Virili, & in Fan. dotis 17. Martij 1642. coram R. P. D. meo Cerro. ac coram R. P. D. meo Verosio in Ariminen dotis 22. Iunij 1646. eoque magis quia non intercessit tempus adeo considerabile, vt tot fructus Ioanna percipere potuisset, ex quibus integram satisfactionem consequuta esset; vt consideratum fuit in dicta Rota seu Viterbien. restitutionis dotis sub §. in casu de quo agitur. Idcirco super bonis solum Iosephi Viri eidem concedenda est retentio; non autem super bonis fideicommissariis quorum respectu retardari non potest executio prædictæ sententiæ ex fundamentis adductis in decis. ii. Martij præteriti.

Et ita vtraque parte, &c.

EMINENTISS. ET REVERENDISS.

D. CARD. OTTOBONO.

Meleuitana Territorij.

Veneris 3. Decembris 1649.

ARGUMENTVM.

Fideicommissarius quando debeat possessionem bonorum fideicommissio subiectorum obtinere. Agitur de possessione defuncti continuatiua in hæredem. Termini donationis nonnulli inspiciuntur. Exceptio requirens altiorem indaginem, reintegrationem aduersus spolium, retardare non potest.

SVMMA RIVM.

- 1 fideicommissarius non potest possessionem bonorum de facto apprehendere, sed tenetur citare Hæredem, de cuius manu erat capienda possessio, vel eo citato, ser. ser. ex decreto Iudicis.
2 Possessio continuat in Hæredem defuncti, vigore constitutionis Regis Ferdinandi.
3 Et proinde spoliatum, & eius Hæredi debita est reintegratio, prout expressè in eadem constitutione disponitur.
4 Statutum, seu constitutio de capiendis possessionibus non intrat in bonis fideicommissio subiectis, quæ non sunt transitoria ad Hæredes.
5 Intelligitur quando fideicommissum est omnino clarum, & apertum, & in nulla sui parte controuersum; quia tunc intrat constitutio, seu statutum, & hæredi competunt remedia possessoria.
6 Verba totum: integrum: & indiminutum, & similia, apposta in donatione, totalitatem significant, & voluntatem donandi totum efficiunt, vt totum comprehendatur adeo vt veniat etiam ea pars, qua ad donantem non spectabat, & quam ad se non spectare donator sciebat.
7 Et probatur in terminis verborum sine aliqua diminutione.
8 Donatio facta coniuncta personæ, & contemplatione matrimonij, late est interpretanda.
9 Donans verba donationis, quatenus essent dubia, declarare etiam ex intervallo potest.
10 Donatio in dubio censetur comprehendere solum ius donatori competens.
11 Verba posteriora limitant, & coarctant amplius, & prægnantiam antecedentium.
12 Donans eo modo, quo ipse possidet, non censetur voluisse includere, nisi pariem, quæ sua erat.
13 Exceptio respiciens merita causæ, & requirens altiorem

altiore indaginem, reintegrationem aduersus spolium retardare non potest.

DECISIO XLVIII.

Proposui causam super resolutis Coram Me die 17. Maij præteriti, & DD. cum informantes hinc inde acquiescerint primo decisionis fundamento, sed contra secundum luculenter scripsissent, adhuc ex secundo perstiterunt in decisio Certum est enim, quod cum Catharina Manduca, & alij litis Confortes prætenderent Territorium Diarazzanum, de quo agitur vigore substitutionis, ac fideicommissi ordinati per olim Franciscum Xerri non poterant possessionem de facto apprehendere vigore d. fideicommissi ut fecerunt, absque vitio spolij, sed tenebantur citare Imperiam hæredem Gregorij iunioris, de cuius manu erat capiēda possessio, vel ex citata seruatis seruandis ex decreto Iudicis l. ff. quorum legatorum, Rot. coram Seraph. dec. 271. n. 2. dec. 1065. n. 3. coram sa. me. Greg. decif. 206. n. & in alijs relatis in secunda decisione huius causæ in §. verum his emissis. Atq; ideo eidem Imperiæ, in cuius personam vigore Constitutionis Regis Ferdinandi continuauit possessio tanquam hæredem Gregorij iunioris, debita erat reintegratio, prout expresse in eadem Constitutione disponitur, ac idem profecto competebar, & competit Cumulo eiusdem Imperiæ hæredi Pontan. de spol. lib. 1. n. 130. cum segg. Rot. cor. Crefc. decif. 1. de rest. spoliat. coram sa. me. Greg. decif. 542. n. 2. & in Rom. Dnorum in Burgio 18. Maij 1648. in fin. coram Me.

Nec releuat, quod agatur de bonis fideicommissis subiectis, quæ non sunt transitoria ad hæredes, quo casu non intrat Constitutio, seu statutum de continuanda Possessione, Menoch. conf. 159. n. 18. Marefc. var. resol. lib. 2. c. 116. num. 7. Rot. dec. 716. n. 2. p. 4. diu. quia huiusmodi obiectum procedere possit quando fideicommissum esset omnino clarum, & apertum, & in nulla sui parte controuersum, secus, verò est dicendum, quotiescumque fideicommissum non est omnino clarum, quia tunc intrat continuatio possessionis in hæredem per constitutionem, seu Statutum induta, ac ipsi hæredi competunt remedia possessoria Rot. pen. Andr. dec. 36. n. 3. in Terrac. fideic. 14. Dec. 1643. in §. nec statutum coram me.

Quod verò nos versetur in fideicommissio non omnino claro colligitur, quia instrumentum fideicommissi, & donationis acriter à Cumulo impugnatur, dum præten dit non esse comprehensam mediætatem Territorij Diarazzani, de qua agitur tanquam acquisitam per Gregorium filium Francisci donatoris nomine proprio, ut patet ex Instrumento celebrato sub die 23. Martij 1585. dato in præcedenti positione Summ. Cumuli n. 6.

Et licet pro comprehensione totius, & integri Territorij ponderentur verba Prægnantia donationis ibi, in toto, & integro Territorio & infra ibi, quod totum, & integrum Territorium appellatum Diarazzanum integrum, & indimitturum, quæ verba cum totalitatem significant, & voluntatem donandi totum efficiunt, ut totum comprehendatur, adeo ut veniat etiam ea pars, quæ ad donantem non spectabat, & quam ad se non spectare Donator sciebat, ut ex l. Iulianus 66. ff. de leg. 3. tradit Ceph. conf. 773. n. 25. & 28. Menoch. conf. 1145. n. 15. & 16. qui loquitur in

terminis verborum sine aliqua diminutione. Salon. de Pace conf. 25. n. 22. Rot. dec. 118. n. 23. & 26. in fin. p. 6. rec.

Et insuper suadeat comprehensionem totius Territorij tum donatio facta coniunctæ personæ, & contemplatione Matrimonij, quam late esse interpretandam dixit Rot. dec. 282. num. 7. p. 1. rec. Tum etiam quia Imperia, quæ vna cum Franciscò donauit asseruit postmodum in suo testamento totum, & integrum Territorium fuisse donatum, ut in Summ. Testaferatæ n. 5. littera D. & bene potuit donans verba donationis quatenus essent dubia declarare etiam ex interuallo. Decian. conf. 7. n. 99. lib. 1. Rot. coram Seraph. decif. 837. n. 14. in recent. decif. 238. n. 5. part. 3. in Bononiens. successiois 4. Maij 1646. §. qua opinio eorum R. P. D. meo Bichio, & in Pisaur. donationis 26. Iulij 1647. in §. releuantia autem coram me.

Tamen in contrarium pro non comprehensione totius Territorij adducitur regula, quod in dubio ceusetur solum comprehensionem ius donatori competens, l. si domus 74. §. fin. ff. de leg. 1. c. Pastoralis de don. Surd. dec. 172. num. 7. & verborum prægnantia sæpius ponderata plurimum releuaret, nisi in parte dispositiua donationis limitaretur à verbis, adiectis, ibi, & sint donata cum omnibus, & singulis eorum oneribus, & grauibus, & prout illa d. Franciscus tenet, & possidet, ac tenebat, & possidebat, & non alias, nec alio modo, quæ sanè verba posteriora limitant, & coarctant amplitudinem, & prægnantiam antecedentium Bart. in l. generali 32. §. uxori num. 4. ff. de usufr. leg. Rot. cor. Burar. dec. 621. n. 7. & in rec. dec. 194. n. 94. & segg. dec. 560. num. 12. p. 5. in Laudens. pensionis 14. Martij 1646. in §. quia Domini, & in Tirafon. uniois 26. Febr. præteriti in §. ex quibus coram me. Et quod donans eo modo quo ipse possidet non censetur voluisse includere nisi partem, quæ sua erat dixerunt Rim. sen. cons. 124. n. 10. Rot. dec. 143. n. 16. p. 5. dec. 118. n. 21. & segg. p. 6. rec. & facit decif. in Romana Casalis Agui 7. April. 1644. in §. præterea coram RR. Terracin.

Ideo parum releuat, quod agatur de donatione facta coniuncto, & contemplatione matrimonij, quia cum voluntas donatoris sit restricta ad ius sibi competens, inhæredum est illius voluntati, sed quatenus etiam ambiguum esset an in prædicta donatione comprehendatur mediætas Territorij de qua est quæstio, & sic an illa subiacet fideicommissio nec ne, pendente hac dubietate interim iudicandum est de mediætare Territorij tanquam de re libera, & nulli fideicommissio subiecta ad effectum ut dicatur continuata possessio defuncti in Imperiam, nam quod continuatio possessionis in hæredem locus non sit in bonis fideicommissi id intelligendum venit, si fideicommissum sit vndequeque clarum, secus vero si adsit dubium an bona cadant sub fideicommissio, ut supra visum est.

Quibus sic se habentibus non poterat, nec potest denegari Cumulo vti hæredi Imperiæ reintegratio non oostante exceptione euictionis, quam donator, & imperia omnibus donariis promiserant, quia hæc promissio amplectitur dimittat bona donata, cumque ex prædictis mediætas Territorij de qua agitur sub donatione, aut fideicommissio non comprehendatur, vel dubitabile hoc sit, remanet pari modo illiquidum, & incertum, an iniret promissio euictionis respectu eiusdem

eiusdem mediætat, & per consequens huiusmodi exceptio tanquam respiciens merita causæ, & requirens altiore indaginem reintegrationem retardare non potest cap. in litteris de rest. spoliat. Rota coram Seraph. decif. 804. n. 1. in rec. dec. 307. n. 14. dec. 408. n. 5. p. 1. & coram san. mem. Gregor. dec. 500. n. 9. Perstiterunt itaque Domini in decisio vtraque parte acerrimè informante, &c.

R. P. D. CERRO.

Romana, seu Albanen. diuisionis.

Luna 1. Februarij 1649.

ARGUMENTVM.

Diuisionis stabilium, facultas desuper peritorum in imponenda seruitute, & illius verba in scriptura qualitas duorum Instrumentorum coram eodem Notario, Testibus, & incontinenti celebratorum, attenta respectiuitate, seu dependentia, vel non, contractuum: ipsorum successiuitas, & continuatio, seu diuersio, & alia his cognata suapte ponderantur.

SVMARIVM.

- 1 Diuisio, quæ pro iusta, & valida à partibus accepta fuerit, non potest postea ab altera earum ex parte impugnari.
- 2 Imò in omnibus eius partibus, secundum illius validitatem, & sequentem acceptationem, debet sustineri.
- 3 Et omnia, quæ continentur in eodem Instrumento, & coram eisdem Notario, & Testibus facta fuerint, dicuntur pars illius contractus, & ex omnibus vnicus dumtaxat reputatur, tot diuersisque partibus compositus.
- 4 Et in fortioribus terminis, si duo Instrumenta eodem die, & loco, & coram eisdem Notario, & testibus confecta videntur vnum alteri inesse, & perinde habentur, ac si vnico Instrumento peracta fuissent.
- 5 Clausula. Actum. in Instrumento apposta, regulariter indicat consummationem actus, & contractus perfectionem.
- 6 Conclusio huiusmodi procedit, quando apposta fuit in fine ipsius contractus, & instrumenti.
- 7 Secus autem ubi apposta legitur in principio, vel in medio; n. casu, quia post eam deuentum fuisse apparet ad vltius negotium, & terminationem actus iam incepti, nullatenus importare potest perfectionem contractus.
- 8 Subscriptio partium denotat actus perfectionem, & complementum contractus.
- 9 Successiuitas, & continuatio sine aliqua diuisione, in contractu, denotat contrahentes non habere contractum pro perfecto.
- 10 Periti in diuisione, post adindicatas vniciuque suas portiones, non possunt imponere seruitutem.
- 11 Procedit quado seruitus imponitur, ex interuallo.
- 12 Secus autem ubi apposta fuit in incontinenti; tunc n. seruitus imponi potest.
- 13 Verba in diuisione apposta. mandatum esse liberam, diuisam, & exemptam, &c. intelliguntur de libertate, & exemptione à consortio domino

rum, nec autem de libertate seruitutis, si etiam postea reseruarunt.

- 14 Regulare est, eiusmodi declarationes intelligi de libertate alterius oneris, quam expressi, ne incontinenti inducatur correctio.
- 15 Correspectiui dicuntur illi contractus, quorum vnus sine alio partes non fuissent.
- 16 Proindeque non applicatur quod in eodem Instrumento contineri possint plures contractus distincti, & separati, ac inter se non correspectiui.
- 17 Contractus in eodem Instrumento contenti, sunt ad inuicem independentes, & non correspectiui quando vnus non venit ad determinationem alterius, secus autem è conuerso.
- 18 Contractus plures in eodem Instrumento, tunc dicuntur ad determinationem vnus alterius, quando alius ad alterum illorum contrahentes non deuenissent.

DECISIO XLIX.

Sequita Diuisione anno 1645. Casalium, de quibus agitur (iuxta votum traditum per bo. mem. Pirouannum) à Consulibus Artis Agrariæ, & Peritis desuper electis, illaque à Partibus acceptata, quia tamen D. Dux Cæsarinus prætendens se grauatum in ea parte, qua reseruat legitur Dominis de Caffarellis antiquis transitus per medium Tenuræ nuncupatæ Piancimino, ab ipsa appellationem interposuit, ideo delata Mihi causa per Signaturam Sactissimi dubitari, Diuisio sustineatur, & sustineri, etiam quo ad reseruationem transitus Domini existimantur; Cum enim eius validitas à neutra partium controuertatur, sed ab omnibus pro iusta, & valida acceptata fuerit, non potest hodie D. Dux Cæsarinus illam pro parte (quo ad dictam scilicet reseruationem) impugnare, sed in totum acceptare tenetur l. nam absurdum, ff. de bon. liber. l. si ita stipulatio in fin. ff. de oper. lib. Ac proinde secundum illius validitatem, & prædictam acceptationem Diuisio in omnibus debet sustineri ad tex. in l. Pomponius scribit, ff. de neg. gest.

Dictam autem reseruationem esse partem huius Diuisionis apparet ex lectura, & toto contextu ipsius Instrumenti, cum apposta fuerit immediatè post mensurationem, & positos confines, ac post assignatam vniciuque metâ suæ portiois in vnaquaque Tenuta contingentem, ibi, (Et quia in Tenuta Piancimino adest via, seu stradellum reseruarunt dictis D. de Caffarellis transitum, seu ius transeundi per illam, seu illud &c. & versa vice D. de Caffarellis teneantur præstare patientiam, & dare transitum belluis affidatis in portioibus Gognæ d. D. Ducis Cæsarini ad effectum abbeuerandi in piscinâ magna &c.) Hinc enim dum ea omnia in eodem Instrumento, coram eisdem Notario, & Testibus facta fuerunt, huiusmodi mutua hinc inde reseruatio dicitur pars ipsius Diuisionis, & ex omnibus vnicus contractus dumtaxat reputatur tot, diuersisque partibus compositus l. iuris gentium, §. quinimo, ff. de pact. l. lecta, ff. si cert. per. Bald. in l. Sempronius 48. ff. de leg. 2. Tiraq. in i. si vnquam ver. donatione largietur n. 117. C. de reuoc. don. Nat. conf. 115. n. 2. in quibus in fortioribus terminis, quod si duo Instrumenta eodem die, & loco, & coram eisdem Notario, & Testibus fuerint confecta, videantur vnum alteri inesse, & perinde habeatur ac si vnico Instrumento peracta fuissent, sequitur Surd. conf. 551. n. 10. idemque firmatum

fuit in Romana pecuniaria, 17. Martij 1645. coram R.P.D. meo Corrado, §. quia cum vtraque.

5 Nec obstat, quod post diuisionem, & vnicuique assignatam suam portionem in Tenuta della Gogna, & ante prædictam reservationem apposita fuerit clausula Actum, quæ regulariter indicat consummationem actus, & contractus perfectionem, ex theoric. Bald. induth. quod sue n. 1. vers. & ideo tabelliones, C. de testam. Rota dec. 714. n. 1. p. 1. decis. 628. n. 3. p. 2. rec.

6 Quia conclusio procedit, quando apposita fuit in fine ipsius contractus, & instrumenti, vt declarat Natr. in add. ad Alexand. conf. 14. litt. S. lib. 6. Purpur. conf. 581. num. 6. Surd. conf. 187. numer. 22. Simon de Præt. de interpr. ult. volum. lib. 2. interpr. 1. dub. 2. fol. 2. n. 34. Mart. de claus. 3. num. 3. Secus autem vbi, prout hic, apposita legitur in principio, vel in medio. Hoc enim casu, quia post eam deuentum fuisse apparet ad vltiorem diuisionem, & terminationem actus iam incip. nullatenus importare potest perfectionem contractus, vt bene ad propositum respondent Paris. conf. 27. num. 17. lib. 2. Roland. à Vall. conf. 32. num. 33. vers. ratio est vol. 2. Mar. d. claus. 4. d. n. 3. vers. secus si in principio, Rota d. decis. 628. n. 5. p. 2. rec. Sed potius videtur posita ad designandum, dumtaxat locum vbi fiebant singulæ assignationes, & confinium appositiones, quia cum ob Casalium diuersitatem, & distantias in quinque corporibus consistentium diuisio vnica sessione, & vnica die expleri non potuerit, ideo ad ostendam. distinctè loca diuersa, distinctè pariter dictam clausulam appositam fuisse dicendum est, vt commodè dignosci posset locorum diuersitas, & Tenutarum ibidem comprehensarum situatio.

7 Quoque fortius, quia post huiusmodi clausulam Confules, & Periti diuidentes in recompensam bonitatis portionis obuentæ D. Duci Cæsario assignarunt DD. de Caffarellis rubra 23. in Tenuta nuncupata la Castagnola, & subsequenter deueniunt ad dictam reservationem; Vnde multo magis excluditur, quod Diuisio antea fuisset perfecta, & sicuti non attempta dicta præcedenti clausula à Partibus non controuertitur huiusmodi recompensationem esse comprehensam in d. Diuisione, tanquam partem illius, ita pariter controuerti non potest, præfatam reservationem inde subsequenter esse eiusdem naturæ, & qualitaris, ac ibidem omnino comprehendi.

8 Eoque fortius, quia post huiusmodi clausulam Actum, apposita post dictam reservationem cum subsequuta subscriptione eorundem Consulium, Peritorum, & Assessoris, licet enim diuidentes incipiendo à Prædio Cognæ singula prædia diuiserint, Diuisionem tamen non subscripserunt, nisi post omnium corporum partitionem, & dictam reservationem; Hinc igitur huiusmodi subscriptio verè denotat actus perfectionem, & complementum contractus, atque exinde arguitur, tunc solum, & non antea perfectam fuisse Diuisionem ad notata per DD. in leg. contractus, Cod. de fid. instrument.

Idque clariùs conuincit successua continuatio negotij, absque alia diuisione ad actus extrinsecos: A principio enim cæptæ Diuisionis, vsque ad vltimam subscriptionem semper continuatum fuit idem negotium per verba successua, ibi, & profequendo terminationem, ibi, & profequendo

quendo Diuisionem, ibi, successuè, & incontinenti, & ibi successuè profequendo Diuisionem, & similia; Hinc enim successiuitas, & continuatio sine aliqua diuisione, vsque ad prædictam reservationem manifestè indicat, nec diuidentes, nec Confules habuisse prius contractum pro perfecto, sed omnia incontinenti facta fuisse, vt aduertit Alex. in l. in bona fidei 13. sub n. 12. vers. sed in dubio, C. de pall. Gabr. conf. 65. n. 3. lib. 1. Card. Mant. de tac. lib. 3. tit. 15. n. 47.

Nec obstat, quod Periti post adiudicatas vnicuique suas portiones non potuerint imponere seruitutem per text. in l. item Labeo 23. ff. fam. hercis. cum d. Procedit enim quando seruitus imponitur ex intervallo, vt explicat gloss. ibidem, verb. adiudicando, vers. & dic. Secus autem vbi, prout hic, apposita fuit incontinenti, & in ipsa repartitione, tunc enim seruitutem imponi posse probat idem text. ibi, sed etiam cum adiudicauerit, poterit imponere aliquam seruitutem vt alij alium seruum faciat, &c. idemque tradit Alberic. ibidem n. 1. vers. dic. secundum.

Nihilque refert, quod diuidentes declarauerint portiones assignatas debere esse liberam, & exemptam: Quia præter quod intellexerunt de libertate, & exemptione à consortio condominorum, vt literaliter patet, ibi, Mandarunt esse liberam, diuisam, & exemptam, & pro diuisa haberi, & teneri voluerunt à portionibus, & ratis spectantibus ad dictum D. Ducem Cæsarium, &c. 14. Non autem de libertate seruitutis, quam statim referuarunt: Regulare est huiusmodi declarationes intelligi de libertate alterius oneris, quam expressi, ne in incontinenti inducatur correctio vulg. iurib.

Et in hanc sententiam eo libentius inclinatunt Domini, quia ex tota facti serie apparet huiusmodi mutuam reservationem fuisse correceptiuam omnibus alijs in Diuisione apposis, vt præceteris indicat protestatio facta à Dominis de Caffarellis, quod absque dicta reservatione nolebant Diuisionem acceptare vt deponit primus testis eorum Summar. num. 3. Correceptiuum enim dicuntur illi contractus, quorum vnus, siue alio partes non fecissent, vt pluribus relatis probant Giurb. decis. 85. sub n. 20. vers. imo correceptiuum. Proindeque non applicatur, quod in eodem instrumento contineri possint plures contractus distincti, & separati, ac inter se non correceptiuum ex deductis in Romana cambij, seu pecuniaria 22. Iunij 1639. coram Reuerendissimo D. meo Decano, & in Romana, seu Veliterna restitutionis in integrum 17. Decembris 1646. coram R.P.D. meo Bichio. Quia vt eadem decisiones optimè declarant, tunc contractus in eodem instrumento contenti sunt ad inuicem independentes, & non correceptiuum, quando vnus non venit ad determinationem alterius, secus autem è conuerso: In casu autem nostro reservatio transitus venit ad determinationem ipsius Diuisionis, dum Domini de Caffarellis alias ad illam non deuenissent, ac propterea necessario dicitur correceptiuum cum diuisio ab ipsa penitus dependeret ex iuribus supra allegatis.

Et ita resolutum vtraque &c.

R.P.D.

D. R. P. CERRÒ.

Interammen. Vfusfructus.

Veneris 18. Iunij 1649.

ARGV METVM.

Agitur de statuto, sceminarum propter masculos, à successione exclusiuo. De cautione ab Vsfufructuario præstanda, beneficio Legis & Inuentarij. De Iure accrescendi circa legata. Et de melioramentis, quando habentur in consideratione.

SVM MARIVM.

1 Statum Ciuitatis Interamma lib. 2. sub fol. 40. Rubr. quod mul. dotat. nunc succed. est sceminarum exclusiuum.

2 Ac proinde filius defunctæ ab intestato succedit, exclusis fororibus.

3 Vsfufructus, in quo vniuersaliter Vxor à Viro instituitur, in totum ei acquiritur in eius Hereditate, sicut in totum ipsa bona relicta, vt proprium eius patrimonium, ad eum spectabant.

4 Statutum Interammen. ob solam masculorum existentiam, excludit sceminas etiam indotatas, iuncto fratribus onere dotandi pro viribus patrimonij.

5 Statutum, quando excludit sceminas, si fuerint dotata, requirit expressam & formalem dotationem; qua censetur causa finalis statuentium.

6 Quando tamen illas excludit propter masculos, & mandat ipsas dotari, nisi fuerint dotata non est necessaria pro ipsarum exclusione, cum fauor masculorum & agnationis conseruatio, causa finalis, & principalis in statuentibus reputetur.

7 Dotatio actualis in sceminis, non est necessaria de tempore successione, ad effectum statuarum ipsarum exclusionis.

8 Dos non debetur, nisi matrimonium, & nuptia actualiter contrahantur.

9 Virilis portio hereditatis paterna videtur condecens dos pro muliere.

10 Statutum Interammen. videtur excludere sceminas tantummodo ab hereditate dotantis, dum, numerando personas, à quarum successione illas excludit, procedit per dictiones alternatiuas.

11 Procederet si dictum statutum, tam in parte dotationis, quam in parte exclusionis, vteretur verbis, & dictionibus alternatiuis.

12 Secus vbi procedit per dictiones alternatiuas dumtaxat in parte dotationis, in parte verò exclusionis vtitur verbis, & dictionibus coniunctiuis, & copulatiuis.

13 Tunc non censetur exclusisse sceminas ab Hereditate solius dotantis, sed vnica dotatio sufficit, vt ab omnibus hereditariis personarum. ibidem specificatarum ille dicantur exclusæ.

14 Statutum exclusiuum sceminarum propter masculos, non eos excludit perpetuò, sed temporaliter, quousque s. ad sint masculi de Agnatione, ipsis verò defunctis, scemina ad successionem reintegrentur.

15 Non procedit in Statuto Interammen., quod sceminas expressè excludit, non solum ad fauorem fratrum, sed etiam eorum Heredum, alio-

rumque ab eis causam habentium: & recensentur ibi eiusdem Statuti verba.

16 Statutum, cum à longissimo tempore citrà appareat obseruatum, etiam in Iudiciis contentiosis, & signanter in Sac. Trib. Rota, etiam si non probeatur Apostolica auctoritate confirmatum; tamen confirmatio Apostolica interuenisse presumetur.

17 Aditio hereditatis in masculo requiritur ad effectum huiusmodi exclusionis in scemina.

18 Pater retinendo bona dotalia vxoris vsque ad eius obitum, censetur hereditatem illius prædefunctæ, nomine filij, cui delata fuit, adiuisse.

19 Hac conclusio procedere videtur in solis filiis instantibus, secus verò in maioribus instante.

20 Limitatur quando filius post mortem Patris eademmet bona possedit, & sua vita durante, de illis disposuit, vtrique faciendo se illorum dominum, & possessorem; censetur enim paternam aditionem ratificasse, vel dictam hereditatem iterum sufficienter adiuisse.

21 Assertio facta in Inuentario hereditatis, probationem, nisi aliunde iustificetur, non concludit.

22 Aditio, qua desumitur ex possessione Patris bonorum hereditariorum nomine filij, intelliguntur ad fauorem solius masculi, licet ad sint & scemina, statuto sceminarum exclusiuo.

23 Admissio fororis ad hereditatem, & renunciatio statuti ex ea resultans: requirit per necesse specificam expressionem, cum non possit ex alio inferri.

24 Cautio Muriana non est præstanda, nisi in institutione, non autem in legato vsufructus temporaliter duraturo.

25 Cautio de vrendo & fruendo arbitrio boni viri, sufficit quòd præstetur ab vsufructuario in actu pacifica conseruationis vsufructus.

26 Vxor relicta vsufructuaria, quamuis teneatur ad debita mariti prædefuncti: Antem deduci non potest vsufructus sibi relictus, nisi prius ex substantia totius hereditatis as alienum illius integrè persoluat.

27 Solutionem eris alieni deducenti contra bona hereditaria debitoris, sufficit vera & actualis solutio, vt proinde absque alia cessione super illis satisfieri debeat de concurrenti quantitate summa persoluta.

28 Heredi cum beneficio Legis, & Inuentarij impediri non potest integra satisfactio eius crediti in bonis hereditariis.

29 Aditio hereditatis cum beneficio Legis, & Inuentarij præseruat actiones separatas, ne confundantur.

30 Imaginaria solutio, & confusio actionum, que resultant ex aditione hereditatis absque beneficio Legis, & Inuentarij, procedunt tantummodo respectu crediti penes heredem existentis tempore aditionis, secus autem respectu crediti, quod ipse deinde acquisiuit, ad iam hereditate, præuia solutione debitorum defuncti, propriis pecuniis peracta.

31 Voluntas testatoris legantis, ad vnguem seruari debet, alias legatarum legatum amitteret.

32 Legatum in parte vacante accrescit collegataris.

33 Quomodo in proposito procedat.

34 Et redditur ratio.

35 Melioramenta, qua non iustificatur neque in specie, neque in genere, non habentur in consideratione.

DECI

DECISIO L.

DEFUNCTO Ioann. Alexandro Paciono, institutis hæredibus proprietariis Lucia, & Doralice fororibus usufructuaria Catharina Campia vxore, inter istas mulieres variæ ortæ fuerunt controuersia tam super hæreditate dicti Io. Alexandri fratris, & mariti respectiue, quam super hæreditatibus Fuluij, & Alcida illius Parentum. Ideoque coram Reuerendissimo Dom. Ghislerio tunc S. Rotæ Auditore, nunc vero Episcopo Terracinen. suscepta disputatione super hæreditatibus Fuluij, & Io. Alexandri tantum resolutum fuit Doralici, & Luciae dandam esse manutentionem in duabus partibus bonorum Fuluij, Catharina in alia tertia parte eorundem bonorum, & in omnibus bonis Io. Alexandri eius viri, titulo tamen solius usufructus, & cum oneribus contentis in decis. 27. Ianuarij 1648.

Acquiescerunt præfatæ mulieres huic resolutioni, sed prosequentibus coram Me in locum dict. Reuerendissim. Terracinen. particulariter subrogato disputationem super hæreditate Alcida ibidem non comprehensa, sub die 31. Maij præteriti proposui dubium, An in bonis Alcida sit danda manutentio Catharinae in totum, sed Domini ordinatur, quod videretur de bono iure, quo dubio hodie proposito constare existimant de bono iure vtriusque partis.

Catharina scilicet, & quidem in omnibus præfatis bonis quoad usufructum sibi relictum à d. Ioan. Alexandro eius viro, Cum enim ex dispositione Ciuitatis Interamni lib. 2. sub fol. 40. rubr. quod mul. dotat. non succed. relati in eius Summario n. 2. feminarum exclusiui, ipse solus tanquam masculus successerit d. Alcida ab intestato defunctæ exclusiui penitus Lucia, & Doralice fororibus, prout etiam resolutum fuit in Interamnen. hæreditatis de Paradisi 12. Decembris 1605. coram S.D.N. in recentior. decis. 104. p. 1. confirmata coram eodem 6. Martij 1606. & admittitur in d. decisione edita coram Reuerendiss. Dom. Terracinen. §. non obstat alterum. Sicut hæreditas d. Alcida in totum spectauit, & effecta fuit proprium patrimonium ipsius Io. Alexandri, etiam eius usufructus in totum spectare debet ad Catharinam ab ipso vniuersalem usufructuariam in testamento scriptam ad text. in l. vxori meæ. 37. ff. de usufruct. legat.

Idque etiam si d. sorores expressæ dotatæ non fuerint. Cum enim præfatum statutum in verbis specificè excludat non solum dotatas, sed etiam indotatas iuncto fratribus onere dotandi pro viribus patrimonij, sola existentia masculorum sufficit pro ipsarum exclusione. vt responsum fuit in dict. Interamnen. hæreditatis de Paradisi 6. Martij 1606. §. non obstat dum dicebatur, & in similibus terminis dixit Rota decis. 540. per tot. & signanter sub n. 1. versic. non enim propter dotem part. 1. diuers. in recentior. decis. 405. n. 22. cum segg. part. 5. & plenius in Romana supplementi legitimæ 18. Maij 1640. 15. Aprilis 1644. & 26. Ianuarij 1646. coram Me. Licet enim, quando statutum excludit feminas, si fuerint dotatæ expressa, & formalis requiratur dotatio, quæ censetur causa finalis statuentium. Quando tamen, prout hic, illas excludit propter masculos, & mandat ipsas dotari, nisi fuerint dotatæ, dotatio non est necessaria pro ipsarum exclusione, cum fauor masculorum, &

agnationis conseruatio causa finalis, & principalis in statuentibus reputetur iuxta distinctionem Castr. communiter approbatam in leg. Titio centum. §. Titio genero n. 8. versic. ego pluris. ff. de condit. & demonstr. & in consil. 276. n. 2. lib. 1. quem sequuntur Soccin. sen. cons. 75. n. 8. vsque in fin. lib. 3. alique relati per Rotam d. dec. 540. n. 1. & segg. part. 1. diuers. in Persina fideicommissi de Alfani 17. Maij 1621. coram clar. mem. Coccino penes Merlin. de legitim. decis. 106. num. 7. in Tiburtina hæreditatis 13. Febr. 1634. coram Eminen. D. Card. Hieronymo Verospio penes Benzon. ad Statut. Urb. decis. 113. sub versic. & licet. Præsertim quia d. forores nunquam nuptæ fuerunt, & ideo obicere non possunt defectum dotationis, cum ad istum effectum non sit necessaria actualis dotatio de tempore successione Card. Seraph. decis. 112. n. 1. & per totam. Et dos non debeat, nisi matrimonium, & nuptiæ actualiter contrahantur, vt probat Castr. d. cons. 276. n. 2. versic. vnde. & tunc relictum lib. 1. Rota d. decis. 540. n. 1. versic. distinctio autem part. 1. diuers. & d. decis. 405. n. 26. versic. neque eius obligatio part. 5. rec. Tum etiam, quia satis condecemtem dotem habuisse videntur, dum ipsemet Ioan. Alexander illas admisit vna secum pro æquali portione ad paternam hæreditatem, & eas vniuersales hæredes proprietarias in omnibus suis bonis instituit.

Nec obstat, quod d. statutum videatur excludere feminas tantummodo ab hæreditate dotantis dum enumerando personas à quarum successione illas excludit, procedit per dictiones alternatiuas, vt dixit Rota in Narnien. successione 7. Februarij & 29. Nouembris 1629. coram bon. memor. Merlino recentior. decis. 247. n. 19. versic. verum quando part. 5. & decis. 329. n. 16. cum sequentibus parte 6.

Obiectum enim procederet, si d. statutum tam in parte dotationis, quam in parte exclusionis vteretur verbis, & dictionibus alternatiuis, in quibus terminis loquuntur præfatæ decisiones Narnien. successione. Secus autem vbi, prout hic, procedit per dictiones alternatiuas dumtaxat in parte dotationis, in parte verò exclusionis vtritur verbis, & dictionibus coniunctiuis, & copulatiuis, ibi, Nec actionem habeant, nec petere possint contra patrem patruum, nec fratres carnales, vel eorum hæredes, nec ab eis causam habentes, &c. Tunc enim non censetur exclusisse feminas ab hæreditate solius dotantis, sed vnica dotatio sufficit, vt ab omnibus hæreditatibus personarum ibidem specificatarum illæ dicantur exclusæ, vt declarant Baldus consil. 73. circa medium versic. & est considerandum lib. 4. Becc. consil. 53. num. 3. versic. nam respondetur, Alciat. consil. 5. sub num. 11. versic. item quando statutum loquitur lib. 2. Menochius consil. 873. sub num. 12. Versic. quintus est casus, Surdus consil. 100. n. 9. Bello. iun. consil. 74. n. 48. Thefaur. decis. Pedemont. 62. n. 7. versic. imò si statutum, idemque admisit Rota in dd. Narnien. successione, vt in decis. 247. n. 18. & n. 19. part. 5. & dec. 329. num. 15. & num. 16. part. 6. ac responsum fuit coram Cardin. Seraphin. decis. 1291. num. 1. in Balneoregion. bonorum 16. Maij 1594. coram recol. memor. Cardin. Hieronymo Pamphilio, & in Romana hæreditatis de Stellis 16. Ianuarij 1608. coram bon. memor. Oitenbergho penes Fenzon. ad Stat. Urb. decis. 115. & decis. 116. per tot.

Minusve obstat, quod huiusmodi feminarum exclusio

exclusio non sit perpetua sed temporalis, quovis scilicet adfint masculi de agnatione, ipsi verò defectis feminae ad successionem reintegrentur ad tradit. per Brun. in tract. quod stat. mascul. art. 10. n. 12. & n. 23. cum aliis relatis in d. decis. Reuerendissim. Terracinen. §. non obstat alterum versic. tum quia. Quoniam in casu nostro tollitur ex facto hæc difficultas, cum statutum feminas expressè excludat non solum ad fauorem fratrum, sed etiam eorum hæredum aliorumque ab eis causam habentium ibi, nec actionem habeant, &c. nec fratres carnales, vel eorum hæredes, nec ab eis causam habentes, &c.

16 Nec facit, quod d. Statutum non probetur Apostolica auctoritate confirmatum: Quia cum à longissimo tempore citra appareat obseruatum etiam in iudiciis contentiosis, & signanter in hoc Sacro Tribunali confirmatio Apostolica interuenisse præsumitur ad notat. per DD. in cap. illud de præsumpt. & in cap. sicut. de re iudic. Card. Seraphin. decis. 507. n. 3. & decis. 536. n. 5. cum aliis in Barchinonen. Statuti III. Martij M. DC. XXXVI. coram Eminen. Dom. Cardin. Hieronym. Verospio in recent. decis. 107. num. 24. part. 7.

17 Provt nec subsistit, quod non doceatur Ioan. Alexandrum adiuuile maternam hæreditatem, prout ad effectum requiritur.

18 Cum enim huiusmodi hæreditas consistat potissimum in bonis dotalibus, quæ Fuluius maritus per quatuordecim annos vsque ad eius obitum penes se retinuit, ex præfata retentione adiuuile censetur dictam hereditatem nomine Ioann. Alexandri communis filij, cui ipsa delata fuerat, vt probat. textus in leg. qui in aliena, §. sed, & si non adiuuile ff. de acquir. hæredit. Bartol. consil. 129. n. 2. sub 1. Narr. consil. 74. num. 11. Surdus consil. 253. n. 32. Paschal. de viribus patr. potest. part. 1. cap. 2. n. 35. versic. imò etiam, Rota decis. 259. num. 3. & decis. 723. num. 14. versic. & in proposito part. 2. & decis. 527. num. 4. part. 8. re ceut. Et licet hæc conclusio procedere videatur in solis filiis infantibus ad tradita per Alexand. consil. 20. n. 1. lib. 7. Surd. consil. 244. num. 2. secus verò in maioribus infante, idem Surdus decis. 140. num. 11. Nihilominus quia ipsemet Ioannes Alexander post mortem Fuluij patris eademmet bona possedit, & sua vita durante de illis disposuit, vt probatur ex inuentario confecto à dictis fororibus eodem Summario n. 5. vti que faciendum se illorum dominum, & possessorem, censetur paternam aditionem ratificasse, vel dictam hæreditatem iterum sufficienter adiuuile leg. pro herede, & leg. gerit Cod. de acquir. hæredit. leg. si filius familias, Cod. de petit. hæredit. leg. C. ad S. C. orfician. §. penultim. institut. de hered. & qual. & differ. Castr. in leg. potuit n. 4. C. de iur. deliber. Baldus consil. 272. sub n. 2. versic. terra ratio est lib. 5. Aymon. consil. 33. n. 14. Honded. consil. 61. n. 58. lib. 2. Surdus consil. 253. n. 31. Card. Mant. de coniect. ult. volunt. lib. 12. tit. 12. n. 8. & dec. 245. n. 11. sanct. mem. Gregor. decis. 7. n. 2. decis. 98. n. 1. & decis. 136. n. 2.

19 Nihil obstante, quod in dicto Inuentario præfatæ sorores asseruerint bona ibidem descripta possessa fuisse pro Ioanne Alexandrum pro indiuiso, & in communi cum ipsis.

20 Quia præter quod huiusmodi assertio eis suffragari non potest, nisi concludentibus probatoriis asserant communionem iustificatam ad textum in leg. 1. Cod. de probat.

Cum præfata hæreditas deberetur soli Ioanni Alexandro masculo ob prædictam statuti dispositionem ex dicta possessione ad eius dumtaxat fauorem, non autem fororum, quibus illa delata non fuerat, desumi potest aditio, vt declarant Surdus dicto consil. 253. d. n. 31. Card. Mant. d. tit. 12. dicto n. 8. versic. quod scilicet probatio, Boer. decis. 33. num. 25. versic. alias si esset; cum cæteris supra allegatis. Minusve præsumi potest, quod dictus Ioan. Alexander voluerit ipsas admittere vna secum ad maternam hæreditatem, ex quo eas admiserat ad hæreditatem paternam, ideoque renuntiasse videatur dictæ statutarie dispositioni, vt firmatum fuit in dicta præcedenti decisione. Quia cum præfata admissio expressè facta, & restricta fuerit ad bona paterna, exindè inferri non potest, quod voluerit eas pariter admittere ad materna, cum admissio, & renunciatio ex ipsa resultans eandem specificam expressionem perneccesse desiderent ex probatis ferè in terminis per Gabriel. consil. 60. num. 2. & 3. & num. 6. per tot. lib. 1. Surd. consil. 445. num. 58. & 59. Morot. consil. 3. num. 19. cum segg.

Denique non obstat, quod Catharina nullam præstiterit cautionem, siue Mutianam, siue de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri.

Respectu enim Mutianæ responsum fuit eam non esse præstandam, dum non versamur in institutione, sed in legato usufructus temporaliter duraturo, donec scilicet legataria viduitatem seruauerit, vt distinguendo firmant Natt. consil. 459. n. 17. versic. tamen secus est, Gratian. discept. forens. cap. 696. n. 11. Thomat. decis. Maceraten. 105. n. 7. & 8. Bart. decis. Bonon. 73. n. 29. cum segg. Respectu verò cautionis de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri, ob litem postea moram, acriter agitatam visum fuit Dominis sufficere, quod præstaretur in actu pacificæ confectionis prædicti usufructus iuxta Theoric. Bald. in l. 2. sub n. 11. & circa fin. Cod. comm. de legat. quam pluribus adductis sequura fuit Rota in Auenionen. usufructus 4. Februarij 1637. coram Reuerendiss. Dom. meo Decano, & 1. Ilij eiusdem Anni, coram Eminen. Card. Panzirolo in recent. decis. 195. num. 19. & num. 20. & decis. 233. num. 11. part. 7. ac 29. Aprilis 1641. coram Reuerendiss. Dom. Terracinen. §. final. & nouissime in Firmiana codicillarum 1. Martij præteriti coram Me §. quia sub eademmet die.

Quo verò ad præfatas sorores existimantur Domini constare de ipsarum bono iure, tum pro summa scilicet 850. Tum etiam pro tota usufructus, quam Catharina teneret illis communicare.

Pro summa scilicet dictorum scutorum 850. quæ ab eis persoluta fuerunt eidem Catharinae pro restitutione dotis sibi debitæ à dicto Ioanne Alexandro Testatore eius viro, vt apparet ex publico Instrumento ipsarum, Summario numer. 1. Quamuis enim vxor relicta usufructuaria non teneatur ad debita mariti prædefuncti; Attamen deduci non potest usufructus sibi relictus, nisi prius ex substantia totius hæreditatis æs alienum illius integrè persoluatur per textum in leg. fiscal. ff. de usufruct. legat. & in leg. usufructu bonorum. ff. ad leg. Falcid. Gabriel. consil. 114. n. 8. lib. 1. Gall. præct. obser. lib. 2. obseru. 146. n. 7. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 143. sub n. 13. versic. altera fuit opinio, Cardinal. Mantica de coniect. ult. volunt. lib. 9. tit. 6. num. 12. plene Mastrill. decis. 3. sub n. 4. cum pluribus segg.

segg. part. 1. & dictum fuit in dicta præcedenti decisione Reuerendiss. Domin. Terracinen. §. neque potest vers. & iuxta.

27 Nec refert, quod Catharina in actu exactionis dictæ dotis cesserit iura talia qualia, dummodo contra ipsam retorqueri non possint: Quia dictæ sorores non videntur huiusmodi cessione, nec agunt contra cedentem pro repetitione soluti, sed deducunt huiusmodi solutionem æris alieni contra bona hereditaria debitoris, ad quem effectum ipsis sufficit vera, & actualis solutio, ut proinde absque alia cessione super illis satisfieri debeant de concurrenti quantitate summæ persolutæ. *l. qui à debitore, ff. qui pot. in pignor. hab. l. si prioriores*, ibique gloss. *C. de his, qui in prior. cred. loc. succæ. Card. Mant. decis. 69. num. 3. vers. diuersum est autem.*

Et parum releuat, quod sint hæredes dicti Io. Alexandri debitoris.

28 Quia præter quod illius hereditatem adierunt cum beneficio legis, & inuentarij, proindeque eis impediri non potest integra satisfactio ipsarum crediti ad tradita per Bald. *in l. si. §. in computatione n. 3. ibique Iaf. n. 5. C. de iur. deliber. Parif. conf. 69. n. 161. lib. 1. Rota in rec. decis. 528. n. 1. p. 2. decis. 127. n. 10. p. 7. decis. 46. n. 6. & decis. 513. num. 12. p. 8.* Ea ratione, quia per aditionem cum dicto beneficio actiones non confunduntur, sed separatæ præseruantur *d. l. fin. d. §. in computatione, vers. si vero ipse, C. de iur. deliber. Bald. in l. si uxor n. 2. C. de bon. auct. iud. poss. Castr. conf. 186. in princ. vers. siue dicamus, quod factio inuentario l. 2. Surdus conf. 7. n. 31. Rota dec. 63. n. 2. in fin. p. 3. decis. 114. num. 12. p. 7. decis. 145. num. 7. p. 8. rec.* Cum tempore aditionis dictæ sorores non essent creditrices, sed tales effectæ fuerint post aditam hereditatem persolueno de proprio huiusmodi debitum dotis Catharinæ, utique etiam si non essent hæredes beneficiaræ, adhuc ipsis prædicta satisfactio denegari non poterit; Imaginaria enim solutio, & confusio actionum, quæ resultant ex aditione absque dicto beneficio, procedunt tantummodo respectu crediti penes hæredem existentis tempore aditionis, fecus autem respectu crediti, quod ipse proxt hic, deinde acquisiuit adita iam hereditate præuia solutione debitorum defuncti propriis pecuniis peracta, ut in puncto distinguendo firmavit Rota coram Card. Canal. *decis. 367. n. 1. 2. & 3. & in Bonon. fidei commissi de Cattaneis 10. Martij 1617. coram bon. mem. Pirouano in rec. decis. 432. num. 10. vers. quia creditum p. 4.*

29 Pro rata verò vsusfructus, quia testator eidem Catharinæ legataria expressè mandauit, quod illud communicaret cum præfatis suis sororibus; Voluntas enim testatoris in proposito ad vnguem seruari debet, aliàs legataria legatum amitteret, ut firmatum fuit in Spoletana alimentorum 24. Maij 1593. coram Card. Gyptio in Florentina alimentorum 20. Nouemb. 1630. coram Eminent. D. Card. Hieronymo Verospio, & in Romana legati cibi, & potus 23. Iul. 1635. cor. RR. D. meo Decano relatis in *d. dec. d. §. neque potest.*

30 Nec obstat, quòd cum ipse sorores institutæ fuerint hæredes proprietariæ, huiusmodi legatum ad ipsarum fauorem non sustineatur, sed accrescat Collegataria ex dispositione *text. in l. plane 34. §. si duobus, ff. de leg. 1. approbata in Reccanat. manut. 27. Iunij 1642. coram Me §.*

31 *& huic intellectui, vers. tum prælegatum.* Conclusio enim procedit quando hæres à femetipso legatum inuoluitur in d. text. ibi, *A semetipso ei legatum inuoluitur videtur, &c.* fecus autem ubi, proxt hic, illud capere debet à manibus Collegataria propter onus communicandi illi iniunctum, tunc enim legatum tanquam validum sustinetur, nec ipsi Collegataria accrescit, ut declarat gloss. *in d. verb. inuoluitur, vers. item à legatario, quom sequuntur Alex. in d. §. si duobus, n. 2. vers. quia sicut quando, alique relati per Bellon. de iur. accresc. cap. 7. q. 29. n. 14. & 15. & 16.* ubi reddit optimam rationem, quia scilicet huiusmodi legatum nullam continet obligationem ipsius hæredis, sed illius tantummodo, qui fuit grauatus & n. 90.

32 Caterum prætenfa melioramenta, ut asseritur facta per Fuluium in bonis controuersis, Domini non habuerunt in consideratione, quia non iustificatur, neque in specie, neque in genere. Atque ita resolutum fuit vtraque parte informantè, &c.

& huic intellectui, vers. tum prælegatum.

33 *Conclusio enim procedit quando hæres à femetipso legatum inuoluitur in d. text. ibi, A semetipso ei legatum inuoluitur videtur, &c.* fecus autem ubi, proxt hic, illud capere debet à manibus Collegataria propter onus communicandi illi iniunctum, tunc enim legatum tanquam validum sustinetur, nec ipsi Collegataria accrescit, ut declarat gloss. *in d. verb. inuoluitur, vers. item à legatario, quom sequuntur Alex. in d. §. si duobus, n. 2. vers. quia sicut quando, alique relati per Bellon. de iur. accresc. cap. 7. q. 29. n. 14. & 15. & 16.* ubi reddit optimam rationem, quia scilicet huiusmodi legatum nullam continet obligationem ipsius hæredis, sed illius tantummodo, qui fuit grauatus & n. 90.

34 Caterum prætenfa melioramenta, ut asseritur facta per Fuluium in bonis controuersis, Domini non habuerunt in consideratione, quia non iustificatur, neque in specie, neque in genere. Atque ita resolutum fuit vtraque parte informantè, &c.

EMINENTISS. ET REVERENDISS.

D. CARD. CORRADO.

Romana Vineæ.

Veneris 27. Aprilis 1646.

ARGUMENTVM.

Agitur de deuolutione rei emphyteuticæ ad directum, ob alienationem factam ab emphyteuta, ipso irrequisito, & quando habeat locum, & ob defectum solutionis Canonum per biennium, & quando habeat locum: & ubi dominus teneatur probare suum dominium: & de pactis in Inuestitura appositis: de alienatione conditionati; & aliis consimilibus.

SVMMA RIVM.

- 1 Validitas sententia probatur ex reuolutione Processus, in quo fuerunt seruata seruanda.
- 2 Mandatum de associando, quod non iustificatur ex actis iniustum est.
- 3 Ac proinde resultat iusta causa restitutionis in integrum aduersus illud, ac cetera omnia in eius executione gesta.
- 4 Dominus directus, qui vult deducere deuolutionem bonorum emphyteuticorum ob alienationes irrequisito domino factas, Canones non solutos, dominium directum plene ac concludenter probare debet.
- 5 Et identitas rei emphyteutica cum ea, que in Inuestitura comprehenditur, per probationes concludentes, & non equiuocas, iustificanda est, ita quod de illa dubitari non possit.
- 6 Acquisitio dominij directi, quando agitur de illius probatione, ad effectum rei emphyteutica deuolutionis, non autem simplicis recognitionis, est directè iustificanda secundum ius gentium, vel ciuile.
- 7 Confessionem fictam Rota non attenditur.

8 Eoque

8 Eoque minus, quando non fuit seruata forma.

9 In iudicio possessorio, leniores probationes sufficiunt pro iustificatione dominij, cum de illo tunc non agatur principaliter sed incidenter.

10 Iudicium non videtur simplex, ac purum possessorium, quod principaliter fundatum est in deuolutione, tanquam præferens dominium directam penes actorem.

11 Actor probare debet fundamentum sue intentionis.

12 In iudicio possessorio per dominium directum instituto, tria sunt necessariò probanda. Primò scilicet, quod constat de Inuestitura, seu concessione ipsius rei, de qua agitur identifice, Secundo, quod illa sit finita. Tertio, quod adsit contumacia non restituentis.

13 Iura in secunda instantia producta ad iustificandum mandatum prime instantia, non attendi solent ex sententia Rotæ, post executionem mandati: sed pars, que factio iudicis, ex processu non iustificato nulliter, ac iniuste procedentis, soluita fuit, ante omnia in pristinum statum restitui ac de causa meritis cognosci debet.

14 Alias enim iustus iudiciorum ordo peruerteretur, si prius exequerentur sententia, deinde verò probationes ferent.

15 Canonum solutionis defectus per biennium continuum requiritur ad effectum ut emphyteuta Ecclesiæ, ex eo capite expelli possit.

16 Biennium huiusmodi suppleri non potest ex tempore decurso pendente lite.

18 Instrumenta in iudicio debent exhiberi, ad hoc ut de eis habeatur ratio.

18 Dotes possunt constitui mulieribus ex bonis emphyteuticis, sine consensu domini directi, etiam aliter ex pacto conueno, ex speciali dispositione Statuti Vrbs lib. 1 c. 122.

19 Contractus venditionis bonorum Emphyteuticorum, cum expressa reservatione eius domini, ac possessionis vsque ad integram pretij solutionem, & interim locatio sub annua pensione, non requirit domini directi consensum, alias in alienatione necessarium.

20 Verba importancia reservationem consensu directi domini, cum clausula, & non alias, &c. apposta in contractu venditionis fundi emphyteutici, reddunt huiusmodi contractum conditionalem, eiusque conferunt perfectionem in tempus præstiti per dominum directum consensus, ita quod antea habeatur pro non facto; & propterea nulla ex eo inducitur caducitas, quia cessat eiusdem domini contemptus, ex quo pronenit huiusmodi pena.

21 Ampliatur hæc conclusio ut procedat esto quòd deuenit fuerit ad traditionem rei alienata ante petitum & obtentum domini consensus, quia stante huiusmodi clausula, eadem censetur in esse ipsi traditioni conditio.

22 Intelligenda est tamen conclusio cum temporamento equitatis, ut scilicet eo pacto contrahentes teneantur, deinde absque mora contractum huiusmodi domino denunciare, ac eius consensus legitime requirere, ne aliter in eorum sit facultate illum debito laudemio, ac iusta recognitione fraudare.

23 Emphyteuta, qui requisierit dominium directum de suo consensu, & negatum fuerit, alienatio non est imputanda.

24 Pactum speciale conuenitum in Inuestitura consalgado Labyrinth. Credit. Tom. II.

consensum domini directi interuenire debere ante alienationem, vel in actu alienationis faciendæ; sub pena deuolutionis, intelligendum videtur de alienationibus puris, & absolutis non autem de illis, que facta fuerunt sub expressa reservatione domini; & consensus domini directi, cum clausula & non alias, &c.

25 Alienatio facta cum huiusmodi clausula reservationis, non est perfecta, sed conditionalis, & remanet in suspeso, ut habeatur pro non facta, à nec huiusmodi consensus interuenierit.

26 Emphyteuta vendens, irrequisito domino pro pretio declarando per tertium, illo non declarante, non cadit à iure suo, quia negotium est imperfectum.

27 Pacta huiusmodi, in hac præsertim materia odiosa, & præiudiciali, stricte intelligi debent, & in dubio, contra stipulantem.

28 Notitia pacti deuolutionis requiritur ad hunc effectum in emphyteuta, certa, explicita, & indubitata, ita quod nullo modo excusari possit.

29 Notitia Auctoris primi inuestiti non probata de aliquo pacto inuestitura, præsumitur ignorantia in illis, qui successerunt in locum illius.

DECISIO LI.

Sententiam Rotalem in hac causa prolaram hodie Domini confirmandam esse censuerunt; Nam illius validitas probatur ex reuolutione Processus in quo fuerunt seruata seruanda iuxta vulg. *Decisione Verall. 262. part. 2.* Iustitia vero ex Decisionibus emanatis coram RR. PP. DD. meis Carillo, & Otthobono, ex quibus constat mandatum de associando ad possessionem Vineæ de qua agitur Reuerendiss. Monialibus concessum à Reuerendiss. P. D. Locum tenente Eminentissimi Domini mei Cardinalis Vicarij, contra Dominum Alphonsum Ferrum, & quondam Portiam eius Vxorem non iustificari ex actis coram eo. Vnde resultat illius iniustitia, ut fuit dictum in Burgen. *Quinden. XVI. Martij 2. M. D. C. XVI. coram bon. memor. Andrea decis. 23. & numero 20. Versicul. fuit responsum, & bon. memor. Buratt. decis. 363. numero 2. versicul. nam prædictum mandatum, cum sequentibus, ac Reuerendissim. Vigellen. decis. 50. numero 12. versic. & quamuis, & decis. 81. numero 1. versicul. fuit responsum, cum sequentibus, & in recentiores, decis. 659. sub numero 15. versic. demum part. 2.* Ac proinde iusta causa restitutionis in integrum aduersus illud, ac cetera omnia in eius executione gesta, Rota *decis. 1. de Restitution. in integrum in nouiss. & penes Cæf. de Grass. de decis. 10. num. 12. versic. nam ad hunc effectum, cum sequentibus de sentent. & re Iudicata, & Verall. decis. 94. part. 3.* & Cardin. Seraphin. *decis. 251. numero 12. versic. tamen in hoc conueniunt cum sequent. & Sanct. Memor. Greg. decis. 209. ac in Recentior. decis. 492. sub num. 1. versic. sed hodie part. 1.*

Primo siquidem, quia non processit probatio directi dominij monasterij super hac ipsa Vineæ, ut necessarium erat; cum fuerit deducta illius deuolutio ob alienationes irrequisito Domino factas, & Canones non solutos; quo casu dominium prædictum plene, ac concludenter probari debet, iuxta *leg. officium; & leg. In rem, Digestis de rei vendit. leg. cum res*, ubi Glossa, & Doctores *Codic. de probat. Specul. lib. 4. titul.*

titul. de Emphyteut. §. nunc aliqua sub numero 194. versic. centesimo sexagesimo octavo queritur, Rota penes Verall. decis. 280. part. 1. & Card. Seraph. decis. 1453. sub numero 1. versic. Verum in casu isto, ac sec. & Andr. decis. 63. numero 1. cum sequentibus per tot. ac in Recentiores dec. 606. num. 1. part. 1. & in aliis infra citandis.

Nec enim releuabant binæ Inuestituræ prædictæ, Altera scilicet facta de Anno M. D. LXVII. XVIII. Maij Antonio de libertariis de sex petiis terræ, & tribus quartis, & altera facta Nicolao Calderario de Anno M. D. LXXVIII. XVII. Nouembris de aliis petiis nouem. Quia neutra conueniebat, nec in quantitate, nec in qualitate, nec in confinibus, cum Vineâ petita petiarum quatuordecim cum Domo, & aliis ædificiis, vt legitur in monitorio, & articulis pro parte Monialium tunc exhibitis; Certum est autem quod identitas illius, cum iis quæ in dictis Inuestituris comprehendebantur omnino iustificanda erant per probationes concludentes, & non æquiuocas, ita quod de illa dubitari non posset, Specul. in loco mox citato sub numero 75. versic. Item Ecclesia qua concessit, cum sequent. Alban. consil. 244. sub numero 34. versic. quarto videtur, cum sequent. Rota penes Cardin. Seraphin. decis. 869. in princip. & in fine & Buratt. decis. 132. numero 4. versic. & sic quod doceretur, & decis. 393. numero 10. versic. secundo, ac decis. 424. numero 3. versic. & tamen, ac numero 5. versic. nec etiam, & in recentior. decis. 407. numero 1. versic. tum quia part. 4. & plenè in Perusin. Emphyteut. XIIII. Februarij M. DC. XL. & XXI. Iunij M. DC. XLI. coram Reuerendissimo Domino meo Decano, ac in Romana Domorum IX. Decembris M. DC. XLI. coram Reuerendiss. P. Domino meo Royas.

Non etiam sufficiebat assertio Coniugum de Ferris in Instrumentis celebratis cum Carolo Antonio Brascha, quod Vineâ dotalis Portiæ petiarum quatuordecim in eis descripta esset directi Dominij dd. Monialium, quia cum ageretur de illius probatione non ad effectum simplicis recognitionis, sed deuolutionis erat directo iustificanda illius acquisitio secundum Ius gentium, vel Ciuile, iuxta. dicta leg. in rem; Digestis de Rei vendit. & theoric. Bartol. in leg. penultim. numero 4. versic. primo casu, Digestis de condit. insert; Abb. in cap. cum ad sedem numero 2. versic. sed sic extra de restit. spol. Rota penes Verall. dicta decis. 280. numero 5. & ita fuit tentum parte prima, & Card. Seraphin. decis. 1453. numero 1. versic. & confessio, ac in recentiores dicta decis. 606. numero 3. versic. tum quod dicta confessio, part. 1. penes Reuerendissimum. Vrgellen. decis. 431. a numero 8. versic. ulterius, cum sequentibus, cum aliis relatis in hac eadem causa coram Reuerendiss. Domino meo Carillo X. Iunij M. DC. XXXIX. in §. nam se fundatur, & X V I I. Nouembris M. DC. XLI. n. §. i.

Neque vis fieri poterat super positionibus productis pro parte Monialium, quæ fuerunt habitæ pro confessis contra dd. Coniuges non respondentes nam huiusmodi fectam confessionem Rota non attendit, vt fuit dictum in Romana Vineâ 1. Februarij 1613. coram Sanctissimo Domino nostro in §. final. apud Fenzon. ad Statut. Urb. decis. 41. & penes Sanct. Memor. Gregor. XV. decis. 460. numero 14. versic. quia

ultra alias responsiones, & Card. Caualer. decis. 562. numero 1. versiculo quamuis enim ac in recent. decisione numero 6. versic. in venditione capsarum, & decisione 556. num. 8. versic. Præterea part. 3. idemque fuit responsum in dicta decisione 10. Iunij. 1639. in §. quod eo facilius coram præfato Domino meo Carillo. Eoque minus quando non fuit seruata forma cap. 2. de confess. in 6. vt est necessarium. iuxta not. ibi, per Franch. sub numero 9. versiculo nam dicit. Bald. & infr. Rota decisione 3. de Confess. in Antiq. & penes Card. Seraphin. decis. 408. numero 4. versiculo tum etiam quia, ac bon. memor. Coccin. decisione 470. numero 6. versic. neque est verum, cum sequentibus.

Nec obstat quod fuerit per Moniales institutum iudicium possessorium, in quo leuiore probationes sufficiunt pro iustificatione dominij, cum de illo tunc non agatur principaliter, sed incidenter.

Nam præter quod iudicium illud non videtur fuisse simplex, ac purum possessorium, quia fuit principaliter fundatum super deuolutione Vineæ ob Canones non solutos ac alienationes irrequisitis Dominis directis factas, vt apparet ex conclusione Monitorij & petitione; & positionibus prædictis, ac cæteris in eo Processu actis solum dominium Monialium, ac deuolutionem respicientibus, quo casu concludenter probari debet, tanquam fundamentum intentionis agentis. Innoc. in cap. ex parte, Abbatissæ, sub numero 1. versic. Hoc tamen teneas, extr. de priuileg. Castren. in leg. interpositas, sub numero 7. versic. sed Innocentius, ibique Iason. sub num. 6. versic. limita ex eo, Codice de Transact. Eoque magis vbi non fuit facta petitionij suspensio, vt distinguendo fuit dictum in Orleana Sanctiss. Trinitat. 15. Iunij 1577. coram bon. memor. Rubeo penes Statil. de Salu. Interdict. decis. 230. numero 2. versic. In euentum vero, quod petitorium non fuisset suspensum & in Terracinen. bonorum 6. Iunij 1623. coram bon. mem. Merlin. in recentiores part. 4. tom. 2. dec. 405. n. 16. vers. Vt denique.

Fuit responsum, quod etiam in iudicio possessorio per Dominum directum instituto, tria sunt necessario probanda, primo scilicet, quod constet de inuestitura, seu concessione ipsius rei de qua agitur indentificæ, secundo quod illa sit finita; Tertio, quod adsit contumacia non restituenti. Menochius de recup. remed. 11. numero 31. vers. quare quarto cum sequent. Rota penes Seraphin. decis. 1458. numero 4. versic. & ita procedunt ac per tot. & fuit dictum in Ariminen. bonorum 4. Februarij 1611. coram bon. memor. Card. Marcomon. in recent. decisione 325. numero 5. versiculo & nihilominus parte 3. & in Portuen. stagni 27. Aprilis 1640. sub princip. in §. cum igitur ad obtinendum in hoc iudicio coram Eminen-tissimo Domino meo Cardinali Panzyolo, quæ in proposito non fuerunt probata, vt dictum est.

Minus visa fuerunt Dominis ob stare Iura in hoc iudicio producta, ex quibus prætendunt informantes pro monialibus prædicta omnia iustificari.

Nam equidem attederentur si ageretur de confirmatione d. mandati antefactam illius executionem. At postquam facta fuit attendi non solent ex sententia Rota, sed pars quæ facta iudicis ex processu non iustificato nulliter, ac iniuste proce-

procedentis, spoliata fuit antè omnia in pristinum statum restitui, ac de causæ meritis deinde cognosci debet ad text. in cap. conuenerunt, extr. de restitut. spoliar. aliàs enim iustus iudiciorum ordo peruerteretur, si prius exequerentur sententiæ, deinde vero probationes fierent, atque ita fuit resolutum penes chifan. decis. 172. sententia nulla, & in Romana de Piacellis 20. Februar. 1598. coram bon. memor. Oran. decis. 102. numero 9. versiculo num. executio, apud Zacch. de obligat. Camer. & penes Sanct. Memor. Gregor. XV. decis. 105. num. 10. versic. potuit ista immisso: vbi alia referuntur, ac decis. 209. & Card. Caualer. decis. 632. numero 6. versic. tamen est, & Buratt. decis. 584. numero 6. versic. & nihilominus, ac Reuerendiss. Vrgellen. dicta decis. 81. numero 1. versic. fuit responsum ac in recent. decis. 346. sub numero 1. versic. & est receptum ac per tot. & part. 2. & in hac eadem causa coram eodem Domino meo Carillo. dict. 27. Nouembris. 1641. in §. nec ad tollendum primum fundamentum.

Secundo principaliter, quia non fuerunt probata causæ deuolutionis eiusdem Vineæ, Nam illa deducta ob Canones non solutos incidit ex partitis librorum monasterij exhibitis ex quibus constat de illorum solutione vsque ad annum 1615. & ex petitione, atque executione facta pro debitis de Anno 1616. per acta Luca-telli, ita, quod de tempore declarationis factæ per moniales, ac instituti earum nominibus iudicij super deuolutione sub die 22. Iunij 1617. non fuerat defectum in eorum solutione per biennium continuum pro vt requiritur ad effectum, vt Emphyteuta Ecclesiæ ex eo capite expelli possit iuxta. text. in cap. potuit in §. Emphyteuta quoque, extr. de locat. & in Authent. Hoc ius porrectum, §. qui rem Codice de Sacrosanct. Eccles. & Auth. de non alienand. §. scire autem relat. in cap. 2. 10. questione 2. Neque suppleri potuit ex anno decurso lite pendente, quia (prætermittis aliis) requirebatur super hoc noua declaratio, siue petitio pro parte Monialium, quæ facta non fuit, Rota penes Achill. decis. 1. numero 9. versic. Primo quod dicta decisio, & c. de locat. & bon. memor. Cardinal. de Mantica. decis. 336. numero 5. versic. quod autem & decis. 187. num. 4. versic. Nec obstat. part. 2. dinerf.

Altero vero deducta ex alienationibus irrequisitis Monialibus factis non iustificatur ex allegatis Instrumentis dotalibus inter Portiam, ac Ioannem Baptistam Guidum primum, & d. Alphonsum Ferrum secundum eius maritum celebratis; quia non fuerunt exhibita, & propterea non est de illis habenda ratio, vt fuit responsum coram præfato Domino meo Carillo dicta decisione 10. Iunij 1639. in §. Præterea, versiculo & de aliis, præter quod in huiusmodi constitutionibus dotis non requiritur consensus Domini directi, etiam alias ex pacto conuentus, vt specialiter cauetur Statut. Urbis libro 1. cap. 122. & in his ipsis de quibus agitur fuit dictum in prædicta Romana Domorum coram Reuerendiss. Patre Domino meo Royas dicta die 9. Decembris 1641. in §. minus ob stare dicebant Domini, & 16. Ianuarij 1643. in §. fin. & coram Reuerendiss. Patre Domino meo Ghislerio 18. Aprilis 1644. in §. sciendum quod, Versiculo & licet etiam deducantur.

Minus probatur ex dd. Instrumentis celebratis cum Brascha, quia non continent perfectum, Salgado Labyrinth. Credit. Tom. I I.

ac absolutum contractum venditionis Vineæ, sed cum expressa reservatione eius dominij, ac possessionis vsque ad integram pretij solutionem ad fauorem dd. coniugum, à quibus interea illi locata fuit à septennium sub annua pensione scutorum centum, vt in eo legitur; quo casu non requiritur Domini directi consensus, alias necessarius in alienatione, iuxta. leg. fin. vbi gloss. in verb. aliis vendere, & Iaf. sub numero 112. versiculo quarto quare, Codice de iure Emphyteut. specul. lib. 4. titul. de emphyteut. in §. nunc aliqua sub numero 149. questione 123. Imol. in cap. potuit sub numero 22. versic. item potest queri, extr. de locat. Surdus decisione 305. numero 39. vers. nam pactum, cum sequentibus, Corbul. de Emphyteut. de caus. priuat. ob alienat. limitat. 24. Valalc. in similit. tractat. questione 20. sub numero 9. cum sequent. Pariterque Respondetur alteri Instrumento celebrato cum Ioanne Francisco Rocha sub die 24. Martij 1618. quod in illo iudicio neque productum fuit.

Præterea in præfatis omnibus Instrumentis cum Brascha, & Rocha celebratis reseruatus fuit in primis, & ante omnia consensus monialium, & non alias, & c. quæ verba reddunt huiusmodi contractus conditionales, eorumque consensum perfectionem in tempus præstiti per Dominum directi consensus, ita quod antea habeantur pro non factis, & propterea nulla ex eis inducitur caducitas, quia cessat eiusdem Domini contemptus, ex quo prouenit eiusmodi pena Bald. in cap. 1. §. denique sub numero 5. versic. sed pone Pater ita dicit, & c. quæ fuit prim. caus. benef. amittend. Alberic. in leg. final. sub num. 10. versiculo querit, Alb. Papien. Codice de iur. Emphyt. Luc. de Pen. in leg. nulli sub numero 1. versiculo potest quidem alienari Cod. de fund. partim. lib. 11. Felin. in capite que in Ecclesiarum sub numero 85. versic. saluatur tamen & sub num. 86. versic. tertium casus est extr. de Constit. Afflict. in cap. Imperialem, in trigesima octaua questione sub numero 54. & sequent. fol. mibi 165. de prohibet feud. alien. per Feder. Roland. consilia 51. sub numero 30. vers. Verum lib. 2. & consil. 63. a numero 16. versic. verum maturius, plur. sequentibus lib. 4. Burlatt. consil. 181. numero 14. versiculo Verum. vbi hanc dicit æquiorum, & receptionem DD. sententiam; Cephal. consil. 118. a num. 9. versic. nam venditio, cum sequentibus; Franc. decisione 267. sub numero 2. versic. Dicebatur pro conuento, cum sequentibus, Franc. Cald. de Iur. Emphyteut. lib. 4. cap. 6. a numero 33. versiculo Imo, & alia iustificatur, Rota penes Andream decis. 63. sub numero 3. & sequent. versiculo Aut verò caducitas prætenditur: & coram Reuerendissimo Domino meo Carillo, d. 10. Iun. 1639. in §. Præterea, & 27. Nouembris 1641. in §. alterum, & secundum, & in §. penultim. & in dicta Romana Domorum 9. Decembris 1641. coram Reuerendiss. Petr. Domino meo Royas in §. final. & latius in Romana Deuolutionis Domus 17. Iunij. 1641 in §. secundo enitatur etiam, & in §. sed cessat difficultas; & rursus, 20. Nouembris eiusdem anni in §. Tertio. esto etiam, ac sequentibus coram bon. memor. Merlino in quibus firmatum fuit hanc conclusionem procedere esto quod deuentum fuerit ad traditionem rei alienatæ antè petitum, & obtentum Domini consensus, quia stante huiusmodi clausula eadem censetur ineffe ipsi traditioni conditio, & coram Reuer. P. Domino meo Ottobono 27. Iunij. 1644.

in §. Final. quod probant etiam DD. citati, & alij relati per Modern. Roman. disceptat. 633. sub n. 27. versic. neque etiam cum seq. hoc autem certius est in proposito casu, in quo traditio facta fuit expressio locationis titulo pro annua conuenta pensione, vt dictum est.

22 Et licet prædicta conclusio videatur cum temperamento æquitatis intelligenda, vt scilicet eo pacto contrahentes teneantur deinde absque mora contractum huiusmodi Domino denunciare, ac eius consensum legitime requirere, ne aliàs in eorum sit facultate illum debito laudemio, ac iusta recognitione fraudare ad tradita per Salycet. in leg. final. sub num. 5. versic. sed nihil minus, Codic. de iur. emphyteut. & in specie probat Burfat. dicto consil. 181. num. 15. versic. dico secundo, cum sequent. & sub num. 18. versic. propterea, ac sequent. Carol. Bardellon. consil. 14. num. 75. versic. Respondetur septimo, & consil. 100. num. 22. versic. secus intra certum tempus, & comprobatur Surdus consil. 372. sub num. 4. versic. quarto addo cum sequentibus & consil. 437. num. 35. responderi etiam potest. Et in dicta Romana deuolutionis Domus coram bon. mem. Meilino agebatur de mora vnus mensis, vt legitur in dicta decisione 20. Nouembris 1641. in §. nec obstat quod Ianuarius distulerit, & fuerat petitus consensus, ac depositum laudemium ante acceptatam legitime caducitatem, vt habetur in antecedenti sub dicta die 17. Iunii eiusdem Anni in §. nec obstat quod fuerit iam deuolutum, versic. quia non constat. Non tamen in hoc casu videtur longior mora considerari posse, quia Brascha, & Rocha solius locationis titulo Vineam possederunt, & ille quidem nouem circiter menses, & non vltra; iste vero post contractum cum eo initum decem circiter menses fuit à Monialibus inuestitus, vt apparet ex Instrumento Inuestituræ sub die 4. Februarij 1619. Ferrus autem in actu auocationis, & deliberationis illius earundem consensus requisit, qui fuit illi negatus, vt apparet ex publica attestazione eiusdem Notarij Lucarelli exhibita, ita quod nihil ipsi potest impurari ad leg. qui Rome §. coheredes Digesti. de verborum obligat. leg. final. in fin. Cod. de iur. Emphyteut. Baldus in cap. 1. in §. Aut si libellario numero. 3. versic. quod intelligo. Quibus mod. feud. amitt. Dec. in dicto cap. qua in Ecclesiarum sub num. 137. versic. & hoc intelligendum videtur, extr. de Constitut. Menoch. de Arbitr. Iud. cas. 182. num. 11. versic. quod si eam licentiam concedere recusat, cum seq. lib. 2. & fuit dictum coram præfato D. meo Carillo sub d. die 27. Nouembris 1641. in §. fi. vbi alia etiam adducitur responsio.

Nec demum obstat quod ex pacto speciali conuento in prædictis Inuestituris factis de anno 1567. Antonio de Libertariis, de anno 1568. Nicolao Calderatio consensus Monialium requiri, atque interuenire deberet ante alienationem, vel in ipso actu alienationis sub pœna deuolutionis.

24 Tum quia pactum illud intelligendum videtur de alienationibus puris, & absolutis, non autem de illis, quæ factæ fuerunt sub expressa reservatione dominij, & consensus Domini directi, & non aliis, &c. quæ tanquam conditionales non sunt perfectæ, sed remanent (vt dictum est) in suspenso, & habentur pro non factis donec huiusmodi consensus interuenierit per textum in leg. hac venditio, in principio ibi, conditionales autem vendi-

viones tunc perficiuntur cum impleta fuerit conditio, &c. Digesti. de contrah. empt. per quem textum ibidem Baldus in lect. nouiss. sub num. 3. versic. dico quod si emphyteuta norat quod si emphyteuta vendit irrequisito Domino pro pretio declarando per tertium, illo non declarante non cadit à iure suo, quia negotium est imperfectum, in lege cum mansura in fin. ibi, nemo potest videri eam rem vendidisse de cuius dominio id agitur ne ad emptorem transeat, sed hoc aut locatio est, aut aliud genus contractus Digesti de contrahend. emptio. & in leg. necessario in princip. versic. quod si sub conditione, & infra versic. quod si pendente conditione res tradita sit, Digesti de peric. & commod. rei vend. & comprobatur ex leg. prima §. Annus autem, Digesti de iur. cot. & leg. Bouem, §. final. versic. si sub conditione, Dig. de edict. Adict. & leg. cum notissimi §. illud Codice de prescription. triginta, vel quadraginta annorum, Curt. sen. consil. 8. num. 6. versic. secundo moueo, cum sequentibus. Nam huiusmodi pacta in hac præsertim materia odiosa, & præiudiciali strictè intelligi debent; Et in dubio contra stipulantem leg. veteribus Digesti de pact. leg. Labeo Digesti de contrahend. emptio. leg. quicquid adstringenda in princ. Digesti de verborum obligation. Bart. in leg. si extraneus n. 2. versic. & ista lex. Digesti de cond. caus. dar. Alex. consil. 140. Circa primum dubium, n. 4. versic. secundo lib. 5. Ruin. consil. 187. n. 7. versic. & ideo lib. 1. Socini. iun. consil. 103. sub n. 3. versic. quia sumus, & n. 4. versic. & confirmatur lib. 3. Nat. 676. n. 31. in fin. versic. si igitur & seq. Mant. de tacit. lib. 2. tit. 4. sub n. 64. versic. similiter, & alij.

Tum quia non fuit probata notitia huiusmodi pacti in præfatis Coniugibus, quæ ad hunc effectum requiritur certa quidem explicata, & indubitata, ita quod nullo modo excusari possit, Alias enim præsumitur illius ignorantia in eorum personis, quæ successerunt in aliorum, quinimmo nec adhuc constabat habuisse causam à prædictis primis inuestitis, cum quibus tale pactum initum fuit ad Reg. leg. qui in alterius locum, Digesti de Reg. iuris capite præsumitur eodem titulo in 6. leg. verius Digesti de probat. leg. vltima in fine digesti pro suo, Glossa final. in dicta leg. vltima in verbo sed qui si ille qui solo iure debuit ignorauit, ac ibi Doctores, Cod. de iur. emphyt. Rota penes Cadinale. Caualer. decis. 94. num. 1. Versic. Visum enim fuit, ac sequentibus, & reuerendissimo Vrgellen. dec. 426. num. 9. versic. prima exceptio fuit, & pluribus sequentibus, & in recentiores dec. 95. numero 1. versic. quo casu, cum seq. part. 1. & decisione. 593. sub num. 4. versic. secundum fundamentum part. 2. & decisione 559. n. 5. versic. nec quod de ea part. 5. & in his terminis fuit decisum in Romana Casalis X I X. Martij M. D. XC. coram bon. memor. Gypso in §. quod maxime, ac per tot. & in Romana deuolutionis domus II. May M. DC. XVI. coram bon. memor. Andrea dicta decis. 63. n. 4. versic. nec facit, & seq.

Et ita fuit resolutum, vtraque parte Informante, &c.

R.P.D.

R.P.D. VEROSPPIO.

Romana separationis bonorum.

Luna 25. Iunii 1646.

ARGUMENTVM.

Dominium locorum montium, quomodo ostendatur. Confessio emanata in Iudicio, est quibusdam aliis efficacior. Plura de confessione, Negatiua, Errorè Aditione Hæreditatis; ac de Statutò Veronen. circa exteriorum successiones in stabilibus.

SVMMARIVM.

- 1 Locorum montium dominium ostenditur ex literis parentibus, vbi descriptio vim habet traditionis factæ, verè equiparabilis.
- 2 Confessio emanata in Iudicio, præferri debet alteri extraiudicialiter emissæ in testamento.
- 3 descriptio nominis dominium concludere non valet inter consanguineos, inter quos nomen adhiberi solet in re ad alterum consanguineum spectate.
- 4 Confessio erronea desumpta facta in testamento potest ab here de renocari, non secus ac ab ipsomet desumpto, si adhuc degeret in humanis.
- 5 Confessio relativa ad aliquid ex quo ipsius error dignoscatur, tanquam erronea, potest ab ipsomet consueti impugari.
- 6 Clausula salutaris, quod habeatur pro non apposito quod describendum non foret in scriptura valide operatur.
- 7 Possibilitas non erroris, non admittitur contra habentem fundatam intentionem in errore.
- 8 Ad conuincendum descriptionis errorem, admittuntur etiam coniectura moraliter certa.
- 9 Negatiua debet concludenter probari ab eo, qui se fundat in ea.
- 10 Aditio hæreditatis inducitur ex cessione facta per heredem iurium sibi competentium.
- 11 Declaratur intelligi de simplici cessione facta favore extranei præsupponente præcedentem aditionem, sine qua locus sibi vindicare non posset eadem cessione, secus versic. hac fiat favore proximioris in gradu, cum tunc repudiationem ostendat, vt subsequens gradu iure suo succedat.
- 12 Statutum Veronen. denegat in bonis stabilibus successionem exteris, qui onera ciuilia non soluerint.
- 13 Hæreditas semel repudiata ex cessione adiri de nouo non potest.
- 14 Error iuris præsumptus iustam errandi causam præbere potuit.
- 15 Et proinde actum in eo fundatum plus in opinione quam in veritate consistentem annullat.
- 16 Error debet probari ab eo, qui se fundat in illo.
- 17 Etiam quod alicuius actus causa extiterit.
- 18 Renunciatio hæreditatis facta ab eo, ad cuius proximorem postea deferatur, censetur facta vt alteri quæreretur.

DECISIO LII.

Decisum fuerat coram Me sub die 20. Aprilis proximè pateriti loca decem Montis Visini spectasse ad Fabritij hæreditatem, eamque Iulio Cæsari, non autem Horatio fuisse quæst-Salgado Labyrinth. Credit. Tom. I. I.

tam, quam decisionem hodie Domini confirmarunt approbando illius fundamenta.

Respectu enim locorum montium hæc empta probantur de pecuniis hæreditariis Fabritij in persona Iulij Cæsaris illius hæredis ab intestato, provt patet ex ipsis parentibus litteris ab Horatio approbatis, ex quibus Iulij Cæsaris dominium ostenditur, cum descriptio vim habeat traditionis factæ, verè equiparabilis; vt præter reatos in alia decisione notat Angel. in leg. 2. num. 2. Cod. de dot. cau. non num. Socc. sen. consil. 6. num. 9. lib. 4. Berous consil. 178. num. 8. & 9. lib. 2. Modern. Rom. discept. for. 252. num. 1. Rota dec. 262. num. 3. part. 1. diuers. Concurrit attestatio Butelli publici Mercatoris de facto proprio deponentis, ac repetita eiusdem Horatij confessio in exactione fructuum ad Iulium Cæsarem, vti hæredem ab intestato spectantium. Quæ dum etiam emanauit in Iudicio, debet alteri præferri extraiudicialiter emissæ in testamento, vt notat Bart. in leg. rura n. 2. Cod. de omni agr. de solis §. 11. Menoch. cons. 275. num. 12. & 13. Marant. de ord. iud. part. 9. tit. de confess. num. 26. fol. 394. & alij relati in dec. 337. n. 14. coram Reuerendiss. Vrgell.

Ex his verò tollitur obiectio repetita contra descriptionem; quod illa dominium concludere non valeat inter consanguineos, inter quos nomen adhiberi solet in re ad alterum consanguineum spectante; vt notat Anch. cons. 32. n. 4. Rom. cons. 291. n. 10. in fin. versic. in autem, Rota in Romana de Toriellis 17. Martij 1617. in §. visum enim fuit coram Remboldo penes Post dec. 136. n. 1. cum prædicti Domini loquantur in terminis simplicis descriptionis nullis adminiculis fulcitur.

Cessant etiam, quæ repetuntur circa confessionem Horatij emanatam in vltima voluntate, & ipsius Iulij Cæsaris in inuentarij confessione emissam super hæreditate Horatij; Prima enim probatur erronea tam ex attestazione Butelli, quam ex ipsis parentibus litteris; vbi legitur nomen tantum Iulij Cæsaris, & pro eo, ac de pecuniis hæreditariis Fabritij loca prædicta empta fuisse, quamuis in testamento nomen Iulij Cæsaris, & proprium enuncietur. Ideoque prædicta confessio potest à Iulio Cæsare Horatij hærede reuocari, non secus ab ipsomet Horatio si adhuc degeret in humanis ex notat in leg. post diuisionem Cod. de iur. & fact. ignor. & in his terminis Menoch. consil. 89. numero 18. versic. sexto adducebantur, & in consil. 1094. numero 38. & 39. Altera verò Iulij Cæsaris ab eodemmet potest impugari, dum relationem habet ad litteras parentes, ex quibus error ipse dignoscitur, vt notat Bald. in leg. 2. Cod. de error. Aduoc. numero 4. Bart. in leg. 1. numero 2. Codice de error. calcul. Alexand. Concil. 83. numero 1. versic. modis autem lib. 1. Curt. iun. consil. 192. numero 21. lib. 3. Dec. resp. 35. numero 25. volum. 3. Rotacorum Buratt. decisio. 282. numero 2. & coram RR. Vrgell. decis. 337. num. 34. & adest clausula salutaris, vt habeatur pro non opposito, quod describendum non foret Rota dec. 287. n. 3. p. 3. rec.

Non obstat ad excludendum descriptionis errorem adducta possibilitas præcedentis conuentionis inter Horatium, & Iulium Cæsarem, vt proprio nomine describerentur loca montium; licet ad ipsum non spectarent. Quia non admittitur hæc possibilitas contra eundem Iulium Cæsarem habentem fundatam intentionem in

M 3 parent

parentibus litteris, etiam referentis testamenti errorem ostendentibus vt censuit Rota in Cauallien feudi 16. Aprilis 1613. & in Aquitanien. Prioratus 11. aprilis 1622. coram bon. mem. Pirouanno inter impressas *part. 4. recent tom. 2. de cif. 375. num. 5. & coram R.R. Vrgell. decif. 337. n. 36.* vbi etiam admittuntur coniecturæ moraliter certæ ad conuincendum descriptionis errorem.

Non obstat nullam fuisse redditam Iulio Cæsari rationem de fructibus horum locorum montium exactis, & quod hinc consurgat verisimilitudo exclusiua dominij penes eum, qui fructus non percepit; Quia talis negatiua vti propria fundamentum intentionis non iustificatur ex aduerso, provt concludi debuisset notant DD. communiter in *leg. penultim. §. docere ff. quis eum*, vbi Bart. & Bald. n. 2. Ang. in 1. notab. Castr. n. 5. alii que per Pacian. *de prob. lib. 1. c. 51. n. 28.*

Quò verò ad alteram decisionis partem super hæreditate Fabricij, eam ad Iulium Cæsarem spectasse, iterum Domini responderunt ex pluribus actibus, in præterita decisione deductis in §. *quo verò*, ex quibus in Horatio elici, censuerunt voluntatem repudiandi Hæreditatem, vt Iulio Cæsari, licet gradu remotiori deferretur.

Neque eiusdem hæreditatis aditio inducitur ex cessione iurium sibi competentium facta per Horatium, ex qua eam concludunt Corn. *conf. 52. num. 9. lib. 2. Paris. conf. 19. num. 118. lib. 2. Surdus conf. 249. num. 18.* Cum prædicti DD. loquantur de simplici cessione facta fauore extranei, præsupponente præcedentem aditionem, sine qua locum sibi vindicare non posset eadem cessione; secus verò, si hæc fiat fauore proximioris in gradu cum tunc repudiationem ostendat, vt subsequens gradu iure suo succedat, eardinal. Mant. *de coniect. vlt. vol. lib. 12. tit. 12. n. 17. vers. aut vero renunciatio*, alii que in præterita decis. adducti sub §. *ultim.* attemptata præsertim dispositione Statuti Veronen. denegant in bonis stabilibus successionem exteris, qui onera ciuilia non soluerint, & sententia Venetiis prolata deferente ab intestato Iulio Cæsari hæreditatem Fabricij, qua vsus est Horatius in iudicio ad fauorem Iulij Cæsaris, tanquam hæredis ab intestato, pluribusque aliis actibus repudiationem necessario importantibus, nam ex cessione adiri denud non potest hæreditas semel repudiata iuxta text. in *leg. Olan. 9. ff. unde cogn. & in l. pro hærede 20. ff. de acq. hered. Fulg. in l. vlt. n. 5. Ang. n. 3. Cod. de repud. hered. Aymon. conf. 959. n. 2.*

Nec repudiatio tollitur ab errore iuris præsumpto, quæ dum iustam errandi causam præbere potuit Horatio, vt notat Bald. in l. si ex pecunia n. 28. *Cod. de furt. Dec. consil. 282. num. 9.* Surdus *conf. 149. num. 14.* eiusdem etiam repudiationem annullat plus in opinione, quam in veritate consistentem, vt notat gloss. in *legis qui putauit verb. certus, ff. de acqu. hered. Imol. in l. recusari num. 2. ff. eodem ciuil. Tard. Mant. de contract. vlt. vol. lib. 12. tit. 14. num. 27.* Talis enim error. non solum probari debuisset, vt notat Bart. in l. 2. num. 2. in fin. & num. 12. *ff. de confessis Butr. in cap. gratis n. 10. vers. debet tamen probari, Imola num. 3. de reitut. spoliat. Mabcard. de prob. conclus. 78. n. 7.* & alij relati per Lambertengum *de contract. Gloss. 1. num. 131.* sed etiam, quod repudiationis causa extitisset, vt notat Bart. in l. inter omnes §. recte num. 3. circa fin. *ff. de furt. Rim. iun. conf. 612. num. 58.* Surdus *consil. 149. num. 9. & conf. 349. n. 53.* Tiraq. in *tract. de pen. rem-*

perandis caus. 43. num. 9. & tamen excluditur ex tenore sententiæ Iulium Cæsarem ab intestato hæredem declarantis; & tot multiplicatis actibus in præterita decisione deductis, ex quibus excluditur error, & Horatij voluntas manifestè conuincitur, quod noluerit sibi hæreditatem querere, vt Iulio Cæsari nepoti suo deferretur, iuxta notat in *leg. simulier la 2. Cod. ad Vellei. Dec. consil. 185. n. 13. Rot. dec. 387. n. 4. part. 5. rec. cum aliis per Galler. de renunc. lib. 5. c. 5. n. 14.*

Et ita vtraque parte, &c.

R. P. D. ARGVELLES.

Mediolanen. bonorum.

Mercurij 19. Ianuarij 1650.

ARGUMENTVM.

Fructus restituendi sunt à die motæ litis, & vltetius. Causa appellationis est eadem cum prima, licet instantia sit diuersa. Plura de materia, & de mala fide respectu possessoris. De locatione circa probationem: ac de melioramentis tam circa liquidationem, quam circa restitutionem.

SVMMARIVM.

- 1 Fructus rei litigiosæ restituendi, ab initio litis sunt computandi.
- Et exinde constituitur possessor in mala fide.
- 2 Nec debet condemnatio restringi ad diem motæ litis in Rota, sed de eius initio in partibus.
- 3 Causa per appellationem non mutatur, sed continuatur.
- 4 Mala fides non tollitur ex sententia in prima instantia fauorabili.
- 5 Quia per appellationem exinguitur iudicatum, vel suspenditur.
- 6 Et appellans reponitur in eo statu, quo erat tempore litis contestate.
- 7 Et sic nullum potest effectum producere.
- 8 Nec propter eam fructuum restitutio impeditur.
- 9 Et sententia non purgat malam fidem possessoris.
- 10 Nec interest quod lis fuerit contestata à possessore.
- 11 Fructus restituuntur ratione mala fidei, que per controuersiam motam inducitur.
- 12 Imo & post litis denunciationem debentur.
- 13 Mala fides, cum propter motam controuersiam inducatur, nihil interesse poterit, an victor pulset, aut pulsetur, cum vtroque modo controuersiam faciat.
- 14 Mala fides, & fructuum restitutio inducitur per solam denunciationem factam emptori, quod venditor dominus non erat.
- 15 Ad fructuum restitutionem, non solum à die motæ, aut denunciatae litis, sed ab ipsa occupatione, sufficit declarari titulum fuisse iniustum, per quod, titulus reducitur ad non titulum.
- 16 Fructus ex aliqua re vigore tituli iniusti percipientes, regulare est, quod omnes restituere tenentur perceptos etiam ante litem.
- 17 Titulus, quando resolutibilis est, facta resolutione fructus omnes interim percepti restituuntur.
- 18 Sententia, cuius causa quis possidebat, reuocata, res cum fructibus, est restituenda.
- 19 Instantia non transit in singularem successorem.
- 20 Decisio 240. post Cenc. de censib. declaratur loqui

DECISIO LIII.

loqui de fructibus petitis accessorie ad mandatum de manutenendo, vt omnes alia in hac allegata.

- 21 Quæ loquitur in petitorio, & in possessore mala fidei.
- 22 Locatio probat fructuum perceptionem, & quantitatem in locatore.
- 23 Et probatur iuris presumptione perceptio fructuum vsque ad diem restitutionis.
- 24 Clausula. Donec. appozita in locatione, est repetitiua, itavt finita, locatio repetita censeatur.
- 25 Et extendit locationem ad beneplacitum partium, itavt duret, donec appareat reuocata.
- 26 Imo ex ipsa contractus natura, ex quo perseveratum est in conductione, presumitur eodem pretio, & conditionibus renouata.
- 27 Et presumitur perseverasse, nisi contrarium probetur.
- 28 Et sufficit ad effectum, de quo agitur, quod bona predicta tanti fuerint solita locari.
- 29 Valor in futurum probatur, ex valore præcedentis decennij.
- 30 Valor locationum non apparentium regulatur ex locationibus, quæ apparent.
- 31 Probationes exactissima non requiruntur in materia liquidationis, sed leniores sufficiunt.
- 32 Rota non onerat mala fidei possessores in fructibus, qui percipi potuerunt quando violenti non sunt.
- 33 Vel aliquo titulo colorato se defendunt.
- 34 Iudex nulliter & iniuste procedens, dicitur spoliare.
- 35 Possessor mala fidei est condemnandus ad fructuum etiam non exactorum, & qui poterant exigi, restitutionem, quando debitores minus idonei reperiantur.
- 36 Excomputantur tamen remissionis facta colonis causa tempestatum.
- 37 Testes loquentes ex suo capite, nulla reddita ratione, non debent attendi.
- 38 Melioramenta sunt probanda secundum formam traditam à Rota in Romana hæreditatis 14. Decembris 1646. à §. nec magis, vsque ad §. minus suffragatur coram eodem Arguelles.
- 39 Impensa in melioramentis cepta lite mala fide inducitur à possessore in re facta, nullo modo possunt conservari, nec per retentionem.
- 40 In melioramentorum estimatione inuenda, multum iudicis arbitrium versatur & ideo Rota mediam viam eligit.
- 41 In melioramentis, quando res meliorata restitui debet à mala fidei possessore, & impensa turbida, ac illiquida apparent, fieri debet restitutio, data cautione de restituendo facta liquidat.
- 42 Sumptus facti in plantatione arborum, & vitium, quia cedunt solo, non restituuntur possessori, nec pro illis habet retentionem, & multo magis mala fidei.
- 43 Neque pro palis ad vitium sustentationem possitis.
- 44 Collecta, & Tributa, que soluerentur ratione rei controuerse à victore, si non soluta fuerint, ratione particularis exemptionis, seu privilegij, à victo detentore, non debentur illi in restitutione fructuum condemnata excomputari.
- 45 Locupletari cum aliena iactura, est contra naturam.
- 46 Nec forte interesset si detentor sic immunis, sponte soluisse.

Fructus, quos Domini Vicecomites debent Dominis Bussiis restituere ex sententiis Rotabilibus ab initio litis computandos, ipsæ decreuerunt sententiæ, provt iuris est *l. sed & si res §. si ante litem 7. ff. de petit. hered. l. Iuliam. 17. §. 1. iusto principio D. de rei vind. facit l. 3. D. de interd. l. partum 10. D. de vsur. l. certum 22. Cod. de rei vind. l. 2. Cod. de fruct. & lit. expens. §. 2. Institut. de off. iud. Basilic. tom. 1. lib. 9. tit. 3. cap. 66. pag. mibi 515. ex impressi. Parisien. an. 1647. in quibus iuribus, Glossa & omnes communiter, Rota coram sanct. memor. Gregor. XV. dec. 74. n. 1. & in Camerinen. spolijs 4. Iulij 1646. in princ. coram Reuerendissimo Patre Domino meo Othobono, & in Seguntina beneficij 1643. §. ceterum coram R. D. meo Decano.*

Nec debet condemnatio restringi ad diem motæ litis in Rota, sed de eius initio in partibus Seraph. *dec. 1245. n. 4. & 5.* (vbi in fortioribus terminis, nempe, quia lata sententia, & in iudicatum transacta per multos annos siluerat causa, vt ibi n. 1. & 2.) Burat. *dec. 568. n. 17. & 337. n. 16. & in Romana domorum 25. Iunij 1646. coram R. P. D. meo Bichio* (vbi etiam in fortioribus) & in Romana fideicommissi de Marianis 3. Iunij 1647. coram R. P. D. meo Roias, & dec. 19. post Modernum, de manu. n. 1. & 8. & iura supra allegata indistinctè loquuntur, nempe fructus debent ab initio litis, & ex inde constitui possessorem in mala fide.

Nec obstat, quod Dominus Primicerius habuerit sententiam fauorabilem in prima instantia, quia per appellationem causa non mutatur, sed continuatur. Rota in d. Romana fideicommissi de Marianis in princ. coram R. P. D. meo Roias.

Nec mala fides tollitur ex sententia in prima instantia fauorabili, Burat. *d. dec. 568. n. 16. & 17.* quia per appellationem extinguitur iudicatum *l. 2. §. in. D. ad Turpill. vel suspenditur l. furti 6. D. de his qui noi. infam. intelligenda cum distinctione, Bald. in rubr. Cod. de appellat. Scacc. in eodem tr. g. 3. n. 82. vers. concordari*, qui eo non citato sequitur eius distinctionem, & appellans, reponitur in eo statu, quo erat tempore litis contestatæ *ibi n. 84.* & sic nullum potest effectum producere, vt bene *d. l. furti l. 2. Cod. de execut. rei iud. Balylic. tom. 1. lib. 9. tit. 3. cap. 87. pag. mibi 518.* nec propter eam fructuum restitutio impeditur, vt in allegatis decisionibus 1245. coram Seraph. 568. penes Burat. & 19. post Modern. *de manu.* Et sententiam non purgare malam fidem possessoris, probat Roman. in *l. si per errorem, C. de vsucap.* & notabiliter profertur Lambertengus *de contract. sine solemn. fact. gl. 1. à n. 320. Barbol. ad l. situr. 3. Cod. de prescript. 30. vel 40. an. num. 125. cum seqq. vbi explicat. l. generaliter D. de noxalib.*

Nec interest quod lis fuerit intentata à dicto Primicerio; nam etiam in simili casu loquuntur dec. Seraph. & dec. post Modern. *de manu. & dec. 220. n. 7. & 8. part. 7. rec.* intelligenda est, quando non inter victum, & victorem fuit lis agitata, sed inter alios, fructus namque restituuntur ratione malæ fidei, quæ per controuersiam motam inducitur *d. l. sed & si 28. dict. §. si ante litem, ibi. Quamquam enim litis contestata mentio fiat in Senatus Consulto, tamen, & post motam controuersiam omnes possessores pares sunt, & quasi pradones tenentur, C. de petit. hered. Imo, & post litis denunciationem *l. item veniunt 22. §. præter 6. in fin. vers. petitam, ibi.**

Quo primum scierit quisque eam à se peti: id est, cum primum aut denunciatum esset, aut litteris, aut edictis euocatus esset: ff. eod. tit. de petit. hered. Gothof. d. §. si ante litem lit. P. ubi alia iura adducit, Barbof. ad l. ficut. 3. Cod. de prescriptione, numero 275. Nam si propter motam controuersiam mala fides inducitur, quid interesse poterit an victor pulset, aut pulsetur, cum vtroque modo controuersiam faciat & optime facit text. in l. fundum 17. C. de rei vind. ubi per solam denuntiationem factam emptori, quod venditor Dominus non erat, inducitur mala fides, & fructuum restitutio,

Præterquam quod ad istam fructuum restitutionem, non solum à die motæ, aut denunciatæ litem, sed ab ipsa occupatione sufficit declarari titulum fuisse iniustum per quod, titulus reducitur ad non titulum elegans text. in lege 2. Cod. de fide, & iur. hasta fiscal. alias de fide & instrum. & iur. hasta fiscal. lib. 10. tit. 3. Tiraq. plures referens in leg. si unquam Cod. de reuocand. donat. Rom. conf. 454. sub num. 27. Natta conf. 535. num. 12. Gonzal. regul. 8. gloss. 15. n. 150. Olafch. dec. 160. n. 12. Surd. dec. 163. n. 16. & conf. 268. n. 29. cum segg. Burat. d. dec. 568. n. 17. Rota decif. 693. n. 1. p. 1. rec. & in Meleuitana fructuum 8. Februarij 1649. §. nec illos pretendere coram R. D. meo Decano, & regulare est quod percipiens fructus ex aliqua re vigore tituli inualidi omnes restituere tenetur, perceptos etiam ante litem cap. si quis presbyterorum 6. de rebus Eccl. non alien. ubi Glossa & DD. l. 1. Cod. de fid. & iur. hasta fiscal. Valenz. Valasc. conf. 196. num. 27. vers. vnde, Rom. tom. 2. Vnde quoquo se vertant Domini Vicecomites effugere non possunt fructuum restitutionem, & saltem negari non potest titulum illum per sententiam inductum manere resolubilem propter appellationem; at quando titulus resolubilis est, facta resolutione fructus omnes interim percepti restituuntur l. 4. in princ. cum aliis §. l. itē quod 6. l. Imperator 16. ff. de in diem addit. l. is qui 11. §. si fundus 10. ff. quod vi aut clam. l. fin. D. de iure fic. l. cum autem 23. §. cum redhibetur, D. de adelit. edict. l. videamus 38. §. item si 2. D. de vsur. l. 1. C. de his qui vt indign. Et reuocata sententia cuius causa quis possidebat, rem cum fructibus esse restituendam, est text. formalis in l. filio 16. §. fin. D. de inoff. test. (ubi notandum est litem cum alio factam fuisse, & contra eum sententiam obtentam, & tamen per aliam sententiam condemnari ad fructus ab initio perceptos) quam omnes extollunt Abb. in cap. cum causam vlt. notab. de off. deleg. & aliis relatis, Garz. de expens. c. 23. n. 24. Rauden. de Analog. c. 37. n. 209. Gutier. conf. 15. n. 11. & 12. Rim. iun. conf. 333. n. 19. Surd. conf. 14. n. 16. & conf. 113. n. 11. & conf. 168. n. 20. & conf. 372. n. 21. Peregr. conf. 3. n. 71. vol. 1. Menoch. de recuper. remed. 15. n. 638. iterum Surdus dec. 45. n. 10. cum sequentibus dec. 25. à n. 21. & de alim. tit. 1. quast. 124. n. 8. Giurb. dec. 89. per tot. Mastr. dec. 29. n. 4. Gratianus discept. forens. c. 157. num. 27.

Parum iuuat, litem cceptam non esse cum ipsis Bultis, quia instantia non transit in singularem successorem ex allegatis à Burat. dec. 337. n. 1. & num. 2. quia ipse optime respondet n. 3. & n. 4. san. mem. Gregor. dec. 121. n. 2. Rota dec. 189. n. 4. p. 6. recent. ubi multi citantur, & à Grat. discept. forens. c. 459. n. 4. tom. 3.

Non obstat etiam dec. 240. post Cenc. de cens. quia loquitur de fructibus petitis accessorie ad mandatum de manutenendo, vt omnes alia ex ad-

uerso allegata, nos sumus in petitorio, & in possessore mala fidei ex supra allegatis.

Fuit autem litem ccepta de mense Februarij 1618. & possessio capta die 8. Decembris eiusdem, & inde fructus restituendi ex supradictis.

Liquidatio autem facilis est, quia constat ex publicis instrumentis, quæ ne controuertunt Domini Vicecomites ab anno 1619. fuisse bona locata pro annuis libris 1275. vltra appendices ascendentes ad annuas libras 18. à quo die vsque ad XII. Iunij M. DC. XLI. quo videtur facta restitutio bonorum, calculo ducto, summa ascendit ad libras 29236. & 3.

Nec Domini Vicecomites negant per nouennium de quo locationes cantant, dictas libras percipisse, & satis per eas probatur, & constat de appendicibus Rota dec. 61. in fin. part. 2. diuers. & 481. n. 5. part. 3. recent. & penes Virgell. dec. 307. n. 4. & in Neapolitana liquidationis fructuum 21. Iunij 1610. coram Lancellor. apud Marchef. de commiss. part. 1. fol. 104. n. 3. & in d. Camerinen. spolijs 4. Iulij 1646. & in Romana fideicommissi de Massimis 20. Nouembris 1644. coram R. P. D. meo Orthobono, & in Meleuitana optionis 16. Aprilis 1649. §. tertio conclusum coram R. P. D. meo Pentingero, in quibus multi Doctores, & decisiones adducuntur, & in Bonon. Pecuniar. seu dotis 14. Iunij 1649. §. itaque in princip. coram R. D. meo Decano.

Nec possunt etiam negare vsque ad dictum annum, quo restitutio facta apparet, fructus percipisse, quia hoc iuris præsumptione probatur. l. Iulianus 13. §. ex vendito, vers. possessionem alias est, §. possessionem 21. D. de action. empt. Rota dec. 25. de prob. in nou. & coram san. mem. Gregor. XV. dec. 50. n. 2. & Cauat. dec. 138. n. etiam 2. & dec. 586. n. 1. latè Rota in d. Bononien. pecuniaria, seu dotis §. ex quibus coram R. D. meo Decano.

Non etiam vsque ad summam locationum, quia prima facta est ad nouennium cum clausula Donec, quæ est repetitiua, itavt finita locatio repetita censetur arg. l. ficut 3. in princip. vers. inde tractum est D. quibus modis vsufruct. amitt. Cened. singul. 46. n. 7. Et extendit locationem ad beneplacitum partium itavt duret donec apparet reuocata Baldus in cap. 1. n. 9. de feud. Guardia, Surdus confil. 524. n. 3. in fine. Imo ex ipsa contractus natura, ex quo perseveratum est in conductione, præsumitur eodem pretio, & conditionibus renouata l. lege 16. Cod. de legat. l. item queritur 14. §. qui impleto, & l. qui ad certum 15. D. eodem, ubi omnes, Gothof. lit. C. F. E. Mantie. de rac. lib. 5. tit. 15. n. 19. Carof. de locat. p. 3. sub tit. de renouat. locat. q. 30. n. 1. Picchard. instit. de locat. & cond. ad rubr. n. 32. Rota in citata Bonon. pecuniaria, seu dotis §. itaque ad medium coram R. D. meo Decano. Et præsumitur perseverasse, nisi contrarium probetur, Rota in Romana integrationis 23. Iunij 1642. coram R. Patavino, §. cumque Antonius, confirmata 22. Iunij 1643. in princip. coram R. Salamitino, & in Maceraten. redditionis 27. Martij 1645. §. quo verò coram R. P. D. meo Meltio, in quibus multi adducuntur, & sufficit ad effectum de quo agitur, quod bona prædicta tantifuerint solita locari, Surdus conf. 293. n. 31. Acchil. de Grass. dec. 22. de restitut. spoliat. Cauat. dec. 17. n. 1. & 586. n. 2. Coccin. dec. 439. n. 3. Rota dec. 343. n. 3. p. 1. recent. & in Bononien. bonorum 26. Februarij 1649. coram R. P. D. meo Orthobono, & in Bononien. manutentionis 28. Iunij eiusdem anni coram R. P. D. meo Pentingero, & in max. alleg. Bononien. pecuniaria, seu

seu dotis dicto §. itaque in fine, & dicto §. ex quibus ad finem coram Reuerendissimo Domino meo Decano, facit optime quod ex valore præcedentis decennij probatur valor in futurum, Garz. de benef. parte 5. cap. 3. num. 228. cum sequentibus, Put. dec. 374. n. 3. lib. 3. in correct. Rota in Casaravugustana pensionis 31. Martij 1645. coram Reuerendissimo Patre Domino Bichio, ubi exornat. Et ex locationibus quæ apparent, regulari valore non apparentium, Escobar. de ratiocin. cap. 16. num. 40. ex text. singulari in lege si fundum 35. cum lege seq. D. mandat. Nec in materia liquidationis requiruntur exactissimæ probationes, sed leuiiores sufficiunt, Rota apud Seraph. dicta dec. 1245. num. 7. & in dicta decif. 19. num. 19. post Modern. de manutent. & in Romana de Casireis 50. Maij 1639. coram Reuerendissimo Domino meo Terracinen.

Ex qua Summa supra calculata deducendas esse annuas libras 125. pro canone in confesso est apud partes, sed & libras 4292. quas Domini Vicecomites aiunt non exactas, sed adhuc à Colonis deberi deducen. (dum tamen ipsi probent verè deberi, & actiones cedant instrumentis consignatis) dixerunt Domini, summa quidem benignitate. Nam licet Rota non oneret mala fidei possessores in fructibus, qui percipi potuerunt, quando violenti non sunt, vt dec. 11. de restitut. spoliat. in antiq. Menoch. de recuper. remed. 15. num. 11. vel aliquo titulo colorato se defendunt, vt dec. 552. n. 1. cum sequentibus, part. 1. diuers. & penes Crescent. dec. 8. de caus. possess. & propr. sic temperando text. in d. l. domum 5. C. de rei vind. l. 1. vers. post litem, C. de petit. hered. l. 2. C. de fruct. & lit. expens. d. l. sed & si 28. §. sed & fructus 4. de petit. hered. Quod temperamentum complexus est etiam Amaya ad leg. 1. 2. 4. num. 15. Cod. de fide, & iure hasta fiscal. lib. 10. post alios congestos à Picchard. §. 2. instit. de off. iud. num. 66. pro concordial. 17. C. de rei vind. statim citanda, Bafyl. tom. 1. lib. 9. cap. 66. fol. mibi 513. lege præterea 20. lege sinatus 63. §. fin. D. de rei vind. lege apud Iulianum 40. alias l. cum seruus, §. apud Iulianum, D. de lege 1. & alia multa iura, & DD. per Picchard. congesta in dicto §. 2. num. 1. & multi alij per Harpprecht. in §. si quis à non Domino 35. n. 93. cum sequentibus instit. de rer. diuis. qui ad legem si fundum 17. Cod. de rei vind. sequitur interpretationem Piccard. ubi supra eo non citato.

Tamen Dominis Vicecomitibus non solum deficit titulus coloratus; ille enim decreti, vt per appellationem exincti, vel suspensi (vt supra dictum est, & nulli & iniusti, & spoliatiui suffragari non potest, quia iudex nulliter, & iniuste procedens dicitur spoliare, Bartolus in l. meminerint 6. num. 2. in fine. Codice de rei vind. & alij multi per Larream dec. Grannat. 2. num. 15. Post. de subfast. instit. 50. num. 12. & post eundem in rr. de manut. Rota dec. 643. num. 29. 541. num. 1. part. 5. tomo 2. recent. & passim. Nec coloratus fortè dici potest, sed & apparet de eorum negligentia in exigendo, cum debito locationis ab anno 1643. & antea, dicant non exactum anno 1650. & saltem condemnandos (dicebat vnus ex Dominis) si debitores minus idonei reperiantur ad textum in lege finali, tutor de constitution. 15. l. si sine here de 32. §. modestinus, admin. tut. l. fin. §. item rescripserunt nominum 9. ff. de administ. rer. ad ciuit. per. l. 2. Codice arbitr. tutel. per arg. à fortiori Escob. de ratio. cap. 16. num. 1. cap. 19. num. 21.

Iusserunt identidem excomputari libras 600.

pro remissionibus factis Colonis causa tempestatum (quibus

Sternuntur segetes, & deplorata colonis
Vota iacent, longèque peris labor irritus anni
 vt ait Ouid. lib. 1. Metamorph. & latius Virgilius Greg. 1. versu 311.) ad l. licet 8. Cod. de locat. & cap. propter sterilitatem extra eod. tit. & latè tradita innumeris congestis Neothericis, & antiquioribus, Amaya lib. 3. obseru. cap. 3. num. 12. per tot. (quibus adde Greucam, ad Gail. lib. 1. obseru. 23. p. mibi 67.) ubi multis etiam humanioris literaturæ authoribus. Non enim in ampliori summa factam remissionem probatur, nam licet alia duæ videantur factæ summatio Vicecomitum num. 6. vna pro anno 1620. cuius quantitas non explicatur, & alia pro anno 1628. calculata anno 1630. tamen istæ videntur comprehensæ in calculo anni 1632. vt in liberulo cuius partita cantat *piu per la pretenstone della tempesta, e ogni altro di a questo giorno à dietro lire 600. d. n. 6.*

Melioramenta verò, quæ prætenduntur facta in domibus Colonis, licet dicantur necessaria à restibus Dominorum Vicecomitum num. 1. non tamen probatur, quid fuerit impensum, & licet n. 3. deponant primus, & secundus testis fuisse impensas lib. 6203. & quartus libr. 6000. & vltra, loquantur ex suo capite nulla redditu ratione, & sic non debent attendi. Hondedeus conf. 7. n. 37. & 38. lib. 1. Rota apud Verall. dec. 278. n. 1. part. 3. decif. 136. n. 1. part. 1. recent. Sunt enim probanda secundum formam traditam à Rota in Romana hereditatis 14. Decembris 1646. à §. nec magis vsque ad §. minus suffragatur coram me, ubi iura, & Doctores possunt videri, & eas impensas confundunt cum expensis factis in domo nobili, quas nullo modo afferunt necessarias, nec vtiles, nec quid in vnaquaque sit impensum, aut melioratum, cum tamen lire iam cœpta, & mala fide inducta ex supra allegatis appareant factæ, quapropter vtiles nullo modo possunt conseruari, nec per retentionem d. lege domum 5. Cod. de rei vind. Garz. de expens. c. 2. à num. 2. cap. 5. n. 1. cum sequentibus, & n. 16. & alia plura congerit Donell. lib. 20. comment. cap. 7. vers. vtilium, mihi vrenti impress. Francofurtensij 1595. pag. 432. & multos Doctores antiquos, & modernos Osuald. ibi littera E. Harpprecht. in §. ex diuers. 30. à n. 30. instit. rer. diuis. Picchard. d. §. 2. n. 32. instit. de offic. iud. Rota penes Seraph. dec. 898. n. 3. dec. 695. num. 2. part. 3. & 130. num. 18. part. 7. recent. Domini tamen mediam viam eligentes, vt in simili casu Rota apud Seraph. dict. dec. 1245. num. 7. & quia in æstimatione melioramentorum ineunda multum iudicis arbitrium versetur, vt ait textus in lege in fundo 39. in princip. D. de rei vind. ibi bonus iudex variè ex personis causisque constituet. Agias lib. 1. var. cap. 49. n. 29. Statuerunt, vt excomputarentur libras 3000. vt facilius res expediat, aliàs cum impentiæ turbidæ, & illiquidæ appareant fieri deberet restitutio, data cautione de restituendo facta liquidatione, Rota aliis congestis in dicta Romana hereditatis §. præcipue Ciampinus in fin. coram me.

Eodem modo responsum est ad prætenfam deductionem pro plantatione vitium, & arborum, quia nec probantur necessaria, nec vtiles, imo ex ipsis testibus apparet plures vites, & arbores adfuisse de tempore, quo Dominus Primicerius intrusus fuit in possessione bonorum, & in puncto vitium est optimus text. in Cod. Gregoriano lege 1.

- de rei vind. cuius hæc sunt verba. *Vineas in alieno agro institutas solo cedere, etsi à mala fidei possessore id factum sit sumptus eo nomine erogatos per retentionem seruari non posse incognitum non est.*
- 43 Eadem responsio adaptatur ad prætionem sumptuum pro palis ad vitium sustentationem positus vocabulo patrio dicti manegge Theophrastus lib. 2. Historiæ nominat palum, & sunt hæc fortè de quibus *Virgil. Georgic. lib. 2. vers. 358.*
Um leues calamos, & rase hastilia virga
Fraxineasque aptare sudes, surcaque bicornes:
Viribus eniti quarum, & contemere ventos
Assuescant.
- 44 Nec magis admittitur excomputatio pro collectis, & tributis, quæ Bustij soluerent, si possedissent, cum ipsi Domini Vicecomites clericatus privilegio non soluerint, vt in terminis disputata questione resoluit Tiraquell. cum aliis inde pendendis de retract. lignag. §. 29. glossa num. 20. & facit elegans text. quem ipse non adducit in lege final. C. de fruct. & lit. expens. Quoniam non est ferendum eos, qui præfatas prerogativas (vt iam ante latum est) præstant aliquod plus ab aduersariis suis querere concedi, quam ipsi ab aliis pulsati facere patiantur: *Basyl. dicto tom. 1. lib. 9. tit. 3. pag. mihi 515. cap. 70.* Non enim æquum est, ei, qui se in minores condandam, maiores ab aduersario refundi propter rationes à glossa adductas dicta lege finali verbo cum quidam *Bald. n. 4. vers. item nota, Gotthofred. littera B.* & esset contra naturam aliena iactura locupletari, quia Bustius cogetur à communitate soluere ex Tiraq. *vbi supra n. 3. in fine*, nec Domini Vicecomites dicent se soluisse, nec fortè interesset, si sponte soluisent, *Baldus dicta lege fin. n. 7. & II.* Et sic vtraque parte, &c.

EMINENTISS. ET REVERENDISS.
 D. CARD. CORRADO.
 Perusina bonorum.
 Veneris 18. Iunij 1649.

ARGUMENTVM.
 Res iudicata in terminis luculenter demonstratur Hæredi fideicommissario, aduersus immissionem ex aduerso petitam competit retentio pro valore bonorum fideicommissi subiectorum ab hærede grauato alienatorum. Plures recensentur fideicommissi in proposito legitimæ detractionis. Statutum Perusinum fœminarum propter masculos exclusiuum, perpenditur, & quando exceptio fideicommissi valeat impedire executionem rei iudicatæ.

SVMMARIVM.
 1. *Validitas sententiæ probatur ex ipso processu, in quo constat de iurisdictione, mandatis, & citationibus, ac obseruantia terminorum substantialium iuxta dec. Verall. 162. part. 2.*
 2. *Fatalia appellationis intereunt spatio 30. annorum.*
 3. *Et restitutionis in integrum.*
 4. *Et propterea exequi debet sententia.*

- 5 *Sententia, quæ transit in iudicatum, & suam habuit executionem, non potest per aliam sententiam reuocari.*
 6 *Limitatur non procedere, quando sententia est in diuersa causa, etiam cum diuersis personis.*
 7 *Contradictor legitimus ille dicitur ad quem causa ipsa, eiuque defensio principaliter spectat.*
 8 *Sententia non potest transire in iudicatum contra non citatos, & super articulo iudicato interesse non habentes, nec illis vllum potest inferre preiudicium.*
 9 *Hæredi fideicommissario aduersus immissionem ex aduerso petitam non competit retentio pro valore bonorum fideicommissi subiectorum ab hærede grauato alienatorum.*
 10 *Legitima, quæ debetur Nepotibus ex filia prædefuncta, est tertia pars hereditatis auiæ.*
 11 *Quæ fideicommissi onere grauari non potest.*
 12 *Et quora hereditatis alienata, censetur ab eis electa fuisse.*
 13 *Statutum Perusinum lib. 2. Rub. 45. ab hereditate matris ab intestato excludit feminas dotatas, ac descendentes ab eis stantibus masculis, & masculina descendencia.*
 14 *Statutum præscriptum in §. item si aliquis receperit, vers. & intelligatur dos, &c. ponit casum, dotem posse esse constitutam de bonis mulieris dotata.*
 15 *Filia debet dotari de bonis paternis, & ex dispositione dicti Statuti in §. item si aliquis Pater: & ex dispositione iuris communis.*
 16 *Statutum prædictum refertur expresse ac successione, & hereditatem dotantis.*
 17 *In terminis eiusdem statuti firmatur quid filia fœmina admitti debeat vnâ cum fratre, ad successionem matris, nisi probetur ab ea fuisse dotatam.*
 18 *Pater per superiorum legitimacionem non potest priuare legitimam sobolem debita portione.*
 19 *Legitima non imminuitur ob legatum factum ab auiæ nepotibus, nec vllum ipsis inferri potest preiudicium.*
 20 *Et illius specifica approbatione non probatur, illam integrè petere, ac consequi non prohibentur.*
 21 *Fideicommissi iuribus non potest detrahi contra tenorem testamenti fideicommissantis, neque dominiorum bonorum sub eo comprehensum, in alios transferrî.*
 22 *Manutentio non tradit possessionem, sed illam prius traditam, siue habitam fuisse, declarat, atque confirmat, etiam absque alia executione facti, quam ipsa præferat implicitam.*
 23 *Clausula constituti operari non potest translationem possessionis eorum bonorum, quæ non apparent penes ipsum constituentem realiter exiuisse.*
 24 *Legitima debetur filio naturæ ali in bonis auiæ, patre prædefuncto, quæ firmiter asseruit, illum fuisse, ipsa instante, legitimatum, & pro tali haberi voluit, atque disposuit.*
 25 *Hæres grauatus potest commoditatem fructuum bonorum fideicommissi, validè cedere, & alienare pro tempore vite suæ.*
 26 *Compromissum non potest extendi ad aliam, quam in eo expressa.*
 27 *Alius non potest impugnari per eum, qui approbauit viuendo.*
 28 *Exceptio retentionis pretextu fideicommissi iure admitti non debet ad impediendam sententiæ, & rei iudicatæ executionem, si apparet, vel non subsistens,*

subsistens, vel saltem turbida, & illiquida.
 29 *Eoque minus attenda perceptione fructuum ex eisdem bonis à die litis à longo tempore contestate.*

DECISIO LIV.

Constare de re iudicata sententiæ Rotalis à bonæ memoriæ Ottembergo prolata de ann. 1611. ad fauorem Hieronymi Martinelli hæredis Andrea à Cornea contra Venerab. Monasterium, ac Monachos sancti Petri ciuitatis Perusie, camque ideo exequendam instate Constantio illius filio, ac hæredè fuit resolutum die 29. Maij 1648. coram me. Verùm quia informantes pro Monachis insistebant adhuc vehementer super nullitate, ac iniustitia dictæ sententiæ. Ideo causa denuò propoita, exactèq; discussa Domini steterunt in decisio. Quia validitas eiusdem sententiæ probatur ex ipso processu in quo constat de iurisdictione, mandatis, & citationibus, ac obseruantia terminorum substantialium iux. dec. Verall. 162. p. 2. & ex decisionibus super ea emanatis coram bon. mem. Cocchino diebus 24. Februarij, & 3. Maij 1612. iustitia vero ex aliis præcedentibus coram eodem Ottembergo diebus 24. Nouembrijs 1608. 14. Ianuarij, & 18. Martij ac 6. Iunij 1611. Ex tempore autem triginta annorum, & vltra decurso planè conuincitur interitus omnium fatalium tam appellationis l. fin. §. illud etiam, & Aurb. ei qui, C. de tempor. & reparat. appellat. cap. cum sit Romana, de appellat. Quam restitutionis in integrum l. fin. ibique glossa in ver. sciendamque litem, &c. DD. C. de tempor. in integr. rest. cap. 1. de restit. in integr. in 6. Clement. vnic. eodem tit. Rota penes Burat. dec. 77. n. 8. vers. & quatenus, &c. & dec. 741. per tot. Et propterea exequi debet l. post rem iudicatam, D. de re iudicat. l. 1. C. eodem l. 2. & l. fin. C. de execut. rei iudic. Rota in Tiburtina hereditatis 22. Iunij 1637. coram R. Salamantino in §. ex quibus res iudicata venit omnino exequenda, &c. cum aliis relatis in præcedenti dec. §. 1.

Neque subsistit obiecta nullitas ex eo deducta, quod sententia fuerit prolata contra alias præcedentes bon. mem. Gropperij anno 1570. & bon. mem. Orani 1590. ad fauorem Monasterij, & Monachorum prædictorum super eisdem bonis tam in iudicio possessorio, quam petitorio contra quosdam de Signorellis, quæ in iudicatum iamdiu trāsierant, plenamque obtinuerant executionem controuerf. lege 1. Cod. quand. pronoc. non est necess.

Quoniam conclusio non procedit, quando sententiæ fuerunt inter diuersas personas, & ex diuersa causa prolata vt in proposito casu, in quo Monachi vti hæredes in effectu Panthasileæ vxoris q. Hieronymi Vibij egerunt primum contra illos de Signorellis iudicio possessorio manutentendæ, ac respectiue reintegrandæ ob molestias, turbationes, ac spolia per eos illatas, & illata. Deinde vero petitorio pro canonizatione iuris proprii contra illorum iactationes ex præteritis antiquorum fideicommissi, vel aliis causis, Et in vtroque sententias contra illos obtinuerunt non interuentibus neque citatis Andrea à Cornèa, siue Guidone, & Hieronymo Martinello eius hæredibus pro quibus emanauerat sententia immissionis in possessionem Prædij nuncupati il Palazzo di Madonna Pantha, & terrarum de quibus agitur à Governatore Perusij in alio iudicio, & ex diuersis causis, nempe donationis eiusdem Prædij, & terra-

rum facta per dictam Panthasileam q. Rosato à quo fuit legatum Sebastiano Vibio, cui successit ex testamento d. Andrea, & Dationis in solutum terrarum per filios, ac hæredes dicti q. Hieronymi Vibij Margaritæ eorum sorori, ac matri præfati Andrea pro residuo dotis illi debitæ, vt apparet ex instrumentis processu, ac decisionibus Rotilibus prædictis. Ideoque nulla ratione prætendi potest, quod sententiæ, ac res iudicata super diuersa causa cum Signorellis præiudicium intulerint alteri cum his vertenti, ac nullitatem sententiæ in ea prolata potuerint inducere per text. & in l. & an eadem, D. de except. rei iudic. & bene declarat Bartolus in dicta lege 1. vers. nam secundum quod intelligo, & sequenti. Salycet. sub num. 5. vers. tertio casu, &c. ac alij. Cod. quando pronoc. non est necess. Innocent. in cap. causam que il. 2. sub num. 7. vers. sed queris, & ibi Burr. sub n. 14. vers. non obstat quod sententia contra sententiam, &c. qui fil. sint legitimi. Felyn. in cap. inter Monasterium, sub n. 24. vers. limita nono, &c. de re iudic. & respondit Rota in Leodien. fruct. 30. Aprilis 1632. in recent. dec. 119. sub numero 1. versiculo quia vltra quod cum sequenti, part. 6.

Minus subsistit quod iudicium, & sententiæ latae cum Signorellis eorundem bonorum tunc possessoribus, ac proinde legitimis contradictoribus, alios etiam afficiant.

Quia nec in facto iustificatur obiectio, quandoquidem sententia bon. mem. Gropperij in iudicio possessorio prolata fuit ad fauorem Monachorum, qui medietatem bonorum tunc possidebant alterius verò medietatis possessione fuerant à dd. Signorellis iniuste spoliati, & executi anno 1570. Alia vero bon. mem. Orani in petitorio anno 1590. Monachis ipsis possidentibus, & ab eorum iactationibus se liberari satagentibus, vt patet ex processu, nec congruit casui proposito, nam ille dicitur ad hunc effectum legitimus contradictor, ad quem causa ipsa, eiusque defensio principaliter spectat, Alexand. in lege sape num. 77. vers. circa primum, D. de re iudic. Rota penes Mohed. dec. 8. de sent. & re iudicat. & Comitul. dec. 133. n. 10. vers. legit. contradictor, &c. Didac. PP. quæst. c. 13. sub n. 2. vers. & legitimus contradictor. Quare potuerunt quidem Signorelli legitimi appellari contradictores respectu causæ, ac interesse proprii, non autem respectu causæ, ac interesse Andrea à Cornea, eiusque hæredum nullam cum eis connexionem, ac dependentiam habentis, sed omnino separati, & ex diuersis personis, & causis prouenientis de quibus cum in illo iudicio nec actum, nec ipsi citatis cognitum fuerit nulla sane inde deduci potest super eis res iudicata, nullumque eorum præiudicium leg. de vnoquoque, D. de re iudicat. leg. cum queritur. cum duobus sequentibus leg. si cum vno hærede, D. de except. rei iudic. leg. 1. & seq. Cod. quibus res iudic. non noc. leg. 1. cum sequenti, Cod. res inter alios act. cum super de re iudic. c. dilecto filio, in finalibus verbis, ibique glossa in verb. non obstat, vers. sed secum est hic, &c. de præb. Caltr. conf. 76. in facto isto, in fin. vers. vltimus, lib. 2. Didac. PP. quæst. dict. cap. 13. sub num. 5. vers. nec enim dubium esse potest, &c. & infr. Molin. de primog. lib. 4. cap. 8. sub num. 11. vers. non enim cum illo, &c. Surdus dec. 256. à numero 4. vers. in contrarium tamen, &c. cum sequentibus & conf. 438 num. 13. vers. at sententiæ, &c. Rota penes Card. Seraphin. dec. 1477. num. 2. vers. nam sententiæ, &c. & num. 6. vers. n. que obstat, &c.

&c. Card. Mantic. dec. 66. n. sub n. 1. cum seq. & Peri. dec. 2. n. 11. vers. nec affliciebant, &c. ac seq. cum aliis relatis in præcedenti dec. in §. nam quod primo loco deducitur, &c.

9 Præterea non obstat exceptio iniustitiæ eo quia aduersus immisionem à præfato Andrea à Cornea, eiusque hæredibus petitam competeret Monachis uti hæredibus, ac fideicommissariis dictæ Panthasileæ retentio pro valore bonorum eidem fideicommissio subiectorum, quæ fuerunt à Sebastiano Vibio eorum cohærede grauato, ab ipsoque Andrea Cornea illius pariter hærede alienata, ut asseritur probari ex instrumentis celebratis anno 1551. die 7. Nouembris, & anno 1556. 9. Aprilis, anno 1560. die . . . & anno 1562. die 20. Aprilis iuxta tradit à Peregrin. consilio 35. sub numero 11. versiculo itaque lib. 3. & in Romana legati XXV. Maij M. DC. XLVIII. coram Reuerendissimo Patre Domino meo Ratas in §. in casu autem nostro, &c. Quæ tamen illis non fuit concessa.

Quia primum instrumentum celebratum anno 1551. die 7. Nouembris continet quidem venditionem factam à dicto Andrea à Cornea, & Bernardo eius fratre, ac Orlandino de Monteuibio tertiæ partis omnium bonorum, quæ remanserunt in hæreditate Panthasileæ in locis ibidem nominatis, ut in eo legitur in Summario Monachorum sub numero 11. sed vel illa non habuit effectum, nam dicta bona possidebantur à Monachis, & à Sebastiano Vibio eius hæredibus, ut apparet ex præcedenti instrumento illorum apprehensionis auctoritate iudicis factæ die 4. Aprilis 1550. in eodem Summario sub numero 2. in qua quidem possessione iidem Monachi mortuo Sebastiano cohærede obtinuerunt manutenti ex sententia Gubernatoris Perusij anno 1568. Ideoque non satis hinc probatur realis distractio fideicommissi super qua prætenfa per Monachos reintegratio fundatur. Vel si habuit effectum, nihil tamen ex ea detractum fuit iuribus dicti fideicommissi, cum eadem tertia pars debita esset ratione legitimæ in bonis Panthasileæ testatricis ipsis Andrea, & Bernardo eius nepotibus ex Marguarita filia tunc prædefuncta §. neque illo, in Auth. de Trinit. & semiff. §. 2. in auth. de hæred. ab intest. gloff. in lege omnimodo in verbo aliis personis, C. de inoffic. testament. quæ fideicommissi onere grauari non potuit, lege quoniam in prioribus, lege scimus, in princip. & in §. cum autem, Cod. eodem titulo. Atque ideo in ea quota alienata censetur ab illis electa fuisse lege Marcellus §. res que, & ibi Doctores D. ad S. C. T. rebell. Cephal. conf. 189. n. 19. vers. secundò, &c. cum seqq. Hondedeus conf. 72. n. 5. vers. verum prædictis non obstantibus, &c. lib. 1. Rota decif. 429. num. 1. vers. quemadmodum enim, &c. part. 4. diuers. & penes san. mem. Gregor. dec. 580. num. 2. vers. & clarum est, &c. cum seq. Andr. dec. 80. sub n. 1. vers. & cum dicta vinea, &c. & seq. & dec. 105. sub n. 8. vers. præterea, ac seq. & in recent. dec. 215. n. 1. vers. quibus præsuppositis part. 2. & alij relati per Sport. Odd. de prohib. alienat. g. 34. sub n. 4. vers. ad primum, &c. cum seqq. & in Romana fideicommissi de Capiteferreo coram me sub die 11. Martij 1645. in §. neque subsistit, &c. & 19. Ianuarij 1646. in §. nam hoc præcedit, &c. & alibi sæpe.

Nec obstat quod legitima non deberetur dicti Marguaritæ, nec proinde filiis eius, quippe non poterat matri ab intestato succedere, tum quia

fuerat dotata, tum quia supererat dictus Sebastianus testatricis nepos legitimatus ex Raphaële filio legitimo prædefuncto, quibus casibus excluduntur fœminæ, ac descendentes ab eis ex dispositione statuti. Perusin. lib. 2. rub. 45.

Quia fuit illa quidem dotata, sed à Raphaële, ac Balleono eius fratribus, ut constat ex instrumeto anno 1529. die 2. Ianuarij celebrato. Ideoque vel ex propriis bonis ipsius mulieris dos illa constituta fuisse censetur, ut in dicto statuto cauetur in §. item si aliquis receperit, versic. & intelligatur dos fuisse de bonis mulieris dotata, &c. Vel saltem ex bonis paternis, (ut tenebantur etiam vigore dicti statuti in §. item si aliquis pater.) iuxta theoric. Baldi in lege finali, sub num. 17. versiculo sed hic pene, quod frater dotauit forem, &c. cum sequenti, Codice de dot. promiss. Menoch. de arbitr. iud. cas. 88. sub num. 46. versiculo sic in fratre, &c. ac sequenti, lib. 1. Rota decifione 44. sub num. 7. versiculo quod eo fortius, &c. cum sequenti. parte 4. tomo 2. recent. cum aliis allegatis in præcedenti decifione in §. alterum verum, &c. Ideoque hac ratione non erat exclusi ab hæreditate, & successione matris, cum statuti dispositio referatur expressè ad successione, & hæreditatem dotantis, ut in eo legitur in principio, & fuit responsum in Perusina bonorum 27. Iunij 1597. coram Gypso apud Moder. Perusin. ad statuti eiusdem ciuitatis decifione 14. num. 6. versiculo quoniam responsum fuit, &c. & sequenti, ubi in terminis illius statuti firmatur, quod filia fœmina admitti debet vna cum fratre ad successione matris, nisi probetur ab ea fuisse dotata & comprobatur in recent. decifione 180. n. 2. versiculo nec obstat dictum statutum, &c. ac sequentibus, & decifione 213. numero 3. versiculo quantum attinet ad primum, &c. cum sequenti, parte 4. tomo 2. & decifione 247. numero 6. versiculo aliud vero statutum, &c. & decifione 321. numero 13. versiculo & huiusmodi statuto, &c. & sequentibus, & numero 23. versiculo neque sat fuisse, & sequenti, parte 5. Ob existentiam vero dicti Sebastiani (quatenus validè probaretur legitimatus, seu dispensatus) exclusi quidem fuisset ab hæreditate, sed non à legitima ex iuris dispositione debita, quam eiusdem statuti verba præseruant, dum masculos legitimatos, seu dispensatos admittunt ad succedendum secundum tenorem, & valorem legitimationis, seu dispensationis, ac voluntatem, & dispositionem Domini bonorum ad cuius instantiam fuerint legitimi (iuri tamen non contrariam.) Nam iuris, ac æquitatis rationi aduersaretur si parentes legitimam sobolem debita portione per eiusmodi superiorum legitimationes priuare possent contra legum dispositionem lege omnimodo lege que nuper, lege quoniam in prioribus, lege scimus, §. cum autem, & §. sancimus, Codice de inoffic. testament. ac in §. aliud quoque capitulum, in authen. ut cum de appellation. cognosc. & probatur ex textu in §. quoniam variè, in Authen. quibus modis nat. offic. sui. Menoch. conf. 19. sub numero 25. versiculo quocirca si pater, &c. Rota penes sanct. memor. Gregor. decifione 134. cum aliis relatis per Modern. Pif Lauren. de imput. questione 83. numero 5. versiculo quod ampliat, &c. cum sequentibus, & fuit dictum in Perusina bonorum de Vbaldo 5. Maij 1586. coram bona memoria Orano, apud dictum Modernum ad statutum Perusie decifione 106. sub numero 4. versiculo neque repugnat statutum Perusie cum sequenti.

Minus

Minus releuat legatum florenorum 2000. cum onere plus non petendi, & aliis in eo adscriptis à Panthasilea factum ad eius nepotibus.

19 Quia nullum ex eo potuit inferri præiudicium, nec quicquam detrahi legitimæ ipsis competenti dicta lege omnimodo, ibique glossa in verbo exigere, & dicta lege quoniam in prioribus, Codice de inoffic. testament. Cephal. conf. 95. sub numero 8. versiculo ratio est, &c. ac sequentibus, Rota Romana legitima 25. Iunij 1618. coram bona memoria Remboldo in §. nec obstat prohibitio Brigida facta, &c. & sæpe in aliis. Ideoque non probata illius specifica approbatione illam integre petere, ac consequi non prohibentur Crauert. consilio 312. sub numero 4. in §. tertio principaliter quæro, versiculo tunc enim agendum esset, &c. Anthonius Fab. in eius Codice, sub tit. de inoffic. testament. def. 9. Rota penes sanct. mem. Gregor. dec. 489. n. 21. vers. respondetur, cum sequentibus, & in recent. dec. 368. n. 3. vers. tertia responsio fuit, &c. & dec. 543. n. 2. vers. non obstant prohibitione, &c. p. 4. cum aliis relatis per Modern. Brixienf. de substit. q. 296. sub n. 496. sub n. 47. vers. ampliatur decimo quarto, &c.

Aliud autem instrumentum celebratum anno 1556. 9. Aprilis continet simplicem conuentionem inter dictos Sebastianum, & Andream initam, quod hæreditas Panthasileæ equis portionibus ad vtrumque spectaret cum reciproca iurium cessione specialiter per Andream facta ad fauorem Sebastiani super dimidia parte bonorum dotaliū Marguaritæ matris, & vicissim per Sebastianum ad fauorem illius pro dimidia parte iurium ad ipsum spectantium super quodam horto ibi descriptio, ut legitur in dicto summario num. 12. sed nec inde probatur alienatio, atque distractio bonorum fideicommissi, quæ realiter habuerit effectum. Tum quia non constat bona tunc fuisse penes Andream, imo probatur dictam hæreditatem ex testamento delatam Monachis, ac Sebastiano, eosque illam realiter adeptos fuisse ab anno 1550. citra, & specialiter dictum hortum in instrumento eorum immisionis descriptum, cum expressa prohibitione cuiuscunque alienationis amplius verbis concepta, ac etiam diuisionis vsque quo idem Sebastianus filios masculos ex legitimo matrimonio suscepisset, ut legitur in dicto testamento, contra cuius tenorem nihil detrahi potuit iuribus fideicommissi, neque dominium bonorum sub eo comprehensum in alios transferri lege finali, ibique Glossa, & Doctores, Codice de rebus alien. non alienand. Glossa in lege cum pater, §. libertis, in verbo ne id alienarent, versiculo item his, D. de legat. 2. & not. Doctores in lege filius familias, §. Diui D. de legat. 2. Gratianus conf. 17. n. 16. vers. imo imperitur, &c. Rota penes Cardinalem Seraph. decif. 321. num. 13. vers. sed etiam prohibitio alienationis, & dec. 512. numero 1. versiculo quod multo magis, parte 4. diuersorum, Cardinalis Caualer. dec. 81. num. 6. vers. quia stante expressa prohibitione alienandi, &c. & dec. 108. num. 1. vers. quia cum testator, & sequent. Coccin. dec. 166. num. 1. vers. hæc prohibitio, &c. ac infra. cum aliis relatis per dict. Modern. Brixienf. de substitut. questione 717. à numero 1. cum sequentibus, & numero 18. versiculo inferitur ex prædictis cum sequentibus: Tum quia Sebastiano sine filiis defuncto Monachi eius cohæredes, ac pro indiuiso cum eo omnia dictæ hæreditatis bona possidentes iuxta testatricis dispositionem continuant eorumdem possessionem in solidum, & in ea

Salgado Labyrinth. Credit. Tom. II.

fuit illis contra dictum Andream concessa manutentio per dictam sententiam Gubernatoris Perusij, ex qua iustificatur illorum præcedens possessio, cum manutentio non tradat possessionem sed illam prius traditam, siue habitam fuisse declarare, atque confirmare etiam absque alia executione facti, cum ipsa præferat implicitam, Menoch. de retinent. remed. ultim. numero 57. versiculo præterea, &c. & in specie fuit responsum in Auximana Censu 23. Iunij 1636. coram Reuerendissimo Terrac. apud Modern. Perusin. de manutent. decif. 647. n. 33. vers. & si non doceatur de executione, &c. cum sequent.

Alterum verò celebratum anno 1560. die nil plus releuat alio præcedenti sub die 7. Nouembris 1551. de quo actum fuit supra in §. quia primum instrumentum, &c. Continet enim venditionem factam ab illo Orlandino de Monte Vibio cuidam Aurelio eiusdem tertiæ partis bonorum ipsi prius venditæ mediante dicto instrumento præcedenti ab Andrea, & Bernardo Fratribus à Cornea; Ac alterius etiam tertiæ patris ad Cleopham, eius vxorem spectantis. Et licet in eo legatur clausula constitutionis, &c. Hæc tamen operari non potest translationem possessionis eorum bonorum, quæ non apparent penes ipsum constituentem realiter extitisse, Glossa in lege 2. in verbo tradita sit, Codice de sequestr. possess. Angel. in lege quedam mulier sub numero 2. versiculo item arrende, &c. D. de rei vendic. Franciscus Aret in lege interdum in fin. princ. versiculo & vide omnino, &c. D. de acquirend. possess. Alexander consilio 10. viso processu, &c. sub n. 2. vers. nec obstat constitutum, &c. lib. 4. Rota penes Cardinalem Seraph. dec. 302. n. 6. vers. sequitur quod quemadmodum, &c. Burat. decif. 136. n. 11. vers. vnde nec constitutum, &c. cum aliis Relatis per Modern. Roman. disceptatione 954. sub numero 3. versiculo secus autem respectu tertij, &c. cum sequent.

Postremum denique celebratum anno 1562. die 20. Aprilis in dicto summario numero 17. continet venditionem nonnullorum bonorum (quæ propria erant dicti Andree) factam per ipsum præfaro Sebastiano, cui venditor accepto tulit ad computum pretij florenos octingentos quadraginta duos ab ipso debitos emptori pro iuribus eidem competentibus super bonis in hæreditate dictæ Panthasileæ remanens, ac prædicto Orlandino de Monte Vibio de eius consensu ut supra venditis. Verum nec ex eo probatur intentio Monachorum, quia non dicitur ibi, quod Sebastianus alienauerit, vel consenserit alienationi bonorum fideicommissi, sed iurium sibi competentium in dictis bonis, quæ duplicis erant speciei fideicommissi oneri obnoxia. Scilicet ratione legitimæ ipsi debita in bonis auia (Raphaële patre prædefuncto) quæ firmiter asseruit illum fuisse ipsa instant legitimum, & pro tali haberi voluit, atque disposuit Glossa in authen. si qua mulier in verb. liberos, Codice de Sacrosanct. Eccles. Alexander consilio 139. eleganter fuit conclusum, in princip. versiculo, secundo concludo, &c. libro 1. Rolan. conf. 96. numero 51. versiculo quia conclusione præmissa, cum sequentibus; libro tertio, Rimin. inuio, consilio 156. numero trigesimo sexto, versiculo; quoniam legitimum filio, &c. cum sequentibus Laderch. consil. 170. num. 2. vers. hinc fit, &c. cum seq. Rota penes Card. Seraph. dec. 801. num. 8. vers. tamen cum Simon. &c. dec. 355. sub n. 1. vers. & moti sunt Domini part. 1. N diues

diferorum ac in recent. dec. 653. num. 3. vers. pro ut etiam part. 1. confirmata decis. 368. part. 4. & sepe in aliis. Et ratione fructuum eorundem bonorum, quorum commoditatem valide potuit cedere, & alienare pro tempore vitæ suæ lege si usufructus, D. de iur. dot. leg. usufructu vbi Bartolus & alij D. solut. matrimon. Baldus in lege codicillis, §. instituto sub num. 1. vers. & per hoc induco, &c. D. de legat. 2. Iason. in lege filiusfamilias, §. diui sub numero 11. in undecima limitatione, D. de legat. 1. Molina de primog. lib. 1. cap. 20. sub num. 12. vers. quo fit, &c. cap. 21. sub numero 25. vers. in tertia, & ultima species, &c. Peregrinus de fideicommiss. art. 4. sub num. 110. vers. autem poterit, &c. num. 117. vers. quamuis autem, &c. Menoch. conf. 777. num. 8. vers. & quod is, &c. cum sequentibus, Præd. de fideicommiss. quest. 8. num. 102. vers. sexto limitatur, &c. cum aliis relatis per dict. Modern. Brixienf. de subsit. quest. 525. num. 17. vers. porro, &c. & questione 527. num. 5. versiculo sed aduerte, &c.

Non obstat denique compromissum de anno 1558. à præfatis Andrea, Sebastiani, & Orlandino factam in M. Antonium Eugenium insignem I. C. Nec laudum subsecutum.

Quia respicit tantum bona hæreditatis Hieronymi Vibij, autem dictæ Panthasileæ. Quinimo referuntur in eodem laudo alienationes ab illa indebitè factæ, vt legitur in dicto Summario sub 26 num. 18. & 19. Ideoque ad effectum de quo agitur induci, neque extendi potest lege penultima, D. de his qui sui vel alien. iur. leg. paulus la. 1. D. de re iudic. Bartolus in lege Iulianus, num. 5. vers. probo etiam, D. de condit. indebit. Alexander conf. 18. circa dubia, n. 3. vers. & sententia arbitri, &c. lib. 7. Ruin. conf. 116. num. 6. vers. quia sententia, vel laudum &c. lib. 4. Paris. consil. 5. sub num. 19. vers. & etiam quia verba, &c. lib. 2. Rolandus conf. 79. à num. 10. vers. nam indubitati iuris est, &c. cum sequentibus, lib. 3. Surdus conf. 313. numero 14. vers. nos autem sumus, &c. Rota penes Cardinalem Manticam dict. dec. 66. sub n. 3. vers. accedit etiam, &c. dec. 145. n. 5. vers. & cum laudum, &c. part. 5. dec. 76. num. 13. vers. Et laudum, ac sequentibus, part. 7. rec. Neque illud potest per Monachos impugnari, quando ipso vti fuerunt, ac vtuntur. l. Publica, §. fin. D. de pos. Rota penes Burat. d. 602. n. 6. vers. ex quo & in recent. dec. 360. n. 3. vers. & ideo cum sequentibus, part. 5. & dec. 88. sub n. 21. vers. & quamuis productio cum seq. part. 6.

28 Quare cum ex prædictis obiecta retentionis exceptio appareat vel non subsistens, vel saltem turbida, & illiquida iure admitti non potuit coram bon. memor. Ottembergo. Minusque potest in præsentia ad impediendam illius sententiæ, ac rei iudicatæ executionem, lege finali, Cod. de compens. leg. 2. & lege 4. Cod. de re iudic. leg. 2. leg. fin. Cod. de execut. rei iudic. & fuit dictum in perulina bonorum de Balleon. 26. Iunij 1591. coram bon. memor. comitulo dec. 167. sub n. 3. vers. nullam habet, &c. cum seq. & penes sanct. memor. Gregor. dec. 220. n. 5. vers. interrim, &c. ac dec. 254. n. 3. vers. sed tamen non procedit, &c. Burat. dec. 260. n. 14. vers. quia cum à dicta sententia, &c. Reuerendissimus Vrgell. dec. 113. num. 7. vers. quia quidquid sit, &c. & in recent. decisione 433. sub n. 4. vers. præterea, &c. part. 2. & dec. 743. n. 11. vers. non obstat denique exceptio retentionis, &c. parte 3. & decisione 411. n. 4. versiculo neque creditum, parte 5. ac sepe in aliis. Eoque minus attenda perceptione fructuum ex eisdem bonis, de quibus agi-

tur) per Monachos possessis à die litis tandiu contestatæ citra, vt respondit Rota in Romana domus de Barbarel. 26. Aprilis 1591. coram eod. Comitulo dec. 145. n. 11. versiculo quia nil morantur, &c. ac penes Reuerendissimum Vrgell. decisione 360. sub numero 6. versiculo & in omnem casum, &c. & in recentior. decisione 249. sub numero 20. versiculo reliqua verò detractiones, &c. ac sequenti, parte 6. atque in aliis relatis in Arimin. Saluiani 19. Iunij 1648. coram Reuerendissimo Patre Domino meo Bichio in §. non obstat retentio, &c. & in præcedenti decisione coram me, in §. quare cum huiusmodi Monachorum pretensio, &c.

Et ita fuit resolutum vtraque parte informante, &c.

EMINENTISSIMO ET REVERENDISSIMO

D. CARD. CORRADO.

Mediolanen. bonorum.

Luna 31. Maij 1649.

ARGUMENTVM.

Saluianum interdictum. Clausulæ apprehensionis bonorum, & pacta executiua instrumentorum euictionis remedium, ac iudicium. Prohibitio alienationis. Substitutio. Fideicommissum. Detractiones. Incapacitas successiois: & consimilia facti speciem suapte contingentia, summo studij calculo per suas inspectiones digeruntur.

S V M M A R I V M

- 1 validitas sententiæ probatur ex reuolutione processus, iuxta dec. Verul. 262. p. 2.
- 2 Iustitia sententiæ Rotalis probatur ex decisionibus
- 3 Extremum primum in iudicio Saluiani, est creditum cum Hypotheca.
- 4 Pacta executiua apposta in instrumento venditionis, iuxta formularium, ac stylum Notariorum ciuitatis Mediolani, continent facultatem apprehendendi bona venditoris, eaque etiam iure pignoris retinendi pro defensione, ac obseruantia conuenta.
- 5 Clausula promissionis, defensionis, ac pacta executiua, seu similes, apprehensionem bonorum importantes, apposta in instrumento contractus, & distincte & multo magis coniuncte, præseruat hypothecam bonorum partium pro plena obseruantia illius contractus, & conuentorum in eo.
- 6 Obseruantia contractus debetur ex voluntate contrahentium, quibuscumque verbis, etiam generalibus, atque indefinitis appareat.
- 7 Quinimo ex verisimili, atque probabili ratione deducta, etiam si verba oporteat extendere, ac plenius interpretari.
- 8 Et ex iuramento præstito super obseruantia promissorum in instrumento.
- 9 Quod plenior obligationis formam, ac proinde cum hypotheca bonorum importat.
- 10 Et ex communi vsu, & obseruantia vbiq; ferè recepta circa formam contrahendi in similibus negotiis.
- 11 Clausula generales, que in fine instrumenti apponuntur ad omnia in eo conuenta congruè referuntur.

12 Euf

- 12 Euictionis remedium competens pro restitutione pretij soluti, extenditur etiam ad damna, & interesse.
- 13 Obligatio defendendi, &c. in forma communi, &c. & iuris, &c. comprehendit etiam litis suspensionem, refectionemque damnorum ac interesse, &c. Et plenam indemnitas conseruationem.
- 14 Confraternitates, & alia Congregationes Laicorum, non fori exemptione, ac privilegio Ecclesiæ fruuntur nisi Episcopi, vel alterius facultatem habentis auctoritate instituta fuerint; Et alia ad hunc effectum necessaria concurrant.
- 15 Alienatio bonorum fideicommissi subiectorum susinetur saltem ratione legitime, & aliarum detractionum, venditoribus in bonis debitorum
- 16 Prohibitio alienationis realis, & verbis ampliatis particulari oratione principaliter ordinata, continet absolutum, atque perpetuum fideicommissum inter illos, quorum favore facta cessatur, vt eadem bona inter eos perpetuè conseruentur.
- 17 Dispositio subsequens certas personas comprehendens, ac grauans, præcedentem illarum vocationem comprobatur.
- 18 Substitutio personarum ordine superioris expresso facta, certiorum redditus testatoris intentionem pro illarum in casu successiuæ vocatione in præcedenti parte testamenti.
- 19 Testamenti omnes partes coniungi debent, ac simul considerari, ad conuincendam voluntatem testatoris.
- 20 Professionem solemnem emittens in aliqua religione prohibita in testamento succedere, perinde habetur ac si mortuus fuisset, ad effectum purificationis successiuæ substitutionis.
- 21 Bona fideicommissi, viuentibus naturaliter professis, regulariter remanent penes monasteria aliter capacia, & retinendi in communi, intereaque substituti non admittuntur.
- 22 Limitatio conclusio non procedere, quando repugnat testatoris voluntas, expressis verbis illa excludendis, qua cessante religionis odio, maximè attendi, atque seruari debet.
- 23 Monasteria aliter bonorum capacia, ex disponentium tamen ipsorum voluntate à successione exclusiua, perinde efficiuntur, ac si ex propriis regulis, seu constitutionibus, alium bonorum essent minime incapacia.
- 24 Declaratio facta à testatore in vna parte testamenti aliter inualida, & sine effectu, est tamen efficax ad eius intentionem demonstrandam, & certiorum voluntatem reddendam.
- 25 Vocatus in fideicommissi, non solum in casu mortis, verum etiam in casu alienationis, statim post alienationem sequutam, potest agere ad vindicanda bona alienata, non expectata morte alienantium.
- 26 Etiam si alij adhuc extarent præuocati capaces, qui tamen non agerent, nec velle agere declararent pro illorum reuocatione.
- 27 Detractiones, ex fideicommissi legitime, per alienationes sequutas censentur factæ, & in supplementibus, mercibus, ac aliis hæreditatis effectibus, ad eas prætendentem delatis, alio non confesso, censentur consumptæ.
- 28 Horum valoris liquidatio probatur per sententias conformes, ac in iudicatum transactas cum legitimis contradicentibus scientibus etiam, ac mris Salgado Labyrinth. Credit. Tom. II.

matris interesse habentibus, latas, donec aliud appareat.

29 Citatio non coactiua, nec vilius roboris contra tertium facta non inficit processum, ac sententias, contra alios pro eorum particulari, ac distincto interesse, legitime latas.

30 Euictionis iudicium est maximè bonæ fidei

DECISIO LV.

Sententia Rotalis per Reuerendissimum Patrem Dominum meum Bichium prolata in remedio vtilis Saluiani interdicti ad fauorem DD. Priorum ac deputatorum Confraternitatis, seu Scholæ immaculatæ Virginis apud S. Satyrum contr. RR. Præpositum, & Clericos Regulares Collegij sancti Barnabæ Ciuitatis Mediolani visa fuit Dominis confirmanda. Nam ex processu probatur eius validitas, iuxta vulgarem decisionem Verall. 262. parte 2. Iustitia verò ex duabus decisionibus pleno doctore calamo exaratis ab eodem Domino meo sub die 26. Iunij 1647. & 18. Maij 1649.

Primum enim (vt aiunt) extremum in hoc iudicio necessarium, scilicet creditum cum hypotheca constat ex publico instrumento celebrato die 3. Iulij anni 1601. quo mediante Nicolaus etiam vti hæres Desiderij, & Octavianus fratres, filique Ioannis Pauli de Befutiis iure proprio vendiderunt præfatis Prioribus, & Deputatis dictæ Scholæ nonnulla bona pretio libr. duodeviginti milium sexcentarum vigintitrium, & solid. quatuor, ad denar. vnus Imperialium cum mutua, & solemni stipulatione (sunt verba eiusdem instrumenti) ac obligatione (non tamen bonorum dictorum Priorum, sed ipsius Scholæ tantum.) Atque obligatione defendendi, &c. in forma communi, & iuris, &c. Ac pactis executiuis, &c. (quæ iuxta formularium, ac stilum Notariorum dictæ Ciuitatis continent facultatem apprehendendi bona venditoris, eaque etiam iure pignoris retinendi pro defensione, ac obseruantia conuenta) & cum promissione iurata non contrahendi, &c. etiam sub refectione, &c. Quæ sanè clausulæ, & distinctæ, & multo magis coniunctæ præferunt hypothecam bonorum partium pro plena obseruantia illius contractus, & conuentorum in eo, cum ad hunc effectum sufficiat contrahentium voluntas quibuscumque verbis etiam generalibus, atque indefinitis apparens iuxta textum in lege contrahitur, ibi, nec ad rem pertinet, quibus fit verbis, sicuti est in his obligationibus, qua consensu contrahuntur, &c. D. de pignor. lege finali, Codice qua res pignori obligat. poss. Negulantius de pignor. parte 3. memb. 1. sub numero 3. versiculo item contrahitur, &c. Burfat. consilio trigesimo nono, numero trigesimo septimo, versiculo primo, quia ex sola voluntate, &c. Cephal. consilio quadragesimo primo, numero decimo nono, versiculo præcipue cum simplici voluntate, &c. & aliis relatis, Mantica de tacit. libro undecimo titul. sub numero quinto, versiculo, tertio deducitur. Quinimo ex verisimili, atque probali ratione deducta, etiam si verba oporteat extendere, ac plenius interpretari, lege tertia, §. finali, vbi glossa & Doctores D. qui pot. in pignor. hab. lege secunda, & dicta lege finali ibi, cum iustum sit voluntatem contrahentium magis, quam verborum conceptionem inspicere, &c. Codice qua res pignori obligat. poss. ibique Bart. sub num. 1. vers. secundo nota, &c. Bald. num. 1. vers. nota quod verba instrumentorum, &c. Angel. sub num. 2. vers. voluntates contrahentium, &c. Salycet. N 2 sub

sub num. 1. versiculo item quod voluitas, &c. ac alij & rursus idem Baldus in lege 3. vers. quia mutui Tizio, &c. Codice de pignor. vbi loquitur de huiusmodi pactis, & clausulis apprehendendi bona, & simil. ac sequuntur Bafr. cons. 336. dubium facit, sub numero 2. versiculo hoc important illa verba, &c. parte 2. Fulgiosius consilio 83. Bonacurcius condidit testamentum, sub numero 2. versiculo & sic pro ea etiam competat hypotheca, &c. Negulantius de pignor. dict. membr. 1. sub numero 4. versiculo item constituitur, ac seq. Rim. lenior, cons. 299. sub n. 18. versiculo & istud ostenditur euidenter, ac sequentibus, Surdus cons. 243. sub numero 10. vers. septimo facit, &c. Mant. de tacit. dict. tit. 3. num. 15. vers. præterea cum seq. Rota penes Reuerendissimum Virgell. dec. 40. sub n. 20. vers. sed vnum est, &c. cum seq. & latius in Rom. Saluiani de Casalibus 21. Iunij 1641. coram Reuerendissimo Patre Domino meo Cerro in §. & in hanc sententiam, vers. que verisimilis mens ac seq. cum aliis relatis per Modern. Rom. discept. 683. à n. 2. vers. accedit, ac seq. Et ex iuramento præstito per obseruantia promissorum in instrumento, quod plenior obligationis formam, ac proinde cum hypotheca bonorum importat, vt probant Cæphal. dicto cons. 41. sub n. 18. vers. quibus inferitur, &c. cum seq. Scraphin. de priuileg. iuram priuileg. 158. per totum Surdus dec. 225. sub n. 9. vers. ad secundum dicebant, ac sequentibus, & alij. Ac demum ex communi vsu, & obseruantia vbiq; fere recepta sub hac forma contrahendi in huiusmodi negotiis, vt bene aduertit Bursat. dicto cons. 39. num. 4. vers. idem ergo debet importare, &c. & respondit Menoch. cons. 104. sub n. 70. vers. id quod pro more, &c. Surdus dec. 213. sub n. 4. vers. certum est autem, &c. Quibus equidem eliditur prorsus obiectio, quod clausula illa (pacta executiua, &c.) respiciat solâ conuentione super fructibus respectiuis, tum quia contrarium apparet ex lectura instrumenti, in cuius fine legitur inter clausulas generales Renunciantes, &c. pluri pretio, &c. & iurauerunt habere ratum, & non contrahentem, &c. quæ ad omnia in eo conuenta congrue referuntur, vt patet ex earum verbis, ac iuri consonum est l. talis scriptura, §. fin. D. de leg. 1. cap. f. cundo requiritur, in princip. c. inquisitioni, de appell. Rota decisione 378. sub numero 1. versiculo vt patet ex illa clausula part. 4. diuers. & penes Cardinalem Manticam decisione 52. numero 2. versiculo quæ clausula, cum sequenti, Buratt. decisione 161. numero 12. versiculo & ideo dicta clausula, &c. Tum quia pro iustificatione hypothecæ cætera præmissa satis, superque sufficiunt. Ideoque secuta dictorum bonorum euictione licuit emptoribus præfato remedio experiri contra dictos Clericos posteriores possessores aliorum, quæ tempore dicti contractus, seu postea venditorum fuisse, ex ipso processu probatur, pro restitutione pretij soluti, vt ex publicis instrumentis apparet, ac pro damnis, & interesse passis iuxta iuris dispositionem leg. edita re, D. de euict. leg. non dubitatur, l. si cum quæstio, Codice eodem, Mylunger. obseruatione 54. numero 1. centuria 1. & in specie respondit Rota decisione 9. numero 1. versiculo hypotheca enim, & per tot. decisionem 13. numero 2. vers. cum ex natura euictionis, &c. parte 4. diuers. & decisione 407. numero 8. versiculo & demum cum sequenti, parte 5. recent. Esto quod sola legatur obligatio defendendi, &c. in forma communi, &c. & iuris, &c. nam illa eque comprehendit litem susceptionem, refectionemque damnorum, ac interesse, &c.

& plenam indemnitate conseruationem per text. in lege pater dotem, D. de dot. pra legat. Ruin. consil. 187. sub numero 1. versiculo sed promissis non obstantibus, cum sequentibus, lib. 1. Paris. consil. 16. num. 125. vers. ad quod etiam facit, lib. 2. cum aliis relatis à Modern. Pif Lauren. de euiction. q. 2. n. 13. vers. nam purificantur. Nec obstant quæ repetuntur impugnando iustificationem credit Actorum; quos proprie negligentia, & culpa euictionem passos fuisse præ tenditur; cum quia consenserunt in iudices laicos quorum iurisdictioni dicta Schola, seu Confraternitas non est subiecta; tum quia fuerunt ab eis prætermittæ exceptiones, quibus facile poterant euincere excludi. Siquidem obiectus iurisdictionis defectus ex hæcenus deductis non probatur, vt necessarium esset, alias enim huiusmodi Congregationes Laicorum à quibus reguntur, & gubernantur, licet locum habeant in quo conueniunt, & Capellam siue Altare in Ecclesia Sancti Saryi, ac opera pietatis exerceant, eaque ratione sint permittæ, ac plurimum commendandæ, non tamen loca Ecclesiastica censi possunt, vt fori exemptione, ac priuilegio fruantur, nisi Episcopi, vel alterius facultatem habentis auctoritate instituta fuerint, & alia concurrant ad hunc effectum necessaria, in xta textum in capite ad hæc, cum ibi not. per DD. de relig. domib. Bartolus in lege cum senatus, sub numero 4. versiculo quæro quid si relinquunt, &c. D. de rebus dubiis, & in lege finali, sub numero 6. versiculo quadam Collegia approbantur, D. de Colleg. illicit. Baldus in lege, si quis ad declinandum, §. in omnibus, sub numero 19. versiculo respondeo, &c. Codice de Episc. & Cler. & explicat Innocentius in cap. dilecti, sub num. 2. vers. societas est, & sub num. 4. vers. item videtur, cum sequenti de excess. Prælat. Imol. in cap. officij sub numero 20. vers. circa primum, &c. sub num. 21. vers. circa secundum, &c. vers. vnde aduerte pro ista parte, &c. vers. sed aduerte quia vt dicit Baldus &c. vers. aduerte quia pro opinione D. Card. &c. de testam. Felin. in c. de quarta, sub num. 11. versiculo secunda declaratio, &c. de præcr. Calder. consilio 4. de relig. domib. Card. Florent. consilio 11. pro enucleatione omnium, sub numero 2. versiculo oppositum de iure censeo, cum seq. & consil. 13. pro elucidatione dubiorum, sub numero 2. vers. contrarium est verum, &c. ac sequenti per tot. Fed. de Sen. consilio 130. factum est tale, quædam domus, sub numero 2. versiculo sed contra videtur, Abbas consilio 31. ad claram decisionem, sub numero 1. versiculo sed his non obstantibus, &c. cum sequentibus per tot. parte 1. Castrensis consil. 301. prædicta dubia, sub numero 2. versiculo nec possunt dicere illi de Schola lib. 2. Alexand. consil. 120. super eo quod quaeritur sub num. 3. vers. prout etiam respondet, lib. 1. Iason. consil. 118. quoniam vt inquit Philosophus, sub numero 1. versiculo ultra ergo, &c. cum sequentibus libro 2. Paris. consilio 34. à num. 9. vers. istis tamen non obstantibus, cum sequentibus, lib. 4. Antonius Gabr. commun. conclus. lib. 6. titulo de pia caus. conclus. 1. & numero 7. vers. tenendo primam opinionem, & num. 13. vers. quarto inferitur, ac sequentibus, Hieronymus Gabriel. consil. 162. num. 2. vers. primo quia, &c. cum sequentibus, lib. 1. Magdalen. de num. test. in testam. requisit. part. 1. cap. 13. num. 21. vers. prout in proposito, & parte 2. cap. 2. num. 24. vers. prout etiam, &c. cum pluribus sequentibus Ioseph. Ludou. decisione Perusina. 90. sub num. 9. vers. primo quia, &c. Magon. dec. Lucen. 19. num. 15. vers.

versiculo ad secundam, cum sequenti Valasc. consil. 105. numero 5. versiculo sed hoc est intelligendum, cum sequentibus, sub numero 47. versiculo si vero, cum sequenti per tot. numero 54. Mastrill. decisione 110. sub numero 16. versiculo & controversia, Monct. de commiss. vltim. volunt. Capite 4. sub numero 26. versiculo ex hoc facile erit, &c. Rota penes Comitul. decisione 94. numero 3. versiculo cum enim, &c. & latius dec. 117. numero 13. vers. Ecclesiastica tamen, cum sequentibus, num. 37. vers. & sane, &c. ac decif. 574. sub num. 5. versiculo ideo si debet attendi, &c. cum seq. part. 1. diuersor. Coccin. dec. 210. num. 1. vers. nam licet confraternitas cum sequentibus, Castill. decif. 2. num. 12. vers. nec poterat, &c. lib. 1. & alij relati per Carolum de Grassis de effect. Clericat. effect. 1. n. 122. vers. quia dixi, cum sequentibus & Reuerendissimo Episcopum Vgentin. de offic. Episcop. allegat. 75. num. 24. vers. verum hæc resolutio, &c. & de iur. Ecclesiastic. lib. 2. cap. 11. sub num. 78. vers. quare circa vtrumque, & sub n. 80. vers. si de ipsis confraternitatibus corporibus, cum sequentibus. Neque proretractio facta pro parte Fisci sæcularis coram Vicario Archiepiscopali iudice Remissoriali sub die 3. Decembris 1648. vllum conuincit impedimentum exâmini, ac prosecutioni processus dictorum Clericorum verè præstitum fuisse, sed verbalem nullitatis oppositionem in forma, qua non attemptata procedi poterat ad vltiora stante repetita instantia pro eisdem Clericis die 17. Martij 1649. & expresso consensu confraternitatis ipsamet die præstito vt patet ex actis exhibitis. Exceptiones autem pro parte Clericorum adductæ, quibus prætenditur euictionem euitari potuisse ad duo præcipue capita rediguntur; alterum scilicet quod fideicommissum per Ioannem Paulum seniore de Bufutiis ordinatum ad fauorem eius filiarum, & descendendum ab eis, in casu quo Nicolaus, & Desiderius filij masculi hæredes instituti decederent sine filiis masculis legitimis & naturalibus, & de legitimo matrimonio natis, & procreatis, cuius vigore bona per eius filios vendita confraternitati fuerunt euicta, defecerit per existentiam Iannis Pauli, & Felicis filiorum Nicolai superstitium tempore mortis patris. Alterum verò, quod alienatio illa saltem ratione legitime, & aliarum detractionum venditoribus debitatum in bonis patris fideicommissentis sustineretur per textum in lege Marcellus. §. res qua D. ad. §. C. Trebell. quorum neutrum subsistere Domini censuerunt. Quoniam fideicommissum à Ioanne Paulo institutum est successuum inter masculos primum ac subinde fœminas earumque descendentes in perpetuum, vt apparet tam ex prohibitione alienationis in eodem testamento, ibi, Et vltimus etiam prohibeo bona mea vsque in perpetuum quouis modo alienari, obligari, hypothecari, & si fieret alienatio, vel obligatio, quod sit nulla, & inualida & pars alienata, vel obligata applicetur alteri non alienati, nec obliganti, &c. quæ cum fuerit realis, & verbis ampliariis in particulari oratione principaliter ordinata; continet absolutum atque perpetuum fideicommissum inter prædictos, quorum fauore facta censetur, vt eadem bona inter eos perpetuo conferentur; nam aliis eiusmodi prohibitionis perpetuitas inanis esset, ac verificari non posset, lege filiusfamilias. §. Dini il 2. D. lege 1. Bartolus in lege qui Romæ, §. cohæres des, sub numero 3. versiculo quod puto verum, &c. D. de verb. obligat. Decianus Salgado Labyrinth. Credit. Tom. II.

conf. 41. sub num. 36. vers. quia conclusio indubitate procedit, &c. lib. 1. Rota dec. 112. num. 4. vers. tum quia part. 2. diuers. & penes Cardinalem Cauall. dec. 167. num. 1. vers. de fideicommissio autem &c. & in recent. dec. 14. part. 1. & decif. 357. num. 2. vers. ex ista enim annullatione alienationis, &c. part. 4. tom. 2. decisione 284. sub numero 7. versiculo & in hoc casu cessat omnis difficultas, &c. cum sequentibus, parte 6. cum aliis per Modern. Roman. disceptat. 828. num. 7. vers. aliud est quando, &c. ac sequentibus, & latius probatur in vtraque decisione coram Reuerendissimo Patre Domino meo Bichio. Quam etiam ex subsequenti dispositione in casu delicti, vel fideicommissi, ac obligationis bonorum, & fructuum, in quibus ipsos filios masculos institutos, eorumque pariter descendentes comprehendit, eosque grauaui, vnde præcedens illorum vocatio comprobatur lege ab eo Codice de fideicommiss. Soccin. iun. consil. 136. sub n. 24. vers. ex quibus omnibus lib. 3. Decian. dict. cons. 41. sub n. 33. vers. quinta coniectura, cum seq. lib. 1. Ac demum proprias filias fœminas, & descendentes ex eis eodem ordine superius expresso substituit, ex quo pariter certior redditur eius intentio pro illarum successua vocatione post descendentes masculos filiorum suorum in præcedenti parte testamenti ad legem qui filiabus, in princip. lege si seruus plurium, §. fin. D. de leg. 1. Rota penes Sanct. memor. Gregor. dec. 315. sub n. 2. vers. longè magis, cum seq. & in recent. dec. 10. n. 9. vers. minus facit, &c. & dec. 14. sub num. 5. vers. quia vulgare est, &c. part. 1. & dec. 4. n. 7. vers. quod propterea, &c. part. 4. tom. 2. cum aliis relatis per Ful. consil. 41. sub n. 102. vers. his accedat, & n. 122. vers. & proinde, &c. Et ex aliis partibus eiusdem testamenti optime ponderatis in præcedenti decisione coram Reuerendissimo Patre Domino meo Bichio sub die 18. Martij 1648. Quæ ad conuincendam testatoris voluntatem coniungi debent, ac in simul considerari, Rota penes san. mem. Gregor. dict. dec. 315. n. 9. vers. quæ coniectura, ac in recent. dec. 266. n. 19. vers. nam coniecturis, &c. p. 1. dec. 21. n. 16. vers. & coniectura singula, cum seq. p. 5. & sæpe in aliis. Quare cum præfati Felix, & Ioannes Paulus perfectiorem vitam eligentes solemnem professionem emisissent; ille scilicet in congregatione Clericorum Regularium sancti Pauli, iste verò in religione Patrum minorum Conuentualium sancti Francisci, quas testator non quidem in religionis odio (quod ab intentione Christiani hominis profus alienum censi debet) sed fauore descendendum ex proprio sanguine, inter quos voluit eius bona perpetuo conseruari, vt clare conuincit prædicta subsequens alienationis prohibitio, ab eius bonis exclusit, vt legitur ibi: Et si omnes decederint sine filiis legitimis, & vt supra (scilicet de legitimo matrimonio natis, & procreatis) ita quod spurij etiam legitimi non succedant; vel aliquod Monasterium, quod tunc succedant filia mee, & earum filij legitimi, & vt supra, in stirpes, & non in capita, sine detractione, &c. Et tunc purificata fuit successua substitutio, filiarum ac descendentium ex eis perinde ac si illi naturaliter præmortui fuissent, quales ad hunc effectum, stante expressa Monasterij exclusione reputantur, ad textum in capite placuit il 2. vbi glossa in verb. mortuus 16. questione 1. & theor. Bartol. in lege Deo nobis, numero 1. vers. item ingressus, cum sequentibus. ibique Baldus sub numero 10. versiculo sol. dicit. Cyn. &c. & Castrensis sub

num. 5. versic. ubi cumque ergo apparet, & c. C. de Epi-
scop. & Cler. & in Auth. nisi rogati, sub num. 3. versic.
si ergo appareat de contraria intentione, Cod. ad S. C.
Treb. & rursus idem Baldus in capite in presentia,
sub numero 41. versiculo in contrarium, & c. vbi Dec.
sub numero 229. versiculo sed mihi nullo modo con-
sonat, & c. de probat. & iterum Dec. consilio 258. visis
his que nouissime scripta sunt, & c. sub numero 3. ver-
siculo circa primum, & c. cum sequenti prope finem,
versiculo & ideo cum bona de quibus agitur, consilio
426. in duobus dubiis, numero 2. versiculo circa pri-
mum arbitror. & c. Decian. consilio 41. sub numero 30.
versiculo quarta coniectura, cum sequenti, libro 1.
consil. 61. sub numero 2. versic. quia respondetur, cum
sequenti, libros. Olafch. decisio 126. sub numero 19.
versic. quare cum dicendum non sit, sub num. 24. versic.
ex predictis igitur, & c. cum sequentibus, Marzar. de
fideicommissi. questione 31. Menoch. presump. 83.
num. 3. versic. & dicendum est, & c. lib. 4. Franch. dec.
29. sub num. 5. versic. nec obstat textus cum seqq. Sfort.
Odd. de compend. part. 6. art. vltim. in secund. dub. seu
quest. n. 22. versic. limita decimo, & c. cum seqq. Didac.
resol. 19. sub num. 11. versic. quartum verum esse cen-
seo, lib. 1. Mantio. de conies. lib. 8. tit. 12. sub num. 25.
versic. sed ego puto, num. 28. versic. sed certe, & c. cum seq.
lib. 11. tit. 7. sub num. 18. versic. decimo debet restringi,
eum sequent. Ioannes Gutierrez canon. quest. c. 32.
num. 26. versic. secundo. eadem recepta sententia, & c.
cum aliis relatis per Sanchez. ad precept. decal. lib.
7. cap. 15. sub num. 19. versic. & confirmatur, & c. cap. 16.
sub n. 22. versic. sed multo verius existimo, & c. Marefc.
resol. 21. num. 65. versic. undecima limitatio, & c. cum
seqq. lib. 3.

21 Neque applicatur obiecta conclusio regulari-
ter vera, communique DD. sententia recepta, quod
saltem viuientibus naturaliter professis bona re-
maneant penes Monasteria alias capacia ea reti-
nendi communi, intereaque substituti non admit-
tantur.

22 Quia non procedit, quando repugnat testatoris
voluntas expressis verbis illa excludentis. Hæc
enim cessante (vt dictum est) regionis odio, maxi-
mè attendi, atque seruari debet §. disponat. in Auth.
de nupt. cap. vltima voluntas 13 quest. 2. Ac proinde
statim patet aditus substitutis, non aliter, ac si ipsi
Monasteria ex propriis regulis, seu constitutioni-
bus essent omnino incapacia, prout in effectu in
huiusmodi casibus ex voluntate disponentium ef-
ficiuntur, vt bene probat Didac. dicta resolutione
19. sub numero 11. versic. quartum verum esse censeo,
lib. 1. & declarat Peregrinus de fideicommiss. art. 28.
sub numero 82. versiculo intellige nisi testator. Nicol.
Intrigliol. de substitut. centuria 3. questione 63. sub
numero 42. versiculo & tunc exclusio, & c. ac aliis re-
latis Marefcort. dicta resolutione 21. numero 81. ver-
siculo rursus intelligi debent, & c. cum sequentibus,
libro 3. & respondit Rota Bononien. fideicommiss. 21.
Maij 1636. coram Reuerendissimo Domino meo Ter-
racinen. in recentior. decisione 135. sub numero 15.
versiculo nec facit quod cum Ioannes, & c. cum seqq.
vbi dictum fuit secundum hanc distinctionem
intelligendos esse DD. pro Monasterio adductos
part. 7. Et hæc quidem testatoris voluntas certior
redditur adhuc ex præcedenti parte eiusdem testa-
menti, in qua legauit Horatio alteri filio iam pro-
fesso in Monasterio Montis Oliueri annuas tan-
tùm liberâs duodeuiginti donec naturaliter vixerit
cum expressa declaratione, quod nullum super
eis ius, vel actio dicto Monasterio acquireretur, quæ

declaratio (quicquid sit de illius validitate, & effe-
ctu) efficax tamen est ad demonstrandam eius inten-
tionem excludendi Monasteria etiam durante
vita filij ingressi, vt bene in specie aduertit, & probat
Decian. consil. 61. sub num. 4. versic. addo etiam, & c.
cum seqq. lib. 5.

Præterea cessare videtur omnis difficultas; quia
filia testatoris, & descendentes ex eis fuerunt vo-
cata non solum in casu mortis masculorum, ver-
um etiam cuiuscumque alienationis, obligationis
& hypothecæ bonorum hæreditatis, vel eorum
fructuum, vt legitur in dict. versic. & ulterius etiam
prohibet & c. & inferius in versic. prohibeoque etiam
dictis filiis, & descendentibus, meis & c. procul-
dubio euenit, tam ob alienationem dictorum bo-
norum per Nicolaum primum hæredem vendito-
rum dictæ Confraternitati, quam pe vniversalem
donationem, ac dispositionem respectiue factas à
dictis Felice, ac Ioanne Paulo in personas, & loca
sub dicto fideicommissio non comprehensa, quin-
etiam prohibitas nempe Octavianum, & monaste-
ria prædicta; ideoque ex hoc quoque capite sta-
tim agere potuerunt ad ea vindicanda, non expe-
ctata morte alienantium lege peto. §. fratres, leg. cum
pater, §. si liberis, D. de legat. 2. leg. cum fidei hæredis,
lege quidam, & lege rogo, D. de fideicommissi. liberto
Molina de primogen. libro 1. capite 16. numero 32.
versiculo vnum tamen, & c. Rota decisione 379. nu-
mero 2. versiculo nam testator parte 1. diuersor. & in
specie declarant Petr. de fideicommissi. questione 8.
sub numero 516. versiculo declaratur modo, & c. Di-
dac. Spin. in specul. testament. glossa 27. princip. sub
numero 27. versiculo quid autem erit in Monasterio
capuc. & c. cum sequenti & Fusar. de substitut. questio-
ne 430. numero 6. versiculo declaratur quatio, & c.
Etiam si alij adhuc extarent præuocari capaces;
qui tamen non agerent, nec velle agere declara-
rent pro illorum reuocatione, Cephal. consil. 318.
numero 33. versiculo cum igitur omnes, & c. cum se-
quentibus Rota decisione 73. pagina recentior. cum
aliis relatis per Modern. Brixien. de substitut. que-
stione 318. numero 115. versiculo ampliatur tertio, & c.
cum sequentibus.

Altera verò exceptio detractionis legitimæ, siue
aliarum competentium filiis testatoris, qui bona
prædicta venderunt, non poterat impedire eui-
ctionem stantibus præcedentibus alienationibus
per eos factis, ac suppellectilibus, & mercibus, cæ-
terisque effectibus hæreditariis ad eos delatis, qui-
bus (alio non constituto) censentur absumptæ, Pere-
grinus de fideicommissi. articulo 39. sub numero 4.
versiculo effectus autem est, & c. Rota penes Cardi-
nalem Seraphin. decisionem 321. sub numero 17. ver-
siculo ideo cum exceptio, ac sequenti, in recentiores, de-
cisione 462. sub num. 6. versiculo & in omnem euen-
tum, & c. cum sequent. part. 4. ac decis. 542. sub num. 8.
versic. quia Dominus placuit responsio, & c. part. 5. & in
aliis relatis in Romana fideicommissi de Capite ferreo
coram me sub die 10. Martij. 1645. in §. non obstat,
quod hæc portio, cum sequenti sub die 19. Februarij
1646. in §. altera verò detrahitio, & c. versiculo pro ea
vero parte & c. Provt fuit etiam declaratum per
sententias conformes iudicum eiusdem ciuitatis
sub die 30. Iunij 1613. & 22. Martij 1627. in
executione aliarum duarum conformium præ-
cedentium super meritis prolatarum in iudica-
tum transactas, & euictioni mandantes; quæ
tanquam latæ cum legitimis contradictoribus,
scilicet cum Priore, & Deputatis dictæ
Scholæ

Scholæ possessoribus, ac reis principaliter con-
uentis, scientibus etiam, ac intimatis Auctori-
bus, siue eorum hæredibus, ac successoribus suf-
ficiunt ad probandam huiusmodi liquidationem
donec aliud appareat leg. auctore laudato, vbi Bald.
in princip. & num. 1. versicul. nota ergo quod sufficit,
Cod. de euict. Nat. consil. 300. sub num. 1. versicul.
& ita cum dicto Teremo, & c. Didac. PP. Quest.
cap. 13. sub num. 5. versicul. nec enim dubium esse po-
test, Rota decis. 161. sub numero 4. versic. idem probat
ex sententia Magistratus Mediolani, part. 2.
decis. 739. num. 19. versic. maxime quia & c. cum seqq.
part. 4. tom. 3. ac decis. 340. num. 8. versic. atamen
sententia, & c. part. 5. recentior.

Neque subsistit quod dd. sententiæ fuerint
latæ contra dictos Clericos Sancti Barnabæ in
illo iudicio citatos; Quia licet ab initio fuerit
illis intimata Actorum libellus cum citatione
si sua putarent interesse, nihil tamen contra ipsos
actum fuit neque fuerunt in dictis sententiis
nominati, vel comprehensi, Ideoque citatio illa
non coactiua, nec vllius roboris aduersus eos
non inficit processum, ac sententias contra lai-
cos pro eorum particulari ac distincto interesse
legitimè latas, iuxta theoric. Bartol. in leg. iuris-
perito §. final. versic. Et si est causa, Digestis de ex-
cusat. tut. Felyn. in cap. cum inter, sub num. 10.
versic. similiter, & c. & infr. de sentent. & re iu-
dicat. Marian. Soccin. in cap. 1. sub numero 18.
versic. decima quinta declaratio est, & c. de for. com-
pet. Gabr. consil. 56. num. 16. versic. quia conclusio
supradicta non procedit, & c. cum sequent. lib. 1. Ro-
ta decis. 451. sub numero 7. versic. Et è conuerso, & c.
p. 2. recentior.

Cum itaque ex prædictis, & aliis plenius ad-
ductis in præcedentibus Decisionibus coram præ-
fato Reuerendiss. Patre Domino Bichio iustificetur
euictio, quam passa fuit Schola, siue Confrater-
nitas, iure merito fuit illi concessa immisio
pro restitutione pretij, ac refectione damnorum,
& interesse; prout conuenit bonæ fidei, quæ ma-
ximè attenditur in his iudiciis, vt respondit I. C.
in leg. exempto, in princip. & leg. emptorem, vbi
Bartol. & DD. Digestis de actio. empt. leg. Hæren-
nius Modestinus, versic. queritur cum emptrix. Di-
gestis de euiction. Alexander. consil. 63. Diligenter in-
spectis, & consideratis his, sub num. 12. versicul. for-
tius dico, & c. lib. 6. Didac. variarum resolut. lib. 3.
cap. 17. sub num. 6. versicul. sexto quamuis, & c.
Surdus decis. 22. sub num. 7. versic. nec dicatur,
cum sequent. Rota in Tusculan. releuat. indemni-
tat. 20. Iunij 1614. coram Sanctissimo Domino No-
stro in recentior. decis. 630. sub num. 4. versic. minus
refragari, & c. part. 1. & decis. 18. num. 36. versic. &
alias certum est, part. 4. tom. 2. & decis. 390. num. 1.
versic. admittunt enim DD. ac sequent. part. 5. &
penes Coccin. decis. 27. num. 3. versic. Sed tollitur
omnis scrupulus, & c. & in aliis.

Et ita fuit resolutum vtraque parte Informan-
te, & c.

EMINENTISS. ET REVERENDISS.
D. CARD. CORRADO,
Bononien. Prædij.
Luna 21. Iunij 1649.

ARGUMENTVM.
Remedium euictionis, ad quæ extendatur
quando illi sit locus: & quæ in eius
Iudicio deducantur. Valor bonorum
quis attendatur, & quomodo probe-
tur, & quomodo hæc procedant in per-
mutatione, vbi Statutum Bononia sub
Rubr. Pactum constituti, & libelli in per-
mutatione consideratur.

SVMMA RIVM.

- 1 Obligatio de euictione se extendit etiam ad re-
stitutionem fructuum passim per euictum, n. 7.
- 2 Et hoc procedit etiam in Bononiam permutatione.
- 3 Et non tam de iure communi, quam vigore Sta-
tuti Bononien. sub Rubr. Pactum constituti,
& libelli in permutatione, quando in Instru-
mento ibi celebrato adest pactum speciale pro
defensione, & c. & euictione, & c. & constituti,
& c. ac alia executina latius extensa in formul-
lario dictæ Ciuitatis Instrumentorum, inter
contrahentes vicissim conuenta leguntur.
- 4 Mandatum potest relaxari contra eum, qui sus-
cepit in se Iudicium, ac defensionem causa cum
propria obligatione penes acta, ex eodem Pro-
cessu, pro indemnitate succumbentis.
- 5 Valor rei probatur ex Instrumento venditionis,
in quo legitur illius estimatio.
- 6 Valere tanti censetur res, quanti fuit empta, nisi
aliud probetur quia emptor non presumitur
stultus.
- 7 Interesse, quod passus est euictus ob euictionem, at-
tendi debet, ac proinde præstari ab eo, qui est
de euictione obligatus, vigore sua obligationis.
- 8 Procedit etiam vigore pacti specialis refectionis
damnorum, & interesse in Instrumento conuer-
titur, iuxta extensionem formularij Instrumen-
torum Bononia.
- 9 Materia hæc clarè explicatur per Rot. in Fer-
rarien. decimarum coram bon. mem. Vbald.
in recent. decis. 227. & in dec. 710. p. 4. to. 2.
& 3. alibi.
- 10 Liquidatio fructuum bonorum immobilium, fit ad
rationem quinque pro centenario & anno, quia
ex presumptione legali tanti regulariter huius-
modi fructus, estimari solent.
- 11 Iactare voluisse suum, plus debito soluendo, non
potest censeri diligens, ac prudens Pater fami-
lias, vt successu temporis litibus, atque dispen-
dis ab eius Auctoribus recuperaretur.
- 12 Liquidatio fructuum in materia euictionis, stante
ipsius, ac temporis certitudine, leuiiores proba-
tiones requirit, arbitrio Iudicis.
- 13 Et ad hunc effectum, sufficit etiam estimatio, seu
calculus etiam inter alios factus.
- 14 Et sola coniectura Iudicis animum persuadentes,
sufficiunt.
- 15 Detractiones possunt eximere bona è fideicom-
missis.

- 16 Bona à fideicommissis possunt eximi, mediante aliorum liberorum subrogatione, concurrente Apostolica derogatione.
- 17 Actio pro liberatione à molestiis contra Auberem, non competit priusquam ipsa molestia sint illata.
- 18 Eoque minus stante facultate emptori attributa plenior procurandi securitatem.
- 19 Obligatus inuestire certam summam pro euictione, excusatur à non implemento, quando ex defectu illius nullum damnum senserit alteri ex contrahentibus, ac illi nihil deperierit.
- 20 Et eo magis quando in contractu permutationis passus est imò ipse mea molestias pro euictione reciprocè ab altero promissa.

DECISIO LVI.

FACTA nonnullorum bonorum immobilium in Agro Bononien. existentium permutatione inter Co. Franciscum Mariam Boschetum ex vna, & Marchionem Ioannem Mariam Fontanam ex altera parte, alienauit Marchio Prædium ex ea receptum in loco nuncupato Bagnarolæ Ioseph, & Ludouico Fratribus de Ghellis pretio libr. triginta quatuor millium monetæ illarum partium; A quibus cum nonnullos post annos fuerit per Ludouicum filium Alphonfi de Sabatinis euictum vigore præcedentis Fideicommissi primogenitalis qu. Marci Antonij eius partui magni, condemnatus fuit idem Marchio eorum author ad restitutionem pretij vnâ cum fructibus, quos dd. Fratres ex bonis euictis percipere non potuerunt loco damnorum, & interesse, & satisfecit, vt apparet ex publico Instrumento inter eos celebrato die 5. Iunii 1642. in quo dd. fructus annorum octo, & dierum sexdecim, quibus præfati de Ghellis remanserunt ob eam causam ipsis bonis priuati, fuerunt concorditer liquidati ad summam libr. tresdecim millium sexcentarum septuaginta quinque, & solidorum vndecim, inuito calculo ad rationem quinque pro centenario d. pretij conuenti, vt legitur in d. Instrumento, Quare instante modo Marchione contra Co. Claudium filium, & hæredem d. Com. Francisci Mariæ Boschetti, ac de euictione obligatum ex d. contractu permutationis pro refectione, ac restitutione huiusmodi damnorum, & interesse Dubitauit. An, & pro qua summa Comes teneatur, & sit contra eum relaxandum mandatum. Et Domini pro Actore informantè responderunt.

Quia cum ex processu constet Prædium à q. Com. Francisco Maria d. permutationis titulo traditum Marchioni Fontanæ iam diu realiter euictum, atque ablatum fuisse à dd. de Ghellis ab ipso Marchione causam habentibus, illumque subindè coactum præiis decisionibus coram R. D. meo Terracinen. sub die 27. Iunii 1639. & 13. Febr. 1640. ac sententia Rotali interpellato, causæque assistente d. Com. Boschetto prolata ad restitutionem pretij, & fructuum prædictorum. Hinc pariter sequitur Com. Claudium Patris hæredem teneri ad eorum omnium restitutionem ratione interesse Marchionis, tam ex dispositione iuris communis per text. in l. si venditione, & l. euictare la 2. Digest. de euict. l. si controuersia l. si cum questio l. cum successores, Cod. eod. tit. quantum legum dispositio procedit etiam in permutatione l. 1. Cod. de rer. permut. l. si permutationis Cod. de euict. Menoch. pres. 118. n. 18. vers. atque in permutatione, & c. lib. 3. Cabal. de

euict. §. 4. n. 43. vers. quid in contractu permutationis, & c. cum aliis relatis per Moder. Pisaren. in similit. tract. de euict. g. 140. sub num. 1. cum seq. quàm ex pactis specialibus pro defensione, & c. & euictione, & c. bonorum permutatorum, & c. & Constituto, & c. ac aliis executiuis, & c. inter contrahentes vicissim conuentis; quæ leguntur in d. Instrumento in processu fol. 18. p. 2. & seq. latius extensis in Formular. Ciuitat. Bonon. vbi fuit celebratum, in fin. secund. Volum. statutorum fol. 18. ac seq. sub Rubr. Pactum Constituti; & Libelli in permutatione, & c. l. sciendum ff. de euict. Franch. decis. 34. num. 2. vers. sed quia in Instrumento permutationis, & c. ac seq. Rota penes Cardinal. Seraph. dec. 787. num. 1. vers. vnde cum habeamus expressum pactum, & c. & sanct. mem. Gregor. decis. 25. per tot. in rec. decis. 552. sub num. 10. vers. secundum part. 3. dec. 281. sub num. 1. vers. fundamentum decisione fuit, & c. cum seq. part. 4. Et demum ex peculiari obligatione ipsius Comitum Claudij ab eius Procuratore specialiter constituto per Instrumentum mandati celebratum die 3. Martij 1639. facta in actu susceptionis d. Indicij, ac defensionis causæ per acta Francisci Poccobelli Notarij Rotalis sub die 14. eiusdem mensis, quo causa potest contra eum relaxari mandatum ex eodem Processu pro indemnitate Marchionis, iuxta text. in leg. minor. 25. annis in fin. princip. vers. nam si ei fundus. Dig. de euict. Castr. in leg. cum vendente sub num. 3. vers. Imò, & per viam executiuam C. vbi caus. Fiscal. P. Barbof. in leg. Venditor, sub num. 188. Versic. quinimo, ff. de Iudic.

Pretium autem in ea summa librarum triginta quatuor millium comprobatur non solum ex Instrumento Donationis eiusdem Prædij per d. q. Marcum Antonium de Sabatinis factæ ann. 1591: die vltima Octobris Alphonso eius ex Patre Nepoti ac eius primogenitis, cum perpetuo inter eos fideicommissis in quo fuit particulariter assertum valoris scutorum circiter septem millium septingentorum d. summam propè attingentibus, qui successiue probabiliter augeri potuit. Verum etiam ex Instrumento alienationis per Marchionem factæ in dd. de Ghellis anno 1628. 22. Octobris in quo tanti fuit æstimatum, Bald. in leg. cum fundus, §. quanquam sub n. 1. in fin. vers. in gloss. si fundus, & c. dicens quod emptor non præsumitur stultus, & idè res tanti valere censetur, quanti vendita fuit nisi aliud probetur ff. de reb. eorum, Cephal. cons. 26. sub n. 15. Versic. Postremo, & c. ac seq. Menoch. conf. 358. sub n. 22. vers. quinto conserit, & c. cum seq. Surd. cons. 181. sub n. 21. vers. tamen fallit, & c. Maltrill. decis. 280. n. 52. vers. Et res tanti dicitur valere, & c. cum seq. Et ex alio sub die 5. Iulij 1642. in quo eandem summam ipsis Emptoribus à Marchione restitutam fuisse apparet præcedentibus dictis Decisionibus, ac Sententia Rotali ita expressè declarantibus, ipsumque Marchionem condemnantibus. Quæ ideo attendi, ac Marchioni restituenda est ratione interesse, quod passus est ob d. euictionem, atque præstari debet tam ex natura contractus leg. euicta la 1. & la 2. vbi gloss. & DD. l. si cum venditor, §. final. ff. de euict. cum aliis supra citatis, quàm ex pacto speciali refectionis damnorum, & interesse in dicto Instrumento explicitè conueno, ac plenius in præcitate formulario extenso, Castr. in leg. Titus cum decederet n. 3. versic. ex decisione vero, & c. ff. de Actio. empr. Peregr. de fideicommiss. art. 52. sub num. 55. vers. punctus, & c. & respondit Rota

- Rota in decis. 13. numero 1. versic. qui debet attendi, & c. cum seq. ac decis. 378. numero 1. vers. & quod huiusmodi tempus, & c. part. 4. diuers. & latius in Ferraricn. Decimarum coram bon. mem. V bald. in recent. decis. 227. à num. 3. vers. quia huic obiecto fuit responsum, & c. cum sequent. ac decis. 710. part. 4. tom. 2. & 3. in quibus clarè explicatur hæc materia, & in aliis relatis per Marefc. resolut. 79. sub n. 5. vers. & est sciendum, & c. cum seq. lib. 2. & per Modern. Pisaren. in d. tract. de euict. quast. 179. à n. 20. versic. At contra, & c. cum seq.
- 10 Liquidatio vero fructuum in d. summa librarum tredecim millium sexcentarum septuaginta quinque, & solidorum vndecim calculata super eodem valore ad rationem librarum quinque pro singulis centenariis, & annis ab euictione re ipsa secuta, & ablatione bonorum vigore executionis factæ anno 1639. Visa fuit Dominis proportionabilis, & satis iustificata tam ex præsumptione legali, secundum quam fructus bonorum huiusmodi immobilium tanti regulariter æstimari solent iuxta gloss. in Auth. perpetua in verb. iusta Cod. de Sacrosanct. Eccles. & in his terminis respondit Rota in d. Ferraricn. Decimarum coram bon. mem. V bald. in recent. decis. 718. numero 1. vers. qui valor apparet taxatus, & c. part. 4. tom. 3. Thesaur. Iun. quast. forens. 3. in fin. vers. item fructus, lib. 3. Quam ex dicto Instrumento die 5. Iulij 1642. celebrato inter dd. de Ghellis, & Marchionem qui sanè maxime prudens, ac diligens paterfamilias censeri non potest proprium iactare voluisse, vt successu temporis, litibus, atque dispendiis ab eius Auditoribus recuperaretur ad leg. cum de indebito vers. qui enim soluit, & c. Digest. de probat. In hac enim materia stante certitudine euictionis, ac temporis, quo Prædium fuit à Ghellis ablatum, leuiore probationes pro liquidatione fructuum arbitrio Iudicis admittuntur vt in specie respondit Rota decis. 317. num. 21. vers. & in consueto ac sub numero 24. versic. sed in casu nostro ac seq. part. 4. tom. 2. & decis. 718. num. vers. & supradicta cum seq. eadem p. 4. tom. 3. & in decis. 521. sub num. 10. vers. super quantitate, & c. cum seq. p. 5. recentior. vbi num. 16. versic. Id quod etiam; & c. dicitur ad hunc effectum sufficere æstimationes, seu calculos etiam inter alios factos, post Alciat. consil. 116. à num. 3. versic. dico igitur, & c. cum sequent. lib. 5. loquentem de huiusmodi liquidatione in transactione inter alias personas facta, quia solæ coniecturæ Iudicis animum persuadentes sufficiunt.
- 11 Nec obstat, quod bona quoque per Marchionem Fontanam cum Com. Boschetto permutata fideicommissis maiorum subiecta dicantur.
- 12 Tum quia nec id probatur attentis præcipuè detractionibus quæ in omnem casum illa potuerunt ab eis (si quæ apparerent) eximere leg. Marcellus, §. Res quæ Digest. ad S. C. T. rebell. leg. quoniam in prioribus, & leg. omnimodo, Codice de Inoffic. testament. Olsac. decis. 148. sub numero 13. versic. ratio pariter, & c. Decian. consil. 85. sub num. 1. cum sequent. lib. 2. Peregrin. de Fideicommiss. articulo 36. num. 27. vers. Præterea, Rota decis. 342. num. 4. vers. cessare visa fuit p. 5. recent.
- 13 Tum quia hoc specialiter fuit narratum in dicto Instrumento ex parte Marchionis, quod non fecit Comes ex parte sua, Imò idem Comes pro abundantiori cautela constitutus fuit Procurator ad perendam, & impetrandam Apostolicam derogationem, & aliorum Marchionis bonorum

subrogationem, quo magis securus esset, vt in eo legitur in Processu fol. 22. pag. 2. Versic. Conuenientes, & c. iuxta tradita per Rotam penes bon. memor. Cardin. Millin. decis. 116. num. 2. versic. de quo dicebant Domini, & c. cum seq. & in recentior. decis. 402. numero 14. Versic. Hodie tamen, & c. part. 4. tom. 2. Quare cum nullæ adhuc fuerint ob hanc causam Comiti bene notam, ac specialiter insinuatam illatæ ipsi, vel eius successoribus molestiæ, non potest vtrique Marchio ea ratione conueniri pro liberatione, vel aliis, siue in exercitio Iuris sui impediri leg. 1. §. venditorum, in fine ff. de act. empt. Surdus decis. 265. sub numero 27. versic. Et quamuis, ac sequentibus, & respondit Rota penes sanct. memor. Gregor. XV. decis. 90. à numero 8. versic. præterea non procedit, cum sequent. ac in recentior. decis. 753. sub numero 2. versic. secundo, & c. part. 3. & dec. 207. num. 13. Versic. Ideoque cum iurari non valeret, & c. cum sequent. part. 5. Eoque minus stante facultate Comiti attributa plenior procurandi securitatem ad leg. debitor meus Digest. de Negot. gest. leg. quoties §. sicut autem, Digestis de admistr. tutor. Roman. consil. 187. num. 5. versic. Aut non soluit, & c. Alban. consil. 217. num. 23. versic. Ad prædicta; Surdus consil. 290. sub num. 33. Versic. Verum ego, & c. cum aliis relatis per Hering. de fideiussor. cap. 27. part. 1. sub numero 264. Versic. Decimotertio quando bona debitoris, & c. cum seq.

Minus obstat, quod Marchio non inuestiuerit libr. quatuor mille sibi solutas à Com. Boschetto pro adæquatione contractus, vt tenebatur ex pacto ibidem conueno in dict. Processu fol. 21. pagin. 1. versic. Conueniunt partes prædictæ, & c.

Quia cum nullum ob id damnum senserit Comes, neque eius Hæredes, ac successores, nihilque prorsus illis deperierit, excusatur Dominus Marchio, vt probat Surdus dicta decis. 265. n. 39. versic. & defectus implementi, & c. & respondit Rota penes Cardinal. Seraphin. decis. 1243. num. 5. versic. non obstat quod emptor possit agere, & c. & in Romana Palatii seu Censuræ V. I. Maij M. D. X. C. coram Bubalo apud Marchesam. de Commiss. part. 1. folio 747. sub numero 5. versic. non obstat quod qui promissit, & c. Pen. decis. 531. n. 2. versic. cum Bartholomæus emptor, & seq. ac sanct. memor. Gregor. XV. decis. 247. numero 11. vers. Itaut præterea, vbi Add. numero 20. versic. exceptio non implementi, & c. referunt concordantes. Et magis etiam stantibus prædictis molestiis, litibus, ac euictionibus, quæ postea superuenerunt; Satisque opportunè præfatæ conuentioni in effectu parebit eandem quantitatem inuestiundo ex summis illi, vt dictum est; per Dominum Com. Boschetum restituendis iuxta dicta decis. Card. Seraphin. 1243. Versic. sufficit enim, & c. cum similibus.

Atque ita fuit conclusum informantè tantum D. Marchione Fontana. Sed D. Com. Boschetto sæpè sæpius citato, & diu expectato, & c.

R. P. D. PEVTINGERO.

Romana quatuor domorum.

Luna 21. Iunij 1649.

ARGUMENTVM.

Extrema in Saluiano requisita, quæ sint. Obligatus inuestire pecunias, in casu non implementi, ad quæ teneatur Præscriptio, quando detur.

SVMMA RIVM.

- 1 Extrema requisita in Saluiano, sunt, possessio bonorum, de quibus agitur, in obligato de tempore obligationis, moderna possessio illius, cum quo Iudicium intentatur.
- 2 Obligatio Cameralis dat executionem paratam.
- 3 Obligatus ad inuestimentum pecuniarum in censibus, seu locis montium in casu non adimplementi, tenetur ad fructus, qui ex hac capitali percipi potuissent, factis inuestimento.
- 4 Præscriptio non datur contra actionem non natam.
- 5 Neque intrat in vita illius, qui est in mala fide.

DECISIO LVII.

Iudex ab A. C. deputatur inter Sor. Fenitiam Crescentiam, & D. Franciscum Serlupium, pronuntiauit Sor. Fenitiæ Crescentiæ Moniali dandam esse immiſſionem in quatuor domos, de quibus agitur in Saluiano pro scutis mille donec de earum pensionibus ipsi satisfiat in hac summa sibi solui promissa per bon. mem. Octavianum Crescentium eius Patrem, & pro scutis 367. † pro fructibus decursis ab ipsa præteritis; Causa appellationis ad Rotam delata Domini immiſſionem pro forte scutorum mille approbarunt; sed de fructibus mandarunt separatim videri; Nam quoad fortem scutorum mille monetæ inuestien. in aliquo censu, seu locis montium infra tres annos proximos, quorum dominium ipsa consequebatur, & de iis ad libitum disponere posset, vt ipsum Instrumentum ostendit, & interim quolibet anno solvere scuta 40. per Instrumentum obligationis factæ ab Eq. Octauiano die 5. Maij 1600. res caret difficultate, habetque executionem paratam; dum omnia in saluiano requisita extrema obligatio nempe Octauiani omnium bonorum, intra quæ tunc aderant hæ quatuor domus, earumque moderna possessio Francisci cum hypotheca ad fauorem Manialis satis fuerunt iustificata, vt in simili fuit dictum in Romana Saluiani de Casalibus 21. Iunij 1641. coram R. P. D. meo Cerro & in eadem 11. Mart. 1643. Rota post Cenc. de cens. dec. 48. n. 1. & apud Moder. tract. de manur. decif. 219. n. 4. Dur. dec. 401. n. 3. maxime stante obligatione Camerali Seraph. dec. 935. n. 1.

Non obstat quad pecunia regulariter non pariat pecuniam, quia Octauianus non simpliciter promissit scuta mille, sed inuestienda ad fauorem monialis in censibus, seu locis montium, de quo inuestimento cum non doceatur intrat obligatio ad fructus, qui ex hoc capitali percipi potuissent ea pluribus allegatis per Pacific. de Salu. dec. 39. per tot. apud Cenc. de cens. decif. 479. n. 11. post modern. Foroliuuen. tr. de legit. dec. 29. Rota dec. 85. n. 14. p. 4. tom. 2. rec. cum aliis cumulatis in Bonon. de Lambert 3. Iulij 1647. coram R. P. D. meo Bichio.

Nec Serlupius contra Moniales exceptione prescriptionis se tueri potest non solu. dictam sortem scut. mil. seu Capitale. Quia præscriptio ante triennium datum ad inuestiendum currere non potuit vsque ad diem 5. Maij 1603. cum contra actionem non natam non detur præscriptio l. cum notissimi 7. C. de prescr. 30. vel 40. ann. §. illud, neque in vita Octauiani propter eius malam fidem dum iuramento inuestire promissit.

Et ita vtraque parte, &c.

R. P. D. VEROSPPIO.

Romana retentionis domorum.

Sabbathi 23. Ianuarij 1649.

ARGUMENTVM.

Ægidiana non habet locum, stante iniustitia sententiæ Bona fideicommissi debent contribuere ad solutionem legatorum extinctio crediti, quomodo inducatur inter socios. Probationes post sententiam, cuius sint valoris. Legata de quo soluantur, an de substantia, au de fructibus Hæreditatis: attento fideicommissio, & modo legandi Testatoris.

SVMMA RIVM.

- 1 Ægidiana constitutio exclusiua appellationis in Iudiciis omnino summariis, non habet locum, attenta iniustitia sententiæ.
- 2 Bona fideicommissio particulari obnoxia debent contribuere ad solutionem legatorum ab eodem fideicommittente relictorum, dum patrimonij vires legatorum onera non sustinebant.
- 3 Creditum inter socios super aliquo negotio, ex assignatione totius negotij cū clausulis plenissimis translationem dominiij importantibus, ac omnibus iuribus actiuis, & passiuis, facta ab altero ex ipsis, vel remanet extinctum.
- 4 Vel saltem præsumitur solui, quia in præcedente satisfactio crediti prius debuerat imputari.
- 5 Iniustitia sententiæ, ad effectum excludendi Ægidianam, ex eisdem Actis resultare debet.
- 6 Relatio secunda periti, & si post sententiam, conformis primæ ante sententiam in Processu existenti, non vti noua probatio, sed conualidatio eiusque primæ dilucidatio reputatur. Adeoque pro coadiuuanda probatione iustitiæ sententiæ admitti debet, ac si tunc temporis, fuisset in Actis producta.
- 7 Clausula. Ad habendum. in contractu apposita, in stipulantem transfert dominium, dum pro ipsius translatione habilis causa præcessit.
- 8 Fideicommissarij, & legatarij à Testatore, attendita Iuris exæquatione, censentur æq. delicti.
- 9 Prohibitio facta à Testatore de alienandis bonis, quæ fideicommissio supposuit, non extenditur ad præiudicium legatariorum in eodem Testamento, sed videtur potius adiecta ex erronea pinguioris fortunæ credulitate, quam testator in suo patrimonio sperauerat.
- 10 Dilatio concessa hæredi pro legatorum implemento, in solam ipsius utilitatem, à testatore attributa censetur, quando ex temporis cursu, non decurrat tot ex redditibus hæreditatis, quos pro ipsorum

ipsorum implemento sufficiat: quo casu de fructibus, absque diminutione Hæreditatis, solui debent.

- 11 Et eo magis, ubi illa, non annuali solutione, sed unica erant vice præstanda, quæ proinde ex substantia hæreditatis statim exsolui poterant, & si fuerint de proprio patrimonio per hæredem perfolua, super hæreditariis corporibus legitime reineri.
- 12 Nec ullo modo debent compensari cum fructibus medio tempore retractis, quos hæres beneficiatus facit suos, ubi cum legatariis, seu fideicommissariis particularibus insurgit questio.
- 13 Fructus hæreditatis ad fauorem creditorum sunt computandi.

DECISIO LVIII.

In sententia A. C. fuerat attributa facta retentione Domorum, de quibus agitur, D. Nereo Scarlatto possessori pro summa scutorum 8550. sibi debita per Laurentium, & Iosephum de Carpians hæredes institutos in Testamento Iacobi, ac in controuersis corporibus particulari erga propriam familiam fideicommissio grauatos, qui Hæreditatis prædictæ creditores extiterant in summa longè maiori diuersis Iacobi legatariis perfoluta; Hæc autem retentio cum postmodum per alteram sententiam fuisset denegata D. Scarlatto ad huius instantiam delata mihi causa dubitauit, An Ægidiana Constitutio exclusiua appellationis in Iudiciis omnino summariis interpositæ prouocationi resistat, & Domini negatiuè responderunt ex iniustitia fundamento ipsius vim Constitutionis elidente, iuxta opinionem Corn. in cons. 10. num. 2. lib. 4. & Conzard. in leg. unica Codice de mom. poss. lim. 9. num. 22. semper in hoc Tribunali receptam, & attestantur Rota in Auenion. hæreditatis 20. Iunij 1648. coram R. P. D. meo Royas in principio, & antea in decif. 324. num. 3. part. 2. recent. & coram Buratto decif. 630. num. 1. & 850. n. 4.

Huius verò iniustitia sententiæ beneficiatis hæredibus, ac eiusdem hæreditatis creditoribus retentionem denegantis in bonis stabilibus particulari fideicommissio suppositis elucescit ex relatione Damiani Periti in actis prioris instantiæ producta, vna cum infra scripta assignatione, comprobata ex altera Fusci relatione nouiter de communi partium consensu à Rota deputati, ex qua constat nihil in Patrimonio Iacobi de tempore obitus remansisse, præter adducta stabilia particulari fideicommissio obnoxia, quorum contributio excludi non poterat à Iudice prioris instantiæ, dum patrimonij vires legatorum onera per fideicommittentem relicta non sustinebant, ex notatis in leg. Patet filium Digestis de leg. 3. & ibi Bart. & Alberic. n. 1. ceterisque communiter, Iaf. in l. commodis n. 4. ff. de re iud. Cuman. in l. peto §. Prædium n. 3. ff. de l. 2.

In sua enim relatione ostendit idem Fulcus creditum Iacobi in scutis 13. m. cum Laurentio hærede contractum occasione negotiationis fecum antea initæ prouenire ex causa vulgo di vili, & di sanan zi, iuxta mercatorum stylum inexigibili, adeoque concludit in ipsius hæreditate imputari non posse, tanquam aëream, attenta præsertim assignatione totius negotij cum omnibus iuribus actiuis, ac passiuis, singulisque effectibus, debitis, ac creditis per eundemmet Laurentium facta Iacobo vsque ab anno 1603. sub amplissimis clausulis dominiij translationem importanti-

bus, ex qua prædictum creditum, vel remansit extinctum ex dispositione Iuris relata in leg. debitori Codice de pact. & leg. quod de bonis, §. quod Anus, Digestis ad l. falcid. & notant vtrobique Dēctores Rota in Firmana legitima 16. Februarij, & 22. Iunij 1618. coram bon. memor. Vbaldo, & in Viterbien. Castrorum 9. Iunij 1626. coram bon. mem. Coccino in §. quod autem, vel saltem præsumitur solum ex assignatione prædicta, quæ in præcedenti satisfactione crediti prius debuerat imputari, secundum Gloss. in leg. Marcellus, §. res quæ, à DD. ibidem communiter approbatam, Dig. ad Trebell. & ibi per Bart. in princ. Ang. num. 2. Iaf. num. 6. ceterosque relatos in Romana fideicommissi de Capiteferreo 19. Febr. 1646. in §. deinde conclusio coram R. P. D. meo Corrado.

Non obstat, quod ad excludendam Constitutionem Ægidianam iniustitia sententiæ ex eisdem debeat actis resultare, vt notat idem Corn. in adducto consil. 10. numero 2. vers. cum igitur lib. 4. Conzard. in adducta leg. unica limitat. 9. numero 22. & ponderauit Rota coram Seraphino decif. 772: numero 2. & coram Buratto 630. pariter numero 2. & 850. numero 4. adeoque conici non valeat ex noua relatione Periti Rotalis in actis prioris instantiæ non producta. Quia dum iniustitia sententiæ resultabat ex præcedenti relatione Damiani in actis tunc existente, & ex infra scripta assignatione, hæc secunda relatio non vti noua probatio, sed conualidatio primæ, eiusque dilucidatio reputatur, secundum Baldum in cap. 1. de fide instrument. numero. Dec. in Auth. si quis in aliquo numero 3. Codice de Eden. Rota coram Casar. de Grass. decif. 20. de probat. numero 11. Adeoque pro coadiuuanda iniustitiæ probatione admitti debet, ac si tunc temporis fuisset in actis producta, vt respondit Rota in Cæsaraugustana portionis 16. Nouembris 1605. coram Iusto, post Marchef. de commiss. part. prima cap. 1. folio 346. sub num. 4. & n. 5. Præsertim quia de tempore prioris instantiæ, adhuc producta fuerat assignatio totius negotij per Laurentium facta Iacobo sub clausula, ad habendum, adiecta facultate liberè disponendi, ac pacto capiendi possessionem propria auctoritate nullo iure assignanti referuato, quæ proinde à Laurentio stipulata censetur, vt totius negotij dominium, ac proprietatem in Iacobum creditorem in extinctionem proprii debiti transferret, dum habilis causa pro translatione dominiij præcessit, vt notat Bart. in leg. si constante n. 98. ff. solut. matrim. Gozad. consil. 38. num. 11. Becc. cens. 105. n. 19. Rota coram Buratto decif. 574. n. 4. & in Romana subhastationis de Alexiis 12. Decembris 1644. coram R. P. Domino Cerro, & in Regien. bonorum 23. Februarij 1646. coram R. P. Domino meo Corrado. Ac consequenter subsecutam sententiam ostendit iniustam, quæ denegauit contributionem particularis fideicommissi sub falso supposito crediti adhuc in Hæreditate existentis, quod tamen ex assignatione prædicta extinctum fuisse dignoscitur.

Neque adducta contributio poterit euitari, vel ex arctissima alienandi prohibitione eidem fideicommissio per testatorem adiecta, quasi ipsius inde voluntas arguat deferendi integrum fideicommissum in specialiter grauatos. Ceteros verò legatarios priuandi re legata, quatenus legati onus patrimonij vires non sufferent, vel ex dilacione quinquennali Hæredibus attributa pro adiri

ad implendis legatis, quasi inde præsumatur destinata legatorum solutio per Testatorem in fructibus, non autem in substantia hæreditatis.

- 8 Quia ex ea prohibitione argui non potest restituta voluntatis ex Testatore, qui æqualiter fideicommissarios prædilexisset, ac legatarios ex iuris dispositione in omnibus exæquatos, de qua in l. prima ff. de leg. 1. & in l. 1. & 2. Cod. communia de lega. sed ea potius prohibitio videtur adiecta ex erronea pinguioris fortunæ credulitate, quam Testator in suo patrimonio sperauerat, ut inquit textus in §. in fraudem Institut. quibus ex causis manum. non licet, & ponderavit Franc. in decis. 236. n. 11. Dilatio vero quinquennalis concessa pro legatorum implemento in solius utilitatem hæredis attributa censetur, dum legata prædicta scuta 16. Mill. excedebant nec intra spatium quinquennij persolui poterant ex fructibus hæreditatis non excedentibus redditum scutorum 650. ex notatis per DD. in leg. ultima §. fin. autem legata C. de bonis, qua lib. Couarr. var. lib. 2. cap. 2. n. 7. §. tertio considerandum. Craff. in §. legatum 9. 35. num. 2. Fular. cons. 67. n. 3. Peregr. de fide instrument. art. 5. n. 24. in fine. Nec illa annuali solutione sed vnica erant vice præstanda, quæ proinde ex substantia hæreditatis statim exsolui poterant, & si fuerint de proprio patrimonio per heredem persoluta super hæreditariis corporibus legitime retineri iuxta textus in adducta l. ultima §. fin. autem legata C. de bonis qua lib. & notat ibi Bart. & in l. ultim. ff. de usufruct. legat. n. 6. Alex. in leg. usufructu ff. ad leg. falcid. n. 3. Iason. in leg. 1. n. 14. colum. 2. ff. ad Trebell. Couarruu. variarum lib. 2. cap. 2. n. 7. §. ceterum, Fularius de substitution. quaest. 665. n. 1. Rota decis. 399. num. 38. part. 5. rec. nec villo modo debent compensari cum fructibus medio tempore retractis, quos hæres beneficiatus facit suos, vbi cum legatariis, seu fideicommissariis particularibus, provt hoc casu contingit, insurgat quaestio, iuxta textus in leg. in ratione in principio, & leg. in quantitate ff. ad l. falcid. & in §. quantitas Institut. eodem titul. Fular. de subst. q. 665. n. 7. Rota post Merl. de legat. decis. 20. n. 12. & late comprobat Peregr. de fideic. art. 48. n. 74. distinguendo inter legatarios, ac creditores, ad quorum tamen fauorem fructus hæreditatis fauore computandos firmavit Rota in Romana quarti dotalis 19. Iun. 1645. coram R. P. D. meo Cerro.
- Et ita vtraque, &c.

EMINENTISS. ET REVERENDISS.
D. CARD. CORRADO.

Anconitana Saluiani.

Luna 19. Iunij 1651.

ARGUMENTVM.

Possessio ex decreto Iudicis capta est manutentionibilis in præiudicium anterioris Aduersarij. Saluianum cuius sit naturæ. Possessio, quæ provenit ex aditione hæreditatis, est merè ciuilib. Exceptiones illiquidæ non impediunt immiſſionem in Saluiano, & plura de manutentione.

SVMMARIVM.

1. Possessio Iudicis auctoritate adeptæ, iustam præbet manutentionis causam.

2. Atque Aduersarij anteriorem elidit, ac excludit, ita quod illa non est manutentionibilis.
3. Sententia Iudicis præsumitur iusta.
4. Et probatur valida ex processu, in quo fuerunt rectè seruati termini, & cætera omnia Iudicij ordinem concernentia, iuxta dec. Verall. 262. pag. 2.
5. In Saluiani interdicto necessaria sunt, creditum Actoris cum hypotheca omnium bonorum debitoris presentium, & futurorum. Et quod de tempore instituti Iudicij possiderentur ab Aduersario quod probatur etiam per sustentationem litis. Quæ ad obtinendam in hoc Iudicio immiſſionem plenè sufficiunt.
6. Saluiani interdicti remedium, cum sit in rem scriptum, sequitur possessorem bonorum.
7. Exceptio apposta à Reo in Saluiano se non possidere: vbi medianantibus Instrumentis locationum cum receptione pensionum, vel aliis similibus probetur, non est attendenda, nisi iustificetur.
8. Protestatio asserens aliquid cum careat asseri iustificatione, nullius est momenti ad effectum impediendi executionem sententiæ iam antea prolata.
9. Aditio hæreditatis, non transfert in aduentem, naturalem bonorum possessionem, antequam fuerit actualiter apprehensa.
10. Eoque minus quando alter ex hæredibus possidet solus, ac de bonis ad libitum disponit.
11. Solutio debiti liberat fundum ab hypotheca.
12. Exceptiones illiquidæ, ac discussionem requirentes, non valent impedire immiſſionem in Saluiano interdico, cum eius Iudicij summarij natura admittat solum quæ certa sunt, & liquida, nullamque probabilem recipiant controuersiam, & num. 13.
14. Fideicommissum, vbi hæres grauatus sub conditione deficientiæ illius filiorum, ipsi de tempore eius mortis superextantibus, euanescit.
15. Interpretatio voluntatis Testatoris ex coniecturis adducta, subdubia est, ac plurimum controuersa, ita vt constans, ac certa dici non possit, antequam fuerit per rem indicatam approbata.
16. Ideoque admittenda non est in possessorio, summarioque Saluiani Iudicio.
17. Neque in summarissimo manutentionis attendi debet.
18. Eoque minus cum obiecta detractiones, alienationes, ac alia pro exceptione deducta, longiorem discussionem exposcunt, quam subiecta materia postulat ratio.
16. Manutentionis remedium contra Iudicis sententiam ac eius auctoritate immiſsum quibus casibus concedi solet: & quomodo procedatur.

DECISIO LIX.

FRatres de Lanfranchis creditores fructuum censuum q. Aneæ Ferretti in summa sc. 1280. immiſsi fuerunt vtilis Saluiani remedio ex sententia Locumtenentis Ciuitatis Anconæ in possessionem nonnullorum bonorum debitoris contra Anton. illius filium, & hæredem, qui præterdens nulliter, ac iniuste processum petebat manutentionem. Verum hæc (hodie causa discussa) visa fuit Dominis concedenda Lanfranchis.

Quoniam

1. Quoniam illi possessionem adepti fuerunt Iudicis auctoritate, quæ iustam præbet manutentionis causam leg. iuste possidet. ff. de acq. possess. l. 1. & 2. ff. ne vis fiat ei, Rota pernes san. mem. Greg. decis. 580. n. 2. vers. tanto magis, &c. Cardin. Cauall. decis. 42. sub n. 1. Durand. decis. 141. n. 1. vers. quia cum ille, & in rec. decis. 513. sub n. 2. vers. præsertim accedente decre Iudicis, &c. par. 1. & decis. 148. n. 1. vers. fideique, &c. part. 4. tom. 2. & decis. 229. sub n. 1. cum seq. part. 5. cum aliis relatis in Romana Saluiani 8. Februar. 1647. in princ. coram R. P. D. meo Royas, ac in Lauretana Saluiani 28. Ianuarij 1650. coram Reuerendiss. D. meo Decano in §. si quidem constat, &c. Atque aduersarij anteriorem elidit, ac excludit, ita quod illa non est manutentionibilis. qui vniuersas §. item cum prator, vbi Odo-fred. Cuman. Ang. Alex. & alij, ff. de acq. possess. Rota decis. 802. sub num. 6. vers. idem enim operatur immiſſio, &c. cum seqq. part. 1. diuers. & penes sanct. mem. Greg. d. decis. 82. sub num. 3. vers. nec obstat, &c. cum seq. Card. Cauall. d. dec. 42. num. 2. vers. nec obstat possessio, &c. & in rec. dec. 644. sub n. 5. vers. secundo principaliter, &c. n. 1. & d. dec. 148. sub n. 2. vers. & non est habenda in consideratione, &c. part. 4. tom. 2. & sæpè in aliis.

Neque obstat quod Iudex præfatus nulliter, ac iniuste processerit.

Quia contrarium probatur non solum ex iuris præiumptione, quæ pro illius sententia viget. dict. leg. iuste possidet. ff. de acq. possess. l. 2. vbi not. DD. C. de offic. ciuil. Iudic. Rota penes Mant. decis. 272. num. 3. vers. neq. obstat, & c. san. mem. Greg. dec. 336. num. 14. vers. cum possessio, &c. Durand. decis. 7. num. 19. vers. & ratio est, &c. ac dec. 65. num. 1. vers. sententia enim, &c. & in recent. decis. 94. num. 1. vers. sententia enim, &c. decis. 654. sub n. 6. vers. tam maxime, &c. part. 1. ac dec. 314. sub num. 2. vers. nam cum censu, &c. dec. 646. sub num. 5. vers. cum alias pro Iudice, &c. part. 2. & dec. 489. sub num. 2. vers. etenim regulariter, &c. part. 3. dict. decis. 148. n. 4. vers. atiam Iudex in dubio præsumitur, &c. p. 4. tom. 2. Sed ex ipso processu, in quo fuerunt rectè seruati termini, & cætera omnia Iudicij ordinem concernentia iuxta dec. Verall. 262. p. 2. Et plenè iustificata quæcumque in hoc interdico necessaria, scilicet creditum Actorum cum hypotheca omnium bonorum debitores presentium, & futurorum ex duobus publicis Instrumentis censuum, Altero sub die 23. Aprilis 1597. & altero sub die 18. eiusdem mensis 1598. celebratis per Aneam Ferretum ad fauorem Curtij Lanfranchi, cuius sunt in effectu hærede Carolus, & Francisus fratres prædicti, vt Testes plures legitime recepti deponunt. Quodque res de quibus agitur, fuerint in bonis præfati Aneæ post contractam huiusmodi hypothecam constat ex pluribus Instrumentis actis, ac etiam confessionibus iudicialibus ipsius Antonij in processu productis. Et quod demùm tempore Iudicij huius instituti ab ipso Antonio possiderentur apparet ex eodem quoque processu, & specialiter ex publicis Instrumentis locationum cum exactione pensionem, ac censuum respectiue, longaque litis sustentatione; Quæ ad obtinendam in præsentis Iudicio immiſſionem plenè sufficiunt, Bart. in l. 1. sub num. 3. vers. quæro quæ est differentia, &c. ff. de solu. imerd. & in l. 1. sub n. 1. vers. quæro quid differat, &c. C. cod. iur. Rol. consil. 14. num. 13. vers. primo requiritur, &c. lib. 1. Negul. de pignor. part. 8. memb. 3. Salgado Labyrinth. Credit. Tom. II.

sub num. 10. vers. septima conclusio est, &c. Menoch. de adipisc. rem. sub num. 160. vers. quæro vigeſimo nono, &c. cum seqq. Rota decis. 186. in princip. & numero. 1. part. 4. diuers. & penes sanct. memor. Gregor. decis. 318. decis. 491. num. 6. vers. iustitia sententiæ, &c. apud Pen. decis. 601. numer. 1. vers. cum enim, &c. decis. 623. per tot. Burratt. decis. 728. numero 14. vers. quibus concurrentibus, per tot. Durand. decis. 40. num. 1. vers. quibus concurrentibus, & c. ac decis. 461. sub n. 1. vers. iustitia verò, &c. ac in recent. decis. 294. sub num. 1. vers. quia de credit. &c. cum pluribus seqq. part. 1. decis. 775. sub num. 1. vers. quibus stantibus, &c. part. 2. & decis. 560. sub num. 1. vers. Domini affirmatiue respondendo, &c. part. 3. ac decis. 512. & dec. 513. eadem part. 4. tom. 3.

Non enim subsistit obiecta nullitas ob defectum citationis Domini Francisçi Equitis Hietosolymitani Fratris Antonij, atque cohæredis Aneæ communis eorum Patris.

Quia non fuit actum personali actione, sed vtilis Saluiani remedio, quod cum sit in rem scriptam sequitur possessorem bonorum qualis erat Antonius, ac proinde ille solus iure merito fuit conuentus, & condemnatus leg. 1. vbi glossa in verbo competis, ff. de Pracar. & solu. imerd. leg. fin. Cod. si vnus ex plur. hered. Glossa in leg. 1. in verbo non prohiberis, Cod. de hered. action. Menoch. de adipisc. d. rem. 1. num. 55. vers. quæro septimò, &c. cum seq. Surtus decis. 174. sub num. 8. vers. primum est, &c. cons. 191. sub num. 9. vers. hoc autem non habeo pro absoluto, &c. Peregr. de fideic. art. 53. num. 53. vers. quæ optime corroborantur, &c. & respondit Rota decis. 179. sub num. 2. vers. quamuis enim, &c. cum seqq. ac decis. 186. num. 5. vers. non obstat quod dicitur, &c. cum seq. p. 4. diuers. & sanct. mem. Gregor. decis. num. 4. vers. Et remedium Saluiani, &c. ac decis. 252. sub num. 5. vers. Et sic D. Carolus, &c. part. 4. rec. & fuit dictum in Aſina Saluiani 18. Iunij 1627. coram RR. D. meo Decano, in Feretran. Paroch. 18. Februarij 1628. cor. bon. mem. Card. Viril. apud Moder. Perus. de manut. decis. 219. num. 3. vers. nam respondetur, &c. decis. 518. num. 16. vers. defectus nullitatis, &c.

Nec releuat assertio eiusdem Antonij in eius scriptura opposita libello actorum, ac respondendo positionibus, quod possideret dicta bona pro indiuiso cum eius fratribus, & specialiter cum d. Eq. Francisco.

Quia cum ex prædictis, & ex publicis Instrumentis tam locutionem, eorundem bonorum cum pensionem exactionibus, quam dispositionionis, ac alienationis illorum mediante asserta donatione facta cæteris eius filiis constet quod ipse solus ea possidebat, non est attendenda huiusmodi exceptio, nisi iustificetur leg. 1. ff. de except. l. 2. ff. de prob. March. part. 2. de comm. quod terr. ad caus. admitt. folio mibi 260. num. 54. vers. vnde si aliquis, &c.

Minus releuat protestatio eiusdem Equitis Francisçi ad impediendam executionem d. sententiæ iam antea prolata facta cum Inhibitione A. C. obtenta. Quia cum illa patiter cæteret iustificatione assertæ illius possessionis nullius erat momenti ad affectum impediendi executionem, ideoque iure merito præfata Inhibitio fuit moderata ad leg. 1. vbi glossa in verbo restituntur, C. de priuileg. filic. gloss. in l. ob maritorum, in verbo probaueris, C. 18.

C. ne vxor. pro mari. Imol. in l. a. Diuo Pio, §. si super rebus sub n. 1. §. vers. Et an incubat ei onus probandi, &c. inf. vers. sed debet probare, &c. & bene declarat ibid. Alb. n. 1. vers. Ex isto, §. colligitur quod nullus potest impedire executionem, &c. sub num. 1. vers. quia dato quod referens controuersiam, &c. ff. de re iud. Bart. in d. l. ob maritorum sub n. 1. vers. sic ut si ipsa vxor, in lect. antiq. sub n. 2. vers. secundo quoro, &c. Bald. sub n. 1. vers. sufficit ergo protestantis, &c. C. ne vxor pro mari. Specul. part. 2. sub. rnb. de prim. & secundo Decretio, §. restat 3 sub n. 4. vers. quid si apud eum, &c. in n. 5. vers. sed qualiter probabit, &c. infra, Rota decis. 100. sub n. 1. vers. prater ea non sufficit, &c. cum seq. p. 1. & d. decis. 197. sub num. 2. vers. quoniam enim, &c. p. 4. diu. & penes Cardin. Seraph. decis. 314. num. 2. vers. quo stante, &c. cum seq. dec. 804. sub num. 1. vers. nam ad hunc effectum, &c. Caual. dec. 429. num. 1. vers. non enim videbatur, &c. Buratt. dec. 206. num. 5. vers. sicut non retardatur, &c. in rec. dec. 335. p. 1. Si quidem aditio hæreditatis paternæ à singulis fratribus pro eorum portionibus facta non æquè in eos transfuit naturalem bonorum possessionem antequam fuerit aëraliter apprehensa l. cum hæredes l. qui vniuersus, §. quod per colonum ff. de acq. poss. Baldus, in leg. fin. num. 2. vers. item ex hoc, &c. C. de Edict. Diu. Adr. toll. Crau. conf. 202. num. 35. vers. nam dominum. Eoque minus dum constat alterum ex eis solum, nempe Antonium conuentum, & condemnatum possidere, ac de illis ad libitum disponere iuxta theor. Cyn. in d. l. ob maritorum sub n. 1. vers. aut res in quibus sit executio sum penes conuentum, & condemnatum, &c. C. ne vxor pro mari. Bart. in d. §. si super rebus, sub num. 4. vers. aut istam rem possidebat ille, &c. & ibi Cuman. sub n. 3. vers. sed quando possidebatur ab illo, &c. & ceteri scribent. Ofal. dec. 38. per tot. Rot. d. decis. 100. num. 33. vers. scilicet, prater ea non sufficit, &c. part. 1. diu. & penes Buratt. decis. 186. sub num. 14. vers. tandem visum fuit non ob stare, &c.

Prater ea minus subsistit iniustitia eiusdem sententia ex eo deducta, quod Actorum petitio elideretur exceptione anteriori hypothecæ præfata Antonio, ac eius fratribus competentis ratione dotis maternæ, ac iurium censuum, seu creditorum anteriorum per eos respectiue super Æneæ patris acquisitionum, pro quibus illis retentionem de iure competiisse prætenditur.

Nam dos materna pro ea parte, quæ consistebat in fundo dotali fuit restituta. Pro summa vero scut. 3500. expressa in Instrumento dotali sub die 27. Nouembris 1588. celebrato fuit satisfacta mediante illius prædio Montis Torti ex publico Instrumento sub die 2. Iulij 1615. quod post mortem d. Æneæ eius viri ab illa fuit alienatum pretio scut. 5000. ipsi realiter soluto, vt constat ex alio publico Instrumento sub die 16. Aprilis 1636. Ideoque extinctum fuit prædictum creditum, & quæuis hypotheca pro illo competens leg. item libera, ff. quibus mod. pignor. vel hypothec. sol. & leg. Sincubum aut Pamphilius, §. naturalis, & leg. pen. ff. de solut. & habetur in princ. tit. inf. quibus mod. toll. oblig. Surt. decis. 113. sub n. 1. vers. senatus autem, &c. Rot. penes Card. Mant. decis. 146. sub num. 1. vers. nam solutione, &c. Buratt. dec. 283. sub n. 1. vers. & sic solutione debiti, &c. in Romana Domorum de Regardis 12. Iunij 1651. coram RR. D. meo Decano, in §. post hanc postremam resolutionem, &c.

Census autem, & debita hæreditatis paternæ à præfatis Doctores de Ferretis soluta, & respectiue acquisita pluribus exceptionibus probabiliter impugnantur, quibus illorum validitas, ac releuantia in dubium efficaciter reuocatur, ita vt maiorem discussionem requirant, quam admittit summarij huius iudicij natura, in quo ea tantum, quæ certa, & liquida sunt, nullamque probabilem recipiunt controuersiam impediunt immisionem, leg. fin. Cod. quorum bonorum, Natt. conf. 352. num. 4. vers. ex prædictis sequitur, &c. Menoch. de adipiscend. poss. ff. d. remedi. 3. sub num. 180. vers. & est huius sententia ratio, &c. Rota decis. 34. sub num. 11. & n. 23. & part. 2. diuers. & in Bononien. Dotis 3. Iunij 1065. coram Litta apud Stail. de Saluian. interd. decis. 61. per tot. & penes Ian. memor. Gregor. decis. 563. num. 15. vers. licet sufficeret dicere, & decis. 411. num. 24. vers. neque creditum, &c. ac seq. p. 5. recent. & in aliis adductis per eundem Stail. de Saluian. interd. inspect. 2. cap. 1. sub num. 71. vers. aliud autem seruatur in Saluiano, &c. cap. 2. n. 42. vers. in iudicio Saluiani, &c. cum seq. inspect. 5. cap. vnic. sub num. 9. vers. quod tamen intelligendum est, &c. & fuit dictum in d. Laurentan. Saluian. 28. Ian. 1650. coram Reuerendiss. D. meo Decano in §. sed omnis cessare visa fuit difficultas, &c. cum aliis relatis in Perusina Bonorum 18. Iunij 1649. coram Me in §. fin.

Accedit etiam quod cum Antonius sit hæres Æneæ patris, eoque titulo plura bona hereditaria ad ipsum peruenerint vt apparet ex Inuentario ab eo confecto, teneaturque ideo in præsentia eius credita computare quidquid ex hæreditate recepit. Hinc etiam exceptiones prædictæ magis redduntur illiquidæ, ac proinde non erant in d. iudicio admittendæ. Rota penes Card. Seraph. decis. 1178. Buratt. decis. 429. num. 4. vers. Et alterius, &c. decis. 852. num. 3. vers. Et hæc exceptio, &c. in recent. decis. 559. sub num. 3. vers. sed ad hoc fuit responsum, &c. cum seq. sub n. 6. vers. alia sunt credita, &c. part. 1. & decis. 61. numero 4. vers. scilicet accedit, &c. ac decisione 377. numero 7. vers. scilicet ex quibus, &c. part. 2. & decisione 704. part. 3. & decis. 381. sub numero 4. vers. ad quem effectum, &c. part. 4.

Eadem ratione concedit exceptio Auiti fideicommissi per d. Antonium opposita.

Quia ex lectura testamenti non probatur, quin potius excluditur. Cum dict. Æneæ eiusdem Testatoris filius grauatus sub hac conditione, quod si d. Æneæ deederet, seu decesserit sine filiis legitimis, & naturalibus, sine in pupillari ætate, sine postea quocumque portio illi obueniens hæreditatis ipsius Testatoris pleno iure, & sine aliqua diminutione deueniat ad prædictos Iulium, Alexandrum, & M. Antonium eius filios æquis portionibus, &c. obierit pluribus superstitibus filiis legitimis, & naturalibus, leg. ex factis, §. ex factis, ff. ad S. C. Trebell. leg. in bembus, §. pen. Cod. eodem tit. leg. 1. & ibi gloss. in verb. desicere, Cod. de cond. infert. Oldrad. in eius vulg. consil. 21. thesima tale est num. 1. vers. Et mihi videtur cum seq. Craff. in §. fideicommissum quaest. 34. Mant. de coniectur. vltim. volum. lib. 11. titul. 6. sub num. 8. vers. hoc amplius, &c. Peregrin. de fideicommiss. artic. 28. sub num. 5. vers. quod si secundum iura scripta, &c. cum seq. Rustic. ad leg. cum auus lib. 6. cap. 6. & cap. 7. Fusar. consil. 64. numero 6. vers. scilicet, secundo facit, &c. Rota penes Buratt. decisione 280. sub numero 1. vers.

R. P. D. PEVTINGERÒ.
Anconitana Cambiorum,
Luna 2. Augusti 1649.

ARGUMENTVM.

Quando debeantur cambia illi, qui habuit facultatem recipiendi penurias ad cambia: Et quomodo intelligatur illa facultas: & cambia, quando debeantur vti damna, & interesse.

SVMMARIVM.

- 1 Facultas concessa cum hoc verbo: bisognando: non est simplex, & absoluta, sed conditionalis.
- 2 Dicitio parimente, repetit conditionem appositam in alio casu immediatè precedentem, eamque parificat, atque connectit cum sequenti.
- 3 Iunctus præsertim aliis verbis relatis, comedi sopra, qua item referunt omnia in precedenti casu expressa.
- 4 Eoque magis cum eadem conditio vtrique casui bene conueniat, & aequaliter adaptetur.
- 5 Facultas concessa sub conditione, non potest prius exerceri, quam purificata sit huiusmodi conditio, dum non aliter, nec prius ipsi conferretur concessa.
- 6 Facultate recipiendi pecunias sub interesse cambiorum concessa sub aliqua conditione: purificatio conditionis, & facultatis executio debet concedenti intimari, tum pro iustificacione mandatarij, tum pro indemnitate mandantis, vt illi posset, vel pecunias aliunde sub leuioribus foris usuris, vel aliter prouidendo, grauiores cambiorum euitare, vel ab eis demum se eximere, & liberare.
- 7 Nec scientia mandantis præsumpta sufficiens est, sed certa, & indubitata requiritur ad effectum vt ad interesse cambiorum teneatur.
- 8 Librorum inspectio inter socios post finitum negotium, non suffragari potest pro iustificacione cambiorum prius minus legitimè receptorum, qua à consensu, & voluntate parium non pendet.
- 9 Cognoscere præfata post licem cum Aduersario contestatam cambia, quando non debentur vti cambia, an, debeantur saltem ratione damnorum, & interesse, cadit sub illa inspectioe. An, constet de credito liquido Actoris.
- 10 Et an Rem conuentus instam habuerit contradicendi causam: & alia concurrant, que traduntur à Rota in decisionibus hic allegatis.

DECISIO LX.

Aditis denuò partibus, relatisque in Congregatione memorialibus per eas exhibitis, censuerunt Domini non esse differendam vltèrius traditionem voti. Quia licet Sturano concessa fuerit per Angelum de Orimaldis facultas recipiendi pecunias sub interesse cambiorum non solum pro soluendo pretio olei à Betto empti; verum etiam alterius cuiuscumque quantitates necessariz pro seruitio appaltus ab eodem Angelo comparandæ, vt legitur in instrumento inter eos celebrato sub die vltima Decemb. 1630. illa tamen non fuit simplex, & absoluta, sed conditionalis scilicet, (bisognando) Rot. penes Card. Seraphi.

vers. & ideo, &c. Interpretatio verò ex coniecturis adducta subdubia est, ac plurimum controuersa. Ita vt constans, ac certa dici non possit antequam fuerit per rem iudicatam approbata, Rota decis. 477. n. 5. vers. quimo dicebatur, &c. p. 2. rec.

15 Ideoque admittenda non erat in possessorio, summarioque Saluiani iudicio, vt respondit Rot. penes Card. Seraph. decis. 1200. n. 6. vers. Et fideicommissum, &c. & in Romana Saluani 3. Martij 1608. coram Pen. apud Stail. de Saluian. interd. decis. 59. n. 1. vers. tum etiam quia, &c. decis. 107. sub n. 1. vers. non obstat, &c. cum seq. & in recentior. decis. 387. n. 3. vers. quibus non obstat receptio fideicommissi, &c. decis. 559. sub n. 7. vers. exceptio autem, &c. part. 1. decis. 456. n. 6. vers. Et in omnem euentum part. 2. & decis. 387. n. 5. vers. non obstat exceptio fideicommissi, &c. part. 3. ac in Romana Census 26. Iun. 1647. in fin. coram R. P. D. meo Bichio Neque in hoc summariissimo manutentionis debet Rota penes Buratt. decis. 623. n. 9. vers. qua dicebantur de præfatis fideicommissi, &c. & in recentior. decis. 396. sub n. 5. vers. cum aliud, &c. part. 3. ac in Romana Domus 16. Ebruar. 1629. coram Reuerendiss. Terracinen. apud Moder. Perus. de manu. decis. 521. n. 12. vers. scilicet, nec obstat, &c. Eoque minus cum obiectæ detractiones, alienationes, ac alia ex vtraque parte deducta longiorem discussionem expolcant, quam subiectæ materiæ postulat ratio. Rota penes Buratt. decis. 853. sub num. 3. vers. nam omnia responsione, &c. cum seq. d. d. cif. 559. sub num. 8. vers. Et licet conclusio, &c. cum seq. part. 1. rec. cum aliis relatis in d. Romana Domus coram Reuerendiss. Terracinen. & in Romana successione 24. Ianuar. coram me in §. fin.

Postremò est aduertendum propositum manutentionis remedium contra Iudicis sententiam, ac eius auctoritate immisum facile nimium vsurpari; Nam in illis demum casibus concedi solet, quibus constat Iudicem de facto potius instar priuari, quam iudicialiter processisse (quod sanè dici non potest in proposito casu.) Non autem quando legaliter processit esto quod intellectus errore captus iniuste, vel nulliter iudicauerit, tunc enim ordinario appellationis, seu nullitatis, atque aliis competentibus iuris remediis, quidquid nulliter, vel iniuste actum fuit reuocatur, ac præiudicium parti illarum reparatur, nec congruus iudiciorum ordo confunditur, vt explicat Rota penes Buratt. decis. 185. sub num. 5. ad fin. vers. ex hac tamen, &c. cum seq. & latius in Romana de Bombel. coram bon. mem. Card. Sacrato apud Modern. Perus. post tract. de manu. decis. 9. à num. 9. vers. super hoc consistederunt Domini, &c. cum pluribus seq. & in Bononien. de Gozzadin. 23. Iunij. 1624. coram bon. mem. Cardinal. Verospio, apud eundem Moder. de manu. decis. 465. num. 4. vers. ita multo minus &c. cum seq. & in recent. decis. 674. sub num. 3. vers. inter ea stante turbiditate, &c. part. 1. & decis. 646. n. 2. vers. talis autem iniustitia, &c. cum seq. part. 2. & dec. 503. n. 17. vers. quia ad effectum notoria iniustitie, &c. ac sequent. part. 4. tom. 2.

Et ita fuit resolutum vtraque parte informante; &c.

dec. 991. n. 1. vers. & cum illa facultas; Nam verbum illud adiectum in primo casu soluendi pretij olei à Betto empti, fuit repetitum in sequenti, in quo agitur de soluendo pretio ab aliis per Angelum comparandi mediantibus illis verbis (con pigliare parimente denari à cambio, o altro interesse, che si potrà come sopra;) Quæ sanè dictio (parimente) eandem repetit conditionem appositam in alio casu immediate præcedenti, eumque parificat, atque connectit cum sequenti ad text. in cap. venerabilem, § quod autem extr. de elect. Rebuff. in l. Paries 157. in fin. princ. vers. de adverbio. pariter. ff. de verborum signif. Præsertim iunctis aliis verbis relatiuis (come di sopra) quæ item referunt omnia in præcedenti casu expressa, Rota dec. 168. sub n. 8. vers. præcipue p. 2. rec. Eoque magis cum eadem conditio vtrique casui benè conueniat, & æqualiter adaptetur, cum non sit verisimile Angelum voluisse in alterutro casu latiore concedere facultatem, quatenus pecuniæ ex reuenditione olei retrahendæ superessent, vel aliter prouideri possent, sed urgente tantum necessitate vt in his terminis respondit Rot. dec. 711. sub n. 1. vers. cum in eo tantum casu, & sub n. 2. vers. non obstat, ac seq. p. 3. rec.

Atque idèd non poterat Sturanus illam antea exercere, quàm purificata esset huiusmodi conditio, cum non aliter, nec prius ipsi censeretur concessa l. pecuniam. ff. si cer. pet. l. grege. §. si sub conditione. ff. de pig. l. si quis sub conditione. ff. si quis omnis caus. est. Bald. conf. 149. isti executores lib. 4. Surdus consil. 91. n. 11. vers. & conditio, cum aliis adductis per Galgan. de condit. & demonstrat. part. 1. cap. 88. sub n. 1. cum seq.

Quare iustum, & æquum erat, quod tam conditionis purificatio, quàm facultatis executio Angelo intimaretur, tum pro iustificatione mandatarij, tum pro indemnitate mandantis, vt ille posset, vel pecunias aliunde sub leuioribus fortè vsuris, vel aliter prouidendo grauioribus euitare, vel ab eis demum se eximere, ac liberate, vt benè probat Rota Genuen. diuers. dec. 14. sub n. 93. vers. quarto concessis prædictis, & fuit resolutum in Mediolan. pecuniaria 27. Mart. 1602. coram Litta dec. 775. sub n. 1. vers. secundum est, vbi aliæ plures referuntur concordantes p. 4. diuers. & in Romana Cambiorum 4. Jul. 1618. coram bon. mem. Manzanedo in princ. ac in aliis relatis in præcedentibus decisionibus in hac causa emanatis. Et propterea cum in his omnibus Sturanus defecerit, non possunt illi cambia deberi, estò quod cætera requisita, quæ defiderantur, fuissent plenè probata.

Nec releuans visa fuit præsumpta illius notitia ex eo deducta, quod scierit pecunias in negotio collocatas non repetiri, ac libros Sturani viderit.

Quia nec scientia præsumpta ad hunc effectum sufficiens erat, sed certa, ac indubitata requirebatur, Rot. penes Card. Seraph. dec. 991. sub n. 2. vers. cum enim simus, & sanct. memor. Greg. XV. dec. 425. num. 5. vers. que tamen cum seq. & dec. 525. num. 8. vers. & requirebatur certa, & in his terminis in d. Romana cambiorum 4. Jul. 1614. coram Manzanedo in fine princ. vers. de qua intimatione, Eoque magis quia cum pecuniæ ex reuenditione olei redigendæ ad manus Sturani peruenire deberent, vt specialiter conuentum fuit in d. instrumento, ibi, (che tutto il denaro, che giornalmente entrà à di detto olio che si venderà à minuto vadà in mano del detto Sig. Storano per sua sicu-

rezza come sopra, è à esso S. Storano sia tutto il maneggio del detto riuato per pagare li ogli, che occorreranno,) non poterat Angelus esse certus, quod pecuniæ ad negotium spectantes non reperirentur penes Sturanum administratorem, nisi specialiter admoneretur.

Nec illa librorum inspectio post finitum negotium satis iustificatur, neque suffragari potest pro iustificatione cambiorum prius minus legitime receptorum, quæ à consensu, & voluntate partium non pendent, vt fuit responsum in dicta dec. 775. n. 2. vers. nec facit part. 4. diuers. & in d. dec. 711. sub n. 6. vers. obstat part. 3. rec. & in d. Romana Cambiorum coram Manzanedo in § quibus non obstat.

An autem cambia per Sturanum præteusa debeantur saltem ratione damnorum, & interesse post litem cum Dario Scalamoto Angeli fideiusfore contestatam, alia est inspectio, pro cuius resolutione videndum esset; An constet de credito liquido Actoris, vt fuit dictum in Lauretana bonorum 31. Februar. 1618. coram bon. mem. Card. Sa. crato in rec. dec. 12. p. 4. tom. 2. cum aliis relatis per Moder. Rom. discept. 42. n. 23. vers. quinò an debitum sit liquidum, cum seq. Et an Reus conuentus iustam habuerit contradicendi causam l. lecta ad fin. vers. non enim in mora est, ff. si cer. pet. leg. si quis solutionis, ff. de vsur. cap. non est de reg. iur. in 6. Card. Mat. dec. 68. n. 5. vers. nam sicut, dec. 23. n. 3. vers. quoniam mora cum seq. inter consilia Farin. Scac. de camb. §. 1. q. 7. p. 2. amplia. 8. n. 100. vers. accedo ad primum, cum seq. quæ ex hæcenus deductis non videntur satis iustificari, idèd Domini voluerunt de iis particulariter videre.

Et ita, &c.

R. P. D. VEROSPIO.

Romana fructuum Censur.

Mercurij 24. Nouembris 1649.

ARGUMENTVM.

Accollatio facta ab emptore, non extenditur vltra expressam in venditione. Dispositio leg. curabit, Codic. de actio. empt. exornatur; & declaratur. Euictionis periculum, si excusat emptorem retinentem pretium à mora, non excusat à fructibus compensatiuis.

S Y M M A R I V M.

- 1 Accollatio facta in venditione ab emptore, ad aliam causam, præter ibi expressam, referri non potest.
- 2 Equitas leg. curabit, semper admitti solet fauore domini rei venditæ, ac ipsius hæredum, quoties conuentum pretium cum graui eiusdem iactura penes emptores, vel in totam, vel in aliqua sui parte remanserit.
- 3 Dispositio leg. curabit, declaratur obinere locum in casu, quo pretium penes emptorem pro securitate euictionis remansisset.
- 4 Euictionis periculum, solum excusat emptorem retinentem

mentem pretium, à mora, autem à fructibus compensatiuis.

5 Emptor fundi, obligatus in aliquem casum, pretium inuestire pro subroganda euictione in locum rei venditæ: eueniente illo casu, eiusdem obligationis vigore, iure poterit conueniri loco damnorum & interesse, pro fructibus, qui ex inuestimento percepti fuissent.

DECISIO LXI.

FVerat coram Me pro duabus vicibus resolutum indebitos esse fructus à Margarita, & Aurelia petitos ex capita scut. 500. olim pro dote Lucretiæ ipsarum auctricis assignato, ac cauto super vinea extra portam Angelicam consistente quam summam in eiusdem venditione vineæ conuentum fuit, vt Petrus Emptor teneret in casu restitutionis dotis inuestire in locis Montium, censibus, seu stabilibus, interim vero pro ea persoluere eidem venditori annum redditum scut. 37. cum dimidio ab eodem Emptore in eam causam accollatum, & à successiuis ipsius vineæ emptoribus promissum, eos proinde fructus exigi non posse responsum fuit, siue ex iure dotali Lucretiæ, postquam per ipsum obitum fuerat matrimonium dissolutum, siue ex re propria, seu fundo dotali, dum dos ipsa fuerat constituta in pecunia, & solum assècurata in eadem vinea, siue ex titulo censuali, cum ipsius creatio neque per instrumentum, neque per testes ex aduerso iustificetur, siue demum ex dispositione text. in leg. curabit Domino rei venditæ fructus attribuentes, donec integre pretium consignetur, ex quo per accollationem integra pretij solutio præcesserat; quo dubio ad disputationis trutinam hodie reuocato, animaduertentur Domini tria prima decisionum fundamenta in suo robore persistere, vltimum vero ex facto corruere, adeoque à decisis recesserunt.

1 Ex ipso enim venditionis instrumento conuincitur annum redditum scut. 37. cum dimidio ab ipsomet Emptore fuisse tantum accollatum sub expressa declaratione, vt in quocumque casu restitutionis dotis illud teneretur restituere, quæ proinde accollatio ad aliam causam præter ibi expressam refferri non poterit, siue extinctionem capitalis operati iuxta. conf. Soc. 65. n. 5. lib. 4. Rota Ianuen. dec. 1. n. 8. Rota coram Card. Causal. dec. 165. n. 2. & 520. n. 5. & in aliis relatis in Romana pecuniaria 18. Iun. 1646. coram R. P. D. meo Corrado in §. 2. partita. & in §. 4. demum nec ipsi proinde mulieribus, hæredibus Ioannis Baptistæ Baccij primi venditoris, ac Domini eiusdem vineæ obesse quin beneficio leg. curabit, vt possint, cum ea legis æquitas semper admitti soleat fauore Domini rei venditæ, ac ipsius hæredum, quoties conuentum pretium cum graui eiusdem iactura penes emptores, vel in totum, vel in aliqua sui parte remanserit, vt ex verbis eiusdem textus manifeste colligitur, & in leg. fructus, Cod. de act. empt. Bald. in leg. 1. n. 7. C. de vsur. Castr. n. 1. Honded. consil. 30. n. 34. Rota in Romana Casaletti 20. Ian. 1616. coram Sacrato, & cor. Merlino inter impress. 378. n. 3. & in Romana pecuniaria 17. Iunij 1641. coram Eminentissimo D. Card. Verospio, confirmata, deinde coram Me de anno 1646. sub die 8. Iunij & pluribus comprobant moder. Rom. discept. forens. 939. n. 17. & 18. vbi præterea declarant dispositionem eius legis obtinere locum in casu, quo pretium penes Emptorem pro securitate euictionis remansisset prout in proposito casu contingit, Salgado Labyrinth. Credit. Tom. II.

quia euictionis periculum solum excusat à mora, non autem à fructibus compensatiuis, Quos sanè fructus eo facilius admittendos esse in casu proposito Domini responderunt, quo ipsemet Emptor eueniente casu restitutionis dotis prædicta scuta 500. erogare promiserat in census, stabilia, vel loca montium pro euictione subroganda in locum venditæ vineæ, cuius vigore obligationis idem iure poterit conueniri loco damnorum, & interesse pro fructibus, qui ex inuestimento percepti fuissent, iuxta textus in l. Tutor § si post, ff. de adm. tutor. leg. si Procuratorum § mandati actio ff. mand. Honded. consil. 139. n. 3. cum seq. lib. 2. Rota in Romana multiplici 25. Februarij 1619. coram Vbaldo inter impress. dec. 85. part. 4. como 2. reoent. r. 14. vbi conclusionem ampliat etiam si requisita; Castr. in leg. 3. ff. de eo quod certo loco non iustificetur, & in Bononien. de Lambertinis 3. Iulij 647. in §. ratio prima partis cum seq. coram R. P. D. meo Bichio; & in Romana quatuor domorum 21. Iun. præteriti coram R. P. D. meo Pentingerio.

Et ita vtraque parte decisum, &c.

R. P. D. ARGVELLES:

Romana Cambij.

Mercurij 9. Iunij 1649.

ARGUMENTVM.

Obligatio conditionalis mandatur executioni, impieta conditione: concipitur etiam, per aduerbium futuri temporis. Demonstratio est quid diuerfum à conditione. Sententia laza cum legitimo contradicatore, afficit etiam non citatum, in consequentiam Pupillus, sicut obligari, neque sine tutore conditionem implere potest. Non creditur procuratori, nisi mediante exhibitione mandati. Mandatum aliquando probatur coniecturis, & præsumptionibus, & quocumque legitimo modo probatum, validum reddit iudicium. Plura huius generis habentur; vt in Summario.

S Y M M A R I V M.

- 1 Obligatio concepta per aduerbium futuri temporis, est conditionalis.
- 2 Aduerbium, quando, vel quocumque, est futuri temporis.
- 3 Verbum, quandoque accipitur etiam pro quocumque & importat conditionem.
- 4 Res indicata valet declarare, quem verum aliterius creditorem.
- 5 Obligatus sub conditione, potest cogi vigore obligationis, implicita conditione.
- 6 Puri, & purificati eadem est conditio.
- 7 Obligatio cameralis habet paratam executionem, & ideo eiu vigore agitur executiuè.
- 8 Demonstratio conditionem non inducit. Et nihil interest, an vera sit, aut falsa, dummodo constet de demonstrato.

- 9 Demonstratio nihil aliud est, quam signum adie-
ctum pro maiori declaratione.
- 10 Demonstratio, & conditio inter se differunt, re-
missivè.
- 11 Verba demonstrationem inducentia, in dubio po-
tius demonstratiuè, quam dispositiuè sunt ac-
cipienda.
- 12 Verba demonstratiuè prolata non disponunt.
- 13 Conditio est futurus euentus, in quem dispositio
confertur.
Et ideo ad casum præteritum referri non potest.
- 14 Nec etiam conuentio.
- 15 Verba sunt intelligenda secundum statum, & ma-
teriam, ad quem partes se preparant.
- 16 Verba in dubio, de futuro sunt intelligenda.
- 17 Et secundum magis verisimile.
- 18 Sententia non afficit non citatum, ad vulg. reg.
Res inter alias acta, &c.
- 19 Sententia lata cum legitimo contradicatore ad
quem causa defenso primo loco pertinet, nocet
etiam non citatis (licet non ut exequi possit
contra eas) saltem in consequentiam.
- 20 Ad iudicium, & liti examinationem tantum vo-
candus est ille, quem negotium principaliter
tangit, non autem quos in quandam conse-
quentiam liti defensio potest attingere.
- 21 Dies obligationis conditionalis, cessit, & venit,
impleta conditione.
- 22 In conditionis implemento non requiritur præsen-
tia, aut scientia disponentis.
- 23 Nec grati.
- 24 Conditio in Testamento eo, à quo relicta est,
etiam inuito, impleri potest.
- 25 Et absente.
- 26 Præsentia, vel scientia contrahentium generaliter
in implemento conditionis non est necessaria.
- 27 Damnum nullum inferatur contrahentibus sub condi-
tione, ex ipso conditionis implemento.
- 28 Actio, vel obligatio in contractu conditionali,
non oritur ex conditionis implemento, sed ex
preambula conditionali dispositione.
- 29 Pupillus sine Tutoris auctoritate, conditionem
implere potest.
- 30 Pupillus obligari non potest sine Tutoris auctori-
tate.
- 31 Quoties quid venit ad implementum alterius, non
agitur ex implente, sed ex impleto.
- 32 Protestatio: neminem audiri, nisi docto de le-
gitimo mandato: nullum reddit quidquid
actum fuerit absque eo.
- 33 Nec tunc sufficit esse verum procuratorem, &
adesse mandatum, nisi ostendatur & in actis
producat.
- 34 Neque etiam tunc sufficit probare mandatum
per coniecturas.
- 35 Procurator in iudicio non creditur quisquam, nisi
mandatum proferatur ita ut legi possit.
- 36 Nec etiam sufficit probari per Testes.
Ratio penes Caltr. in l. n. 1. C. de procur.
- 37 Mandatum, ex consuetudine, imò ex lege pro-
mulgata Calabria non admittitur in iudicio,
nisi fuerit subscriptum ab Advocato, declaran-
te esse sufficiens.
- 38 Quid seruetur in variis locis, & ex variis statutis.
- 39 Communis opinio subscribitur à multis, quod
possit probari per Testes.
- 40 Mandatum in scriptis debet produci, & vix,
posset obtineri, nisi produceretur cum mul-
ta substantialia requirantur, quæ non pos-

- sunt probari per Testes.
- 41 Probatio mandati facta per Testes nihil operaretur,
nisi ad excusandum Procuratorem à pœna
falsi, & expensis.
- 42 Probatio mandati facta per Testes Reum innare
non potest si quando is cœperit postea à domino
conuenire.
- 43 Et sic eluderetur iudicium, & Reus parta victo-
ria frui non posset.
- 44 Mandatum, quando est dubium, iubetur ut procu-
rator caneat satisfactione de rato. Pichar. inst.
tit. de satisf. §. 2. num. 9. cum sequentibus, non
modicam lucem huic conclusioni præfert.
- 45 Producent Instrumenta debet satisfacere de rato:
probat in puncto.
- 46 Probatio Testium, circa existentiam mandati si
sufficiens non est, ut securus maneant Reus,
multominus probatio præsumptiva.
- 47 Præsumptio mandati ex productione Instrumen-
torum, est præsumptio semiplena,
Et non admittitur ex ea Procurator, nisi cum cau-
tione de rato.
- 48 Sed esto esset plena, nec sufficeret.
- 49 Ratificatio gestorum à Procuratore, facta prote-
statione nullius momenti est post sententiam.
Etiam si protestatio non processerit n. 51.
- 50 Et ante sententiam.
- 51 Rota auiorem sententiam amplexa, voluit suffi-
cere etiam stante protestatione, mandatum
probari coniecturis, & præsumptionibus, & va-
lidum esse iudicium.
- 52 Coniectura potentissima mandati sunt, productio
Instrumentorum, & expensa in litigando facta.
- 53 Et eis mandatum probari sentit Rota.
- 54 Mandatum quocumque legitimo modo probatum,
validum reddit iudicium.
Imò & à cautione de ratione de rato excusatum
procuratorem ac si per Instrumentum in actis
productum, & per formam si Procuratorem 65.
ff. de Procurat. probatum esset.
- 55 Legitimus modus probandi mandatum, est etiam
per præsumptiones, secundum Rotam.
- 56 Doctores, qui detestantur probationem mandati
per Testes, declarantur: non dicunt, quod man-
dato sic probato, iudicium sit nullum, sed quod
tunc etiam debeat procurator cauere de rato.
- 58 Quo d' aque negant alij.

DECISIO LXII.

Promiserat Hyppolitus Coccapanius scutâ
1069. sibi debita, & soluta à Marchione Palli-
uicino restituere sacro Montis Pietatis, vel Ioanni
Mancino, quandocumque d. Mancinus fuisset de-
claratus verus, legitimus creditor d. Marchionis,
quam conditionem impletam fuisse per rem iudi-
catam coram R. P. D. meo Peutingerio contendens,
Ioannes obtinuit mandatum ab A. C. executiuum
contra Hyppolitum, ob cuius appellationem causa
commissa, Mandatum esse exequendum Domini
responderunt.

Certum est enim obligationem istam fuisse condi-
tionalem, ut potè conceptam per aduerbium futu-
ri temporis scilicet. *Ogni volta che sarà dichiarato.*
quod latine reddit, quando, vel quandocumque de-
clarabitur, & sic intrat regula Bart. in l. n. 1. §. 1.
& n. 2. ff. de cond. & dem. ibi. *subiicio tamen hic regu-
lam, quod omne aduerbium quod dispositionem sus-
pendit in aliquem futurum euentum facit conditio-
nem.* Galgan. de cond. & demonstr. part. 1. c. 5. n. 2. &
part. 2.

- part. 2. c. 1. q. 2. n. 5. & melius d. part. 1. c. 89. n. 8. Et de
verbo quando, seu quandocumque Alberic. Spie-
gel. & Caluin. in Lexicon. in verbo quando, & in
verbo quandoque, vbi multis adductis iuribus probat
verbum quandoque accipi pro quandocumque,
& importare conditionem, & de verbo quando,
Barb. cum aliis iuribus, & Doctoribus dict. 307.
- 4 Fuisse autem Ioannem declaratum verum credi-
torem Marchionis, constat ex re iudicata, Alberic.
in l. qui Roma 122. §. Agerius n. 1. ff. de verb. obligat.
Iafon. ex Iacob. de Aren. Rayner. Imol. Arer. per leg.
primam, ff. de re iud. leg. res iudicata 207. ff. de reg.
iur. & per eadem iura Alex. ibi n. 3. (quibus possunt
addi vulgaria iura per Velasc. axiom. 87.) Mantici. de
tact. lib. 2. tit. 1. n. 45. faciunt tradita per Bologneti,
ad. d. leg. 122. §. dico fratres n. 21. 35. 37. 40. cum seqq.
Surd. decis. 218 n. 8.
- 5 Impleta vero conditione Hyppolitum cogi pos-
se ad restitutionem non minus clarum est vulg.
text. in leg. credere diem 213. ff. de verb. signif. l.
Bonem. 43. §. si sub conditione ff. de cond. & demonstr.
ibi expleta conditione l. grege 13. ff. de pign. l. quo-
ries la 1. in ordine 5. ff. de verb. oblig. & aliis citatis
Rota decis. 34. n. 1. part. 4. & dec. 109. n. 1. part. 7. re-
cent. Seraph. decis. 1196. num. 2. & num. 3. Verall. de-
cis. 272. n. 1. part. 2. & post Zacch. de oblig. Camerali
dec. 160. num. 2. Quia puri, & purificati eadem est
conditio leg. final. §. ff. de vulg. leg. §. 4. & si de sua
34. §. 1. ff. de acq. hered. cum aliis per Velasc. littera
P. axiom. si Galgan. cum pluribus de cond. & de-
monstr. p. 2. cap. 1. quæst. 66. n. 14. & executiuè, cum
obligatio Cameralis sub qua se obligauit Hyppo-
litus paratam habeat executionem, ut est vulgati-
ssimum, & mille testantur apud Zacch. de oblig.
Camer. q. 1. num. 5. & in puncto decis. 52. num. 1. & 2.
p. 3. rec.
- Non obstat exceptio, quod non appareat de-
claratum per Iudicem Criminalem, sed solum per
ciuilem, quia verba illa *super quo pendet controuer-
sia tam ciuili, quam criminalis*, non stant conditio-
naliter, ut vtriusque Iudicis quaerenda sit decla-
ratio, sed demonstratiuè, ut ostenderetur de quo
cambio loquebantur contrahentes, sic enim sunt
verba concepta. *Sarà obligato restituirti, & c. d. al. Sig-
nor Giovanni Mancini ogni volta che sarà dichiara-
to sia vero, & legitimo creditore di noi infra scritti
Pallauicini del campo sopra il quale verte contro-
uersia, & c. tanto ciuile quanto criminale.* Demon-
strationem autem conditionem non inducere satis
constat, ex eo quod nihil interest, an vera sit, aut
falsa, dummodo constet de demonstrato vulgaria
iura in l. demonstratio 17. l. falsa 33. leg. quibus 40. §.
dotalem leg. cum tale 72. §. falsam cum seqq. ff. de
cond. & demonstr. l. nominatum 14. l. si sit legatum
78. §. 1. ff. de leg. 1. l. Quintus 10. l. scribit 34. §. item
scribit ff. de aur. & arg. leg. §. huic proxima 80. Insti-
tum de leg. & multis aliis, Gotthof. d. l. 33. littera X.
Gomez. 1. tom. var. cap. 12. n. 74. Cuiac. Petr. Greg.
& alij penes Pichard. d. §. 30. num. 1. vbi Theoph.
reddit rationem; quia demonstratio nihil aliud
est, quam signum adiectum pro maiori declara-
tione, & facit Vlpian. in l. quoties, 9. §. si quis nomen,
ff. de hered. insti. Petr. Greg. synagm lib. 42. cap. 32.
num. 53. vbi differentiam inter demonstrationem,
& conditionem scribit, & optime Iurisc. Floren.
in dict. leg. nominatum 34. §. 1. & leg. sticum 6. & leg.
quidam testamento 96. ff. de leg. 1. rectè Cuiac. in re-
citat. ad eundem titulum d. l. 6. mibi, qui vior. im-
pressione Lugdunensi anno 1606. tom. 2. col. 798. sub

littera C. & faciunt benè tradita per Martam con-
sist. 106. n. 7. Galganet vbi supra de cond. & demon-
strat. p. 1. c. 91. & quod notat iuribus, & Doctori-
bus num. 11. quod in dubio potius demonstratiuè,
quam dispositiuè sint accipienda, Mart. vbi supra
cum aliis num. 13. Durand. decis. 341. num. 4. &
409. n. 3. Et quod verba demonstratiuè prolata
non disponant præter relatos Galganet. vbi supra
mè cap. 90. n. 7. Rota decis. 105. n. 3. part. 4. num. 3. &
314. n. 14. part. 5. recent. qui multos congerunt, &
fauent pro responsione huius obiecti, quæ dicen-
tur in §. sequenti.

Nec aduersatur fuisse cambium vsurarium de-
claratum per sententiam Locum tenentis Crimi-
nalis A. C. quia contractus fuit factus non solum
post eam, sed etiam post sententiam reuocatoriam
à Senatore secundæ instantiæ in causa criminali
Iudice prolata, quæ transitum fecerat in iudica-
tum, Vnde apparet contrahentes sensisse de sen-
tentia Rotæ in qua pendebat per appellationem
causa ciuili; quia ad casum præteritum referri
non posset conditio, cum sit futurus euentus in
quem dispositio confertur leg. institutio talis 10.
§. final. ff. de condit. insti. leg. itaque 39. ff. de
verb. cred. d. l. nominatum 34. §. si ff. de cond. & de-
monstrat. & præter Ordinarios in dictis iuribus, &
in leg. 1. ff. de cond. & demonstrat. Galganet. d. cap. 1.
part. 1. num. 12. Pichard. in Rubr. Insti. de vulg.
num. 15. Faber. d. l. 39. Gotthof. littera N. & O. Nec
etiam conuentio, ut ex Bartol. Mant. benè ad pro-
positum Altogr. cons. 95. numero 62. Præterquam
quod verba sunt clarissimè concepta in tempus
futurum. ut in §. proximè præterito, imo verba
esse intelligenda secundum statum, & materiam
ad quem partes se preparant, ait Surd. ex Natr.
& aliis consil. 395. numero 33. Imo in dubio ver-
ba, de futuro esse intelligenda leg. solemnus 9. & ibi
Bart. leg. si vir. 61. de cond. & demonstrat. & secundum
magis verisimile Fontanell. decis. 76. num. 11. ex
l. nuptura 58. ff. de iur. dot. Et si nec conditio, nec
conuentio potuit referri ad sententiam crimina-
lem iam transactam in iudicatum, nec interest
quid fuerit in ea dictum, cum partes verbis expres-
sis in futurum prolatis conuenerint de sententia
ferenda.

Non remoratur quod Hyppolitus non fuerit
citurus ac causam, per quam Ioannes fuit decla-
ratus legitimus creditor, ex vulg. regulares inter
alios acta & c. rot. titul. Cod. cum mille vulgatis per
Gotthof. ibi, & Velasc. littera R. axiom. 104. Quia
præterquam quod sententia (ut respondebant contra-
dictore ad quem causæ defensio primo loco per-
tinet, nocet etiam non citatis (licet non ut exequi
possit contra eos) saltem in consequentiam, Co-
uarru. pract. cap. 13. numero 2. versic. nec obe-
runt, & numero 6. vers. hoc ipsum cum aliis penes
Coccin. decis. 216. num. 4. registrata apud Mar-
chel. de commiss. part. 1. cap. 5. fol. 234. & in Romana
Saluiani 15. Ianuarij 1644. §. cum enim coram R. P.
Dom. meo Verospio: Quia ad iudicium & liti exa-
minationem tantum vocandus est ille, quem ne-
gotium principaliter tangit, non autem quos in
quandam consequentiam liti defensio potest at-
tingere, insignis Gloss. communiter recepta se-
cundum Couarr. vbi supra, qui multos congerit;
& ultra eos, & alios à Rota supra congeitos fa-
ciunt optime verba Alex. consil. 86. vbi dicitur
num. 13. lib. 2. ibi, *Licet sententia possit in*
O 4 consè

consequentiam facere præiudicium alicui, tamen non debet citari nisi illud præiudicium de sui natura tendere principaliter in damnum ipsius terij, &c. & ponit exemplum in terminis fortioribus & alios citat, quos sequitur Hippolytus de Marfil. in repetit. l. de unoquoque 47. ff. de re iud. numer. 116. & fere idem num. 72. Hippolyto verò non nocet sententia, nec ex iure & viribus rei iudicatæ; imò nec in consequentiam, quia nihil ex his, quæ in illa lite, vel sententia continentur petitur contra eum, nec vlla actio, aut exceptio, vel ius, quod ex illa oriatur, aut formetur, contra intentetur, aut vlla cunctio ob quam ipse teneatur, sed tantum obligatur ex sua stipulatione, scilicet conditionali, cuius dies cessit & venit impleta conditione d. l. 213. ff. de verbor. signif. in cuius impleto, nec requiritur præsentia, aut scientia disponentis l. si iua 45. alias 46. §. fin. ff. de leg. 2.

21 L. quidam relegatus 6 ff. de reb. dub. l. hac conditio 10.

22 §. fin. cum l. seq. ff. de condit. & demonstr. nec grauati l. mortuo 15. l. si peculium 20. §. 1. ff. de stat. lib. quia eo à quo relictum est, etiam inuito impleri conditio potest l. statu liberos 3. ff. de stat. lib. & absente, l. cum heres 4. ff. eod. & generaliter præsentia, vel scientiam contrahentium necessariam non esse in impleto conditionis, tenuit Bart. in l. si quis arbitratu 43. num. 7. vers. præerea. ff. de verb. oblig. & ibi Donell. num. 20. quia nullum damnum inferitur ex ipso conditionis impleto opt. text. in l. conditio. 5. ibi, Nam hoc iure potestatis fieri non conditionis expleta, & ibi Gotthof. littera Z. l. si pupillus 26. ff. de condit. instit. Non enim ex conditionis impleto oritur actio, vel obligatio, sed ex præambula conditionali dispositione, vt bene aduertit Bald. in l. ex placito 3. num. 7. C. de rer. permut. Castr. in d. l. 5. ff. de condit. & demonstr. num. 2. Gotthof. littera E. & ibi etiam Bald. Natr. conf. 176. num. 1. Galganet. de condit. demonstrat. part. 2. cap. 1. q. 5. num. 4. & q. 98. num. 1. Alias pupillus sine tutoris auctoritate conditionem implere non possit, contra d. l. 5. & 26. Cum sine ea obligari non possit l. obligari 9. ff. de auct. tut. princ. instit. eod. vbi latè Pichard. & omnes & Bar. in d. l. 3. num. 4. regulam constituit, quod quoties quid venit ad implementum alterius, non agitur ex impleto, sed ex impleto ex l. si ita stipulatus 6. §. 1. cum l. seq. ff. de nouat.

30 Magis frugere videbatur defectus mandati, cum semper fuerit potestatem neminem audiri, nisi docto de legitimo mandato, qua stante protestatione esse nullum quicquid actum fuerit, Buccafer. respons. 104. num. 11. & seqq. Rota penes san. mem. Greg. XV. decis. 264. num. 1. & multis iuribus, & Doctores in Maceraten. censuum 22. lunij 1646. §. quarta nullitas coram me, qua est decis. 254. numer. 22. post Zacch. de oblig. iuxta nouiss. impress. Nec tunc sufficere esse verum procuratorem, & adesse mandatum, nisi ostendatur, & producatur in actis, firmarunt plerumque apud Posth. de manut. obseru. 86. num. 4. Barbof. in collect. ad l. licet 24. num. 7. C. de procur. Rota decis. 105. num. 2. part. 1. diuors. & decis. 3. num. 3. post Mangill. de subhaest. & decis. 128. n. 1. post Zacch. de obligat. Camer. & san. mem. Greg. XV. decis. 330. n. 1. Buratt. decis. 296. n. 1. & multas alias congerit Rubeus singul. part. 2. verbo mandatum fol. 69. col. 1. num. 4. Nec tunc sufficere mandatum probare per coniecturas. Gratian. discept. foren. cap. 573. num. 51. Rota apud clar. mem. Cardin. Millin. & satis clare decis. 22.

num. 10. ibi, Nam licet ex præsumptionibus (ait) deductis per informantes pro Collegio præsumatur mandatum, tamen cum esset oppositum à Procuratore D. Cesaris neminem audiri, nisi docto de legitimo mandato ad effectum, vt acta subsequuta subsineantur erat necessariarealis productio mandati in actis, Mantie. de tacit. lib. 7. tit. 4. num. 10. ibi, Neque etiam quisquam debet credere aliquem esse procuratorem nisi mandatum proferatur, ita ut legi possit, & alios citat. Imò nec sufficere probari per testes dixit Castr. in l. 1. num. 1. C. de procur. non insubtili ratione ibi videnda, Ioan. Andr. in addit. ad specul. tit. de procur. §. ratione autem n. 2. super littera A, quam doctrinam sequuntur Hispani, & legibus apud eos cautum inuenitur, vt refertur in dicta Maceraten. censuum. 22. lunij 1646. coram me d. §. quarta nullitas, & alij possunt dici apud Rodrig. ibi citatum Cancr. var. part. 2. tit. 14. de procur. num. 193. vbi bene distinguit, & seruari ex consuetudine omnium Tribunalium ex Castr. & ex consuetudine Cathalonix testatur, licet fallitur, quatenus dicit hoc esse de consuetudine Castellæ, quia non est consuetudo, sed lex expressa, scilicet l. 3. tit. 2. lib. 4. recopil. & ibi Azucud. n. 4. & l. 5. tit. 17. d. lib. 4. & l. 5. tit. 3. lib. 3. (Imò amplius iubetur l. 2. tit. 16. lib. 2. recopil. quod non admittatur mandatum, nisi fuerit subscriptum ab Aduocato declarante esse sufficiens. Paz. in prax. tom. 1. annot. 4. num. 7. cum seqq. alter. Paz. ad l. styli l. 16. num. 4. & 6. fol. 107. qui num. 5. ait non vidisse in Cancellariis, nec inferioribus Tribunalibus obseruare dictarum ll. tenorem, sed notandum, quod scripsit antequam fuisset factus auditor Regiæ Vallesolanæ Cancellariæ, vbi hoc sine dubio vidit obseruari, vt vidimus, & alij nam ibi ll. exactissime obseruantur, maximè cum inter speciales ipsius Cancellariæ constitutiones radiat hæc etiam; Verum est quidem quod in Tribunalibus inferioribus non ita exactè seruatur) dictas ll. exornat etiam Carleual. de iud. tom. 2. lib. 1. tit. 2. disput. 4. num. 27. pag. 49. & 50. & testatur idem cautum nouiori iure Neapolitano loco ibi citato, idem cautum Statuto Bononiæ scribit Barz. decis. 46. n. 56. & de ordinatione Lusitanie fidem præstat Cardof. in prax. Aduocatorum verbo procurator num. 8. fol. 300. colum. 2. Qui tamen omnes cum Iasop, & aliis de iure communi fatentur posse probari per testes, & esse magis communem Osuald. aliis citatis ad Donell. lib. 18. comment. cap. 13. littera T. pag. 111. colum. 1. ad fin. sed bene occurrit Ioseph. Ludouic. comm. opin. de mandato concl. 2. vers. in practica verò (ait:) Vix posset obtineri, nisi produceretur mandatum in scriptis cum multa substantialia requirantur, qua non possunt probari per testes, & dicta probatio mandati facta per testes nihil operatur, nisi ad excusandum procuratorem à pœna falsi, & expensis: Non enim multum hæc probatio reum inuare potest, si quando is ceperit postea à Domino conueniri, Donell. ait d. lib. 18. comment. cap. 13. vers. altero modo in meis impressionibus Francosurten. anni 1595. pag. 208. sub num. 10. in fin. vbi latè disputat, & sic eluderetur iudicium, & reus parta victoria frui non posset, Castr. vbi sup. Pichard. de satis d. §. n. 5. in fin. & num. 15. & idèò quando dubium est mandatum, iubetur vt procurator caueat satisfactione de rato lib. 1. C. de procur. l. seruum 33. §. ait Preator. 3. l. non solum 19. §. qui alieno, ff. de procur. & ibi Gotthof. littera M, Pichard. cum multis loco mox citato numero 9. cum seqq.

seqq. (viden. quia non modicam lucem huic conclusioni præfert) Faber. d. §. qui alieno, Donell. d. lib. 18. comment. c. 12. vers. diuersa fol. 190. sub. n. 10. cum seqq. Vuesembec. in Paratula ad tit. de procur. ff. n. 6. vers. fin. autem in impressione Basilica anni 1598. fol. 131. in princ. Cuiac. obseruat. lib. 7. c. 26. colum. 1511 sub littera E, & est text. express. in d. §. fin. autem instit. de satis. vbi additio Glossæ littera L, verbo confirmauerim, & præter iura, & DD. ibi à Pichard. cõgestos n. 1. probat rotundus text. in l. si is à quo 3. si procurat. ff. de in possess. leg. quod in præsentia factum non est, & in puncto de eo, qui instrumenta produxit debeat satisfidare de rato, est clarus text. in cap. coram 34. de offic. & pot. iudic. deleg. & ibi Innoc. n. 1. Bart. in l. vulgo 24. n. 4. ff. de administr. tutor. & alios iungit littera C, Ioseph. Ludou. decis. Perus. decis. 110. part. 2. Vester. vel potius eius Add. lib. 4. c. 5. n. 19. si ergo probatio testium sufficiens non est, vt securus maneat reus, multo minus probatio præsumptiua, maximè cum dicat Mantie. d. lib. 7. tit. 9. n. 9. Præsumptionem ex productione instrumentorum esse præsumptionem semiplenam, & sic non admitti ex ea procuratorem nisi cum cautione de rato. Sed esto sit plena; nec ei sufficere dixit Donell. vbi supra vers. quando p. mibi 209. in fin. vidend. per tot. & in fine ibi. Cum videamus probationem mandati non statui quamlibet, sed nominatim ad certas species instrumentorum referri. puta eorum, quorum & fides certa sit & potestas penes reum vbi reus his cum vult: & inferius non aliam ob causam quam quod alia probatio non est in potestate rei vt se quandoque ea aduersus Dominum tueri possit, & efficere ne iterum iure ab eo conueniatur Pichard. vbi supra à n. 15. & bene faciunt tradita per Buccafer. dict. respons. 104. n. 15.

49 Addebatu his non obstat responsonem, quod Ioannes post sententiam ratificauerit gesta à Procuratore, quia facta protestatione ratificatio nullius momenti est, nec ante sententiam Barbof. in collect. C. de procurat. licet 24. n. 2. Vant. de null. ex defect. inhabilit. & mand. n. 116. Cardof. vbi supra n. 11. in fin. vers. quarto decimo fol. 301. col. 1. in fi. Bucaf. d. respons. 104. d. n. 11. & 12. & 17. latè Rota Bonon. diuers. dec. 85. n. 20. & seqq. Gratian. decis. Maceraten. 105. n. 16. cum multis ibi citatis Rota d. decis. 105. n. 2. part. 1. diuers. & d. decis. 3. post Mangill. n. 3. Post sententiam autem ratificationem nullius momenti esse, etiam si protestatio non præcesserit Crauet. conf. 108. n. 1. Christoph. de Paz. d. l. 16. n. 13.

52 His tamen omnibus facillimo negotio responsum, nempe iure optimo Rotam amplexam fuisse æquiorum sententiam videlicet sufficere etiam stante protestatione mandatum probari coniecturis, & præsumptionibus, & validum esse iudicium ita mille apud Posth. d. obseru. 86. n. 6. Seraph. decis. 933. n. 2. & dec. 725. n. 4. part. 3. & dec. 441. n. 2. rec. registrata penes Posth. de manut. dec. 309. Add. ad sanct. mem. Greg. XV. decis. 111. n. 17. littera A, & decis. 330. n. 5. littera etiam A, Add. ad bon. mem. Buratt. decis. 296. n. 10. Rota in d. Maceraten. Censuum 22. lunij 1646. §. sed tamen coram me. Ioseph. Ludouic. decis. Perus. decis. 110. in fine parte 2. qui omnes, & Mantica, & Rubeus supra citati milles testantur innumeris adductis productionem instrumentorum, & expensas litigando factas esse ad hoc potentissimas coniecturas, eis mandatum probari, & ipsa Rota, & aliis citatis Osuald. d. lib. 18. cap. 13. sub littera B, vers. ceterum in Lugdunens. impress. anni 1619. part. 112. colum. 1. post princip.

Vuesembec. vbi supra n. 17. in fine, qui multos refert littera L, & quotidie in Rota.

Ad rationes, & Argumenta Donelli bene respondet Osuald. in notis d. cap. 13. littera T, ex Bart. viden. d. l. 1. & l. licet, C. de procur. & multis citatis, explicando etiam text. leg. si procuratorem 65. ff. de procur. quam Donell. affert, & præter citatos ab eo, & à Vasquez. Menchac. ibi relar. qui multos congeffit. Bald. ad leg. prob. bitum 5. num. 10. C. de iure fisci lib. 10. & quocumque legitimo modo probatum sit mandatum, tam validum esse iudicium, imò tam à cautione de rato excusatum procuratorem, ac si per instrumentum in actis productum, & per formam d. si procurator 65. probatum esset Osuald. supra pag. 1111 col. 2. post princ. vers. quia cum, &c. Legitimum autem modum probandi mandatum per dictas præsumptiones esse ex Rota ipso Osuald. & multis aliis supra satis probatum est. Præterquam quod Donell. & Castr. non dicunt, quod probatum mandatum per testes iudicium sit nullum, sed quod tunc etiam debeat procurator cauere de rato, quod æquè negant Bart. & Osuald. vbi supra qui multos congerit.

Et ita vtraque parte audita, &c.

R. P. D. MELTIO.

Romana fructuaria Censur.

Luna 12. Decembris 1650.

ARGUMENTVM.

Census impostus à minore absque solemnitatibus est nullus, nec iuramentum conualidatur: præsumitur enim à Statuto Vrbs dolo, & metu extortum; Ratificatur tamen ab ipso facto maiore, & solente fructus, nullitatem non ignorante. Priuilegium minoris executionis, & ratificationis materia tangitur: obligatio naturalis ligat solam conscientiam. Promissio facta de soluendo debito intelligitur de debitis legitimis. Procurator excedendo fines mandati, principalem non obligat: Iudex in iudicando debet attendere factum cum circumstantiis.

S P M M A R I V M.

- 1 Census impostus à minore, non adhibitis solemnitatibus statuariis, est nullus ipso iure. Et proinde nulla oritur obligatio, neque ciuili, neque naturalis ad fauorem creditoris.
- 2 Priuilegium minoris qui agit de damno vitando, præualeat priuilegio mulieris, qua agit de lucro captando. Probatur in puncto census venditi per minorem mulieri.
- 3 Ratio damni, quando ex vtraque parte vigeat, melior causareputatur eius, qui conuenitur, & partes Rei sustinet.
- 4 Census nulliter impostus à minore, non potest conualidari ex iuramento in venditione apposto, & reddatur ratio.

- 5 Iuramentum à minore in censu nulliter imposito præsumitur à Statuto Urbis præsumitur dolo, & metu extortum, & nihil operatur, n. 7.
- 6 Statutum Urbis est auctoritate Apostolica confirmatum, prout constat ex litteris sancti. mem. Gregorij XIII. in principio appositis.
- 8 Ratificatio census à minore nulliter impositi, inducitur ex solutione fructuum ab eo maiore facta.
- 9 Limitatur non procedere per solam acquiescentiam, imò neque ex alio actu positivo, non probata prius in huiusmodi ratificante scientia plena nullitatis, & non solum facti, verum etiam iuris.
- 10 Ratificatio actus nulli non inducitur ex scientia præsumpta, sed certa, atque explicita requiritur cum omnibus suis qualitatibus. Ratio autem est, quia alias in ratificatione semper intelligitur illa conditio, si actus firmus sit, & validus.
- 11 Dolo in contractu minoris absque solemnitatibus à statuto præsumptus, excludit omnem ratificationem ex lapsu temporis deductam. Firmatur in puncto ratificationis inducta ex l. fin. c. si maior, & c. & est communis opinio à DD. attestata, & magis in praxi recepta & cõservata.
- 12 Testatur legans aliquam summam pro extinctione omnium eius debitorum, censetur per huiusmodi dispositionem intellexisse de quibuscumque debitis, & sic etiam de iis, quæ obligationem civilem non habent, sed solum naturalem.
- 13 Testator, qui in ultima voluntate mandat solutionem omnium debitorum intelligit principaliter saluti animæ prospicere, propriamque conscientiam exonerare.
- 14 Conscientia non minus obligatur ex debito naturali tantum, quam ex naturali, & civili simul iuncto.
- 15 Contractus nullus, nullam producit obligationem, neque civilem, neque naturalem.
- 16 Solemnitates statutarie inductæ fuerunt favore publica utilitatis, & proinde illarum defectus magis impediunt ortum obligationis naturalis.
- 17 Conscientia non obligat, quos natura non ligat.
- 18 Contractus gestus cum minore absque solemnitatibus, aptus est parere obligationem naturalem, quæ obliget contrahentem in foro conscientie, declaratur in quibus terminis procedat.
- 19 Contractus cum minore gestus, contra formam statuti, ubi non concurrunt circumstantiæ, ex quibus tollatur suspicio præsumptæ fraudis, & doli, nullum producit ortum obligationis, neque naturalis, neque civilis: testatur DD. de veriori & receptori sententia.
- 20 Promissio hæredis facta de soluendo omnia debita, & legata testatoris, intelligenda venit respectu debitorum legitimorum.
- 21 Fideiussor obligatus remanet eodem modo, & forma, quibus obligatus erat eius principalis.
- 22 Obligatio fideiussoris accessoria est obligationi principalis, cuius proinde naturam induit.
- 23 Maxime attema expressa relatio à fideiussore in sua obligatione facta ad obligationem ipsius principalis, operatur, ut omnia contenta in obligatione principalis, censeantur inserta atque repetita etiam in propria.
- 24 Mandatum factum à muliere ad vendendum censum debet, ut valeat insinuari ex constitutione Agidianæ lib. 5. c. 25.
- 25 Nec etiam sufficit decretum Iudicis quòd habeatur Instrumentum pro insinuato.

- 26 Mandatum factum ad unam rem, non potest à Procuratore, seu substituto extendi ad aliam, maxime quando excessus tendit ad præiudicium principalis.
- 27 Procurator non potest in exequendo mandatum, recedere à forma, seu conditione ipsius.
- 28 Et ex hoc defectu principalem suum obligare non potest, dum eius consensus sic prorsus deficiat.
- 29 Et si actum fecit perinde est ac si nihil actum fuisset.
- 30 Declaratio facta ab aliquo, se in contractu non servare, nisi de nudo nomine, substantiam vero totius commodi, & incommodi, spectare ad alterum, operatur, quod nullam ex eo sibi quasiuerit actionem, nullumque lus, quod alteri solo fuit quaritur.
- 31 Secus verò quando in eadem apocha declarationis sibi reseruauit facultatē agendi nomine proprio.
- 32 Declaratur tamen procedere diuersitas, quando actio primo loco fuisset dicto declaranti originaliter acquisita, ac in eius persona radicata: tunc enim in cessione postea alteri facta de dicta actione potuit facultatem agendi nomine proprio sibi reseruare.
- 33 Index in indicando debet attendere propositas causas species, atque circumstantias.

DECISIO LXIII.

Placuerunt Dominis fundamenta decisionis in hac causa emanatæ coram me sub die 24. Iunii 1647. in qua ex capite iniustitiæ resolutum fuit mandatum relaxatum ad instantiam Sacconati contra hæredes q. D. Tiberij Astalli Senioris non esse exequendum. Iniustitia siquidem adhuc visa fuit patens ex eo quod dictum mandatum fuit relaxatum pro fructibus census impositi à Ioanne Baptista Ponciallo in minori ætate constituto, nullis adhibitis solemnitatibus à Statuto Urbis lib. 1. cap. 15. r. requisitis, quocirca dictus census nullus fuit ipso iure, & propterea illius vigore nulla oriri potuit actio ad fauorem creditoris resistente statuto natiuitati utriusque obligationis tam naturalis, quam civilis, iuxta theoreticam Bartol. in leg. cum lex v. 4. ff. de fideiuss. quem sequuntur Imola in capite cum contingat de iure iurand. Conarruu. in cap. quamuis pactum in 2. parte §. quarto num. 6. de pactis in 6. Gabr. confil. 20. n. 44. vers. & quod cum sequent. lib. 2. Carcer. var. resp. part. 2. cap. 1. n. 59. Gratian. disc. forens. cap. 122. num. 1. Rot. coram Durano decis. 18 n. 13. & seqq. Anconitana nullitatis concordie 16. Aprilis 1646. coram bona memoria Arguelles, & in Anconitana census 9. Maij præteriti coram R. P. D. Otobobono, idque procedit non obstante quod impositio, & venditio census facta fuerit ad fauorem Cæciliæ Marchæsiæ mulieris; Quia etiam in tali causa præualeat priuilegium minoris, qui dicitur agere de damno vitando, quamuis pecunias receperit, nisi simul probatur dd. pecunias verlas fuisse in euidenter minoris utilitatem, textus expressus in leg. verum 12. §. item quaritur leg. si minor. 35. ff. de minor. Lambertengh. in terminis pecuniæ tradite à muliere de contract. mulier. in finen. 125. Perug. conf. 77. n. 39. lib. 1. Rota coram san. mem. Greg. XV. d. 473. n. 13. & in Romana Saluiani 27. Ianuarij 1640. §. finali coram Reuendiss. D. meo Decano, & in puncto census venditi per minorem mulieri fuit dictum in Romana seu Perusina census 23. Iunii 1645. §. adeo quod, coram R. P.

- R. P. D. meo Bichio, & in Anconitana census prima Iunii 1649. coram R. P. D. meo Cerro §. quia cum probatum non fuerit, vbi etiam dictum fuit hoc procedere, quamuis ex vtraque parte ratio damni vigeret, nam adhuc melior causa reputatur eius, qui conuenitur, & rei partes sustinet, Lambertengh. vbi supra n. 122. & 125. Peregr. d. conf. 77. num. 39. lib. 1. Rota coram Greg. XV. dec. 473. n. 14. & in Romana pecuniaria 27. Aprilis 1637. coram bon. mem. Merlino.
- 4 Nec potuit dictus census conualidari ex iuramento in eo apposito, quia cum statutum introductum fuerit ob publicam utilitatem ad obuiandum, nempe fraudibus quibus de facili minores decipi possunt, eaque ratione iuramentum in huiusmodi contractibus præstitum dolo, & metu extortum præsumat, dictosque contractus, & obligationes nullius roboris, ac momenti esse declaret, ac dictum statutum auctoritate Apostolica confirmatum etiam fuerit, prout constat ex litteris sancti. memor. Gregor. XII. in principio dd. Statutorum appositis, vtrique iuramentum super eis interpositum, nihil operatur Bartol. in leg. omnes populi sub numero 25. versicul. sed si statutum, ff. de iust. & iure, Bald. in authent. Sacramenta Puberum sub num. 5. versicul. & ideo in multis locis, & c. vbi Castrensi. sub numero 11. versicul. sed si quaritur, & c. Cod. si aduersus venditionem. Honded. confil. 5. num. 40. versicul. ultimum de iuramento, & sequenti lib. 2. Rota decis. 54. numero 2. part. 1. recent. & in Romana donationis de Cupis 5. Iunii 1602. coram bon. memor. Cardinali Pamphilio, ac inter impressas apud Pich. ad Statut. Urbis decis. 22. num. 3. versicul. nec huic conclusioni obstat cum sequentibus, & penes Vergellen. dict. decis. 18. sub num. 2. versicul. quod & si in dicto statuto, & c. cum sequentibus, & per eorum, & in Rauennaten. dotis coram me 11. Aprilis 1644. sub §. non etiam obstat, & c. Mar. Anton. var. resol. lib. 2. resol. 3. n. 8. vers. ceterum, & c.
- 8 Minus subsistere visa fuit præsupposita ratificatio dicti census alias deducta ex eo quod Ioannes Baptista maior factus soluerit spatio longi temporis fructus, nec vnquam de nullitate dicti census aliquid dixerit ad textum in leg. final. C. si maior. fact. alienation. fact. sine decret. rat. habuer. Quia solutio fructuum non fuit hæctenus iustificata neque per simplicem acquiescentiam, imò neque ex alio actu positivo induci potuit ratificatio census nulliter contracti non probata prius in Ioanne Baptista ratificante scientia plena nullitatis non solum facti ad textum expressum in leg. final. ibi per ignorantiam facti, ff. ad Senat. Confil. Macedonian. Gloss. in leg. Zenodorus var. notatione. C. eodem titulo, sed etiam iuris, Bald. in l. mater, C. de rei vendic. Surd. conf. 49. à n. 32. vers. secundo respondeo, & c. & sequentibus, & sub. n. 45. vers. dum verò, & c. Gabr. conf. 62. n. 27. & 28. lib. 2. Gratian. disc. forens. c. 449. n. 32. Rota decis. 282. n. 6. vers. neque obstat, & c. part. 4. diuers. & recent. decis. 293. n. 17. part. 1. Vrbenæ census 7. Maij 1646. cor. bon. mem. Adornano, quæ est decisio 260 part. 6. recent. n. 12. & sequ. & in Anconitana census 7. Maij 1646. coram R. P. D. meo Pentingerio confirmata 7. Maij 1647. & 19. Iunii 1648. coram eodem. Neque pro ratificatione actus nulli sufficit scientia præsumpta, sed certa atque explicita requiritur cum omnibus suis qualitatibus ad tradita per Buratt. decis. 410. num. 11. vbi Add. n. 15. & fuit resolu-

lutum in Romana pecuniaria 28. Ianuarij præteriti coram R. P. D. meo Otobobono. Ratio autem est, quia alias in ratificatione semper intelligitur illa conditio si actus firmus sit, & validus Valens. confil. 177. num. 53. lib. 2. Rota in Romana pecuniaria 23. Maij 1648. §. nec dictum præteritum creditum coram me, quæ etiam facilius procedunt stante dolo, qui à Statuto Urbis interuenisse præsumitur in contractu cum minore gesto absque solemnitatibus, qui dolo quamuis præsumptus secundum veriorum, & receptorem Doctorum sententiam excludit omnem ratificationem ex lapsu temporis deductam, Nat. confil. 162. num. 34. vers. scilicet aeternum respondetur, Malual. confil. 86. sub num. 15. vers. sed vbi, & c. cum seqq. Surd. conf. 49. num. 37. vers. scilicet tertio respondetur cum seqq. Verall. decis. 1. num. 1. part. 3. Buratt. decis. 410. num. 10. & in puncto ratificationis inductæ ex lege fin. C. si maior, & c. consulerunt Roman. conf. 54. in fine, Curt. iun. conf. 50. n. 6. & 7. Ruin. conf. 170. num. 29. Gratian. disc. forens. c. 824. n. 30. & firmavit etiam Rota decis. 102. num. 12. part. 2. diuers. coram san. mem. Greg. XV. dicta decis. 473. num. 18. & in Romana donationis de Cupis coram bon. mem. Cardinali Pamphilio 5. Iulij 1602. sub n. 7. vers. non obstat, quod Alexander, & ita etiam sentit Mar. Anton. hanc questionem ad partes disputans dicta resol. 3. sub n. 20. vers. articulo, igitur erit, qui in vers. in hac contrarietate, & c. hanc esse testatur communiorem DD. opinionem, & magis in praxi receptam, & obseruatam.

Nec etiam elici potest ratificatio ex eo, quod cum Ponciallus in testamento per eum iam in maiori ætate constitutum, atque proximum conditio legauerit duas vineas Propertio Fontanelle cum onere soluendi pro earum pretio scuta bis mille ducentum in extinctionem omnium eius debitorum, & legatorum censetur per huiusmodi dispositionem intellexisse, de quibuscumque debitis, & sic etiam de iis que obligationem civilem, non habent, sed solum naturalem ex ratione assignata tam per Aretin. confil. 93. num. 3. quam per Dec. in Authent. præterea numero 11. Cod. unde vir, & vxor. quæ est quod vbi quis in ultima voluntate mandat solutionem omnium debitorum intelligat principaliter saluti animæ prospicere propriamque conscientiam exonerare, quæ non minus obligatur ex debito naturali tantum quam ex naturali, & civili simul iuncto, & ita etiam firmavit Rota decis. 62. numero 2. decis. 81. numero 1. & decis. 119. numero 3. part. 7. recent. Verum huic obiecto fuit sufficienter satisfactum cum responsione iam data in præcedenti decisione sub §. non obstat quod Ponciallus. vñ nempe cum veremur in contractu nullo ex defectu solemnitatum, cui statutum expressè resistit nulla exinde oriri poterit obligatio nec civilis, nec naturalis leg. sancimus, Cod. de donat. leg. sed & si serui, ff. de fideiuss. & leg. antiqua §. fin. Cod. ad Velleian. Bald. in leg. non dubium col. fin. vers. secunda quæro numero 29. Cod. de legibus. Roman. conf. 12. num. 4. & confil. 37. in primo dubio, eoque magis quia dictæ solemnitates inductæ fuerunt favore publicæ utilitatis, quo casu illarum defectus magis impediunt ortum obligationis naturalis, Rot. coram Durano, dict. decisione 18. numero 17. & 18. cum alijs allegatis, in decisione coram me emanata sub dicto §. non obstat, quod Ponciallus ad med. deficiente autem obligatione naturali certum est quod

quod quis in foro conscientie obligari non potest est recepta Bartoli traditione quos natura non obligat conscientia non ligat, Nauarr. *consil.* 9. *de empt. & vendit. num.* 6. & 7. *libr.* 3. *volum.* 3. Ioannes Valeusius *ad differentia inter verumque forum libr.* 1. *verb. ad præludia num.* 25. Durand. *dicta decis.* 18. *n.* 14.

Quare non obstant firmata per Rotam in *decis.* 62. *n.* 2. & *decis.* 81. *num.* 1. *part.* 7. *recent.* quod nempe contractus gestus cum minore absque solemnitatibus, aptus sit parere obligationem naturalem, quæ obliget contrahentem in foro conscientie; nam illa procedant secundum distinctionem à Rota approbatam in *dict. dec.* 81. & *dec.* 119. *num.* 7. *eadem parte 7. recent.* quando scilicet contractus initus fuit cum bona fide, & cum probabili credulitate quod solemnitate statutarie non requirerentur, vel cum utilitate, ac locupletatione minoris, & sic quando cessat fraudis, ac deceptionis suspicio, cuius correctio est causa finalis eiusdem Statuti. Secus autem quando non concurrunt circumstantiæ, ex quibus tollatur suspicio præsumptæ fraudis, & doli in contractu cum minore gesto contra formam Statuti. Nam tunc ex eo nullam oriri obligationem naturalem, nec civilem communiter tenent Doctores, qui hanc veriolem, & receptiolem sententiam dicunt, & ultra superius citatos tradit etiam Romanus *consil.* 437. *num.* 1. *vers.* *videndum igitur*, Ofasch. *decis.* 165. *num.* 16. *vers.* *hinc sequitur bene*, Menoch. *de præsumpt. lib.* 1. *presumpt.* 80. *sub num.* 16. *vers.* *diuersum est*, & c. & *num.* 37. *vers.* *infertur septimo*, Mantica. *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 21. *tit.* 1. *num.* 4. *vers.* *sed hac ratio*, & c. & ita declaratum etiam fuit in *decis.* 373. *n.* 1. *vers.* & in *primis*, & c. *ac decis.* 177. *num.* 12. *vers.* *non obstat denique part. 1. recent.* & sequitur Moder. *de cens. quest.* 15. *sub num.* 15. *vers.* *qua conclusio*, & c. Sanchez *de matrim. lib.* 1. *disput.* 7. *sub num.* 16. *vers.* *tertio*, & c. Cancr. *var. resol. part.* 2. *cap.* 1. *de minor.* 25. *annor.* num. 209. *vers.* *neque allegata*, & *segg.* Gratian. *discept. forens. cap.* 691. *num.* 24. *vers.* *nam ex contractu gesto*, & *cap.* 13. *numero* 66. *vers.* *ideo videmus.*

Firmata igitur ex prædictis nullitate impositionis census, ac obligationis Ioannis Baptistæ Ponticalli iuste conueniri non potuit Fontanella eiusdem Ioannis Baptistæ legatarius, nam promissio per eum facta de soluendo omnia debita, & legata intelligenda venit respectu debitorum legitimorum, *ad leg. si hie cui*, §. *Flavius Ianuarius*, ff. *de solut.* & iuxta theoreticam Bartol. in *leg. legati numero 3.* *versiculus vltimo nota*, ff. *de liber. legat.* ac ibi Castr. *sub num.* 2. *versiculus si testator*, ff. *de condition. & demonstration.* Bald. in *leg. si creditori sub numero 1.* *versiculus & ideo testator.* *Digestis de legatis 1.* Castrensi. *consilio 50.* *viso Codicillo sub numero 2.* *versiculus constat autem*, & c. *lib.* Cephal. *consilio 14.* *numero 19.* *versiculus & propterea si fiat mandatum baredi*, Surd. *decision.* 38. *numero decimotertio*, *versiculus & facit decisio 269.* *sub numero duodecimo*, *versiculus adeo quod voluit*, Bartol. *consilio tertio*, *sub numero 14.* *versiculus & verba cum segg.* Gratian. *discept. forens. cap.* 713. *numero 68.* *versiculus cum etiam*; & ita etiam se declarauit idem Fontanella, dum suam obligationem expressis verbis restrinxit ad debita de iure soluenda, ibi, *de valore seu pretio soluere omnia, & singula debita, & legata dicti Ioannis Baptistæ, qua de iure venirent soluenda*, ex quo sequitur

quod nec minus conueniri potuerit hæreditas quondam Diu. Tiberij Astalli, nam dum fideiussit pro Fontanella obligatus tantum remansit eodem modo, & forma quibus obligatus erat dictus Fontanella eius principalis, *lege gregè*, §. *illud*, & *lege sicut de fideiussione* Surdus *decisione 118.* *numero 9.* & ita concludit Iason. in *lege si non sortem in principio numero secundo*, *versiculus quarto nota de condit. indebit.* Soccin. *consilio 273.* in *presenti consultatione column. prima.* *libr. primo* obligatio enim fideiussoris accessoria est obligationi principalis cuius proinde naturam induit maximè atenta expressa relatione facta ad obligationem ipsius Fontanellæ principalis, quæ operatur, vt omnia contenta in obligatione principalis censeantur inserta atque repetita etiam in obligatione fideiussoris, Authent. *si quis in aliquo. Codic. de edend.* Paris. *consilio 79.* *num.* 10. *lib.* 3. Ruiu. *consilio 84.* *numero 4.* *lib.* 1. *Caputaquen. decis.* 204. *n.* 4. *part.* 1.

Præterea addebant Doctores, quod admissa etiam non tamen concessa pro valida impositione dicti census, adhuc nulla competere poterat actio Sacconario pro consecutione dictorum fructuum pro quibus obtinuit mandatum ab A. C. nam venditio, ac cessio dicti census, cum fructibus viginti duorum annorum decursis; & non solutis ad eius fauorem facta per Franciscum Berghignum Procuratorem constitutum, & respectiue substitutum à Ioanne Baptistâ Ridulphetto tam nomine proprio, quam nomine Lucretiæ, Antoniæ, ac Cæciliæ filiarum, ac cohæredum dictæ Cæciliæ de Marchefis visa fuit nullius momenti, tum quia mandatum per dd. mulieres factum in personam dicti Ridulphetti ad vendendum censum, caret insinuatione, quæ omnino necessaria erat ex Constitutione Egidiænâ libro quinto, *capite vigesimoquinto*, ad tradita per Boccat. in *commentar. ad eandem gloss.* 8. *numero decimoquinto*, *versiculus tertio extenditur*, & fuit dictum in Auximana bonorum 15. *Aprilis 1603.* *coram bone memoria Cardinali Mellino*, quæ inter impressas est *decisio 368.* vbi firmatur: vt nec etiam sufficiat decretum Iudicis, quod habebatur instrumentum, pro insinuato. Tum quia cum dictæ mulieres fecissent mandatum in personam Ridulphetti ad vendendum censum in sorte scutorum 400. ac ad petendum fructus decursos in summa scutorum 700. utique non potuit Berghignus Procurator à dicto Ridulphetto deinde substitutus excedendo fines dicti primi mandati vendere censum, & cedere fructus decursos vnico pretio scutorum octingentorum in graue præiudicium & damnum mulierum constituentium, vt deciditur in *leg. non abstulit*, & ibi Bald. *sub numero primo*, *versiculus gloss. dicit*, & c. *ac segg.* *Codic. de nouat.* Roman. *consilio 352.* *sub numero secundo*, *versiculus pro hac conclusione*, & c. *cum segg.* Surd. *decisione 229.* *sub numero 27.* *versiculus & addum simile.* Rota penes sanct. memor. Gregor. X V. *decisione 311.* *numero quinto*, *versiculus ex quibus constat*, & c. Buratt. *decisio 374.* *numero octauo*, *versiculus & ideo*, & c. & sequitur Moder. *Perulin. de cens. questione 109.* *numero 47.* *versiculus quia sicut is*, & *sub numero 53.* *versiculus pro qua etiam conclusione cum segg.*

Accidit defectus alterius formæ, siue conditionis appositæ per Ridulphettum in substitutione, per

per eum facta in personam Berghigni, vt nempe ex pretio à venditione dicti census redigendo per emptores soluerentur in manibus Gasparis Morelli scuta 700. ad effectum exequendi voluntatem ipsius Domini Ioannis Baptistæ, quæ tamen conditio, & forma præscripta, cum neglecta fuerit ex quo dictus Berghignus vendidit, ac cessit dictum censum, ac fructus Sacconario nulla per eum facta solutione præfato Gaspari, sed tantum promissione de soluendo infra annum quæ nunquam facta fuisse probatur, imò neque simpliciter, sed sub conditione ibi: *secuta, & facta tamen prius ratificatione à supradietis DD. Cæcilia, Lauinia, Antonia, & Ioanne Baptista*, & c. quod facere non potuit Bald. in *d. leg. non abstulit sub numero 2.* *versiculus contrarium est verum, Cod. de nouat.* & est textus in *leg. qui Rome*, §. *Callimachus*, vbi Iason *numero 9.* *versiculus quinto nota*, & c. *Digestis de verbor. obligat.* Berou. *consil.* 174. *sub numero 7.* *versiculus quibus tamen non obstantibus cum segg. lib.* 1. hinc sequitur quod ex hac etiam ratione Berghignus nulliter egerit, nec suos principales obligare poterit dum eorum consensus in præmissis prioribus deficiebat *l. diligenter, l. si quis pro eo, Digestis mandat.* Oldrad. *consil.* 126. *numero 9.* *versiculus quarto*, & c. Paris. *consil.* 47. *num.* 41. *versiculus quibus stantibus*, & c. & *segg. lib. primo*, Surdus *decis.* 209. *sub num.* 5. *versiculus & propterea cum segg.* Rota Genuen. *decis.* 174. *sub numero quinto*, *versiculus in contrarium consideratum fuit, cum segg.* & perinde est ac si nihil actum fuisset, Rota *coram Reuerendiss. P. Domino Durano decis.* 146. *n.* 47. *vers. vnde*, & c.

Subsistere etiam visum fuit illud fundamentum quod neque Sacconario vlla actio competere ex quo ipsemet declarauit nudum nomen tantum in dicto contractu prestitisse, substantiam, verò totius commodi, & incommodi spectasse ad Thomam Berghignum provt legitur ex apocha contracta sub eadem die celebrati contractus nempe sub die 26. Aprilis 1644. qua stante declaratione nulla illi queri potuit actio nullumque ius quod quæsitum fuit soli prædicto Thomæ, de quo partes senserunt *l. 4. §. si ab ignota, ff. de manumiss. leg. si non verum, l. si filij tui, Codice de donat. inter virum, & uxorem, l. cum propria, & l. militum interest, Cod. si quis, alteri, vel sibi*, Rota penes Cardinalem Scraph. *dec.* 660. *n.* 8. *vers.* *sed acquiritur ius.*

Nec obstat, quod in eadem apoca referuata fuerit præfata Fulvio Sacconario facultas agendi nomine proprio vsque ad consecutionem tam fortis principalis quam, fructuum decursorum vnde intret dispositio *text. in leg. apud Celsum*, §. *si quis pupillo*, *versiculus quod si is, cui pecunia debebatur, Digest. de dol. mal. & met. except.* quia posset sibi locum vindicare si actio primo loco fuisset d. Sacconario originaliter acquisita, ac in eius persona radicata, tunc enim in cessione postea alteri facta de dicta actione potuisset facultatem agendi nomine proprio sibi præseruare, at cum in hoc casu Sacconarius nudum tantum nomen in contractu habuerit, ac nullam actionem sibi acquisierit, sed tantum illi ad quem negotium spectabat frustra consensisse videretur, quod eius nomine ageretur ad *leg. iraditio, Digest. de acquir. vend. rerum dominio. leg. Medestrin. Digest. de solutionibus*, cum concordant. penes Buratt. *dec.* 438. *n.* 2. *vers.* & hoc casu.

Salgado Labyrinth. Credit. Tom. I.

Atque ex his apparet non aduersari, quæ de more plene, & luculenter deducta fuerunt in decisionibus extensis in hac causa coram Reuerendiss. Patre Domino meo Cerro. Nam illis suppositum fuit, quod Ponticallus maior factus per plures annos soluerit fructus census, sicque nouo consensu contractum legitime ratificauerit provt legitur in *decision. 11. Decembr. 1645. sub §. quæ vero ad institutum*; Quodque Borghignus fines mandati seruauerit, vt in posteriori decisione emissa sub die 7. Maij 1646. in §. *secundum*. Demum quod prima actio fuisset acquisita Sacconario, quæ deinde valide, potuerit exerceri in iudicio proprio eius nomine, vt in eadem decisione sub §. *quia cum*, & c.

Quia hæc omnia in præfenti disputatione iustificata minimè fuerunt, ac respectiue eliduntur ex facto ideoque nil mirum imò iustitiæ maximè est consonum, si secundum propositas casuum species, atque circumstantias prior sententia reformetur *leg. si ex plaris*, §. *in cliuo. vers. respondit, Digestis ad leg. Aquilianam. leg. quidam referunt. versiculus in proposito igitur. Digestis de iur. codicil. Bald. consil.* 304. *non est novum in princip. lib.* 1. & *consil.* 52. *obligatio prima facta sub numero secundo vers. pridie consului*, cum aliis allegatis in Fesulana beneficij, seu Oratorij 14. *Marij præteriti coram Reuerendiss. P. Domino meo Corrado in fine principij.* Et ita informante D. Marchione Astallio altera tamen parte citata, & expectata,

R. P. D. VEROSPINO.

Romana Subhaftationis.

Veneris 10. Iunij 1650.

ARGUMENTVM.

Nullitas mandati extenditur ad inde sequentia: Et insurgit ex relaxatione contra minorem absque curatore. Citatio ipsiusmet absque curatore, quomodo sit consideranda. Actio pro certa summa non competit, non liquidata summa. Retentio pro summa debita in spolio non admittitur, ne iudicium reddatur elusorium.

SVMMARIVM.

- 1 Nullitas mandati, in subsequente etiam subhaftationis influit nullitatem.
- 2 Mandatum contra minorem curatore non deputato, relaxatum est nullum.
- 3 Minor, etiam nullo assignato curatore, valide conueniri potest.
- 4 Declaratur conclusio, vt scilicet adultus existens in loco Iudicij, citari quidem possit ad effectum, vt legitime compareat, & Iudicium cum Curatoris interuentu sustineat.
- 5 Quem tantum si non habeat, Index eidem, licet inuito, decernat.
- 6 Cum alias quidquid in eius tanquam indefensi præiudicium gestum fuerit, irritum ipso iure reddatur: ac nullum.
- 7 Sin autem adultus absit à loco Iudicij, non nisi citato curatore, possit valide conueniri.
- 8 Actio pro certa summa experiri non potest antequam

- tequam ipsius liquidatio præcesserit.
- 9 Hæres non potest condemnari nisi pro hæreditaria portione.
 - 10 Limitatur in actione ad factum individua, cuius virtute tenentur hæres unusquisque insolidum.
 - 11 Interesse ob aliquod non adimplementum de sui natura diuiduum, ac proportionibus tantummodo hæreditariis proinde à coheredibus præstandum.
 - 12 Actio à principio intentata ad factum contra unum ex hæredibus, distinguitur ab actione aq̄ principaliter contra eundem excitata ad soluendum interesse, ut primo casu teneatur in solidum, secundo vero tantum pro virili.
 - 13 Retentio pro summa debita in spolio præsertim iudiciali non admittitur à Sac. ritibus Rota, ne iustus iudiciorum ordo perueriatur admitendo probationes post sententiam executioni demandatam.

DECISIO LXIV.

Dissoluta inter Ioannem Paulum de Pisentibus, & Ludouicum Braccium Societate inter vtroque fuit stipulata transactio, vt sociales libri, donec Ioannes Paulus ex scut. 5. mill. sui capitulis 4. mill. reciperet, ac insuper quantitatem scutorum 1136. vti creditor societatis consequenter penes ipsum remaneret; quos tantum quoties requisitus, Ludouico teneretur exhibere, vt residuorum partem sibi tangentem post completam in prædicta quantitate consocij satisfactionem, posset exigere, hic vero triginta post annos, cum inter cæteros Ioannis Pauli mediatos hæredes Oliuam, Honestam pupillas ab Vrbe absentes pro exhibitione librorum citationis edicto vocasset, easque loco damnorum, & interesse, quæ ex præfata causa subierat, ad scuta 1000. pro nunc persolucnda ex reliquo capitalis obtinisset condemnari, executione quoque peracta mediante subhastatione trium, ac decem locorum montium ad eandemmet pupillas spectantium. Ad quarum instantiam commissâ mihi causa dubitari, An prædicta subhastatio possit sustineri, & ex vtroque nullitatis, ac iniustitiæ fundamento corruere fuit hodie responsum.

- 1 Siquidem nullitas mandati quæ in subsequente etiam subhastationis influit nullitatem secundum Bartol. in leg. si non sortem, §. si centum Digestis de condit. indebiti, ibique Iason numero secundo. Rota in Assisten subhastationis 15. Nouembris 1596. coram Orano post Marches. de commiss. part. 3. fol. 47. in dubium renocari non potest in casu proposito, quo mulieribus pupillis, curatore non deputato, ac ipsis proinde indefensis fuerat relaxatum contra text. in leg. dicta. §. finali. Dig. de re iudic. & in leg. cum, & minores. Codice si aduersus rem iudicatam, notat Cald. in l. si curatorem habens in princip. sub num. 8. Codice de in integrum restit. minorum. Vantius de nullitat. ex defectu mandati numero 28. Roland. consil. 85. numero 28. vlt. lum. 2. Olafch. decis. 36. numero 25. & 26. Giurba, decis. 109. numero 5. Rota coram Puteo decis. 306. numero 7. lib. 2. & in Maceraten. hæreditatis. 2. Decembris 1639. coram Reuerendiss. P. Domino meo Royas, & in Vrbeniana legati Julij 1646. in §. sententia prima, & in §. hanc optionem coram Re-

uerendiss. P. D. meo Bichio, & in Romana Saluiani 1. Julij 1648. & 17. Martij 1649. coram R. P. Domino meo Orthobono.

Et licet præfata mulieres excessissent ætatem pupillarem, adeoque potuissent validè nullo etiam assignato Curatore conueniri per text. in leg. 1. §. sufficit, ibique Bartol. numero primo, Digestis de administrat. tutorum Gratianus decisione Marchia 73. numero 1. Rota decis. 674. numero 6. part. 1. recent.

Hæc tantum conclusio non debet simpliciter, sed cum sequenti declaratione admitti. Vt scilicet adultus existens in loco iudicij citari quidem possit ad effectum, vt legitimè compareat, & iudicium cum curatoris interuentu sustineat, vt declarat Iure Consult. in dict. sufficit, quem tantum si non habeat Iudex eidem licet inuito decernat iuxta text. in §. Item inuito instituit. de curat. Cum alias quidquid in eius tantum indefensi præiudicium gestum fuerit, irritum ipso iure reddatur, ac nullum per text. in dict. leg. acta §. vltim. Digestis de re iudicand. & leg. cum & minores, vbi post gloss. notant communiter, Codice si aduersus rem iudicatam. Baldus in dict. §. sufficit num. 7. & 8. Digestis de administrat. tutor. Decius consil. 509. numero 1. Caldas in addit. l. si curatorem habens numero 15. in fine. Sin autem adultus absit à loco iudicij non nisi citato Curatore possit validè conueniri, vt subdit idem Iure Consult. in dict. leg. 1. §. sufficit, versic. in absentibus autem, Digest. de administrat. tutor. & notat ibi Bartol. num. 3. & in leg. 2. Digest. de curat. bon. dand. num. 1. & in leg. 3. §. si quidem, Digestis qui per tutor. vel curator. num. primo, Angel. consil. 103. numero primo, Aleaander consil. 100. in fin. lib. 5. Montan. de auct. tutor cap. 30. num. 28. vbi de communi testatur ac praxi. Adeoque præfata mulieres, nec in Vrbe præsentis, sed in patria longè remotâ commorantes, nec aliter in iudicio defensæ nulliter ibidem condemnatæ censentur, vt respondit Rota in adducta Vrbeniana legati in §. & quidquid sit de prædictis coram Reuerendiss. P. Domino meo Bichio.

Alterum iniustitiæ fundamentum quo mandatum ipsum, subhastationis eiusdem consecutiva laborat, aperte conuincitur, dum ex instrumento transactionis, cuius vigore tam ipse, quam Ioannes Paulus conscius conuenerant, quod satisfactio prius ipso Ioanne Paulo de quantitate ibidem expressa, residuum effectuum societatis inter eos deberet æqualiter diuidi. Quare non antea validè potuit idem Ludouicus actionem pro certa summa expetiri, quam illius liquidatio præcessisset, ad text. in l. tertia, Codice de sententiis, qua sine certa quantitate, Bartol. in leg. proinde, §. notandum, Digestis ad leg. Aquil Bald. in leg. 2. Codice de execut. rei iud. Surdus consil. 248. numero 11. Rota coram Seraph. decis. 1168. numero 5. & decis. 689. numero 3. part. 1. recent. Tum etiam ex relaxata condemnatione insolidum contra mulieres pro integra summa scutorum 1000. loco damnorum & interesse, contra quam tamen vti hæredes pro tertia parte Antonij Aui hæredis pro dimidia præfati Ioannis Pauli poterat pro hæreditariis tantum portionibus decerni, ad text. in leg. 2. Codice de heredit. act vbi gloss. & Doctores, & in leg. pacto, Codice de pactis, Surd. consil. 415. num. 14. Craff. in §. hereditas quest. vltim. numero 12. Rota coram bon. mem. Vrpell. decis. 68. num. 1. & in Turdentina redditionis

DECISIO LXV.

redditionis rationis 28. Iunij 1645. in princip. coram R. P. D. meo Orthobono.

Non obstat, quod actio ad factum exhibitionis librorum intentata per Ludouicum, existat individua, cuius virtute teneatur hæres unusquisque insolidum, secundum Alciat. in leg. 4. §. Cato num. 41. Soccin. iun. num. 84. Digest. de verbor. obligat. Craff. attestans de communi in dict. §. hereditas quest. 12. n. 17.

Ex mulierum enim summario constat ipsas æquè principaliter fuisse contentas, & condemnatas ad solutionem interesse de sui natura diuiduum, ac pro portionibus tantummodo hæreditatis proinde præstandum, ad text. in l. in executione, §. insolidum, & l. cum ex causa, ff. de verb. obligat. notat Bart. in l. 2. §. ex his numero 9. & 10. distinguendo inter actionem à principio intentatam ad factum contra unum ex hæredibus & æquè principaliter contra eundem excitatam ad soluendum interesse, vt primo casu teneatur insolidum, secundo vero tantum pro virili, & ibi etiam Alexander num. 6. Castr. num. 3. vers. sed si estimatio petatur iure actionis. Imol. num. 22. Digest. de verbor. obligat. Gratian. discept. forens. cap. 323. num. 7.

Hinc cessat obiecta retentionis exceptio saltem pro summa debita; Tum quia creditum ex aduerso præsentum dignoscitur esse illiquidum; tum quia retentio ab hoc Tribunali non admittitur in spolio præsertim iudiciali, ne iustus iudiciorum ordo perueriatur admittendo probationes post sententiam executioni demandatam, iuxta decis. Chisanc. 172. Gregorij 105. num. 10. Buratt. 584. num. 6. & aliorum quos secuta fuit Rota in Romana Vineæ 27. Aprilis 1646. in §. namequidem attenditur, & §. quia neque ex produclis coram R. P. D. meo Corrado.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. PEVTINGERÖ.

Romana redditionis rationis.

Luna 14. Iunij 1649.

ARGUMENTVM.

Emergentia circa rationum redditionem in Administratore necessariam hic breuissimo contextu valdè perspicua cadunt, & notatu digna, prout in Summario.

SVMMARIVM.

- 1 Standum est peritis in arte.
- 2 Solidatio & reddio rationis inter partes habentes principale interesse in aliqua re absque interuentu creditorum fieri potest.
- 3 Redditio rationis præbendi non potest ab eo, ad cuius munus non apparet, rem rationi obnoxiam peruenisse.
- 4 Redargutio partitarum tanquam insufficientia descriptarum non potest fieri, vbi non probatur ad manus describentis, rem in rationis quantitate peruenisse, ac descriptum inueniatur.
- 5 Frumenti nomine veniunt etiam segetes.
- 6 Liberatio à redditione rationis Administratori per Testatorem in Testamento legata operatur vt rigorosa reddio ab eo exigi non possit, nec circa dolum condemnari.

Salgado Labyrinth. Credit. Tom. II.

Domini sub die 10. Decembris anni 1646. coram me firmarunt Claudiam de Fortis Tutricem, & pro tempore Curatricem filiorum à Francisco Baratello viro deputatam non teneri pro quinque partitis, ad quas disputatio tunc fuit restricta rationem reddere sed esse legitimè redditam, & obtenta à Creditoribus noua Audienda, causaque sæpius propofita tandem Domini steterunt in decisis.

Quia quoad primam partitam herbarum ex Cafali Vaccareccia à Claudia perceptarum à Creditoribus appositam, quod in rationibus ab ea redditus non legatur ad debitum ipsius, seu Felicis eius filij adnotata, res caret difficultate, nam easdem herbas pro nutrimento 33. equarum, & 33. bouum circiter, qui in hæreditate Francisci viri remanserant apparet fuisse consumptas, cum longè maiori quantitate indigerent quam ex dict. Cafali rubr. 160. Circiter percipiebatur, quemadmodum affirmarunt plures Periti dati pro parte Claudie, & vt firmatum fuit in decisione, quæ hodie reuiderur sub §. partita enim herbarum, adeo quod in eadem pabuli dd. animalium causam vterium scuta 375. circiter fuerint impensa, vt ex partitis inter partes concordatis resultat, & prout in eadem decisione deductum fuit.

Et sic non obstat assertio creditorum Bararelli, quod admissa etiam venditione herbarum facta per Felicem, adhuc superessent in Cafali tot herbæ, quæ pro pascendis animalibus prædictis sufficerent; nam hoc ex ipsa quantitate rubr. eiusdem Cafalis 297. vt constat ex Instrumento locationis, & ex Peritorum attestazione de quantitate pascuorum in similibus Cafalibus assignari solita, omnino eliditur, cum in hoc standum sit relationi Peritorum, vt firmat dict. decisio in hac causa facta, Rota dec. 526. n. 5. in fin. p. 4. dec. 151. n. 14. p. 6. recent.

Ita etiam corruit exceptio creditorum, quod dicta animalia toto tempore triennij administrationis Claudie in hæreditate Francisci non extiterint, dum contrarium probatur ex Instrumento venditionis eorundem animalium de anno 1622. factæ.

Sed quamuis etiam pretium herbarum venditarum peruenisset ad manus Claudie; cuius contrarium ex prædictis apparet, dum ipsa annis 1619. 1620. & 1621. emit herbas pro animalibus hæreditatis in tenuta Campi Mortui, Præticæ, & Porciliani pretio scutor. 375. vt fuit dictum, & iustificatur ex quietantiis, illud veteret compensandum cum dd. scut. 375. vt deducitur in decisione, quæ reuiderur dict. §. partita enim herbarum.

Quò verò ad salmas 108. fœni dicitur consumptas fuisse pro alendis animalibus hæreditatis, videlicet equo, quo utebatur Felix, vt præfesset cultura Cafalium, & conseruationi animalium, & aliis equis venientibus ad Urbem ad effectum transportandi panem, & similia pro victu agricultorum, & pastorum, & asportandi caseum, lanam, & alios fructus Massariæ pecudum.

Quoad secundam partitam concernentem fructus Cafalis Turris nouæ de anno 1618. Pariter censuerunt Domini firmam remanere decisionem

stante Instrumento solidationis rationum sub die 24. Nouembris eiusdem anni initæ inter Bizzarrum principalem ipsius Casalís Conductorum, & Felicem Baratellum filium Francisci, & Claudiæ, à quo fuerunt administrati, vt habetur in Summariis Claudiæ, & vt ponderatur in *decisione qua reuidetur sub §. neque partita.*

Cui resolutioni non obstat quod fructus d. Casalís (detraçtis prius expensis, ac pensionibus debitis DD. de Aldobrandinis) vigore conuentionis initæ inter Bizzarrum, & Franciscum de anno 1618. die 24. Nouembris per acta Octauij Capogalli Notarij, & dum de interesse creditorum Bizzari ageretur, pro quibus Franciscus Baratellus fideiussor, in horum satisfactio-nem impendi debuissent. Ideoque d. solidatio absque creditorum interuentu fieri non poterit.

Quia semper subsistit, quod principale interesse spectabat ad Bizzarrum principalem Conductorem eiusdem Casalís, & verum Dominum eius fructuum ac Baratellum eius fideiussorem, pro cuius indemnitate dicta conuentio facta fuit, & consequenter ex tali conuentione nullum tale ius creditoribus acquisitum fuit, quin inter partes ad solidationem, & redditionem rationis validè postea deueniri potuerit, vt ritè factum fuit, Rota in *Narnien. Societatis* 19. Februarij 1619. coram bon. memor. Pironano impressi. *decis.* 77. numero quarto, & *segg.* p. 4. tom. 2. recent.

Sed cesset insuper obiectum, considerando quod ex solutionibus scutor. 2300. dd. Aldobrandinis ab ipso Felice factis pro affectu d. Casalís Turris nouæ vsque per totam diem 24. Nouembris 1618. quo tempore per solidationem computorum factam cum Bizzarro expirauit illius mandatum, & ex aliis solutionibus factis diuersis Creditoribus eiusdem Bizzari, de quibus in secundo Summ. Claudiæ, apparet ad eius manus maioris valoris fructus non peruenisse, & propterea d. redditio rationis prætendi non potest ad tradita per Bartol. in *l. 1. num. 9. & segg.* ff. de eden. Crauet. *consil.* 231. num. 14. Rota apud Greg. XV. *dec.* 220. n. 3.

Nec refert quod in compendio rationum Claudiæ ad debitum hæreditatis Francisci sui viri descripta fuerit partita scutor. 820. soluta pistoriis die 4. Nouembris 1618. ante confectio-nem d. Instrumenti solidationis computorum. Ideoque pariter redditus ex d. Casali percepti essent describendi ad eius debitum.

Quia vltra quod semper creditoribus resistit d. solidatio facta cum Bizzarro Conductore Casalís, & vero Domino frumenti, vt in alia decisione firmatum fuit, responderetur nequaquam constare, quod ista Pistoriis facta solutio sit respectu Casalís Torris Nouæ, quod tamen esset pro parte creditorum concludenter probandum, maxime dum verba quietantiæ repugnant, & aliæ partiæ à die 23. Iulij vsque ad d. diem 3. Nouembris solutionum factarum nedum DD. Aldobrandinis, sed etiam aliis creditoribus Bizzari in vltimo compendio rationum Claudiæ non fuerunt descriptæ vt in hoc partes conueniunt, sed fuerunt adductæ pro maiori iustificacione solidationis rationum in d. Instrumento factæ.

Similiter placuit DD. eandem decisionem confirmare quoad tertiam partitam concernentem fructus Casalís Turris Nouæ de anno 1619.

eo ipso quod à creditoribus non probatur concludenter maiorem quantitatem fructuum, quam in rationibus Claudiæ descripta fuit, ad eius manus peruenisse, quæ tamen probatio necessaria erat ad condemnandum Claudiæ, & ad conuincendam partitarum ab ipsa descriptarum insufficientiam, Alexander in *leg. numero* 22. *vers. in ea, Digestis de eden.* Soccin. *sen. consil.* 24. num. 55. lib. 1. Rota in *Nepesina Tutela* 22. Aprilis 1622. coram bon. mem. Valdo impressi. *decis.* 380. numero 3. *vers. & in omnem euentum part. 4. tom. 2. recent.*

Non obstat quod ratio de herbis ex d. Casali eodem anno perceptis reddita non fuerit, quia sufficit pro huiusmodi anno ad creditum hæreditatis Baratelli appositam fuisse quantitatem scutorum 2830. quæ retracta fuerunt ex venditione lanæ, & agnorum, quæ lanæ, & agni non extitissent nisi ex herbis d. Casalís oues bis mille nutritæ fuissent, cum nulla alia pro alendis ouibus impensa facta in istis rationibus adnotata legatur, vt ex vltima Giribaldi Periti electi relatione in 6. partita referuata apparet.

Pariter Domini dixerunt decisionem confirmandam quoad quartam partitam frumenti de anno 1620. in prætenfa Rubric. 800. quantitate collecti. Nam vltra quod à Claudiæ tanta quantitas recollecta negatur, & talis negatio attestacione officialis Annonæ in eiusdem Claudiæ Summ. numero 5. aliàs relata adminiculatur, si ex dicta quantitate Rubrorum 800. Rubror. 80. pro seminibus necessaria deducantur, & iuxta Peritorum assercionem decem rubra à quolibet centenario ob rationem diuersitatis mensurarum demantur, atque hordeum, & blada, cum etiam segetes sub nomine frumenti comprehendantur, Gloss. in *leg. 1. §. de eo opere Digestis de ag. pluui. arc. & in leg. triticum* 94. verbo. *triticum, Digestis de verbor. obligat.* Rebuff. in *leg. frugum* 77. *vers. frumentum dicitur, Digestis de verbo. signif.* Forcarul. in *pæn. iur. civil. cap. 6. per tot.* vtique partita hæc in rationibus ad creditum hæreditatis in Rubr. 539. † eo anno venditis descripta sustinetur, vt ex Periti relatione in 31. partita referuata dignoscitur, & vt in alia decisione deductum fuit sub §. *quamuis etiam.*

In eandem sententiam quoque Domini descenderunt quoad quintam partitam redditionis integræ rationis equarum 53. nam boues 12. fuerunt lanionibus venditi, & alij 23. Camillo Bonauenturæ vt in Summ. Claudiæ docetur, pro vt etiam de 20. equabus pro scutor. 15. pro qualibet Michaëli Angelo Riosfredo venditis, vt ex relatione supradicti Periti in quinta partita referuata demonstratur; Ita quod pro 33. equabus deficient. ad d. pretium valutaris valoris scutorum 495. poterit hoc debitum Claudiæ, quæ ex eisdem rationibus in longè maiori quantitate creditrix remanserat, cum hoc eius credito compensari, pro vt in decisione quæ reuidetur fuit ponderatum, in §. *fin.*

Quæ omnia eò facilius videbantur Domini esse admittenda, cum hic agatur de muliere Francisco Baratello eius viro quoad fidem, & integritatem optimè cognita, adeo vt, eam ab huiusmodi rationum redditionum onere, vt in eius testamento legitur, plenè liberauerit, & sic ab ea rigorosa redditio exigì non possit, nec

citra

citra dolum condemnari l. Aurelio 21. §. Caius, ff. de lib. leg. l. cum necessitatem 18. vbi Gloss. fin. & Doct. C. de fideicommiss. Crauet. *consil.* 193. num. 9. Rota *decis.* 762. num. 8. part. 2. *decis.* 331. num. 1. & *seg. part. 3. & decis.* 409. n. 2. & 6. part. 4. recent.

Præsertim aduertendo quod ipsa de gestis per Felicem filium pariter à patre Francisco liberatum post rationem de vtraque administratione iam diu solemniter redditam, molestatur, postquam fuit per sententiam Iudicis liberata, & creditrix declarata, vt ex sententia, aliisque iuribus in Summ. eiusdem Claudiæ apparet; vnde merito ab omni sinistra suspicione immunis habenda est, vt decisio firmat quæ reuidetur, in qua propterea Domini permanferunt vtraque, &c.

R. P. D. MELTIO.

Ianuei prætenfa separationis Thori.

22. Iunij 1650.

ARGUMENTVM.

Nullitas excessus valdè inficit adiudicationem, & executionem. Executio quomodo fiat in annuis præstationibus. Læsiõ vltra dimidiam datur in subhastatione; & proinde remedium, l. fin. C. de rescind. vend. contra eã habet locum Fructus dotales veniunt in Iudicio dotis. Præsentia partis supplet defectum intimationis. Pignoris natura, & necessitas in executione examinatur. Stylus fori est attendendus: & quomodo probetur. Læsiõ, quomodo probetur. Res ciuili vinculo alligata, pretio minuitur. Manuentio non datur sine spoliato.

SVMMARIVM.

1. Adiudicatio notoriè nulla non priuat quemquam sua anteriori possessione.
2. Excessus in adiudicatione sufficit vt detur in aliqua parte, effectum, vt executio adiudicationis in totum annullata remaneat.
3. Possessor est citandus in Iudicio immisionis.
4. Executio in annuis præstationibus fieri debet eodem modo, quo fit in immobilibus.
5. Executio pignoris prætorij, etiam in annuis præstationibus, debet precedere adiudicationem.
6. Læsiõ vltra dimidiam iusti pretij rescindit subhastationem, sine adiudicationem.
7. Remedium l. 2. C. de rescind. vend. habet etiam locum in subhastatione.
8. Confessione de recepto emissa de tempore, quo nulla aderat suspicio, valde attendi debet.
9. Crediti dotalis nomine venit creditum alimentorum dotalium.
10. Iudicium quodlibet factum pro repetitione dotis, comprehendit de sui natura fructus dotales, quamuis illi in libello expressè non fuerint.
11. Fructus dotis tanquam accessorii ad eandem dotem; illam adeo concomitantur vt comprehendantur sub iudicio vniuersali facto pro dotis restitutione, quamuis de illis de nulla facta fuerit expressio.
12. Excessus ex quo penditur iniustitia adiudicationis Salgado Labyrinth. creditor. Tom. I. I.

nis, debet esse adeò euidentis, ac clarus, vt nulla modo possit de eo dubitari.

13. Probatio, quæ respectu temporis dubia redditur, attendenda non est.
14. Tempus, quotiescumque est de substantia eius, quod agitur, clarum est, quod præcisè probari debet, alias probatio non suffragatur.
15. Præsentia partis supplet defectum citationis.
16. Intimatio non necessaria, sed facta ex abundantia cautela, licet nulliter sit facta, non est apta ad destruendum processum, & ad inferendum præiudicium.
17. Executio mediante captione pignorum, non est necesse quod precedat ex primo decreto adiudicationem, quotiescumque bona adiudicata reperiantur iam supposita pignori, & hypotheca ad fauorem creditoris.
18. Aliud dici potest respectu adiudicationis pignoris Prætoris.
19. Pignore conuentionali cessante, precedere debet executio, ex qua formatur pignus prætorium. Quod necessarium non est, si precedat pignoris conuentio.
20. Stylus Ciuitatis Neapolis est, quod ad venditionem fiscalium, siue illorum adiudicationem procedatur, nulla precedentè executione, si illi sequestrari sint ad instantiam creditorum.
21. Stylus fori alicuius loci satis probatur per attestaciones Curialium, ac Notariorum loci.
22. Stylus, & consuetudo contraria vbi vigent, inducunt tacitam derogationem solemnitatibus à iure in subhastationis iudicio requisitis.
23. Et talis stylus est omnino attendendus.
24. Læsiõ debet probari ab eo, qui se fundat in ea.
25. Et quidem plenè & concludenter.
26. Et percutere debet tempus secuta adiudicationis circa probationem valoris rei adiudicata.
27. Læsiõ excluditur ab adiudicatione facta per Iudicis decretum, attentæ vel sola præsentia Iudicis.
28. Testis deponens de facto proprio etiam si esset vnicus, plusquam semiplenam facit probationem.
29. Et eius dictum adminiculum aliis duabus depositionibus facit plenam probationem.
30. Pretium certum rei omnino requiritur ad effectum probandi læsionem.
31. Bona subhastata, minori pretio illorum veri valoris, vendi solent.
32. Præsertim quando illa sunt vocabilia per mortem debitoris.
33. Vincula imposita alicui rei, tendunt ad diminutionem valoris illius. Et reddituum.
34. Incertitudo valoris rei, excludit læsionem.
35. Læsiõ & illius suspicio cessat per oblationem retinentis rem, super qua illa prætenditur ad illam retrocedendum.
36. Quando agitur de solutione pro rata, creditoribus faciendæ, consideranda est quantitas, quæ à quolibet fuit contributa.
37. Manuentio non datur contra decretum adiudicationis executioni ad hominem demandatum.
38. Scientia adiudicationis, & acquiescentia facit censeri quem pro spoliato vnde non intrat præsumptio continuatæ possessionis, & ad hunc effectum, sufficiens etiam est spatium paucorum dierum.

Post resolutionem coram me emanatam sub die 28. Iunij 1649. favore Dom. Marchionis ab Auria, in qua fuit dictum illi dandum esse mandatum de manutendo in redditibus Fiscalibus, de quibus agitur, eo quia adiudicatio reportata dd. reddituum Fiscalium per Dominam Barbaram Spinolam uxorem d. Domin. Marchionis à Regio consilio Neapolis pro restitutione suæ dotis erat notoriè nulla quæ propterea D. Marchionem sua anteriori possessione non priuavit, inserit pro noua audientia d. D. Barbara, qua illi concessa sub hac die fuit resolutum dandum esse mandatum de manutendo D. Barbaræ prorata scut. 48. mill. tantum, & sic recedendum à decisio

2 Nullitates in decisione ponderatæ d. adiudicationis fuerunt tres, quarum prima dicebatur ratione excessus, cum dos Dominæ Barbaræ ascenderet in totum ad summam ducatorum 48. mill. monetæ Neapolis, adiudicatio autem secuta fuit pro ducatis 50. mill. unde apparet de excessu in ducatis 2000. qui sufficit vt detur in aliqua parte ad effectum, vt executio adiudicationis in totum annullata remaneat ad text. in leg. 1. §. hæc verba ff. nec vis fiat ei, Bartol. in l. si non fortem, §. si centum, ex qua etiam omnes idem notant, ff. de condit. in deb. num. 7. Put. decis. 323. num. 2. lib. 1. Gregor. XV. decis. 198. n. 1. cum aliis relatis in decis. 682. num. 1. & 4. p. 4. recent. tom. 3.

3 Secunda nullitas deducebatur, ex quo in Iudicio adiudicationis prætendebatur citatum non fuisse D. Marchionem, nec aliquem eius legitimum Procuratorem, & tamen ipse tanquam possessor dd. reddituum fiscalium citandus erat, dum per adiudicationem immittenda erat in illorum possessionem D. Barbara, ad hoc vt priuatus remaneret sua possessione ad text. in l. de vnoquoque ff. de re iudic. Rota decis. 802. numero 7. & 8. part. 1. diuers. & decis. 267. numero 12. part. 4. recent. tom. 2.

Tertiam nullitatem in eo consistere firmatum fuit, nam ad adiudicationem fuit processum, non captis prius pignoribus Prætoris, mediante executione, quæ in annuis præstationibus fieri debet eodem modo quo fit in immobilibus ex iuribus allegatis in dict. decis. sub §. oritur etiam. vbi pariter firmatur talem executionem debere præcedere adiudicationem.

5 Ex capite etiam læsionis dicta fuit nulla adiudicatio, & læsio deducebatur, quia D. Barbara ad effectum sibi satisfaciendi de duc. 50. mil. adiudicationem obtinuit, ac ad eius creditum in libris Regiæ Cameræ Neapolis describi curauit omnes redditus fiscales spect. ad D. Marchionem constituentes capitale ducator. 107. mill. ex quibus retraherentur annui fructus ducator. 8000. quæ quidem læsio tanquam vltra dimidium iusti pretij rescindit subhastationem, siue adiudicationem cum ex hoc constet de illius iniustitia iuxta terminum l. 2. Cod. de rescind. vend. cuius remedium vt habeat etiam locum in subhastatione declarat Cornel. consil. 56. num. 2. lib. 3. Rebuff. in comment. tom. 2. de rescind. contract. art. vnic. gloss. 15. n. 38. & in tit. de precon. art. 7. gloss. vn. in fin. Cagnol. in l. 2. num. 161. & ibi Pinell. numero 25. Cod. de rescind. vend. Gabr. de empr. & vend. conclus. 1. sub num. 61. versicul. contrarium. Seraphin. decis. 1478. sub

numero 1. versic. neque ista deliberatio.

Hæc autem fundamenta decisionis ex nouiter deductis per Dominam Barbaram visa fuerunt non subsistere, Nam allegatus excessus ducator. 2000. redditur valde turbidus, ex quo adiudicatio pro dote d. D. Barbaræ cantat simpliciter pro ducatis 48. mill. summa autem ducator. 2000. liberata fuit in aliorum causa à Regio consilio Neapolitano nempe in causam alimentorum, & fructuum dotalium vt apparet ex pluribus actis datis in vltimo summ. d. D. Barbaræ num. 1. & huiusmodi adiudicationem fuisse factam pro vtroque credito comprobatur nedum ex sequestro, ac decreto facto pro alimenti favore Dominæ Barbaræ, vt in d. eius summ. eodem numero 1. verum etiam ex reiteratis attestacionibus Notarij Actuarij factis de ordine Iudicis explicitè id affirmantibus primo sum. ipsiusmet Dominæ Barbaræ numero 8. & 11. quibus accedunt etiam confessionem eiusdem Dominæ Barbaræ, quia adiudicatio facta fuit pro dote ducatorum 48. mil. & pro aliis ducatis 2000. in causam alimentor. vt in dicto eius primo Summario num. 9. & 10. quæ cum fuerint emissæ post adiudicationem, & de tempore quo nulla aderat suspicio, vt ex hoc capite excessus adiudicatio impugnaretur ac iudicialiter appareant factæ, valde attendi debent l. generaliter. Cod. de non num. pecun. cap. ac si clericis, vbi Abb. & Dec. in 4. notab. de Iudic. l. cum 16. Cod. de transact. Bald. consil. 142. colum. 2. lib. 2. cum aliis relatis per Surd. consil. 60. numero 1. & decis. 326. num. 28.

Ponderatum etiam fuit quod post emanatum decretum adiudicationis ad fauorem D. Barbaræ procurator D. Marchionis longè post contra illud opposuit quatuor nullitates, vt in primo Summario d. D. Barbaræ numero 14. nulla de ista respectu excessus hæbita ratione, quæ certè inter illos fuisse connumerata tanquam valde substantialis, nisi procurator agnouisset, quod adiudicatio comprehendebat tam creditum dotis, quam creditum ratione alimentorum, ex quibus concludendum venit verba decreti adiudicationis comprehendere, nedum creditum dotis, sed etiam creditum alimentorum dotalium, maxime quia sub nomine crediti dotalis venit creditum alimentorum dotalium, ad trad. per Bart. in leg. item veniant, §. item non solum num. 3. Digestis de petit. hæredit. vbi Bald. num. 1. qui concludunt in quolibet iudicio facto pro repetitione dotis venire de sui natura fructus dotalis quamuis illi in libello expressi non fecerint, & hoc ea ratione, quia fructus dotis tanquam accessorii ad eandem dotem leg. marito, §. fin. & ibi Roman. num. 31. Digest. solut. matrimon. illam adeo concomitantur, vt comprehendantur sub iudicio vniuersali facto pro dotis restitutione quamuis de illis nulla fuerit facta expressio, Mantie. de tacit. & ambig. lib. 11. titul. 19. num. 15. Surdus de aliment. lib. 8. priuileg. 49. numero 1. vbi allegat plures concordantes, Rota inter impress. apud Fenzon. ad Statut. Urb. decis. 85. §. nihil etiam obflare. At in omnem casum sufficit, quod ex istis saltem reddatur dubius prætextus, vt Domino Marchioni competere nequeat manutentio. Cum ad hunc effectum requiratur, vt excessus ex quo penditur iniustitia adiudicationis sit adeo euidentis, ac clarus, vt nullo modo de eo possit dubitari. Rota dec. 646. n. 2. part. 2. recentior. & dec. 182. n. 8.

n. 8. decis. 236. num. 2. inter impress. apud Moder. de decis. manutent. cum vulg.

Non obstat, quod per Dominum Marchionem dentur nonnullæ solutiones in eius summario responsionis num. 12. quæ factæ apparent Dom. Barbaræ à Cornelio Spinola in summa ducatorum 10575. ex quibus præsupponitur dictam Dom. Barbaram remanere satisfactam de prædictis ducatis 2000. ei debitis ratione alimentorum, quia dictæ solutiones factæ apparent vsque de anno 1633. alimentum autem in scutis 2000. fuerunt assignata de anno 1637. & sic valde post, vnde cum probatio huiusmodi respectu temporis dubia adatur, attendenda non est, Natra qui alios allegat. conf. 170. num. 9. quotiescumque enim tempus est de substantia eius, quod agitur, clarum est, quod præcisè probari debet, alias probatio non suffragatur, Gloss. fin. in lege cum actum, vbi Bartolus num. 6. D. de negot. gest. & post alios Surdus decis. 75. num. 10. Rota decisione 73. numero 20. part. 4. recent. tom. 2.

Secunda nullitas ex defectu citationis in eadem decisione ponderata hodie cessat, stante quod ex facto appareat decretum adiudicationis fuisse factum sub die 24. Decembris 1637. præsentè, & contradicente Bartholomeo Criscoio procuratore D. Marchionis, qui in illius personam fecit mandatum sub die 31. Maij 1636. ac ab eo fuit acceptatum, vt in summario numero 1. Dominæ Barbaræ numero 16. & sequenti, & sic perperam desideratur citatio, vbi habetur præsentia, quæ supplet huiusmodi defectum, Iason in lege nequiquam, numero 26. vers. 2. limita, D. de offic. Proconf. & legat. & in lege 1. num. 1. D. de in ius vocand. & in rubric. num. 3. vers. veritas est, Coasice eodem titulo, Marant. in prax. part. 6. membr. 1. num. 12. Vant. de nullitat. quibus modis sentent. nullitat. defend. possess. num. 116. cum aliis copiosè satis relatis in decis. 274. num. 7. part. 4. recentior. tom. 2. Nec procuratoris mandatum dici potest, quod fuisse expiratum de tempore dicti decreti super adiudicatione emanati, quia vt dicebatur dictum decretum factum fuit sub die 24. Decembris 1637. & de illo tempore adhuc durabat mandatum cum restrictum fuerit ad totum, & integrum annum 1647. Quare non obstat, quod postea de mense Ianuarij 1638. & sic de tempore quo Criscoio mandatum iam fuerat expiratum ei decretum adiudicationis fuerit intimatum; nam cum intimatio huiusmodi non requireretur ex forma dicti decreti simpliciter, ac absolute loquentis, nec ex dispositione iuris, cum procurator habuisset notitiam illius, ex quo factum fuerat ex præsentè, vtique intimatio ista dici debet facta ex abundanti cautela, quæ propterea licet nulliter facta apta non fuit ad destruendum processum, & ad inferendum præiudicium lege testamentum, cum ibi not. Cod. de lege qui mutuum, D. mand. cum concordand. congestis, per Roman. consilio 343. numero 7. Rota decisione 319. num. 9. part. 1. & decisione 715. num. 6. part. 4. recent. tom. 1.

Postrema nullitas ex eo deducta, quod executio non præcesserit ex primo decreto adiudicationem mediante captione pignorum pro irrelevanti habita etiam fuit, nam ex iuris dispositione executio ista non requiritur quotiescumque bona adiudicata reperiantur iam supposita pignori, & hypothecæ ad fauorem creditoris, provt in præsentè

casu redditus fiscales, de quibus agitur suppositi reperiebantur pignori, ac hypothecæ ad fauorem Dominæ Barbaræ, quod quid aliud dici possit respectu adiudicationis pignoris Prætoris, in quibus terminis intelligendæ sunt doctrinæ allegatæ in decisione quæ revidetur sub §. oritur; & tertia nullitas, & cum hac distinctione in simili materia procedendum esse declarat Fenzon. ad Statut. Urb. cap. 194. num. 13. cuius opinioem sequitur Modern. Perusin. de subhastatione, inspect. 13. num. 75. & latius inspect. 11. num. 1. cum seq. vbi dat formam procedendi in vtroque casu sub ea distinctione, vt cessante pignore conuentionali præcedere debeat executio ex qua formatur pignus Prætorium, quod necessarium non ait si præcedat pignoris conuentionis, vt reassumendo sumat s. b. n. 17.

At circa hoc tollit quamcunque difficultatem stylus vigens in ciuitate Neapolis, qui per tres testes summe examinatos esse probatur, vt ad venditionem Fiscalium, siue illorum adiudicationem procedatur nulla præcedente executione si illi sequestrati sint ad instantiam creditorum; & deponunt, quod viderunt ita praticari, vt in vltimo summario Dominæ Barbaræ numero 14. quod sequestrum hic fuisse factum non controuertitur licet ad probandum huiusmodi stylum satis essent etiam attestaciones plurimorum Curialium, ac Notariorum data in primo summario Dominæ Barbaræ numero 19. vt declarauit Rota decisione 255. num. 2. inter impress. ad Modern. de manut. & apud eundem de subhast. dec. 34. num. 18. cum aliis congestis per Mangil. eodem tract. quest. 59. num. 12. qui ait ceteri derogatum solemnitatibus à iure requisitis in iudicio subhastationis quotiescumque viget stylus, & consuetudo contraria, & quod similis stylus omnino sit attendendus declarat Guido Pap. dec. 22. num. 1. in fin. vers. sed contrarium. Rota dicta decis. 34. num. 17. apud eundem Modern. de subhastat.

Quo verò ad læsionem in qua D. Marchio valde se fundat clarum est, quod eam probare teneatur, Bart. & alij in l. nam, & postea, §. si minor. D. de iurand. Gozal. consil. 44. num. 8. & quidem plenè, & concludenter, Abb. in in cap. 1. in 2. notab. de restit. in integrum. Dec. consil. 474. num. 11. & percutere debet tempus secutæ adiudicationis circa probationem valoris prædictorum fiscalium, iuxta text. in lege voluntate in fin. Cod. de rescind. vend. Glossa & Doctores in lege 2. eodem tit. & in lege pretia rerum. D. ad legem falcid. Buratt. dec. 578. n. 9. & dec. 278. num. 4. part. 4. recent. tom. 2. Ad effectum autem illam probandi data fuerunt plures venditiones horum reddituum fiscalium factæ de anno 1637. & 1638. ad rationem septem pro quolibet centenario absque vlla diminutione, vt in eius primo summario numero 12. cum duobus sequent. quæ cum percutiant tempus adiudicationis factæ de dicto anno 1637. omnium fiscalium ad D. Marchionem spectantium, quæ constituebant capitale ducator. 107. mil. pro ducatis 50. mil. ad fauorem Dominæ Barbaræ propterea dicitur, vt illa saluari non possit à manifesta læsione.

Hoc tamen minime obstante consideratum fuit, vt cum huiusmodi adiudicatio fuerit facta per iudicis decretum, sola iudicis præsentia sufficiat ad excludendam læsionem Crauer. consil. 114. num. 2. Dec. in lege singularia sub n. 13. D. si cert. petat. Buratt. decisio 783. n. 14. vbi aliæ referuntur decisiones.

Præterea eo magis cessare videtur læsio dum ex depositionibus trium testium inductorum per Dominam Barbaram clarè appareat quod redditus fiscales ad forenses spectantes, venditi fuerunt de anno 1637. & 1638. etiam ad rationem 30. vel 40. pro centenariò, vt in ultimo summ. Dominæ Barbaræ num. 15. Imo secundus testis deponit se illos emisse pro tali pretio à particularibus, & à Bartholomæo Aquino, qui nomine Regiæ Cameræ vendebat, ac instrumentum super tali emptione celebratum fuisse, stipulatum per Maximum Passerum eiusdem Regiæ Cameræ Notarium; qui tanquam deponens de facto proprio etiam si esset vnicus, plusquam semiplenam faceret probationem, Achil. dec. 31. de prob. Cæsar de Grassis, decif. 2. de empt. & vendit. Caputaq. decif. 281. part. 3. Seraph. decif. 889. num. 3. Rota decif. 252. num. 2. part. 2. in rec. quare adminiculato illius dicto ex depositionibus aliorum duorum testium, vt ille faciat plenam probationem tradit Castrensis in l. quicumque in fin. Codice de seru. fug. Crot. in tract. de cest. numero 209. Socinus iunior consil. 61. in fin. lib. 1. Cephal. consil. 432. num. 31. maxime iuncta fide Proxenetæ ante adiudicationem exhibita ex qua apparet non semper hos redditus fuisse venditos pretio contento in instrumentis venditionum per D. Marchionem productis, sed aliquando longè minori, & propterea ex his colligitur non posse in illis constitui certum pretium quod omnino requiritur ad effectum probandi læsionem. Quibus additur etiam quod bona subhastata minori pretio illorum veri valoris, vendi solent, præsertim quando illa sunt vocabilia per mortem debitoris, vt accidit in hoc casu, ex quo dd. redditus pro rata ducatorum 22. mill. circiter empti fuerunt sub periculo vitæ eiusdem D. Marchionis, & quod decreta adiudicationis facta fuerint sub duplici vinculo, vnum videlicet, quod capitalia non valeant remi inconsumto regio consilio, alterum quod fructus dd. capitalium pro rata ducatorum mille annuorum, non liceat Dominæ Barbaræ exigere, sed remaneant lequestrati pro alimentis, quæ à filiis petita fuerunt, quæ quidem vincula dubitari non potest, quin tendant ad diminutionem valoris dictorum reddituum, Pinell. in lege 2. part. 3. cap. ult. num. 22. cum seqq. Codice de rescind. vendit. Rota decisione 44. num. 9. apud Modern. Perusin. de subhast. Gregor. X. V. decisione 553. num. 14. ex quibus cum saltem incertitudo valoris fiscalium oriatur, læsio remanet exclusa, Baldus in lege finali, §. sed si quis, Codice commun. de legat. Rolandus consilio 28. numero 24. libro 4. Gratianus disceptatione forens. capite 861. num. 6. & 7. Rota in Gerunden. annuariorum 14. Nouembris 1586. coram Orano.

Sed videbatur etiam Dominis, quod Domina Barbara magis excludat quamcunque suspicionem læsionis, dum ea sese obrulit paratam pro vt de præfenti quoque se offert ad retrocedendum omnes redditus fiscales ei restituta ei tamen à D. Marchione sua dote ducatorum 48. m. vel retentis ex dictis fiscalibus tot quorum valor ascendat ad summam dd. ducator. 48. mil. ei debitorum, quam retrocessionem facto acceptare Dominus Marchio nunquam voluit, & per huiusmodi oblationem cessare læsionem firmanit Rota coram Merlino decisione 236. numero 2. quapropter resolutum fuit dictæ Dominæ Barbaræ esse dandum mandatum de manutenendo pro rata ducar. 48. mill. tantum

in dictis fiscalibus, quæ quidem dictio pro rata intelligi debet, vt fiscalia penes Dominam Barbaram remanura esse debeant talis valoris, vt importent illam quantitatem, in qua D. Barbara fuit constituta dos, & quæ D. Marchioni fuit consignata dos, vt declarat Rom. conf. 89. n. 1. vbi quod quando agitur de solutione pro rata creditoribus facienda consideranda est quantitas, quæ à quolibet fuit contributa.

Vltimo denique cum causa pendeat in gradu restitutionis in integrum, ac decretum adiudicationis factum fauore Dominæ Barbaræ longè antepetitam restitutionem in integrum à D. Marchione fuerit executioni ab homine demandatum, non potest dari aliqua manutentio Domino Marchioni, vt distinguendo iuret executionem factam ab homine, & à lege, bene declarauit Rota penes Burat. decif. 604. num. 16. & 17. & in Sipontina pensiois 8. Aprilis 1647. §. fin. 1. Iulij eiusdem anni, §. 1. & 8. Iunij 1648. §. quia, coram Reuerendissimo Patre Domino meo Peutingero, & ratio est quia cum Dominus Marchio scientiam habuerit prædictæ adiudicationis, ac per spatium plurium annorum distulerit hoc iudicium promouere cessat quæcunque præsumptio continuatæ possessionis in eo, qui propterea censeri debet, vt se habuerit pro spoliato, & ad hunc effectum sufficiens etiam fuisset spatium paucorum dierum vt explicat Crauet. consilio 235. numero 1. versiculo & dicitur negligere, & plures Rotæ decisiones cumulando tradit etiam Modern. de manutent. obseruat. 58. sub n. 21.

Et ita vtraque parte informante fuit resolutum, &c.

R. D. P. C E L S O.
Romana Domus.
Luna 25. Februarij 1647.

ARGUMENTVM.

Agitur de deuolutione rei emphyteuticæ ob finitam lineam, & canones non solutos; vbi plura, secundum propositam facti speciem, congeruntur ad materiam; & in specie de facultate Domino directo competenti, capiendi possessionem rei propria auctoritate: de probatione deponentis de facto proprio, & de emphyteutæ excusatione ob non solutos Canones.

SVMMARIVM.

- 1 Possessio emphyteuta probatur ex locutionibus rei emphyteutica continuatis, & effectum sortitis.
- 2 Confessio superat quamcunque probationem.
- 3 Mandatum de manutenendo conceditur existenti in possessione, ipsa probata.
- 4 Possessio apprehensa propria auctoritate, & sine citatione, dicitur clandestina, & turbatiua.
- 5 Et nullum vero possessori infert præiudicium.
- 6 Domino directo non permittitur exercitium proprie auctoritatis in capienda possessione rei emphyteuta prætextu deuolutionis, & caducitatis ob non solutos Canones, dum non versatur in claris, & indubitatis.
- 7 Sed iudicio petitorio contra possessorem, agendum est.
- 8 Qui interim debet sua possessione manuteneri.

- 9 Ampliatur procedere, etiam attent a facultate capiendi possessionem propria auctoritate.
- 10 Clausula ad habendum & quicquid voluerit faciendum, &c. adiecta inuestitura concessæ, pro se heredibus, & successoribus quibuscumque in perpetuum, comprehendit heredes etiam extraneos.
- 11 Relationis ad instrumentum a natura est, quod relationem habeatur in referente.
- 12 Heredes & successores extranei necessario debent intelligi in concessione inuestitura concepta pro heredibus, & successoribus quibuscumque in perpetuum comprehensæ, quando primus inuestitus erat Clericus de tempore inuestitura, & talis enunciatus in ea.
- 13 Concessio emphyteutica non potest dici esse finita, ob lineam vacatorum finitam, dum dominus directus per spatium longi temporis tertius in emphyteutas recognouit, recipiendi ab eis laudemium, deinde Canones.
- 14 Deuolutio rei emphyteuticæ ob non solutos Canones aliquo tempore, non potest à domino directo prætendi contra inquilierem minorem.
- 15 Et absentem.
- 16 Sequesterium à domino directo contra inquilinos fundi emphyteutici facit cessare deuolutionem contra emphyteutam ob non solutos de eo tempore Canones.
- 17 Sicut etiam assignatio talium pensionum, cum obligatione inquilini de illis soluendis, acceptata ab ipso domino directo.
- 18 Testi attestanti aliquam rem vii mediatori, tanquam de negotio ab ipso gestio, cum alias, sit nota integritatis, plurimum deferendum venit. Iuncta præsertim alia attestazione.
- 19 Credulitas probabilis in emphyteuta, Canones fuisse solutos, sufficit ipsi ad euitandam caducitatem.
- 20 Causa qualibet, etiam fatua, & iniusta, excusat à deuolutione, & à pena.
- 21 Manutentio non datur possessionis nulla, & attentata.
- 22 Manutentio, sicut cessat quando non constat de possessione, ita etiam quando possessio est nulla, improba, vel infecta.
- 23 Manutentio data proprietario vigore possessionis civilis per extinctionem lineæ inuestiti, & caducitatem: sustineri non valet, dum non fuit de eis doctum quæ per allegantem probari debent.
- 24 Deuolutio, vbi non est clara, non potest procedi per viam manutentionis.
- 25 Et sic constat de iniustitia mandati de manuteneudo.
- 26 Virtus primæ sententiæ, & illius effectus remanet suspensus per appellationem.

DECISIO LXVII.

Prætendens modernus rector Sanctorum Simonis, & Iudæ ob lineam finitam, & Canones non solutos, deuolutam esse ad eius Ecclesiam domum aliàs sub die 17. Octobris 1547. in emphyteusim concessam Vincentio de Ferrariis, & per Franciscam Felicem possessam; sub die 23. Ianuarij 1643. de facto illa non citata, possessionem præfata domus accepit.

Vnde introducta à principio causa coram reuerendissimo Urbis Vicegerente, qui Rectori mandatum de manutenendo concessit, & per definitiuam sententiam, nullum ius dictæ Franciscæ

Felicæ competere, pronunciauit; & deinde per viam appellationis, mihi commissa, proposui dubium, cui esset dandum mandatum de manuteneudo; & domini ad fauorem Franciscæ Felicis responderunt, ex quo constat de anteriori possessione illius, non solum ex pluribus locationibus eiusdem domus continuatis, & effectum sortitis; iuxta Glossam in lege qui vniversas, §. qui per Colonum, in verb. Colonum, ibique Aret. num. 6. D. de acquirend. possess. Bartolus in lege ad probationem, vers. pone enim Cod. locat. Gabr. de locat. conclusione 4. numero 2. cum seqq. Rota coram Andrea decisione 61. num. 3.

Sed etiam ex confessione propria ipsius Rectoris, qui in instrumento publico sub die 8. Decembris 1636. declarauit recepisse scutor. 28. b. 80. pro canonibus decursis, & non solutis præfata domus emphyteuticæ per dictam Felicem possessæ, quæ confessio superat quamcunque probationem, Felin. in cap. olim num. 10. vers. iuncta secundo, de resc. Menoch. de retin. remed. 3. n. 596. vers. rursus; Rota dec. 708. n. 1. p. 4. tom. 3. rec.

Et propterea debet illi concedi mandatum de manuteneudo, vt in his terminis firmavit Rota coram Andrea d. decif. 61. n. 4. in Bonon. de Carnalibus 11. Ianuarij 1602. penes Marchef. de comm. tom. 2. fol. 545. per tot. & in recent. dec. 420. n. 3. & 23. p. 4. tom. 3.

Nec obstat possessio posterior Rectoris capta 28. Februarij 1643. quia vti apprehensa propria auctoritate, & sine citatione dicitur clandestina, & turbatiua, nullumque Franciscæ Felicæ præiudicium inferre potuit cap. licet causam, de prob. cap. licet Episcopus de prebend. in 6. Bartolus in l. si duo num. 4. vers. si vero testes, D. vii possidetis, Rota decif. 366. num. 2. part. 1. rec. Burat. dec. 263. n. 3. & penes Posth. de manut. dec. 330. n. 21. cum seqq. cum aliis in Imolen. beneficij 23. Iun. 1645. coram R. P. D. med. Conrado.

Prætensio verò; quod ob lineam finitam, & Canones non solutos, licuerit de facto Rectori possessionem accipere, cessat ex eo, dum deuolutio & caducitas non erat clara, & indubitata, pro vt requiritur ad hunc effectum, sed plures patiebatur difficultates, & probabiliter controuerti poterat, quo casu non permittitur Domini directo exercitium propriæ auctoritatis; sed iudicio petitorio contra possessorem agendum est, qui interim debet in sua possessione manuteneri, iuxta doctrinam Speculat. in tit. de emphyt. §. nunc aliqua q. 48. num. 62. vers. tu dic. Corn. consil. 193. num. 3. lib. 3. Gabr. consil. 67. num. 17. lib. 2. Corbul. de caus. priu. ob non solu. can. quest. 12. num. 3. cum sequentibus; Fachin. controuers. Iur. lib. 1. cap. 95. in fin. Gaius cap. 736. num. 7. & 8. Thomar. decif. 16. n. 16. relati à Posth. de manut. obseru. 16. num. 46. cum seqq. Rota post eundem, decif. 111. num. 7. cum seqq. dec. 168. eod. num. decif. 283. num. 7. dec. 293. n. 3. & apud Pacifici de Salu. decif. 141. n. 9. cum seqq. & penes Marchef. de comm. part. 1. fol. 566. num. 1. & per tot. Andr. decif. 36. num. 6. decif. 61. num. 7. & in recent. dec. 409. num. 7. part. 1. decif. 420. num. 22. & 23. part. 4. tom. 2. decif. 359. num. 4. & 5. part. 5. & in V. lads. lauten. V. illa d. Hoppembruch. 13. Aprilis 1646. coram R. P. D. meo Cerro.

Quam opinionem procedere etiam attentata facultate capiendi possessionem propria auctoritate, probat Mant. de tac. lib. 22. tit. 22. num. 14. vers. sic: cum autem, & dec. 194. num. 2. cum seqq. Add. ad isti mem.

mem. Greg. *decif. 105. lit. A.* & penes Posth. *de manu. dec. 336. g. 8.* & latè firmatum fuit in Fanen. seu Senogall. bonorum super immiffione 14. Martij 1646. coram Reuendissimo Patre Domino meo Melio.

Quatenus enim deuolutio deducitur, ob finitam lineam Vincentij de Ferrariis, & illa non poterat dici clara, dum concessio fuit facta Vincentio ac eius hæredibus, & successoribus quibuscunque in perpetuum, cum clausula ad habendum, & quicquid voluerit faciendum, quo casu venire hæredes, etiam extraneos, probat Cald. *de iur. emphyt. lib. 2. quest. 23. num. 52. & 53.* Clar. *§. emphyteusis, quest. 28. num. 4.* Caualex. *decif. 290. num. 1. & decif. 263. per tot. Bonon. emphyt. 16. Iun. 1597. coram Penia, Romana Vineæ 22. Martij 1602. & in Papien. bonorum 10. Maij eiusdem anni coram, clar. mem. Cardinal Pamphilio, cum pluribus in Sarcinat. feud. 22. Iunij & 18. Decembris 1645. coram R. D. meo Duzozetto Decano.*

Et licet in supplicatione, & precibus sanctissimo porrectis non legantur verba quibuscunque, & similia nihilominus cum in eadem supplicatione habeatur relatio ad instrumentum prædictum, ibi, & provt plenius dicitur contineri in ipso instrumento concessionis, potuit Franciscæ Felix, vigore præfatæ relationis iustè prætere, quod omnia contenta in instrumento censerentur repetita in supplicatione, Baldus in *lege 2. num. 4. Cod. de error. Aduoc.* & in his terminis Rota *decif. 14. num. 42. & segg. part. 6. decif. 549. num. 13. p. 4. tom. 3.*

Maximè cum idem Vincentius esset eo tempore Clericus, & talis enunciatus, tam inuestitura, quam in conformatione Apostolica, & paulo post ad Episcopatum promotus, itavt dicta verba ad eius filios, & descendentes nullo modo adaptari possent, & propterea de hæredibus, & successoribus extraneis necessario deberent intelligi, vt notat Curt. *de feud. 2. part. 3. part. n. 40. Clar. §. feudum quest. 79. num. 4. Cald. quest. 20. num. 23. & 37. & quest. 23. num. 69. Socin. consilio 13. num. 1. lib. 3. cum aliis per Fufar. de substitutione, quest. 339. num. 42.*

Quod comprobauit etiam obseruantia subsecuta, nam idem Reçtor præstitit consensum alienationi prædictæ domus factæ de anno 1605. ad fauorem Virginij Martini authoris Franciscæ Felicis, recipiendo ab eo laudemium, & Canones, provt etiam eosdem Canones recepit à prædicta Franciscæ, adeo vt non possit dicere concessionem esse finitam, dum præfatos de Martinis per spatium quadraginta annorum in emphyteutas recognouit, Corbul. *de caus. priuat. ex eo quod emphyteuta non ostendit Domino instrum. renouationis numero 2. Rota decif. 261. numero 4. part. prima recentiores.*

Quatenus autem deuolutio præteritur ob Canones non solutos, ab anno 1639. vsque ad tempus apprehensæ per Reçtorem possessionis, & restitit non solum minor ætas Franciscæ Felicis, illiusque absentia ab vrbe, provt de muliere, & minore, Mantic. *de tacit. lib. 22. tit. 27. num. 42.* Ruin. *consil. 110. n. 7. lib. 1. Speculat. tit. de emphyt. §. nunc aliqua 9. 14. num. 24. & segg.* Et de absente Corbul. *de caus. priu. ob non solut. can. limit. 10. num. 5. Dec. conf. 338. n. 9. Rota decif. 509. n. 3. & dec. 719. n. 8. & 9. p. 4. tom. 3. rec.*

Verum etiam sequestrum factum contra inquilinos super pensionibus eiusdem domus, Rota *dec. 719. n. 10. & 11. p. 4. tom. 3. recent.* Et quod magis est assignario dictarum pensionum, cum obligatione inquilini de illis soluendis acceptata ab ipso Reçtore, vt deponit Ioannes Palumbus Curialis notæ integritatis, cui tanquam mediator, & attestanti de negotio ab ipso tempore gesto, plurimum deferendum venit, iuncta præsertim attestazione Bizozari, eius iuramento recognita, Barrolus in *l. 1. §. idem Cornelio, n. 2. vers. ultimo vides, D. de quest. Rota coram san. mem. Gregor. dec. 204. n. 3. dec. 247. n. 6. & seg. dec. 521. num. 2. & dec. 544. num. 18. & 19. cum aliis per Add. ad Burat. dec. 116. n. 16.*

Ex quibus apparet Franciscam Felicem, vel Canones perfoluisse, vel saltem iustè potuisse credere illos fuisse solutos, & Reçtorem de eius satisfactum, quæ probabilis credulitas sufficit ad euitandam caducitatem, Iason in *lege 2. num. 53. quest. 16. vers. limita tamen, Cod. de iure emph. Caputaq. decif. 180. n. 4. part. 1. san. mem. Greg. decif. 388. n. 4. Burat. dec. 624. n. 7. cum segg. Romana præterse deuolutionis 22. Iun. 1624. coram Remboldo, Grat. cap. 633. n. 24. cum segg. & 675. n. 33.*

Cum qualibet causa etiam fatua, & iniusta excuset à deuolutione, & à pœna *l. igitur, §. potest. D. de lib. caus. Corbul. de caus. priuat. ob non solut. can. limit. 17. num. 2. Romana deuolutionis 12. Nenenbris 1610. coram Coccino, & in alia Romana præterse deuolutionis 22. Iun. 1624. coram Remboldo, & in recentiores, dec. 281. n. 15. p. 4. tom. 2.*

Minus obstat alia possessio capta per eundem Reçtorem sub die 22. Ianuarij 1644. vigore mandati de manutendo obtenti à R. Vicegerente, nam cum prior possessio fuerit nulla, & attentata in vim illius manutentio dari non poterat, nam sicut illa cessat quando non constat de possessione. *§. retinenda instituit. de interd. ita etiam quando possessio est nulla, improba, vel infecta, Rota in Columbrien. præstimoniorum 18. Iun. 1632. coram R. D. meo Decano, apud Posth. dec. 330. n. 18.*

Nec dicatur, quod saltem eadem manutentio potuerit concedi vigore possessionis ciuilibus, quæ remanet pedes proprietarium, nam illa sustineri non valet, dum non fuit doctum de extinctione lineæ, & de caducitate, quæ per allegatam probari debet Speculat. *in rit. de emphyt. §. nunc aliqua n. 66. Rota coram Buratto decif. sub num. 5. vers. iniustitia verb. & numeris segg. & in recent. decif. 25. n. 1. cum segg. part. 6.*

Et ex his patet responsio ad decisionem in contrarium adductam in Romana de Bombellis 31. Maij 1613. coram Sacrato, nam dum deuolutio non erat clara, non poterat procedi per viam manutentionis, & sic constat de iniustitia mandati de manutendo, Rota in Romana domus 16. Februar. 1632. coram Pirovano, apud Posth. *decif. 336. num. 5. cum aliis supra allegatis.*

Non obstat sententia lata in petitorio, in qua dictum fuit nullum ius competere Franciscæ Felicis, quia cum ab ea fuerit appellatum, & appellatio simpliciter per signaturam admiffa, interim possidens, non poterat sua possessione priuari, sed in ea debebat manuteneri, quia virtus primæ sententiæ, & illius effectus remanebat suspensus per appellationem, Abb. *conf. 99. numero 2. vers. sculo sed in casu nostro lib. 1. Alexander consilio 189. num. 6. lib. 2. Add. ad Buratt. decif. 436. numero 12. & in terminis, Rota dicta decif. 336. num. 9. & 10. penes Posth. de manu.*

Et

Et hæc dixerunt Domini ad effectum manutentionis, tantummodo partibus hinc inde informantibus.

R. P. D. PEVTINGERO.

Romana præterse restitutionis dotis.

Lune 27. Iunij 1650.

A R G V M E N T V M.

Actio spolij non competit aduersus sententiam simpliciter iniustam, quando iniustitia non est valde notoria. Competit spoliatum ex mandato ex falsa causa relaxato pro omnibus, etiam inde sequens. Læfio enormis datur etiam in subhaftatione rei facta vilissimo pretio citra omnem proportionem. Executio iudicis à quo, iniusta, potest reuocari à iudice, ad quem per viam attentatorum.

S V M M A R I V M.

- 1 Reintegratio non competit spoliatum ob sententiam iniustam, quando iudex licet iniuste, non tamen notoriè iniuste processit: quo casu debet spoliatum ordinariis iuris remedijs agere.
- 2 Mandatum ex falsa causa relaxatum est iniustum, cum omnibus in executionem illius gestis: & proinde suffragari non potest obtinenti, quin teneatur ad plenam habitorum vigore illius, restitutionem.
- 3 Precedit etiam in casu subhaftationis, factæ mandato iudicis.
- 4 Læfio enormis insurgit etiam ex re, vilissimo pretio citra omnem valoris proportionem subhaftata.
- 5 Locupletari quis non debet cum alterius iactura, vel longa defatigatione iudiciorum.
- 6 Executio iudicis, à quo, quando est iniusta potest optime reuocari per iudicem, ad quem, etiam per viam attentatorum.

D E C I S I O L X V I I I.

Domini hodie iterum approbando resolutionem sub die 4. Februarij præteriti coram me datam ad duo capite dubij propofiti in hac causa, videlicet an mandatum A. C. sit infirmandum ita vt sit danda reintegratio hæredi q. Antimi Vrsini ad bona subhaftata contra D. Emiliam Caualerium D. Cleriæ Sannesiæ maritum deliberatarium dictorum bonorum, de quibus agitur, responderunt iniustitiam in primis sententiæ subhaftationis A. C. constare ex abundanter satis dictis in decisione in hac causa emanatis sub diebus 15. Ian. & 21. Iunij 1649. & dicto die 4. Febr. huius anni, provt etiam non competere d. hæredi Antimi reintegrationem ad bona subhaftata, sed ordinariis ei iuris remedijs agendum esse, quia iudex licet iniuste, non tamen notoriè iniuste processit, vt in *§. quod verò locus non sit dicta decisione que reuidentur.*

Nihilominus tamen DD. censuerunt ex capite summæ læfionis d. Emiliam teneri d. hæredi q. Antimi restituere quicquid ad instantiam eius vxoris pro summa nequaquam debita ad ipsum peruenit de bonis d. Antimi, qui vt omnes supradictæ decif. iustissime firmarunt, iniustum erat d. mandatum A. C. ex falsa causa relaxatum cum omnibus

in executionem illius gestis ad text. in *l. si non forem, §. si centum. D. de cond. indeb.* ideo suffragari non potest d. Emilio, sed tenetur ad restitutionem d. bonorum *l. 2. l. pen. Cod. si vend. pig. agatur.* Fulg. *conf. 190. visis toto processu, num. 3. ad fin. vers. contra emptores verò, Negul. de pig. memb. 1. part. 6. num. 28. vers. sculo sed dubitatur, & in his terminis fuit resolutum in Romana spol. 21. Februarij 1600. coram Iusto decif. 36. co. Sac. in Ancon. spol. 9. Iun. eod. anno decif. 282. per tot. part. 3. recent. ac etiam probatur in decif. 506. n. 7. vers. nec obstare visum fuit, & seg. p. 5. rec. tom. 2. latissime prosequitur Giurb. *dec. 89. sub n. 1. vers. etiam contra tertium, & seg. & concurrunt stat. verb. lib. 1. cap. 154. Mod. Perul. in tract. de subhaft. insp. 49. num. 69. vbi in terminis dicit procedere etiam in casu subhaftationis factæ mandato iudicis.**

Enormis autem læfio ex eo manifesta, & palpabilis apparet quod dicta bona Antimi in sorte sc. 14800. ex d. mandato ex falsa causa relaxato subhaftata vilissimo pretio sc. 4600. & cum maxima læfione, consideratis etiam oneribus, quibus subiecta reperiuntur, à d. Emilio empta fuerint, vnde resultat damnum hæredis d. Antimi *l. si vxor 3. ibique Glossa in l. 1. in verbo mala fide, Cod. si vend. pig. agatur, & aliis relatis probat Mod. Pisaur. de subhaft. quest. 45. num. 14. vers. nec isto casu, quare iustum non est, vt hoc pacto cum alterius iactura, vel longa defatigatione iudiciorum locupletetur d. l. 1. ad med. vers. quod si de bonis, & d. l. si vxor, C. vend. pign. agatur, & vtrobique notatur per Glossam, & Doctores.*

Non obstat doctrina Baldi in Auth. *qui iurat sub n. 47. in fin. vers. sed quid si fuit processum, C. de bon. auth. iud. poss. Franch. dec. 120. num. 8. vers. item quod est fortius, & dec. 660. per tot. cum pluribus allegatis.*

Quia ista iura non procedunt quando iudex à quo mandatum relaxauit, & executio facta est pro summa maiori quam sit debitum, & sic longè fortius pro summa nullo modo debita, vt hic Rota *d. dec. 282. n. 2. vers. non obstat. p. 3. rec. & in Senogall. bonorum 14. Aprilis 1617. coram bon. mem. Remb. Etenim quando executio iudicis à quo est iniusta potest optime per iudicem ad quem reuocari, etiam per viam attentatorum, vt pluribus allegatis firmant Add. ad Greg. decif. 91. n. 13. & dec. 232. n. 4. in fin. Burat. decif. 185. n. 6. & prius dec. 171. num. 8. & fuit dictum in Meleuitana attentatorum 20. Iunij 1639. §. fin. coram Reuerendiss. Domino meo Decano. Et ita vtraque, &c.*

R. D. P. VEROSPPIO.

Romana supplementi legitimæ.

Lune 20. Iunij 1650.

A R G V M E N T V M.

Sententia probatur valida ex reuolutione Actorū, & Rotalis, iusta ex decisionibus. Excessiua, est iniusta. Dos filij imputatur in legitimum. Legitima filius debita, est tertia pars hæreditatis. Exceptio partitæ non iustificatæ, non valet retardare executionem sententiæ. Legitima non minuitur ex legatis hæreditatis etiam debentis. Distractiones, ac deductiones quales admittantur, & quomodo

modo iustificentur, ad præiudicium legitimum.

S V M M A R I V M.

- 1 Sententia validitas resultat ex reuolutione Acto- rum.
- 2 Deciso Verall. 260. p. 2. huiusmodi decernens semper in Sac. Trib. Rotæ fuit recepta.
- 3 Sententia Rotæ iniustitia deducitur à Rotæ ex decisionibus in ea causa factis.
- 4 Sententia excessiua, est iniusta.
- 5 Dos filia impuitur in legitimam, de luce communi.
- 6 Et eo magis si ab ipsomet Patre demandata fuit imputatio, quæ ideo exequi debet.
- 7 Legitima de vniuerso Patrimonio, supputatis etiam dotibus est detrahenda.
- 8 Legitima filii debita, est verita pars hereditatis.
- 9 Exceptio partitarum non iustificatarum non valet retardare scientia executionem.
- 10 Præiudicium præseruatum, resultare non potest ex partitu, de quarum veritate principaliter disputari contingat.
- 11 Patrimonium defuncti, ex legatis in testamento relicti, in præiudicium legitime non potest.
- 12 Etiam si legata per testatorem ad pios vsus essent destinata.
- 13 Neque distractio stabilium ex causa pestis, ac belli, ex longo post casus tempore facta.
- 14 Distractio causa pestis, ac belli solummodo approbatur in illis bonis, quæ tunc temporis, vel paulo post distrabuntur.
- 15 Instrumentum venditionis bonorum, quæ ex causa in iure admissa, præseruatur detrabi in diminutionem patrimonij defuncti; dato quod aliàs esset iustificata; non concludens verum eorundem valorem, in præiudicium hæredis non approbatur.
- 16 Et eo maxime si distractio est facta, pendente lite, & post moram incursum.
- 17 Nec expensæ factæ pro creditorum exactione, si non iustificentur.

DECISIO LXIX.

POST editas super legitimæ supplemento ex bonis Riccardi Patris taxato fauore Mariæ, ac illorum de Cherubinis eiusdem hæredum in scutis 7215, & obulis 88. super earum executione conformium commissâ mihi causa dubitauit, an locus esse possit vrbis statuto de duabus conformibus exequendis; & ex ea ratione potissimum affirmatiuè Domini responderunt, quod requisita per statutum in casu proposito non possunt in dubium reuocari, siue inspecta personarum qualitate vtrinque admilla, siue validitate sententiarum exaduerso non impugnata, ac exactorum reuolutione resultante iuxta decisionem Verall. 260. part. 2. semper in hoc Trib. receptam; siue demum earundem iniustitia abun- de iustificata ex decisionibus coram reuerendissimo Patre Domino meo Cerro in prima instantia, in altera vero coram reuerendissimo Patre Domino meo Meltio luculenter extensis, prout aliàs iustitiam sententiarum exinde Rota in pluribus decisionibus relatis in Rauennaten. seu Ferrarien. Decimarum 24. Ian. 1650. & in Anconit. dotis 30. Maij eiusdem anni coram me.

Non obstantè repetita errorum obiecta ad exclu-

dendum legitimæ supplementum in præfata quantitate taxatum in præcedentibus instantiis ex quibus sententiæ tanquam excessiue iniustitiæ exaduerso supponuntur obnoxie, pex textus in leg. in hoc iudicio, D. fam. herc. Rota coram Put. dec. 315. n. 1. cum sequentibus, lib. 1. & coram Buratto 216. num. 11. Quia prædictarum sententiarum excessum ex facto corrucere apertè demonstrant tum diuisionis instrumentum, tum ipsius negotij libri, ex quibus valor hæreditatis, detractis debitorum partitis, deprehenditur in summâ scutorum 111946. & obulorum 37. supplementum verò legitimæ conuincitur æquate valorem scutorum 8657. & obulorum 72. cum dimidio, prout melius ex calculo inferius recensendo constabit.

Supputatis siquidem debitis atque detractis aliis detrahendis, hæreditaria Riccardi credita ad scuta 67764. & obulos 17. non solum ostendunt adducta lura, sed etiam ipsa Farsetti Petiti relatio ab hoc Tribunali iudicialiter deputati.

Alia quoque credita in eadem relatione non calculata, vt par erat, ad debitum Caplæ constituitur summam scut. 8942. & obulorum 27. cum dimidio; loca præterea montium, nec in Farsetti relatione comprehensa æquare valorem scutorum 21890. prædicta quoque iura conuincunt, ac horum fructus viuente Riccardo decursos, & non exactos ducentorum scutorum numerum explere, ac obulorum 77. Et demum tum Bergomensis territorij stabilia ab ipsamet Anna, pendente lite distracta conficere summam scutorum 17385. & obulorum 30. si ratio monetæ earum partium habeatur, secundum verò æstimationem monetæ Romanæ quantitatem scutorum 12169. & obulorum 50. (vt Anna præterendit) ex inuentario, ac diuisionis instrumento dignoscitur, tum solutas denique dotes in vita Patris summam scutorum 20000. conficere, dotalia instrumenta iustificanti; quam tamen summam dotis occasione receptam in filia legitimam imputandam esse Domini censuerunt, vel quia imputatio iuris dispositioni conformis existit. lege quoniam nouella, Cod. de inoff. test. vbi inter cæteros Iason. num. 29. Bartolus in leg. in quartam n. 10. D. ad legem falcid. ibique Ripa numero 148. Socinus iunior. n. 242. Pic. num. 381. & de communi testatur Craff. in §. legitima, quæst. 23. num. 1. & 15. Peregrinus de fideicom. articulo 36. numero 131. Cyriac. controu. in. 385. num. 7. Rota in ciuitatis Castellii supplementi legitima 11. Martij 1526. coram Maxanedo, vel quia ab ipsamet Patre demandata fuit imputatio, adeoque exequi debet per textus in lege si quando, §. generaliter, Cod. de inoff. testament. Picus in adducta, lege in quartam numero 187. Digestus ad legem falcididiam, vbi de communi Ferdin. Valquez de successione creat. §. 30. n. 258. Craff. in adducto §. legitima, quæst. 22. num. 2. Rota coram Greg. dec. 568. num. 2. & in Romana legitima 15. Maij 1600. coram Iusto, post Pacific. de Salu. decis. 153. n. 8. & in hac eadem causa 6. Iunij 1646. coram reuerendissimo Patre Domino meo Cerro. Provt etiam eandem summam decreuerunt esse computandam in calculanda legitima, de vniuerso Patrimonio, supputatis etiam dotibus, detrahenda, vt tradit Gabr. consil. 132. num. 3. lib. 2. Criuell. decisione Dolan. 97. numero 8. Petra de fideicommissione, quæstione 15. numero 148. in §. Tertio re- tento eodem themate, & in §. Quod autem attinet, Fontanell. de pact. nupt. clausura 9. glossa vnica p. 2. num. 36.

Ex

Ex hoc autem Riccardi ære, æquante valorem scutorum 128948. & obulorum 71. cum dimidio, infra scriptas solummodo partitas detrahendas esse Domini censuerunt scuta scilicet 9929. & obulos septem cum dimidio, pro totidem assignandis errorum causa ad creditum Caplæ, alteram sc. 98. & obulorum 53. pro errore in libris eiusdem Caplæ deprehensio; scuta 5434. & obulos 74. in diuersarum vtilitatem personarum insumpta; ad denique scuta 1540. pro totidem locis Montium, quæ duplicatis vicibus descripta probantur in iisdem libris. Quibus proinde detractis, Riccardi hæreditatem in scutis 111946. & obulis 37. responderunt esse taxandam, ac tertiam partem pro filiorum legitima debitam ex dispositione Auth. nouissima, C. de inoff. test. calculandam in scutis 57315. & obulis 45. cum duobus tertiis, eiusque supplementum summam scutorum 8657. constituere, & obulorum 72. cum dimidio.

Hinc verò sententiarum iniustitia resultat exaduerso perperam impugnata, quæ nec ex sequentibus partitis ab Anna præterentis poterit elisa censeferi. Altera enim sc. 13168. & obulorum octo ex causa debitorum siue inexigibilium, siue præscriptorum exaduerso petita, corrui ex sententiis in vtraque instantia hætenus editis, ex quarum tenore conuincitur legitimæ supplementum constitutum fuisse in bonis hæreditariis deductis in processu iuxta eorum assignationem in executione faciendam.

Reliquas verò partitas, pro rata, videlicet scut. 2175. in causam alimentorum, ac dotis Paulæ de Giannellis insumpta; siue scutorum 4134. pro totidemque Alcornio assignatis; siue scutorum 1210. & aliorum 440. in excomputationem locorum Montium, quæ supponuntur duplicata, & denique aliorum sc. 1700. pro reductione valoris eorumque locorum Montium exaduerso præterentia, ob iustificationis defectum non esse accepto ferendas DD. responderunt ad longius retardandam sententiarum executionem, prout alias similes partitas non iustificatas reiecit Rota in vna ciuitatis Castellii iuris parcendis 1. Dec. 1623. coram Vbaldo, inter impressas, part. 4. tom. 2. rec. dec. 498. n. 12. cum segg.

Neque poterit iustificatio defumi ex calculo coram R.P.D. meo Meltio in præcedenti instantia extraiudicialiter acto, quo partitæ supra reiectæ ab hæredibus Mariæ exaduerso dicuntur acceptatæ: etenim, vt calculi lectura demonstrat, non per viam declarationis, ac diffinitiuè, earum partitarum tunc fuit habita ratio, sed solum suppositiuè, repetita sæpius declaratione expressa, vt ex eo nullo parti possit præiudicium inferri, dum solum ad conuincendam iniustitiam contractionis Annæ, ipsius licet præterentibus non impugnatis ab hæredibus Mariæ admittebatur, adeoque cum de illarum veritate partitarum nunc principaliter disputari contingat, præseruatum expressè à dictis hæredibus præiudicium exinde ipsis resultare non debet, vt tradit Lotther. de re benef. lib. 1. quæst. 40. n. 287. Rota coram Puteo, dec. 32. lib. 2. & dec. 61. n. 2. lib. 3. cor. Greg. dec. 332. n. 4. & ibi Addent. n. 6. referunt concordantes.

Non etiam potest Riccardi Patrimonium in adducta superius quantitate taxatum, in præiudicium legitimæ minuere, siue legata diuersis personis in testamento relicta, ex notatis in leg. firmus antea, C. de inoff. test. ibique DD. communiter, & in Salgado Labyriurh. Credit. Tom. I. I.

Auth. si quamulier, C. de Sacros. Eccles. & in l. si quis ad declinandam, C. de Episc. & Cler. Ial. in l. Marcellus, §. res qua. n. 17. D. ad Treb. Gabr. consil. 137. n. 6. & 14. lib. 2. Ruin. consil. 52. n. 23. lib. 1. & plures diij relati per Merlin. de legit. lib. 2. tit. 1. g. 10. n. 10. Rota co. Greg. dec. 539. n. 6. vbi conclusionem firmat in casu fortioris si legata per testatorem ad pios essent vsus destinata, siue distractio stabilium Bergomensium, quæ ex causa pestis, ac belli de proprio valore decreuerant; ac pro solis sc. 9500. ex instrumento venditionis ostenditur stipulata; non enim iustificatur quid, & quantum ob huiusmodi casus (breui temporis cursu Deo propitio extinctos) fuerit de communi bonorum stabilium valore, in illis partibus diminutum; quæ licet probata fuissent, nec releuant. Tum quia præfata diminutio, vt temporalis existens, non autem perpetua in hac venditione, duodecim post annos à die, quo belli casus, ac pestis contigerant ab hæredibus Riccardi peracta, non videtur admittenda, cum in iis solummodo bonis, quæ tunc temporis, vel paulo post belli casus, ac pestis, distrahatur, approbetur in iure relato in l. pretia rerum, §. vil. D. ad l. falcid. ibique post Gl. tradit Imol. & Alex. in ultimo notabili, Cremen. numero 233. Angel. in §. si quis agent numero 1. & 4. ibique Ial. numero 6. inst. de act. Caltr. in consil. 109. numero 2. in §. nec obstant testes, libro 2. Caxlar Manent. de contr. linelli quæstio 5. numero 66. versiculo quia bellum, ac pestis, & c. Rota dec. 65. numero 7. parte 2. diuers. Tum quia instrumentum venditionis voluntariæ ab Anna peractis, (præterquam nec videtur integram præferre Bergomensium bonorum venditionem, dum vt ipsius lectura demonstrat, solius prædij vulgò Palatij cõtinet distractionem, non autem aliorum corporum descriptorum in inuentario, ibique consistentium) neque concludit verum eorundem valorem in Mariæ sororis præiudicium, ac eius hæredum, vt notat Bart. in l. cum emptor, §. i. in fine, D. de danno in fact. Alex. in l. falcid. §. corpora numero 2. D. ad l. falcid. Dec. in l. quatenus, num. 6. D. de regul. iur. idem Alex. consil. 28. n. 5. libro 5. Rota co. Burat. dec. 850. n. 5. Dum maxime pendente lite fuit facta distractio, & post moram ab ipsamet Anna incursum, vt ponderauit Rota in hac eadem causa coram R.P.D. meo Meltio sub die 21. Iunij 1649. in vltimo §.

Denique hæreditatis diminutionem in præiudicium legitimæ operari non poterunt expellæ pro creditorum exactione præterentia; earum enim respectu, quæ adhuc negantur exactæ, nulla videtur assignationis adesse necessitas; cum in iis quoque proportionabiliter iuxta tenorem sententiæ, hæredes Mariæ assequi debeant supplementum; respectu vero iam exactorum, dum nec quantitas, nec impensæ in eam causam factæ iustificantur, vt necessarium foret, accepto ferri non debent, ad textus in l. in bello, §. facta, D. de capt. & postlim. reuerfis, Peregr. de fideicom. art. 35. n. 9. in §. dubium tamen est, Rota co. Cavalier. dec. 476. n. 1. & 126. n. 23. p. rec. Et omnem casum cedere debuissent damno ipsius Annæ, quæ adhuc vsque recusauit partem suam assignare Mariæ, eiusque hæredibus, à quibus forsân nunc exacta fuissent; vel saltem prædictæ impensæ; si quæ vera extitissent, poterunt compensari cum commodo ex creditorum exactione recepto, siue cum mobilibus, atque pecuniis hæreditariis Riccardi, de quibus nulla fuit reddita ratio.

Et ita vtraque parte, &c.

R.P.D.

R. P. D. MELTIO. Romana hereditatis de Gtarianis. Veneris 11. Decembris 1648. ARGUMENTVM.

Via executiva non habet locum contra tertium. Limitatur in succedente in re litigiosa. Interdictum quorum bonorum, est actio personalis. Res litigiosa, ex causa dotis, legati transactionis, & diuisionis, sine vitio alienari potest. Collusio, & si regulariter non presumatur cum tamen secrete soleat committi, etiam ex coniecturis, & suspicionibus probatur, plures enumerantur in casu coniecturæ. Quinquennium non tollit collusionem, nisi ingenuitatis. In alienatione facta in fraudem, ubi existant alia bona penes alienantem, non potest agi recta via contra tertium possessorem, sed prius agendum est reuocatoria ad rescissionem contractus.

SVMARIVM.

- 1 Via executiva contra tertium procedi non potest. 2 Translatio rei Religiosa non sustinetur ad praeiudicium colligantis. 3 Et super ea potest executiuè procedi, non secus ac si dicta translatio sequuta non fuisset. 4 Res semel effecta litigiosa, transit cum suo onere, & cum eodem vitio litigiosi. 5 Succedens in re litigiosa sustinet omnimodam personam eius, in cuius locum successit, adeo ut sententia lata contra principalem, si is possideret, pari modo sit exequenda contra illius successorem. 6 Interdictum quorum bonorum est actio personalis. 7 Super actione personali non contrahitur vitium litigiosi. 8 Executio sententiae contra principalem, ut intret contra intrusum, lite pendente, sufficit litem motam fuisse super possessorio. 9 Ex huiusmodi intrusione redditur litigiosa possessio qua, valde acquiri ac in alium transferri non potest in praeiudicium actoris, 10 Bona in litem deducta, possunt ex causa dotis, Legati, transactionis, & diuisionis, sine vitio litigiosi alienari. 11 Ex causa dotis, ampliatur, siue agatur de constitutione, siue de restitutione. 12 Ratio finalis est publica utilitas, ne. s. mulieres in nupta remaneant. 13 Causa legis cessante, cessat ipsa legis dispositio. 14 Dispositio legis, in. Cod. de litigios. declaratur non procedere, in alienatione facta collusivè, & non bona fide, & in fraudem executionis, & iudicialis auctoritatis. 15 Collusio regulariter non presumitur. 16 Cum tamen soleat secrete committi, probatur etiam ea coniecturis, & suspicionibus. 17 Imo ex solis presumptionibus, & coniecturis plenè illa probatur. 18 Collusionis huius coniectura, ac presumptiones enumerantur usque ad numerum. 19 Coniectura collusionis desumitur ex arctissima sanguinis coniunctione. 20 Sanguinis coniunctio, licet de per se non sufficiat,

iuncta tamen cum aliis, vrgentissima considerari solet coniectura collusionis.

- 21 Collusionis administriculum oritur ex sustentatione longa liti illius, qui poterat ab ea se eximere. 22 Simulatio, ac collusio nascitur ex insolitiis, & ex inuersione similitudine. 23 Scientia non exigit exactam probationem, sed satis est quod illa colligatur ex iudiciis, & praesumptionibus. 24 Maxime dum agitur de probanda scientia, qua dolum, & alienandi fraudem infert. 25 Scientiam talem, Rota, & DD. deducere ut plurimum solent ex subhaftationibus, qua praesens alienationem rei litigiosa. 26 Scientia hac aliunde etiam probari potest, & sufficit quod de ea quomodo constet, licet, nulla appareant factae subhaftationes. 27 Ad effectum praesumendi fraudem in hac materia, duo copulatiue requiruntur, nempe scientia liti in tertio possessore de tempore alienationis, & quod alienans, non haberet alias res, praeter alienatas, declaratur n. 29. 28 In alienatione facta in fraudem: data existentia aliorum bonorum penes alienantem, non potest agi recta via contra tertium possessorem, sed prius agendum est reuocatoria ad rescissionem contractus. 29 Quod duo concurrere debeant, ut supra ad praesumendam fraudem: declaratur procedere in creditore agente simpliciter actione personali solutionem eris alieni, tunc enim habet necesse probare utrumque requisitum, nempe scientiam tam liti pendente, quam inopia debitoris. 30 Secus autem est, quando agitur respectu certa rei, & ad rem aliquam petendam, atque ad illius traditionem. 31 Nam tunc, quamvis dicta res petatur actione personali, & ultra rem petitam existant alia bona, nihilominus alienatio dictae rei facta, pendente lite, & cum scientia pendente liti, dicitur facta in fraudem executionis, & iudicialis auctoritatis. 32 Alienatio rei facta, pendente lite, & cum scientia pendente liti, & sic in fraudem executionis, & iudicialis auctoritatis, non impedit, quin absque nouo iudicio, & absque vlla reuocatoria possit executiuè procedi contra tertium possessorem. 33 Obtenens mandatum inmissionis in bonis vnius, ad illa tantum, & non ad propria alterius agere potest. 34 De collusionione, lapso quinquennio, amplius opponi non potest. 35 Declaratur procedere in collusionione ingenuitatis, cuius speciali favore sancitum videtur, ut contra eam exceptio collusionis non perpetuetur, sed limitate in re quinquennium tantum opponi possit. 36 Remedium quorum bonorum non competit nisi in bonis possessis per defunctum de tempore ipsius obitus. 37 Sub vniuersali iudici hereditatis contra aliquem intentato, ac sententia subinde prolata comprehenditur etiam res, prius alienata, & postmodum, ad hereditatem reuersa. 38 Filiatio, & legitimas alicuius regulariter probatur per communem reputationem. Et quod pro filio fuerit habitus, & tractatus, cum in hac materia sufficiant.

DECI

DECISIO LXX.

Concesso per Rotam mandato de immittendo Francisco Gratiano in possessionem medietatis omnium bonorum q. Octauij eius patris aduersus Lælium alterum patrum eorum occupatorem ex fundamentis deductis in decisione coram R. P. D. meo Royas emanata sub die 7. Febr. 1642. resolutum etiam postea cum illud esse exequendum super quadam domo sita in campo Martio possessa à Io. Francisco Attauante, quam esse hereditariam d. Octauij partes non controuertunt, & probatur ex inuentario bonorum hereditariorum eiusdem Octauij Sum. Francisci Gratiani n. 1. Ad cuius resolutionis formam facto decreto, ab eo appellauit d. Attauantes, & adita Signatura iustitiae, rescribi mihi obtinuit cum facultate procedendi ad legitimam executionem. Vnde sub hac die super hoc proposito dubio, DD. affirmatiue responderunt, moti ex eo quod licet contra tertium executiuè via procedi non possit, Felin. in c. cum super n. 15 de sent. & re iud. Castr. in l. à Dino Pio §. si super rebus, n. 2. & ibi Bart. Ang. n. 1. Alex. n. 28. vers. & pro hoc bene facit, D. de re iud. Ruin. conf. 87. n. 1. cum seq. lib. 4. Rota co. sanct. mem. Greg. XV. dec. 22. n. 1. & 2. & in Romana computorum 18. Mart. 1594. co. bon. mem. Card. Millino, & in Romana Vineae 20. Octob. 1617. co. bon. me. Manzanedo Tamen ex quo domus, de qua agitur translata fuit per Lælium Gratianum in d. Io. Franciscum Attauantem lite pendente, & postquam possessio d. domus vitio litigiosi affecta fuerat per interdictum quorum bonorum intentatum ad instantiam praefati Francisci Gratiani, talis translatio non sustinetur, toto tit. D. C. & in Authen. de litigios. Abb. in cap. Eccles. l. 1. n. 9. ut lit. pend. l. 2. vbi Gl. DD. C. de litig. Bart. in l. 1. D. eodem Alex. conf. 45. n. 5. lib. 3. vers. quia res litigiosa, Rim. conf. 89. n. 5. vol. 1. Burfat. conf. 100. n. 23. vers. quod nec pars contraria negat lib. 1. Afflict. dec. 396. Guido pap. dec. 337. adeo ut super dicta domo possit executiuè procedi non secus, ac si d. translatio secuta non fuisset, vt praeter relatos in dec. R. P. D. meo Royas text. est in l. Chyrogaphis §. final. D. de administrat. tit. & l. final. Cod. de litigios. & ibi Bald. n. 1. Bart. in l. 1. D. eodem, Iason. instir. de act. §. omnium, n. 84. Sürdus conf. 355. n. 13. versiculo accedat quod ubi alienatio, Bero conf. 155. n. 40. vol. 1. Ruin. conf. 34. n. 12. lib. 5. vers. quantum vero ad secundum, Negul. traet. de pignor. in 1. membr. 8. parte ped. n. 17. vers. 3. fallit Cancercius var. resolut. cap. 15. num. 17. cum seq. Res enim semel effecta litigiosa transit cum suo onere, & cum eodem vitio litigiosi Grat. discept. forens. cap. 502. n. 36. qui ad hoc plures alios cumulat; & succedens in re litigiosa, quod sustineat omnimodam personam eius, in cuius locum successit, adeo vt quemadmodum sententia inmissionis lata contra Lælium principalem, si is possideret, contra eum exequenda esset, pari modo sit exequenda contra Attauantem illius successorem tradit Menoch. conf. 319. num. 13. lib. 4. & firmavit saepius Rota signanter dec. 392. num. 39. part. 5. recentiores. 6 Obstat neque visum fuit, quod interdictum quorum bonorum intentatum per Franciscum Gratianum sit actio personalis, super qua non contrahitur vitium litigiosi, Soccin. iunior. conf. 13. n. 1. lib. 4. Rolandus conf. 5. n. 8. lib. 2. Hondedeus conf. 20. n. 42. lib. 1. Menochius conf. 1187. n. 2. lib. 13. cum aliis adductis à scribentibus pro parte Attauantis. Salgado Labyrinth. Credit. Tom. II.

Quia placuit DD. responsio data in dicta decisione Reuerendissimi Patris Domini mei Royas sub §. nec dicatur, quod nempe vt intret executio contra intrusum lite pendente sufficit litem motam fuisse super possessorio; nam ex hoc redditur litigiosa possessio, qua valde acquiri, ac in alium transferri non potest in praedictum actoris, & ultra adductos in dicto §. nec dicatur, declarat textus in lege Diuus, ibique Glossa D. de petit. hereditate, leg. alienationes, D. familia hercisc. lib. 2. Codice de litigios. Lancell. de attent. part. 2. cap. 4. in praefatione, numero 181. versiculo quamuis autem, Paris. consilio 108. numero 4. versiculo & quia questio erat super possessorio, libro 1. bene Ceph. consil. 19. numero 15. versiculo verum est, tomo 2. Afflict. decisione 396. num. 8. in fine, & 9. Rota decisione 3. ut lit. pend. in nouis, & in terminis liti super inmissione, dec. 557. num. 20. & 21. parte 5. tomo 2. rec. & coram bon. mem. Bwat. dec. 917. num. 2. vers. tum quia, cum sequentibus.

Neque vllius est releuantia, quod dicta domus peruenerit in Attauantem ex causa dotis Cassandrae filiae Lælij Gratiani, ex qua pro vt etiam ex causa Legati, Transactionis, & diuisionis bona in litem deducta possunt sine vitio litigiosi alienari, iuxta limitationem, de qua in lege finali, Codice de litig. ibi exceptis, & c. Angel in Aubert. de litig. n. 7. vers. item ex causa, vbi ampliando declarat, dictam limitationem procedere siue agatur de constitutione siue de restitutione dotis refert, & sequitur Nat. conf. 401. num. 1. Crau. conf. 481. num. 2. libro 3. Decianus conf. 109. num. 10. lib. 3. Lancell. de attent. parte 2. capite 4. numero 548. Cancerc. variarum resolutionum, parte 2. capite 12. numero 51. & 52. Quia ultra responsiones datas in dicta decisione Reuerendissimi patris Domini mei Royas adhuc obiectum tollitur ex eo, quod ratio finalis dictae limitationis in casu dotis est publica utilitas, ne scilicet mulieres in nupta remaneant ad tradit. per Cuiac. ad tit. Cod. de litigios. colum. 3. in fin. & per Castill. decisione 110. numero. 4. versiculo ne remaneant indotatae contra fauorem publicum, libro 2. In proposito autem casu cum Cassandra filia dicti Lælij de tempore motae liti iam nupta, & dotata reperiretur deficit dicta causa finalis, qua cessante, cessat dispositio legis, leg. adigere, §. quamuis de iure patr. cap. cum cessante de appellat. Gloss. singular. vbi Bartolus in lege 1. in princip. verb. prouidentia, D. de legit. tut. Decianus in cap. 1. concl. 5. vers. tertia conclusio de constit. Gratianus discept. forens. cap. 54. 6. n. 21. vers. qua cessante.

Vtcrius neque dictae domus alienatio DD. visa fuit facta bona fide, sed potius collusivè; & in fraudem executionis, & iudicialis auctoritatis; quo casu dispositionem d. legis finalis, non procedere tradit Innocen. in cap. Ecclesia il. 1. ad finem, vers. sed opponens vt littera pend. Angelus in dicta lege finali, num. 3. in fine, versiculo transactione facta bona fide non in fraudem. Farinac. in fragm. verb. litigiosa, numero 257. versiculo declara dummodo, Calt. decisione 110. numero 4. libro 2. versiculo & illi qui loquuntur, Giurb. decisione 62. numero 11. versiculo si ex causa onerosa dotis.

Et quamuis collusio regulariter non presumatur, cum tamen soleat secrete committi, probatur etiam eis coniecturis, & suspicionibus, lege quia autem §. non simpliciter ibi, si tamen nulla suspicio collusionis religionem praetoris instruxerit, D. si quis omiff. caus. testament. Baldus in lege 1. in fine, ff. eodem

17 eodem Corn. consil. 29. num. 17. *vers. tamen dolus ipse vol. 3. Crau. cons. 997. numero 16. lib. 6. Bellam. decisione 614. Gigas de pensionibus, quast. 42. num. 4. & vt ex solis præsumptionibus, & coniecturis plene illa probetur firma Cast. decisione 89. numero 19. Mut. dec. 75. num. 25. & dixit Rota apud Caputaq. dec. 143. part. 1. & dec. 23. n. 3. part. 1. rec. & coram Mant. dec. 246. n. 5.*

18 Præsumptiones autem, & coniecturæ hic non defunt, & prima defurnitur ex arctissima sanguinis coniunctione, quæ licet de per se non sufficiat, iuncta tamen cum aliis vrgentissima considerari solet coniectura collusionis, *text. in leg. data. Cod. de donat. & in leg. pen. Lt. in princip. de bon. liber. & notat Bartol. in leg. non solum, D. de rit. nupt. Iason. in S. si quis in fraudem num. 55. inst. de act. Anchar. consil. 251. Dec. respons. 11. num. 116. libro 1. Casan. consil. 28. n. 23. Papp. consil. 63. num. 11. & 25. Menoch. de præsumptione, præf. 26. num. 11. versiculo quinta est, Giurb. dec. 62. num. 5. Burat. dec. 365. n. 6. vers. 2. autem ex eo.*

19 Alia, & eaque fortis coniectura elicitur ex eo quod cum dos Callandræ esset constituta, ac iam soluta pro scut 2000 in domo sita ad viam Babuini sub prætextu, quod dicta domus non ascenderet ad dictum valorem, sed deficerent scut. 500. loco illius assignata fuit domus litigiosa, quæ quidem assignatio apparet collusioni facta ad eludendum, nempe iudicium contra ipsum intentatum, quandoquidem non fuit prius iustificatum pro vt opus erat, dictam domum non fuisse valoris conuenti, & cum neque etiam negetur alia bona libera potuisse pro dicta dote assignari mala fide videtur alienata domus litigiosa de qua agitur, quam coniecturam valde ponderauit, ac admisit Rota in hoc casu dicta dec. coram R. P. D. Royas S. nihil obstat in fin.

20 Nec autem collusio euidentius concluditur alia vrgentiori præsumptione ex eo deducta, quia Attauantes quamuis potuerit expedite, & executiue ab huiusmodi molestitis se eximere stante promissione sub obligatione Camerali ad ipsius fauorem à Lælio facta de faciendo consentire omnem, & quamcunque personam interesse habentem, tamen magis voluit & vult longam litem sustinere, quod præbet magnum administriculum collusionis, & manifestè demonstrat totum id fieri in gratiam, & sumptibus Lælij eius socii ex traditis per Mutam dec. 6. num. 20. & dec. 35. n. 17. Surdus dec. 259. Viuian. dec. 530. libro 4. Simulatio enim, ac collusio nascitur ex in solitis, & ex inuenerisimilitudine Castr. consil. 74. in causa mota colum. 2. libro 2. Crau. consilio 156. n. 9. Decian. consil. 62. num. 72.

21 Prædicta facilius procedunt stante scientia litis in Attauante bene deducta ex coniecturis in decisione Reuerendissimi Patris Domini mei Royas ponderatis, scilicet ex diuturnitate litis, continua cohabitatione, & sanguinis coniunctione inter eundem Attauantem & Lælium, istæ enim simul iunctæ sufficienter probant scientiam, siquidem in ea probanda non exigitur tam exacta probatio, sed satis est, quod illa colligatur ex indicatiis, & præsumptionibus, Crau. consil. 193. num. 7. vers. qua scientia, Riman. iun. consil. 234. n. 326. Alb. consil. 281. num. 4. Cost. de scient. & ignor. in sp. 64. num. 2. Rota Ianuen. dec. 72. num. 9. versiculo siquidem in scientia.

22 Maxime dum agitur de probanda scientia, quæ dolum, & alienandi fraudem infert. Mar. An-

guiscol. consil. 16. num. 10. Et quamuis talem scientiam, Rota, & Doctores deducere, vt plurimum soleant ex subhaftationibus, quæ præferunt alienationem rei religiosæ, tamen non inde sequitur, quod aliunde etiam probari non possit, & sufficit quod de ea quomodolibet constet, licet nullæ appareant factæ subhaftationes, Giurba dicta dec. 62. n. 13. vers. illud tamen.

23 Nec refragatur, quod ad effectum præsumendi fraudem in hac materia duo copulatiue requirantur, nempe scientia litis in tertio possessore de tempore alienationis, & quod alienans non haberet alias res præter alienatas alias data pro vt hic existentia aliorum bonorum, nequaquam possit agi recta via contra tertium possessorem, sed prius agendum sit reuocatoria ad rescissionem contractus ad tradit. per Bar. in l. creditores n. 23. vers. videmus ergo, S. de pign. & in l. si quis missum, S. Iudex n. 3. vers. quare quid si ante ff. de dam. infect. Couar. pr. q. c. 15. n. 7. vers. imo eis hac scientia, Rota coram Burat. dec. 231. n. 5. vers. & ideo. Quia opinio Barröli procedit in creditore agente simpliciter actione personali ad solutionem æris alieni, tunc enim habet necesse probare vtrumque requisitum, nempe scientiam tam litis pendens, quam inopiæ debitoris, nam eo solo quod tertius possessor sciat pendentiam litis, non inde resultat fraus, si creditor potuit in aliis bonis satisfieri, pro vt nec sufficit sola scientia inopiæ, quia ex illa deducitur quidem fraus contra creditorem, sed non contra iudicem. Secus autem est, quando, pro vt hic agitur respectu certæ rei, & ad rem aliquam petendam, atque ad illius traditionem, nam tunc, quamuis dicta res petatur actione personali, & vltra rem petitam existant alia bona, nihilominus alienatio dictæ rei facta pendente lite, & cum scientia pendentiæ litis, dicitur facta in fraudem executionis, & iudicialis auctoritatis, & ita non impedit, quin absque nouo iudicio, & absque vlla reuocatoria possit executiue procedi contra tertium possessorem, Bald. in l. ab maritorum, C. ne uxor pro marito, l. certa forma, C. vt in poss. leg. & in l. executionem, C. de exec. rei iud. n. 26. Castr. & alij DD. in la Diuo Pio, super rebus, D. de re iudic. & in terminis Couar. d. c. 15. n. 7. vers. sed si actione personali, Giurb. d. dec. 62. n. 11. Cancer. var. resol. c. 17. de sentent. & execut. n. 467. Idque sine difficultate procedit, si consideretur, quod existentia aliorum bonorum penes Lælium nullo modo suffragari potest Francisco Gratiano, cum ipse obtinuerit mandatum immisionis ad medietatem bonorum hæreditarium q. Octau. ad illa tantum, & non ad propria Lælij agere potest.

24 Non obstat pariter, quod à die alienationis domus lapsum sit quinquennium, & ita de collusionione amplius opponi non possit, ad textum in leg. collusionione detegere, D. de collusionibus. Quia omittis aliis responsonibus, & præsertim, quod d. lis loquitur de collusionibus ingenuitatis, cuius speciali fauore sancitum videtur, vt contra eam exceptio collusionis non perpetuetur, sed limitate intra quinquennium tantum opponi possit, iux. Gl. in d. l. coll. detegere, v. aliter obiectum tollitur ex facto, nam alienatio domus facta fuit de an. 1639. prima autem decisio in hac causa coram R. P. D. meo Royas emanata legitur sub die 29. Maij. 1643. & sic ante quam effluerit dictum quinquennium.

25 Non obstat postremo, quod actum fuerit ex remedio quorum bonorum, quod non competit nisi

36 si in bonis possessis per per defunctum de tempore ipsius obitus, & domus, de qua agitur, non fuerit possessa per Octauium tempore mortis illius secuta anno 1627. ex quo vendita iam fuerat Marco Antonio durante eius vita, qui obiit de anno 1633. Quia cum per obitum dicti Antonij reuersa fuerit ad hæreditatem, coque titulo delata ad Lælium præterentem hæredem vniuersalem, à quo successiue possessa fuit, ac demum anno 1639. translata in Ioannem Franciscum Attauantem; ideo iure merito comprehensa fuit sub illo iudicio vniuersali contra eum intentato, ac sententia subinde prolata summ. Francisci sub numero 2. vt bene Menoch. de adipisc. possessione, rem. 1. sub num. 71. versiculo verum opinor, & versiculo hic casus fortius procederet, per textum, in lege 4. D. per. hered. quem etiam in hoc remedio locum habere affirmat.

37 Quæ opponuntur per Attauantem legitimationi personæ Francisci fuerunt alias reiecta præuia approbatione decisionis super ea emanatæ 7. Februarij 1841. coram Reuerendissimo Patre Domino meo Royas, cuius fundamenta visa fuerunt adhuc inconcussa vigere, cum præsertim ille repariatur in quasi possessione filiationis, non solum quoad Horatium eius patrem, sed etiam quoad Octauium, de cuius hæreditate agitur, & Lælium eius patrum, à quibus semper fuit habitus & tractatus pro tali tam in iudicio, quam extra. Regulariter enim filiatio alicuius, & legitimitas probatur per communem reputationem, & quod pro filio fuerit habitus, & tractatus, cum ista in hac materia sufficiant, iuxta textum in cap. perinas de prob. Menoch. consilio 490. numero 18. Caslar de Graffis decisione 6. numero 2. qui filij sunt legit. Rota decisione 406. numero 5. & decisione 434. numero 7. parte 1. recent. & cum plura alia ad istum effectum in dictis decisionibus Reuerendissimi Patris Domini mei Royas fuerint ponderata, quæ deficiunt in Farfen. bonorum 23. Ianuarij 1647. coram Reuerendissimo Patre Domino meo Corrado, pro Attauante allegata, vtique illa Francisco Gratiano non aduerfatur.

Et ita vtraque parte informante, &c.

R. P. D. B I C H I O.

Romana hæreditatis de Gratiano.

Luna 28. Iunij 1649.

ARGUMENTVM.

Vitium litigiosum, quando afficiat possessionem. Et quomodo in actione personali contrahatur. Alienatio dotis nomine, potest fieri. Non obstante vitio litigiosum. Nonnulla afferuntur de priuilegio dotis. Contractus simulatus redditur nullus. Actus iudiciales non nocent non citato. Via executiua competit contra tertium, attento vitio litigiosum, & fraude.

S V M M A R I V M.

1 Vitium litigiosum non contrahitur per solam litis pendentiam in iudicio possessorio, vigore interditi. Quorum bonorum, non enim afficitur dominium rei.

2 Possessio litigiosa non potest in alium, lite pendente transferri.

Salgado Labyrinth. Credit. Tom.

3 Ratio est, quia licet non agatur dominio rei, agitur tamen de dominio possessionis, quæ ideo non licet in alium transferre, lite pendente.

4 In actione etiam personali, si contenditur de ipsa re, efficitur litigiosa ipsa res, & actio.

5 Iudicio pendente in actione personali, si actum fuit ratione certæ rei, potest processus exequutiuus completus contra principalem, consummari aduersus tertium possessorem, qui, lite pendente, acquiescit.

6 Ratio assignatur, ne alioquin eueniat, vt Victoris durior conditio fiat per factam sine se in suo alienationem.

7 Alienatio dotis nomine potest fieri, non obstante vitio litigiosum, ob priuilegium doti concessum ab Imperatore Iustiano in l. fin. Cod. de litigios.

8 Ideoque non potest executiue procedi contra tertium possessorem, ad quem ex causa dotis bona litigiosa transferuntur.

9 Ignorantia quod res sit litigiosa, quæ alienatur ob dorem reijcitur in dicta l. fin. C. de litig.

10 Alienatio ex causa dotis est necessaria.

11 Et est publica utilitatis.

12 Reipublica interest dotibus fauere, quia propter dotes facilius nuptiæ contrahuntur, & iusti liberi procreantur.

13 Hæ rationes, necessitatis, & publicæ utilitatis cessant in muliere iam nupta & dotata.

14 Priuilegium dotis, vt pro ea constituenda, vel restituenda alienari possint bona fideicommissi, non habet locum si post nuptias secutus, ac dorem solutam, aliquid amplius nomine dotis detur.

15 Facultas concessa Patri legandi filia spuria dorem, cessat, si spuria cum alia dote iam nupsit.

16 Priuilegium non suffragatur ubi priuilegij ratio non applicatur.

17 Valor rei data in dorem, aliunde, quam ex assertionem partium emissa constante matrimonio, non iustificata, non probat in præiudicium tertij.

18 Priuilegia dotis non militant, quando probatio desumitur sola assertionem emissa constante matrimonio.

19 Titulus dotis non sufficit ad evitandam executionem contra tertium possessorem, lite pendente possessionem natum, ubi interuenit fructus suspicio.

20 Contractus simulatus est nullius momenti, & ipso iure nullus.

21 Fraus, & collusio coniecturis probantur.

22 Actus iudiciales etiam coniecturis suspecti redduntur.

23 Actus iudiciales non possunt nocere non citato.

24 Vita executiua competit contra tertium possessorem ex præterito titulo oneroso; tam ratione vitij litigiosum, quam fraudis.

25 Quoad fraudem, requiritur ipse fraudis euentus, videlicet quod alia bona debitoris non adsint, quando alienatio fuit facta titulo oneroso.

26 Fraudis euentus dicitur adesse in alienatione rei facta pendente lite, nisi alia extant bona apud alienantem, dum lis erat non super quantitate, quæ ex aliis bonis debitoris possit recuperari, sed super ipsa re alienata consequenda.

27 Rota assignatur.

DECISIO LXXI.

NE super Domo hæreditaria Octauij Gratiani pendente lite inter Franciscum, & Lælium, à Lælio in Attauantem translata titulo dotis, fieret

feret executio vigore mandati de immittendo in possessionem bonorum hæreditariorum d. Octauij obrento à Francisco, idem Attauantes obiecit, se tanquam tertium possessorem non posse executiue conueniri. Quo tamen non obstante fuit contra ipsam relaxata executio à Reuerendissimo Patre Domino meo Royas, & successiue, coram Reuerendissimo Patre Domino meo Meltio, cui ad instantiam Attauantis per signaturam commissa fuerat causa appellationis cum clausula, *Alteri*, qui procedat ad legitimam executionem, Rota decreuit esse ad executionem procedendum. A quo pariter decreto interposita per Attauantem appellatione, eiusque causa mihi commissa, cum clausula, *Alteri*, qui ad vltiorem. Dubitauit hodie an sit procedendum ad vltiorem executionem fuitque affirmatiue responsum, tam ex capite litigiosi, quam fraudis.

1 Ex primo, quia etsi lis penderet in iudicio possessorio vigore interdicti, quorum bonorum, ideoque litigiosum non esset illorum dominium iuxta Theoric. Gloss. communiter receptam in c. primo verbo *litigiosè de confirm. util. vel inutil.* redita tamen fuit litigiosa ipsa possessio, quæ propterea non potuit in alium lite pendente transferri, vt præter allegatos in *decisione coram reuerendissimis Patribus Dominis Royas, & Meltio* notant in dicto cap. primo. Anton. de Butr. sub n. 4. *versiculo sed hoc puto* & clarius Abbas sub num. 5. vbi ait, ita intelligendam esse dictam glossam, & reddita rationem, quia licet non agatur de Dominio rei, agitur tamen de Domino possessionis, quàm ideo non licet in alium transferre lite pendente, cumque sequitur Decius *ibidem numero 36.* Roia in *Toletana beneficij coram Iusto, impressi*, apud Marches. de comm. parte prima, folio 385. sub num. 9. *versiculo & ideo possessio post Bartolum in lege prima, §. primo, D. de litig. qui sub numero 2. versiculo si verò contenditur*, ait, quod etiam in actione personali, contenditur de ipsa re, efficitur litigiosa ipsa res, & actio. Vnde, quod etiam si iudicium penderet in actione personali, si actum fuit ratione certæ rei, possit processus executiuus completus contra principalem consummari aduersus tertium possessorem, qui lite pendente acquisiuit, voluit Antonius Faber in *Cod. tit. de executione rei indician. definit. 7. in fine*, vbi dicit rationem, ne alioquin eueniat, vt Victoris durior conditio fiat per facta sine se in suo alienationem, cumque sequitur Cancr. *variarum resolutionum, tomo 3. capite 17. sub numero 467. versiculo his adde*, Giurb. *decisione 62. sub numero undecimo, versicul. Secus*, Parlador. *rerum quot. libro secundo, capite finali. p. 4. §. 5. n. 9.*

Neque hic intrat excusatio, vel propter ignorantiam litis pendente tempore alienationis, vel ob priuilegium doti concessum ab Imperatore Iustiniano in *lege finali, Codice litigios.* vbi habetur quod non obstante vitio litigiosi potest dotis nomine fieri alienatio ideoque non posse executiue procedi contra tertium possessorem, ad quem ex causa dotis bona litigiosa transferunt tradunt allestati per Fontanell. de *part. mpr. classula 6. Glossa prima, parte 3. numero 49.* Antonius de Amat. *resolut. 45. numero 17.* Ignorantia enim tollitur ex facto, & reicitur in ipsa *lege finali ad effectum*, vt nihilominus sit nulla alienatio ibi, *sive scientem, sive ignorantem, vt in puncto post Bartolum Couar. & alios aduertit Rota coram Reueren-*

dissimo Vrgellen. decisione 88. numero 5. & 6. à qua in hac parte non fuit recessum in *decisione 281.* quam gratis impugnat Modernus Foroliuini. *controuers. iur. tomo 4. libro 24. capite 3. numero 16. cum sequenti*, & fuit dictam in *Romana domus 27. Nouembri 1643. §. nam vltimum, versic. sive tertius coram me.*

Priuilegium verò dotis siue innitatur rationi necessitatis quia nempe alienatio ex causa dotis sit necessaria, vt voluit Anton. de Amat. *dicta ref. 45. numero 18.* siue publicæ utilitatis, vt aliis allegatis notat Cancr. *variarum resolutionum, tomo 2. cap. 12. num. 51.* Rota coram Reuerendissimo Vrgell. *dicta decisione 281. num. 3.* interest siquidem Reipublicæ dotibus fauere, quia propter dotes facilius nuptiæ contrahuntur, & iusti liberi procreantur *lege prima, D. de iure dot.* Arias de Mela *variarum resolutionum, lib. 3. capite 32. sub num. 12.* Capic. Latr. *decisione 109. numero 11.* Cessat in casu nostro quo tempore alienationis huius domus mulier iam fuerat nupta, & dos promissa scutorum 2000. soluta in alia domo sita ad viam Babuini, & sic neque militat ratio necessitatis, neque publicæ utilitatis, cum iam mulier esset nupta, & dotata, sicuti in simili diximus, quod priuilegium dotis, vt pro ea constituenda, vel restituenda alienari possint bona fideicommissi, non habet locum si post nuptias secutas, ac dotem solutam aliquid amplius nomine dotis detur, vt in *Authentica res que Codice commiss. de legat.* notat Curt. iunior *numero 45.* Marzar. *consil. primo, num. 41. cum seq.* Gratianus *disceptatione 498. sub numero 58. cum sequenti*, Casar Manent. *decisione 35. numero 18.* Burat. *decisione 568. numero 15.* Sic etiam facultas concessa Patri legandi filia spurie dotem, cessat si spuria cum alia dote iam nupsit, Casar Manent. *decisione 43. n. 18.* vbi allegat concordantes, vbi enim priuilegij ratio non applicatur, nec ipsum priuilegium iustagatur, *lege penultima, D. de milit. testam. leg. final. Cod. qui ob long. tempor. præseru. Capic. Latr. dec. 102. num. 8.* Fontanell. *dec. 586. sub num. 6.*

Nec obstat, quod in instrumento assignationis domus, de quo agitur, celebrato constante matrimonio contrahentes asseruerint, se deuenire ad hanc assignationem, eo quod tractu temporis comperit fuit domum ad viam Babuini prius datam in solutum pro scutis bis mille non esse valoris scutorum 1500. Quia cum hoc aliunde iustificarum non fuerit partium assertio emissa constante matrimonio non probat in præiudicium tertij *lege duobus §. 1. D. de iur. iurand. Natta consilio 438. numero 9.* Surdus *decisione 325. numero 3.* Burattus *decisione 873. numero 9.* & magis in terminis, quod priuilegia dotis non militent, quando probatio desumitur ex sola assertione emissa constante matrimonio, Glossa in *lege assiduis, verbo dote, Cod. qui pot. in pignor. habeantur.* Couar. *variarum resolutionum, libro 1. capite 7. numero 4.* Ludou. à Peguer. *decif. 147. in fin.* Casar Manent. *decif. 40. num. 17. cum seq.*

Eo minus, quia eadem assertio non caret vehementi suspitione fraudis, qua suspitione concurrente non esse satis titulum dotis ad euitandam executionem contra tertium possessorem lite pendente possessionem nactum, comprobatur ex actis à Moderno Foroliuini. *controuers. iur. tomo 4. lib. 24. cap. 3. num. 20. in fine*, Capic. *decisione 128. sub numero 10. versiculo & quannus*, Post Baldum *in*

in l. 2. numero 8. *Codic. ne vxor pro marit.* Parlador. *rerum quotid. libro secundo, cap. fin. part. 4. §. 5. numero 10.* vbi dicit rationem, quia contractus simulatus est nullius momenti, & ipso iure nullus, cum aliis allegatis in *decisione coram R. P. Domino Meltio §. Vltimus.*

Simulatio autem, seu fraus, vt scilicet imminentem executionem Lælius reus conuentus in iudicio tunc pendente eluderet alienando hanc domum in Attauantem, qui imminentia executionis conscius erat, apparet ex pluribus coniecturis in *decif. bis ditis in hac causa coram Reuerendiss. Patre Domino meo Royas 29. Martij 1643. §. Et nihil, & coram Reuerendiss. Patre Domino meo Meltio 11. Decembris 1648. §. præsumptiones, & §. seq. adductis*, quibus fraudem & collusionem probari vltra ibi allegatos dixit Rota penes Buratt. *decif. 724. numero 3. decif. 928. numero 2.* Aduertendo quod eadem coniecturæ suspectos reddunt, etiam actus iudiciales, qui post litem à Francisco motam facti asseruntur coram A. C. super extimatione domus ad Babuinum inter eosdem Lælium, & Attauantem, vt per Mant. *de tacit. lib. 8. titul. 25. sub numero 37. versicul. Quamobrem, Rota in Romana domus ad Transiberium 18. Iunij 1638. §. final. coram Eminentissimo Domino Cardinali Patriziolo, & in Rossanen. decimarum 28. Iunij 1641. §. probata in fine coram Me, & nocere non valent Francisco ibi non citato, leg. si seruus plurium, §. 1. Digesti leg. 1. Menoch. *consil. 311. numero 25.* cum aliis allegatis in *Romana fideicommissi de spiritibus 12. Ianuarij 1643. §. penul. in fine coram Me.**

24 Adeo, quod tam ratione vitij litigiosi, quam fraudis, vt initio dicebam, quæ sola sufficeret competit via executiua contra Attauantem licet tertium possessorem ex prætenso titulo oneroso ex allegatis à Papponio *consil. 63. numero 18. & seq. vbi signanter numero 19.* ait, quod si acquirens sciuit litem pendere, dicitur particeps fraudis, Giurba *decif. 62. num. 12. & 13. num. 15. cum seq.* Coler. *de process. executiuo part. 2. cap. 3. num. 418.* Rota coram Reuerendissimo Vrgellen. *decif. 364. num. 58. & num. 65. cum seq.* vbi & si vltius ad hunc effectum requiratur euentus fraudis, videlicet, quod alia bona debitoris non adsint, quando alienatio fuit facta titulo oneroso, quod necessarium esse dixit etiam Couarruu. & alij relati ab Add. ad Buratt. *decif. 917. num. 10.* vtique, & hoc requisitum adest in casu nostro, in quo non fuit actum pro quantitate, quæ ex aliis bonis debitoris possit recuperari, sed pro hac ipsa domo consequenda tanquam hæreditaria Octauij, quæ nisi è manibus tertij possessoris recuperari posset executiue, euentus fraudis, ac damnus actoris euidentis esset, quia Franciscus actor breuiorem rei ad se pleno iure spectantis captum amitteret, neque illi æquæ vtile est ipsius rei pretium consequi actione, quæ competeret contra alienantem, ex quo deserit dolo possidere iuxta tradita per Menoch. *de adipisc. remed. 1. num. 65.* Peregr. *decif. Patavin. 120. num. 2. & 4.* alioque plures, quos secuta est Rota in *Ciuitatis Castellii supplementi Legitima 23. Martij 1640. coram bon. mem. Merlino.*

Et ita informante solum Francisco, præuis tamen octo citationibus aduersario præsentatis, &c.

EMINENTISS. ET REVERENDISS. D. CARD. OTTHOBONO.

Romana Domorum in Burgo. 1 Veneris 12. Decembr. 1649.

ARGVMENTVM.

Fructus etiam in Iudicio spolij debentur à die motæ litis, quando spoliū non est attentatum, vel violentum; non debentur tamen qui percipi potuerunt Spoliū iudiciale, quando dicatur attentatum, aut violentum. Fructus ciuiles non præsumuntur in simplici possessione rei penes aliquem. Fructus domus veniunt ex habitatione, & ex locatione. Ex vltima locatione infertur ad alias respectus pensionum domus. In spolio Canonis soluti à spoliatore, debent rescipi per spoliatum.

SVMMARIVM.

- 1 Fructus in omni iudicio liquidari solent à die motæ litis.
- 2 Lis quò ad Reum mota intelligitur, à die, qua fuit executum, ac reproductum monitorium.
- 3 In iudicio spolij etiam veniunt fructus à die motæ litis, quando spoliū non est attentatum, vel violentum.
- 4 Spoliū iudiciale non dicitur attentatum, aut violentum, nisi fuerit commissum cum vi expulsiua.
- 5 In spolio non violento, nec attentato non debentur à die motæ litis fructus, qui percipi potuerunt, sed dumtaxat illi, qui fuerunt à Reo conuenio percepti.
- 6 Contrarium aliqui DD. senserunt: tamen maior pars in hac sententia residet, quam deinde perpetuò seruauit Rota.
- 7 Fructuum perceptionis præsumptio non intrat ex possessione simplici subsequuta Rei, quotiescumque sumus in fructibus ciuilibus, quales sunt fructus domorum.
- 8 Domus vt sint fructifera, requiritur aliquod extrinsecum, vltra possessionem, nempe locatio, vel simile.
- 9 Fructuum perceptio in domo, resultat ex habitatione, non secus ac à locatione, ad effectum restitutionis ratione spolij.
- 10 Paria sunt ad hunc effectum, quòd quis inhabitauerit, vel quòd locauerit.
- 11 Testis dictum à causa scientie regulatur.
- 12 Testis vnicus in Iudicio liquidationis non probat, quando probatio non versatur simpliciter circa quantitatem fructuum, sed circa perceptionem.
- 13 Actus plenè probatur ex dispositione duorum testiu.
- 14 Ex vltima locatione domus infertur ad præcedentes, & subsequentes Annos, vt totidem fuerint pensiones perceptæ, & exactæ.
- 15 Et multò magis infertur ad minorem summam.
- 15 Canonis soluti à spoliatore, debent rescipi per spoliatum.

DECISIO LXXII.

O Brenta per Franciscum de Alexandris sententia reintegratoriã ad possessionem quadrandam Domorum in Burgo præuia decisione coram

coram Me emanata die 18. Maij 1646. executi sententia subinde cœpit prætere fructus perceptos à Mauritio, & aliis de Fabiis spoliatoribus. Proposito itaque per me dubio ad quam summam essent liquidandi fructus DD. dixerunt esse liquidandos in summa scutorum 1433. & 25. exceptis canonibus, & reaprationibus Domorum quatenus à Mauritio iustificentur quod adhuc factum non fuit.

1 In liquidandis enim fructibus initium sumi debet à die motæ litis, provt in omni iudicio liquidari solent leg. certum 22. Cod. de rei vendic. l. 2. C. de fruct. & lit. expens. l. sed & si lege 28. §. si ante, vbi gloss. & Bart. ff. de petit. hered. Caputaq. dec. 27. num. 1. cum seqq. part. 2. san. memor. Gregor. dec. 74. num. 1. in recent. decis. 740. num. 3. part. 4. tom. 3. & in Camerinen. spoliij 4. Iulij 1646. in princip. coram Me. his verò quoad reum mota intelligitur à die, qua fuit executum, ac reproductum monitorium, vt dicta Rota coram Buratt. decis. 652. num. 2. & in Romana Fideicommissi de Maximis 20. Nouembris 1647. in §. vi. vero coram Me.

2 Neque obstat quod versetur in spolio, quia etiam in tali iudicio veniunt fructus à die motæ litis, quando spolium non est attentatum, vel violentum Rota coram Canal. decis. 586. num. 4. coram recol. mem. Coccino dec. 439. num. 1. in recent. dicta decis. 740. num. 3. part. 4. tom. 3. & decis. 187. num. 17. part. 7. & in Romana Domorum 25. Iunij 1646. coram R. P. D. meo Bichio vbi in §. nos autem, subditur spolium iudiciale non dici attentatum, aut violentum nisi fuerit commissum cum vi expulsiua.

3 Insuper ex quo versatur in spolio non violento, nec attentato non debentur à die motæ litis fructus qui percipi potuerunt, sed dumtaxat illi, qui fuerunt à Reo conuento percepti, Bellamer. in cap. grauis num. 40. vers. & isto iustificatur de restit. spol. & ibidem glossa in verbo fructus, vbi etiam Abb. num. 7. Bisignett. eodem tit. dec. 11. vbi licet aliqui ex DD. contrarium senserint, tamen maior pars in hac sententia resedit, quam deinde fuisse perpetuo seruaram fuit dictum in Romana fructuum, seu spoliij Domus, & hypotheca coram Litta impress. apud Marchef. de comm. p. 2. fol. 204. num. 1. vbi allegat concordantes, & in decis. 100. n. 20. apud Modern. Perusin. de subhast.

4 Tempus etiam à quo fructus restituendi sunt liquidandi non est simpliciter desumendum ab actu litis contestatæ, vel possessionis domorum per Fabium spoliatorem apprehensæ, quia cum agatur de fructibus ciuilibus, quales sunt fructus Domorum non intrat præsumptio perceptionis ex possessione subsecuta, de qua in l. Iulianus 14. §. ex vendito, ff. de Act. emptio. Natta cons. 384. numero 2. Sed requiritur aliquod extrinsecum, nempe locatio, vel simile ad hoc vt Domus sint fructiferæ, Rota decis. 259. num. 32. & decis. 304. numero 15. part. 5. recent. in Romana laudi, seu Domus 1. Iulij 1643. §. quia hoc, coram R. P. Domino meo Bichio, & in Romana legitima del Nero 22. Iunij 1644. sub §. fructus autem Domus, & 29. Maij 1645. sub §. ex nouiter coram Me.

5 Elicit igitur Franciscus spoliatus perceptionem fructuum Domus magnæ, ex quo spoliator ipsam inhabitauit, perceptio enim resultat ex habitatione non secus, ac inciperet à locatione, cum ad hunc effectum paria sint, quod quis inhabitauerit, vel quod locauerit, Baldus in l. in summa 65. §. in frumento, Dig. de cond. indeb. Surdus de

alim. tit. 6. quest. 8. num. 22. Rota in Auximana fideicommissi 26. Maij 1642. §. quoad tertiam partem coram Reuerendissimo D. meo Decano, & in Romana de Archileis 27. Nouembris 1643. coram Reuerendissimo Salamantino.

6 Ad probandam vero habitationem Ioan. Lucæ spoliatoris dantur duo testes quorum alter deponit Ioann. Lucam cœpisse domum inhabitare post mensem circiter à die captæ possessionis, secundus verò dicit cœpisse Ioann. Lucam cognoscere ab anno 1620. quo ipse testis domum vicinam inhabitabat, vt in Summ. Actoris vltimæ positionis num. 6. & sic secundus testis concludit de habitatione spoliatoris ab anno 1620. cum de tempore anteriori nihil deponat, & testis dictum à causa scienciæ reguletur, Rota dec. 7. n. 3. dec. 167. n. 8. & dec. 324. n. 1. p. 13. rec.

7 Quapropter necesse est exordiri liquidationem fructuum Domus magnæ ab anno 1620. quia circa tempus antierius vnicus adest testis, qui nec in iudicio liquidationis probat quando probatio non versatur simpliciter circa quantitatem fructuum, sed circa perceptionem, vt declarando doct. Bald. in l. 1. num. 21. C. de fruct. & lit. expens. distinguit in puncto liquidationis fructuum ratione spoliij, Rota decis. 439. num. 2. coram rec. me. Coccino, & in dicta Romana laudi, seu domus 1. Iulij 1643. §. quia hoc, §. fin. coram R. P. D. meo Bichio, & facit Acchill. dec. 22. n. 3. de rest. spol.

8 Quod vero Ioann. Lucas cum Helena sorore vsque ad eorum mortem habitauerint domum magnam concludunt duo testes dati in penultim. Summ. Francisci num. 3. & in vltim. Summ. eiusdem num. 6. & 7. & quod statim defunctis Ioann. Luca, & Helena domum conduxerit Eques Compagnonus deponit primus testis iuxta 5. cuius d. corroboratur ex secundo teste, qui iuxta 3. deponit non vdisse post mortem Ioann. Lucæ, & Helenæ habitari ab alio, quam ab Equite Compagnono, quem habitasse vsque ad annum 1646. deponunt ambo testes super primo, & coadiuuantur ex relatione executoris mandati de reintegrando à me relaxati, qui in fine testatur reperisse in domo Equitem Compagnonum Inquillinum, ab eoque fuisse Franciscum in Dominum recognitum, vt in penult. Summ. Francisci n. 4. Itaque prædicti actus remanent plenè probati ex depositione duorum testium vulg. l. vbi numerus 12. ff. de testibus.

9 Et quibus probatum remanet, quod ex domo magna fuerunt percepti fructus à spoliatore ab anno 1620. vsque ad diem 20. Augusti 1646. Quantitatem verò fructuum perceptorum ex domo statuerunt DD. in scutis 54. annuis concurrentibus in id, tum attestatione ipsius Equitis Compagnoni, tum paritis extractis ex Monte Pietatis solutionum ab Equite factarum de anno 1646. vt in vlt. Summ. Francisci n. 5. tum etiam vltima locatione facta Eminent. Card. Capponio pro pensione scut. 75. annuatim, ex quo quasi infertur ad præcedentes, & subsequentes annos, vt rotidem fuerint pensiones perceptæ, & exactæ Rota coram RR. Vergellen. dec. 307. n. 5. multo magis inferri potest ad minorem summam scut. 54. provt præterit spoliatus, eandemque quantitatem statuerunt DD. pro tempore quo spoliatores habitauerunt ex supradictis motiuis.

10 Quoad domunculam ex partitis datis in moderno Summario Francisci num. 9. constat ab Inquillinis

Inquillinis fuisse soluta scut. 95. 25. quibus addendo scut. 1338. pro domo magna ad rationem sc. 54. annorum pro annis vigintriquinque, & mensibus octo vt visum est constat summa scut. 1433. 25. ad quam summam liquidandos esse fructus hodie fuit resolutum.

11 Quoad canones per spoliatores solutos cum nulla addit iustificatio, nec minus quoad reaprationes Domus DD. non potuerunt figere pedem, cum alioquin canones soluti à spoliatore debeant restitui per spoliatum iuxta deducta in d. Romana de Archileis 27. Nouembris 1643. coram Reuerendissimo Salamantino. Quo vero ad discussionem partitarum quarum compensationem spoliator præterit nihil fuit firmatum, cum hoc sit alterius inspectionis.

Et ita fuit resolutum vtrique parte informante, &c.

R. P. D. ARGVELLES.

Bituntina Censur.

Luna 5. Iunij 1649.

ARGUMENTVM.

Instrumenta habent viam executiuam.

Pacta sunt ad libitum partium, modò licita, & honesta clausula guarentigia, siue obligatio Cameralis, non est necessaria vbi adest publicum Instrumentum obligationis. A Staturo ad pactum valet Argumentum, & è contra, saltem affirmatiuè. Hæres, & defunctus, vna & eadem persona censentur. In via executiua licita est variatio. Statuta laicorum non comprehendunt Clericos. Limitatur, in Clerico hæredi ratio rei hæreditariæ, conuenitur tamen in suo foro, & coram suo Iudice.

SVMMARIVM.

- 1 Rota decisiones semper supponuntur, nec licet eas in dubium reuocare.
- 2 Mandatum executiuum relaxatur vigore Instrumenti, vbi legitur pactum executiuum, licet non fuerit expressa clausula guarentigia, aut obligationis Cameralis, & de iure communi.
- 3 Obligari vnusquisque potest, vt voluerit.
- 4 Pacta, qua contra Ius, & bonos mores non sunt, debent seruari.
- 5 Quid possit per pactum fieri vt creditor propria auctoritate valeat capere, & in carcerem detinere debitorem non solventem, disputatur remissiuè.
- 6 Clausula guarentigia non est necessaria, vbi adest publicum Instrumentum obligationis.
- 7 Ius exequendi Iudicis auctoritate, & partium conuentione equiparatur.
- 8 Lex, & contrahentium pacta, equipollent.
- 9 Pacifici potest vt quis in carcerem pro debito detineatur, sed per hoc pactum executiuum paratur executio.
- 10 Staturo fieri potest, vt omnia Instrumenta publica habeant paratam executionem.
- 11 A Staturo ad pactum valet argumentum, & è contra saltem affirmatiuè.

12 In regno Neapolitano semper intelligitur apposta clausula per viam ritus.

13 Instrumentum Censur executionem paratam habere, sapissimè tenuit Rota.

14 In Regno Neapolitano hac lege speciali Regis Alphonsi cautum est.

15 In Hæredem dari easdem actiones ciuiles, qua competebant contra defunctum vulgatissimè est.

16 Quia est vna persona cum defuncto.

17 Et ad omnia iura passiuè, & actiuè succedit.

18 Si statutum disponat, quem posse in carcerem detinere, etiam hæres detinere potest.

19 Obligationis conditio non ex persona hæredum immutatur.

20 Citandus ille non est, quem constat nullam habere defensionem.

21 Executione facta in vna re, potest ad aliam fieri transitus, vbi non est creditor plenè satisfactus.

22 In vna executiua potest variari.

23 Creditorem, vsque quo probetur plenè satisfactus, etiam post executionem, seu immisionem, aut assecurationem super vna re factam, potest variari, & Index, & Iudicium, & remedium, & captura persona.

24 Statuta concedentia publicis Instrumentis executionem, nullo modo comprehendunt Clericos.

25 Opinio Couarruuiæ tenentis, hoc non procedere Statuti conditis à Principe, habente Iura Imperij, cum sint licita, & honesta, reijcitur.

26 Clericus, quando succedit laico executiuè obligato, subiicitur dispositioni statuti laici in eo, in quo successit.

27 Obligatio defuncti, ex persona hæredis immutari non potest.

28 Hæres, aduendo se obligant, & quasi contrahunt cum creditoribus defuncti.

29 Forus tamen mutatur, nam Clericus hæres conuenitur coram suo Iudice.

DECISIO LXXIII.

EX latè, & luculentissimè deductis in Bituntina censur. 27. Nou. 1645. & 24. Maij 1647. coram R. P. Dom. meo Corrado, decisa penè remanet præsens controuersia. Firmatur enim ibi multis iuribus, & Doctoribus Bouios teneri insolitum, quia constat, quod sunt hæredes, nec vllibi apparet, quod confecerint inuentarium, optimè reiectis omnibus tunc ab eis latissimè deductis, & partim licet breuius, nunc frustra inculcatis, Tum quia plenissimè satisfactus, Tum etiam Rotæ decisiones semper supponuntur, nec licet eas in dubium reuocare, Rota apud Buratt. decis. 596. num. 2. & 857. num. 4. post Zacch. de oblig. Cam. dec. 275. num. 1. in Mediolanen. pensionis 27. Iunij 1646. §. fuisse, coram R. P. D. meo Bichio, in Bonon. fideicom. de Guidottis 23. Ianuarij præsentis anni in princ. coram Me. Tum denique quia earum virtuti fuit data associatio, quam habuisse effectum contendunt, & ipsi de Bouiis, & eam seruare vouent.

Agitur nunc de executione ipsorum Instrumentorum, quorum validitas nec tunc controuerbatur, in quibus cum adit pactum executiuum, non potest negari mandatum executiuum, (quod esse relaxandum contra bona, & personas dictorum Rota decreuit) licet non fuerit expressa clausula guarentigia, aut obligationis Cameralis, etiam de iure communi, nam vnusquisque potest obligari, vt voluerit cum pacta quæ contra ius, & bonos

bonos mores non sunt, debeant seruari l. 1. §. si conuenit, ff. de positi. 1. extra de pact. & aliis vulgaribus. Velasc. lit. P. axiom. 1. Azcu. ad l. 2. tit. 16. l. 4. 5 recop. Vela differrat. Hispal. 12. n. 86. Afín. de exec. §. 9. n. 3. in fin. & fieri vt creditor propria auctoritate possit capere & in carcerem detrudere debitorem non soluentem disputat idem Azcu. contra Qués. l. 2. tit. 13. lib. 8. recop. n. 205. & faciunt rationes 6 Azueu. in l. 2. tit. 21. lib. 4. recop. n. 54. quibus probat, non esse necessariam clausulam guarentigiam, vbi adest publicum instrumentum obligationis, 7 faciunt tradita per Abb. in c. de causis 4. de offic. & potestate iud. de leg. quia ius exequendi Iudicis auctoritate, & partium conuentione æquiparatur 8 l. pen. C. de pig. act. l. cum creditorem, Cod. de furt. & quia lex, & contrahentium pacta æquipollent l. fin. Cod. de reb. alien. non alien. leg. cum quasi §. si plures, ff. de fideic. libert. vt istis iuribus probat Afín. sup. c. 15. n. 2. & 3. & prosequitur aliis rationibus, & Doctoribus; Et licet hoc limitare velint nonnulli ad executionem realem, non vero personalem, vt per relosos à Zacch. de obl. Cam. q. 2. n. 41. & à Canc. ibi non citato lib. 2. var. c. 3. n. 4. contrarium tenet Boër. decis. 295. n. 10. Afín. vbi proximè n. fin. Azcu. d. l. 2. tit. 13. lib. 8. recop. n. 205. dum aiunt posse pacifici, vt quis in carcerem pro debito detineatur, sed per hoc pactum executiuum, parari executionem, tenuit Rota dec. 172. num. 2. 173. n. 6. & 177. num. 9. post Zacch. de oblig. Cam. in Baren. seu nullius pecuniaria 26. Maij 1645. coram R. P. D. meo Cerro, quod nullo modo possunt negare, vel ipsi supra relati, cum teneant statuto fieri posse, vt omnia instrumenta publica habeant paratam executio- 10 nem relati à Zacch. d. q. 2. n. 19. & multò plures ab Afín. d. §. 1. c. 26. Parlad. rerum quot. c. fin. i. p. §. 11. num. 8. cum à statuto ad pactum valeat argumen- tum, & è contra saltem affirmatiuè dicant citati à 11 Velasc. lit. A. axiom. 490. & quod in Regno Neapolitano semper intelligatur apposta clausula per viam ritus, Franch. dec. 366. in fin. iuncta num. 6. Modernus Licien. in semicenturia discept. for. c. 15. n. 57. 58. & 60.

Sed quicquid sit de omnibus extra dubium præ- sens resolutio est, cum fundetur in instrumento 13 censu, quod executionem paratam habere sæpissi- mè tenuit Rota, & multi alij citati per Cenc. quos sequitur cens. q. 95. Præterquam quod in Re- 14 gno Neapolitano hæc lege speciali Regis Alphon- si (emanata ad acceptationem, & corroboratio- nem Bullæ Nicolai V. inserta in ipsa pragmatica, & vtraque relata à Duard. de cens. in pr.) cautum expresse legitur & ita testantur Petr. de Greg. ad 15 dict. Bullam q. 6. num. 4. & alij relati à Duard. vbi sup. §. 3. q. 24. num. 9. in med. vers. in Regnis quoque, Buratt. decis. 879. n. 3. vers. vltra quod.

Non obstat, quod Bouij sint hæredes, vulgarissi- 15 mum enim est in hæredem dari eandem actio- nes ciuiles, quæ competebant contra defunctum; cur enim recuset, quam recusare non potuit is cuius hereditatem suscepit §. C. Paulus ait in l. postulantè 44. in princ. ff. ad S. C. Trebell. Bald. in leg. fin. §. in 16 computatione n. 3. Cod. de iure delib. Quia est vna persona cum defuncto, Auth. de iure iur. in fi. Prin- cipij Bafilicon lib. 41. n. 6. hoc autem, & ibi Scho- liastes optima ratione, & aliis iuribus, & auctori- 17 bus, Velasc. axiom. 19. lit. H, Carp. de execut. lib. 1. c. 20. num. 22. Et ad omnia iura passiuè, & actiuè succedit, & aliis vulgaritatibus per Salust. Tiber. in pra. A. C. lib. 1. c. 45. Paz in prax. p. 4. to. 1. c. 3. n. 36.

Parlad. dict. lib. 2. rer. quotid. c. fin. part. 4. §. 1. à n. i. Afín. vbi supra d. §. 1. q. 29. n. 10. (vbi quod si statu- tum disponit, quem posse in carcerem detrudi, posse etiam hæredem detrudi) multis iuribus & Doctoribus Carleual. de iud. lib. 1. tit. 3. disp. 9. n. 1. Non enim ex persona hæredum, conditio obliga- 18 tionis immutatur, ait Paulus in l. 2. §. ex his 2. ff. de verb. obl. Ciarl. contr. lib. 1. c. 34. num. 51. Grass. de ef- 19 fecl. 1. num. 287. Rota dec. 28. num. 4. p. 5. & dec. 39. num. 1. & 8. p. 6. rec. & in Romana cambiorum 4. Dec. 1592. coram Mellino, quæ est apud Marches. de comm. p. 2. fol. 151. num. 6. quæ loquitur in puncto viæ executiæ, facit san. mem. Greg. XV. dec. 539. n. 23. & doctè tradita in Bonon. fideic. de Rubeis 11. Martij coram R. P. D. meo Corrado, & in pacto executionis census multis citatis Cenc. de cens. q. 73. num. 17. q. 95. num. 12. & q. 96. à num. 2. vbi la- 20 tius Rota dec. 39. n. 1. 8. & 9. p. 6. rec. & dec. 269. n. 12. post Zacch. de oblig. Camer.

Non obstat, quod aiunt de inuentario; nam plenissimè fuit responsum in supra allegatis Bi- tuntinis census, & ex eisdem rationibus ibi adduc- tis respondetur ad id, quod dicitur, quod non fuerint citati ad ostendendum inuentarium, & ad bona inuentariata exhibenda, & reddendam rationem ex Salust. Tib. dec. 45. num. 17. nam hoc procedit, quando dubitatur? An hæres sit cum 20 beneficio legis, & inuentarij, non quando iam decisum contrarium, vt in præsertim, citandus enim ille non est, quem constat nullam habere defen- sionem, Rom. conf. 499. ibique Add. lit. G, Felin. in c. cum olim n. 11. de re iud. cam sexcentis per Mod. Pan. de citat. q. 19. n. 41.

Nec refragatur, quod alias fuerit motum iudi- cium super associatione, vt videtur sentire Surd. alleg. cons. 414. numero 18. quia si ipse Surdus bene 21 inspicatur, concludit contrarium num. 19. videlicet, quod vbi non est creditor plene satisfactus, 22 potest etiam post factam executionem in vna re ad alias transire, & quod in via executiua possit variari hæc ipsa die, Rota decreuit in Romana census §. Verum, quod dicta sententia, coram me, & tenent Carleu. aliis antiquioribus adductis l. 1. de iud. tit. 2. disputat. 2. numero 16. Gallef. de oblig. Cam. quest. 11. num. 2. & ibi multi citati per Zacch. ante num. 1. Clarius Grat. disc. 593. num. 6. vers. nec facit cum segg. Cenc. de cens. dict. quest. 95. num. 32. & 33. Marta de iurisd. cas. 177. numero 1. cum segg. & rectè ad propositum explicat Rota dec. 163. n. 3. & 161. à numero 4. per tot. & 140. numero 10. & 273. numero 11. post Zacch. de obl. Cam. & dec. 161. numero 23. part. 6. rec. & in Romana dotis 4. Iunij 1635. coram Piron. qui omnes benè explicant, quod 23 vsquequò probetur plenè satisfactum creditorem etiam post executionem, seu immisionem, aut assecurationem super vna re factam posse variari, & Iudicem, & iudicium, & remedium, & captu- ram personæ, alios refert, & sequitur Canc. lib. 1. var. c. 17. n. 49.

Tandem non obstat, quod sint Clerici: nam licet iam dubitari non possit, quod statuta concedentia, publicis instrumentis executionem, nul- lo modo comprehendant clericos, vt benè probant multi laudati à Sperell, dec. 10. n. 13. Marta de iurisd. p. 4. cent. 1. cas. 6. n. 13. Reiecta opi- nione Cou. pract. q. 18. n. 5. ad med. vers. nihilomi- 24 nus. (Qui tentauit; hoc non procedere in statutis conditis à Principe habente iura Imperij; cum sint licita & honesta, ex c. 1. de nou. oper. numc.) & Afín.

Afín. multis relatis pro vtraque sententia de exeq. ante §. 1. cap. 3. num. 4. Paz. in prax. tom. 2. part. 3. c. vnic. num. 1. Parlad. d. c. fin. §. 12. num. 28. Vela alios referenti discept. Hispalen. 23. num. fin. Bart. relati ab Abb. & penè recepti conf. 33. lib. 2. num. 3. ex c. con- 26 stitutus 8. de in integr. restit. c. 3. de eo qui mittitur in poss. & c. cum causam 8. de re iud. reiecta etiam consuetudine Regni Neapolitani relata per Genu. in prax. Episc. Curie Neap. q. 15. num. 2. Recc. in de- cis. eiusdem Cur. part. 1. dec. 155. a num. 4. cum segg. Grass. vbi sup. effecl. 2. num. 305. & constitutione Synodali ipsiusmet Archiepiscopalis Curie; quæ omnia reiciit optime Rota d. dec. 693. post Zacch. n. 12. & quacumque consuetudine etiam mixta Cle- ricorum & secularium, quam non esse attenden- dam, benè ait Ciarlin. d. lib. 1. c. 31. n. 16. cui fauet d. dec. 163. omnino videnda: quamuis contrarium asserat RR. Vngent. d. c. constitutus num. 5.

Attamen ad præsentem causam ista necessaria non sunt, cum hic agatur de Clericis qui successerunt Laico executiue obligato; cuius obligatio ex 27 persona hæredum immutari non potuit ex supra allegatis, & Surdus c. 222. n. 10. Gom. lib. 2. var. c. 11. n. 11. & 24. March. vbi sup. n. 3. & 6. quia ad eun- do fe obligant, & quasi contrahunt cum credito- 28 ribus l. 3. §. fin. ff. ex quibus caus. in possess. ear. §. heres inf. de obl. qua ex quasi contractu, & latè ibi Pi- chard. Don. ad l. stipulationes non diuiduntur 71. n. 55. ff. de verb. oblig. Salust. Tiber. in prax. d. lib. 1. c. 45. n. 13. Duaren. ad rit. ff. de acqu. hered. c. 6. §. 456. Sanchez in decalog. lib. 6. c. 11. n. 12. Muratur quidem forus; nam iste Clericus hæres conue- niatur coram suo Iudice, Carol. de Grass. de effecl. 29 Cler. multis relatis effecl. 1. n. 281. vbi vtrumque probat, nempe conuenien. executiæ, coram suo Iudice, Marta de iurisd. p. 4. cent. 1. cas. 33. n. 7. Et ita vtraque, & c.

R. P. D. V E R O S P I O.
Ciuitatis Castellæ Censur.
Veneris 10. Decembr. 1649.

A R G V M E N T V M.

Extinctio census potest fieri etiam consi- gnatione speciei; in locum pecuniæ, concurrente consensu. Traditio rei quomodo possit fieri epistola probat contra scribentem. Quietantia Pro- cur. habentis facultatem, à principali impugnari non potest. Fides defuncti maiorem vim habet. Publica vox & fama probatur mediante attestazione Guber. loci actus in tempus collatus potest de consensu partium vterius prorogari.

S V M M A R I V M.

- 1 Fructus non debentur censu extincto.
- 2 Extinctio census, ex consignatione alterius speciei, siue estimata, siue in solutum data non reprobat- ur à iure, quoties domini consensus accedat.
- 3 Confessio aduersarij est quibuscumque probationi- bus preferenda.
- 4 Traditio rei existentis penes creditorem nascitur ex consensu debitoris, ei in solutionem ipsam

- rem dantis, ac deliberantis, iuncta ipsius reci- pientis creditoris acceptatione.
- 5 Epistola transmissa, contra scribentè plenè cõcludit.
- 6 Quietantia à Procuratore sub amplissimis clau- sulis ad exigendum, & quietandum constituto, peracta, eandem vim probationis obrinet, ac si ab eodemmet principali fuisset conscripta: ita vt tanquam minus legitima, ab eodem impugna- ri nequeat.
- 7 Consignatio rei conuincitur ex fide mediatoris, iuncta attestazione alterius.
- 8 Fides, defuncto teste, vires sumit, iunctis aliis ad- miniculis.
- 9 Et ex epistola conscripta à consignatorio, vbi de- prehendatur sensus hoc importans.
- 10 Et ex publica voce, & fama comprobata etiam ex literis à Gubernatore loci conscriptis, ac de ea attestantibus.
- 11 Et ex taciturnitate eiusdemmet creditoris, qui li- cet alias diligens esse soleat in suis exactiõibus, hanc tamen distulit post obitum debitoris, licet mandatum iusticiens habuisset expeditum.
- 12 Fides facta ab aliquo verisimilis, ac de facto pro- prio concludens, ex pluribus coniecturis fulcra- ta, eiusque obitu adminiculata, plenè probat.
- 13 Actus, qui iuxta legem conuentionis non expedi- tur intra certum tempus dum tantum de vtrius- que partis consensu post dictum tempus expla- tur remissum quodcumque interesse inde resul- tans censetur, ac si intra tempus conuentum fuisset expeditum.

DECISIO LXXIV.

Provt etiam nihil refert subsequuta iurium productio, dum neutra pars citata fuit, nec Iudex interloquutus pro eorum admiffione, circumductio enim non pendet à voluntate partium, sed iudicis, Grat. discept. for. cap. 438. numero 11. in fin. vers. vbi etiam, quod ad effectum, Rot. in recent. decis. 277. numero 2. in fin. vers. nec facit p. 1. & decis. 69. numero 5. part. 6. coram sanct. memor. Gregor. decis. 457. numero 7. Addend. ad eundem decis. 140. numero 16. vers. sed ad istum effectum, & coram bon. memor. Buratt. dist. decis. 720. numero 2.

Iustitia vero est euidens, quia emphyteusis Ecclesiastica finita generatione ad Ecclesiam reuertitur, nec transit ad extraneos, §. emphyteusis Auth. non alien. Manic. de tacit. lib. 14. tit. 19. §. 6. Cald. de nominat. emphyt. lib. 2. quest. 33. à num. 23. vers. in emphyteusi vero cum seqq. Rot. in recent. decis. 381. numero 2. part. 5. & decis. 217. num. 9. part. 6. Quamuis concessa fuerit pro hæredibus, & successoribus cum in hac materia illorum appellatione veniam soli hæredes sanguinis, & sic def-

R. 4

cedentes

- cedentes ab ipsis inuestitis, vt docuerunt Imol. in leg. quod dicitur. Digest. de verb. obligat. Castrenf. in leg. etiam num. 4. Digest. solut. matrim. Bald. conf. 214. num. 2. vers. sed istud lib. 5. Alexander eius 83. numero 1. & 2. lib. 7. Roland. conf. 96. & segg. lib. 1. Rimin. sen. conf. 437. numero 2. Rimin. iun. consil. 165. num. part. 9. lib. 2. Soccin. sen. conf. 121. numero 18. lib. 4. Soccin. iun. conf. 71. numero 3. lib. 1. Dec. con. 171. num. 1. & 2. Ruin. in conf. 23. num. 34. lib. 5. Handed. conf. 92. numero 19. & segg. lib. 1. Berou. conf. 102. numero 14. lib. 1. Cephal. consil. 400. numero 56. & 57. Gabr. conf. 84. numero 51. lib. 2. Mantic. vbi supra lib. 22. tit. 19. numero 20. cum segg. Clar. plures referens in §. emphyteusis questione 28. sub numero 5. §. tertius est casus, vers. fundamentum autem, Grat. discept. forens. cap. 351. numero 17. & firmavit Rota coram Card. Seraphin. decif. 868. numero 1. & 2. latius in decif. 211. numero 3. & 4. cum segg. part. 6. recent. & in Nouar. bon. 13. Ianuarij 1642. coram bon. memor. Merlino, §. peccat. demum, & primum Iulij 1644. coram Reuerendissimo D. meo Decano, §. p. 1. quia Alexand. 6.
- 9 Non obstat clausula ad habendum appositâ in parte dispositiua cum hac intelligitur iuxta naturam contractus emphyteutici, vt dixit Rota coram Card. Seraphin. decif. 794. numero 8. & coram bon. memor. Coccino inter eius impress. decif. 75. numero 10. nec illam immutat, sed restrictionem recipit, ad limites ipsius contractus, cui apponitur vt pluries dixit Rot. & signanter in recent. dec. 60. numero 12. & 13. part. 5. decif. 74. numero 89. 10. & 11. & decif. 211. numero 12. part. 6. & ideò quando, provt hic emphyteusis de sui natura non est transitoria ad extraneos non tribuit facultatem alienandi in extraneos in præiudicium vocatorum ne in vna eademque inuestitura inducatur manifesta contrarietas, & repugnantia, vt ex his rationibus consulendo tradunt Bald. numero 5. lib. 5. Dec. conf. 54. numero 6. Simon de Pret. conf. 20. numero 11. lib. 11. Rub. conf. 110. numero 5. vers. & sic, Menoch. conf. 61. numero 20. Bardellon. conf. 4. numero 2. & 3. Grouagnon. conf. 44. numero 107. & 108. lib. 2. & pluries firmatur Rota coram Card. Seraphin. decif. 1290. numero 12. coram Card. Cauder. decif. 293. numero 4. coram bon. memor. Coccino di. decif. 75. numero 9. coram Reuerendiss. Vrgellen. decif. 212. numero 20. in recent. decif. 294. in fin. part. 2. decif. 265. numero 5. part. 4. decif. 60. numero 12. & decif. 86. numero 15. part. 5. & articulo mature discussio di. decif. 74. numero 6. cum segg. vsque in fine, & di. decif. 211. numero 7. cum segg. part. 6. & aliis relatis in decif. 415. n. 20. & 21. part. 8.
- 12 Quod sine difficultate recipiendum est in casu nostro, quo solemnia non fuerunt adhibita, sine quibus hæc clausula non potest extendere concessionem, vt aduertit Dec. in cap. in presentia numero 33. alias 153. vers. sic ergo conclusio de probat. Aldobrand. conf. 42. numero 3. Couar. var. resolut. lib. 2. cap. 17. numero 5. di. decif. 74. num. 14. & 15. part. 6. & quod plus est adit expressa prohibitiõ alienationis, quæ infingit, & enervat vim præcedentis clausulæ ad habendum, adeo vt tribuere solum possit facultatem alienandi inter illos de linea comprehensos in inuestitura fecus in extraneos, Dec. conf. 171. sub numero 3. Gratian. discept. for. cap. 344. numero 11. quos sequuta fuit Rota in recent. decif. 294. numero 8. part. 2. & di. decif. 74. numero 13. 14. & 15. & decif. 211. numero 8. cum segg. part. vbi responderetur omnibus con-

- trariis, & subditur plus attendi debere prohibitionem alienationis maturo consilio appositam quam huiusmodi clausulas generales vt plurimum per Notarios apponi solitas, & in Casenaten. emphyteusis 4. Decembris 1635. coram bon. mem. Merlino in recent. decif. 781. numero 17. part. 8.
- 14 Prohibitio enim repugnat naturæ clausulæ ad habendum, quæ vbi nihil aliud resistit, tribuit facultatem alienandi, Dec. di. conf. 171. di. numero 3. vers. quarto, & ultimo, Curt. iun. consil. 130. numero 6. vers. præterea & secundo, Corbul. priuul. emphyt. ob alienat. limit. 3. numero 2. & 3. Cacher. decif. 164. sub numero 4. cum aliis alleg. in prædictis decisionibus.
- 15 Pro quorum comprobatione ponderarunt Domini prohibitionem esse arctissimam cum vna solum negatiua, ibi, tali etiam pacto quod bona præfata, nec aliquam partem possit vendere, vel alienare sine licentia, & assensu præfati Monasterij, quicquid enim sit quando concipitur cum duabus negatiuis puta non possit alienari, nisi cum consensu, quas in affirmatiuam resoluui, & importari posituam licentiam alienandi dixit Rota Sarasinaten. fendi 22. Iunij, & 18. Decembris 1645. coram Reuerendissimo Domino meo Decano. Quando provt hic vna solum adest negatiua, ibi non possit prohibitio remanet absoluta, & præceptum negatiuum, importat, quod clausulæ generales inuestituræ alias aptæ comprehendere extraneos restingantur ad hæredes sanguinis, vt in fortioribus terminis tradit Afflict. in cap. 1. §. feudum ea lege numero 35. vers. videlicet quando contractus si de feudo fuerunt centrou. inter D. & agnat. Boss. de bon. publ. sub numero 34. Dec. di. conf. 171. vers. 4. & ultimo, Rosentall. de feud. cap. 2. conf. 36. numero 5. vers. vbi idem, Cald. de emphyt. lib. 2. questione 10. numero 16. vers. ceterum ego, Cæsar. Manent. decif. 2. num. 38. cum duob. segg.
- 16 Hinc etiam nihil facit clausula in perpetuum, quia, vbi provt hic apponitur in concessione de sui natura non transitoria ad extraneos perpetuas concessionem inter personas comprehensas, illam tamen non extendit ad extraneos non vocatos vt probat text. in di. §. emphyteusim. vers. licentia, Auth. de non alienand. Roland. 96. numero 7. 8. & 19. lib. 1. Alexander conf. 9. sub numero 9. in fin. vers. sed solum dicunt lib. 2. Mantic. de tacit. lib. 27. tit. 10. numero 21. Cald. vbi supra di. lib. 2. quest. 23. numer. 19. cum segg. & aliis relatis, Rot. in recent. decif. 381. numero 4. part. 5. & sepius di. decif. 211. numero 7. part. 6. tritum enim est clausulam huiusmodi in perpetuum regulari, & intelligi iuxta subiectam materiam, in qua apponitur, Gloss. in leg. & in perpetuum, Digestis de procurat. Alexander in leg. 2. n. 2. Digestis solut. matrim. Cardin. Seraphin. decif. 874. numero 5. Rot. decif. num. 18. part. 7. recent. & in Bononien. census 21. Febr. 1642. coram Reuerendiss. Patre Domino meo Ghislerio, & ideo appositâ in concessione ex pacto non facit illam hæreditariam, vt de magis communi testatur Dec. in cap. in presentia numero 53. vers. si ergo conclusio de probat. Rol. conf. 96. & num. 6. & 18. & 19. lib. 1. Mantic. de tacit. lib. 2. tit. 19. n. 27.
- 17 Sed vterius dixerunt Domini rem esse extra difficultatem, & deuolutionem esse ineuitabilem, ex quo bona fuerunt relicta Ecclesiæ, in quam vti manus mortuas bona Ecclesiastica deuenire non possunt adnotat. in c. 1. de alien. feud. & ibi Afflict. in princ. n. 4. & 5. Gloss. in cap. potuit verb. prohibea-

- tur, & ibi Abb. n. 10. Imol. num. 25. extr. locat. Burs. conf. 199. n. 42. vers. 3. Rot. coram san. memor. Gregor. decif. 520. n. 11. ibique Addent. n. 14. coram Reu. Vrgellen. decif. 334. num. 11. in fin. & dictum fuit in Neapolitana laudemij 14. Decemb. 1640. coram bon. mem. Coccino, nec minus per viam institutionis, Rot. d. dec. 211. n. 20. p. 6. recent.
- 18 Imò cum in antiquis inuestituris iuxta quarum formam facta fuit hæc, de qua agitur, adit explicata prohibitio, ne bona deueniant ad manus mortuas, & vigore istius relationis pactum habeatur perinde, ac si etiam in ista fuisset appositum, vt in his terminis dixit Rot. d. decif. 211. n. 5. & 6. part. 6.
- 19 non potuerunt bona in Ecclesiasticam transferri, nec minus pro assequenda æstimatione, quia pactum huiusmodi resistit acquisitioni, Aldobr. consil. 40. n. 9. lib. 1. Burs. consil. 299. n. 48. vers. Doctores lib. 2. san. mem. Greg. dec. 529. n. 10. & latius di. decif. 211. n. 31. part. 6. recent.
- 20 Quod autem Confraternitas Ecclesiæ Terræ Traiectæ sit merè localis, nec iustificatur cum instituta sit ad pium opus venerationis Sancti. Sacramenti, habeatque Ecclesiæ, aliaque Ecclesiastica signa per ea, quæ dixit Rot. in Romana bonorum 19. Ianuarij 1643. coram R. P. D. meo Ghislerio, & in Romana saluiani, seu attentatorum 23. Maij eiusdem anni coram R. D. meo Præfide Vallisolerano, nec releuat cum ad hunc effectum idem sit vniuersitas Ecclesiastica, & Laicalis, quæ nunquam motitur, vt declarat Petr. Pecch. de Amonit. lat. bon. cap. 2. per tot. in tract. magnas tom. 11. part. 1. fol. 216. Cal. de renouat. emphyteus. lib. 1. quest. 19.
- 21 Corbul. de caus. propriet. ob alienat. irrequisiuit. Domin. fact. ampl. 12. n. 6. Anchar. conf. ult. sub n. 3. vers. propter hoc videtur, & latè firmavit Rota coram Martin. And. decif. 6. n. 2. & 3.
- Et ita vtraque, &c.
- R. P. D. CERRO.
Caietana Bonorum.
Mercurij 10. Iunij 1648.
- ARGUMENTVM.
- Clausularum emphyteusis importantia pertractatur. Nonnulla de beneplacito Apostolico, & de linea finita ad effectum deuolutionis, ac de prohibitione alienationis in emphyteusi, recensentur: sententia recipit declarationem à libello.
- SVMMARIVM.
- 1 Verba pro hæredibus & successoribus in concessione emphyteusis Ecclesiastica comprehensa, extenduntur solum ad hæredes sanguinis, & descendentes ab eis inuestitis.
- 2 Clausula Ad habendum, ac in perpetuum intelliguntur iuxta naturam contractus, cui adijciuntur.
- 3 Indequè in emphyteusi Ecclesiastica non tribuit facultatè renuntiandi, nec alienandi, in extraneos.
- 4 Hæc clausula in emphyteusi Ecclesiastica, non impetrato Beneplacito Apostolico, non possunt extendere concessionem vltra personas expressas.
- 5 Beneplacitum Apostolicum, aliaque solemnitates

- requisita in alienatione emphyteusis Ecclesiæ in extraneos non presumuntur excursu temporis, nisi simul concurrat obseruantia.
- 6 Prohibitio alienationis rei emphyteuticæ in concessione appositâ, enervat vires præcedentium clausularum.
- 7 Præsumptio, quod concessio emphyteusis concepta pro se, suisque hæredibus, & successoribus sit facta etiam in extraneos, non efficaciter inducitur ex eo solo, quod vnus ex ibi nominatis sit Clericus, & proinde filiationis incapax, dum etiam in descendentes alterius nominati verificari potest ipsa concessio.
- 8 Linea ad effectum deuolutionis emphyteusis, non potest dici finita per existentiam in Religiosis vltima ex ipsa, dum saltem eius vita durante, commoditas bonorum remaneat penes monasterium, declaratur num. seg.
- 9 Declaratur dispositio S. Conc. Trid. sess. 25. c. 3. de regul. de hac loquentis, intelligi tantum de Capuccinis, non autem de Monialibus.
- 10 Procedit in emphyteusi priuatorum, vel in emphyteusi Ecclesiastica concessa etiam pro extraneis, & cum solemnitatibus requisitis.
- 11 Secus verò in emphyteusi Ecclesiastica non transitoria ad extraneos, & in qua deficiunt solemnitates requisita, & Beneplacitum Apostolicum.
- 12 Hoc enim casu etiam si monasterium esset capax bonorum in communi, nihilominus bona in ea comprehensa ab ipso nec pretendi, nec minus retineri possunt pro sola fructuum commoditate, durante vita monachi.
- 13 Prohibitio contrahentium explicita, ne bona emphyteuticæ Ecclesiastica, relinquuntur, & deueniant ad aliam Ecclesiam, iuncta legali prohibitioni per relationem ad antiquas inuestituras, interdicit omnem, & quamcumque potentiam alienandi dicta bona vsque ab initio, ita vt nullo vnquam tempore, & ad nullum effectum illa à monasterio possint acquiri, & apud ipsum retineri.
- 14 Nec minus ad effectum vendendi persone habili, & æstimationem consequendi cum huiusmodi pacto, & contrahentium prohibitio resistat principio acquisitionis.
- 15 Prohibitio alienationis in emphyteusi Ecclesiastica, omnem casum comprehendit, etiam hæreditaria institutionis, alteriusque vltimæ voluntatis.
- 16 Bona emphyteuticæ Ecclesiæ, ad aliam Ecclesiam, vti ad manus mortuas deuenire non possunt.
- 17 Mors civilis monachi ob emissam professionem, equiparatur naturali, ad effectum deuolutionis emphyteusis Ecclesiæ.
- 18 Sententia intelligitur & declaratur secundum libellum, & petitionem Agentis.
- 19 Libellus, & petitio, quando continet duo capita ad fundandam intentionem Actoris, & Index in corpore sententiæ libello fauorabilis vnum duntaxat expresserit, censetur etiam de secundo intellexisse, vt illi sententiam plenius conformaret. Accedente præsertim clausula: omni meliori modo: ibidem appositâ.
- 20 Clausula omni meliori modo appositâ in sententiâ, comprehendit omnem modum meliorem, quo sententia sustineri potest, etiam non expressum.

DECISIO LXXIX.

Decisionem sub die 3. Decembris 1646. coram me emissam in præsentî disputatione DD. confir.

confirmarunt. Quia omnia validitate sententiæ non amplius ab altera parte in dubium, reuocata, iustitia patet, repetito quod agitur de emphyteusi Ecclesiastica, quæ finita generatione ad Ecclesiam reuertitur, nec ad extraneos transit licet concessa pro hæredibus, & successoribus, cum in hac materia verba huiusmodi extendantur solum ad hæredes sanguinis, & descendentes ab eisdem inuestitis, ex latè deductis in 1. *decif. vers. Iustitia vero est euidentis.*

Nec contrarium suadent pactum renouandi de 29. in 29. annos, & clausulæ, ad habendum, ac in perpetuum; Quia vt pariter responsum fuit in dicta decisione intelliguntur iuxta naturam contractus cui adiciuntur, indeque in emphyteusi Ecclesiastica non tribuunt facultatem renouandi, nec alienandi in extraneos, vbi latè deducitur in Mediolanen. Bonorum 30. *Maij 1633. coram ben. mem. Merlino qua est decif. 211. à num. 7. cum pluribus segg. part. 6. rec. cum aliis relatis in 1. dec. vbi vltimus fuit admaduerfium præfata facilius admitenda, cum nec solemnia fuerat adhibita, nec imperatorem Beneplacitum Apostolicum sine quibus huiusmodi clausulæ non possunt extendere concessionem vltra personas expressas, ex auctoritatibus ibidem cumulatis.*

Præsumptio autem Beneplaciti Apostolici non oritur ex lapsu 30. annorum dum non probantur factæ alienationes in extraneos, & præfaro tempore obseruata. Receptum enim & solum cursum temporis non inducere præsumptionem Beneplaciti aliarumque solemnitarum nisi simul concurrat obseruantia concessionis, vt respondit Rota apud Pat. *decif. 7. de præsumpt. coram ben. mem. Coccino decif. 301. num. 2. & 3. cum aliis in Perusina Reintegrationis 13. Iunij 1644. coram R. P. D. meo Royas, & in Compostellana Parochialis 10. Febr. 1645. coram R. P. D. meo Verospio vers. quia cum ex tit. circa fin.*

Et proinde non applicantur decisiones in contrarium adductæ. Decisio enim 294. *part. 2. rec. repet. part. 3. in ord. 286.* loquitur de concessione habente explicitam facultatem alienandi in extraneos quæ multum mouit Dominos vt ibidem *num. 6. in altera vero 548. p. 8. rec. aderat Beneplacitum Apostolicum, & ostendebantur alienationes factæ extraneis, vt num. 11. 16. & 17.* Decisio verò Card. Causal. 293. loquitur in inuestitura nullam habente prohibitionem, quæ concurrat in casu nostro, & enervat vires præcedentium clausularum, vt respondit Rota in *Foroempronien. emphyteusis coram ben. mem. Merlino, qua est dec. 74. num. 8. cum segg. part. 6. recent. cum aliis in 1. decif. vers. quod sine difficultate cum vers. segg.*

Minus vrgent duæ coniecturæ ponderatæ in contrarium. Prima enim, quod bona de quibus agitur, deuenierint in Flaminium, & Fabricium successione cuiusdam Marij Velloni cum permissione, & consensu eiusdem Monasterij Cassinensis directi Domini cessat ex facto, cum Monasterium non approbauerit Marij successione, sed de nouo locauerit, & concesserit, ibi, *hodie præfatus D. Germanus Procurator locauit, & de nouo concessit præfato, & c. ac ibi, & titulo locationis, ac de nouo concessionis præfata, & c.* Secundò vero ex eo quod concessio stipulata fuerit à Flaminio pro se, suisque hæredibus, & successoribus, qui tamen cum esset clericus descendentes habere non poterat sed solos hæredes extraneos nihil releuat

dum inuestitura fuit ab eodem Flaminio recepta etiam pro Fabricio fratre qui vt Laicus habere potuit Descendentes. Adducta autem præsumptio foret efficax si solum in extraneos concessio verificari posset, vt tradunt Clar. in *S. feudum quasi. 74. num. 4. Card. de nomin. emphyt. lib. 2. quasi. 20. num. 37. & plures alij relati per Fufar. de substit. 9. 339. n. 42. & 44.*

Demum nihil obstat quod Fabricius decesserit relicta vnica filia fœmina Moniali Capuccina, qua existente declarari non potuit esse factum locum deuolutioni ob lineam finitam cum saltem eius vita durante commoditas bonorum, de quibus agitur remaneret penes Monasterium, vt trad. Bald. in *cap. post cessionem num. 14. de probat. Anchar. conf. 420. num. 1. & segg. Burlatt. conf. 60. num. 43. Sanchez in præcept. decalog. tom. 2. lib. 7. cap. 15. n. 34.*

Quia omisso an sufficienter probetur existentia dictæ filia, & non obstat dispositio S. Concil. Trid. *sess. 25. cap. 3. de regul. loquentis tantum de Capuccinis, non autem, de Monialibus.* Placuit responsio quod obiectum procedit, vel in emphyteusi priuatorum, vt tradit Iaf. in *leg. 2. num. 400. Codic. de iur. emph. vel emphyteusi Ecclesiastica* concessa etiam pro extraneis, & cum solemnitatibus requisitis, in quibus terminis loquuntur supra allegati, & præter illos primus omnium tradit Bald. in *auth. ingressu in 2. lect. num. 37. vers. quare ergo Codice de sacr. sanct. Eccl. alique relati per Corbul. de emphyteus. tit. de caus. priu. ob mort. civil. numero 6. cum pluribus segg. Rota in rec. dec. 261. numero 7. part. 1. & coram ben. mem. Burlatt. decif. 394. num. 5. Secus verò emphyteusi Ecclesiastica non transitoria ad extraneos, & in qua, pro vbi hic, deficiunt solemnitates requisitæ, & Beneplacitum Apostolicum, Hoc enim casu etiam Monasterium esset capax bonorum in communis, nihilominus bona in ea, comprehensa ab ipso nec prætendi, nec minus retineri possunt pro sola fructuum commoditate durante vita Monachi, vt secundum veriosem, & communiosem sententiam firmant Odoffred. in *d. auth. ingressu sub numero 10. Cod. de sacr. sanct. Eccl. ibique Alberic. & Castr. num. 34. quos refert, & sequitur in punctualibus terminis pro veritate respondens Burlatt. conf. 199. à num. 8. vsque in fin. lib. 2. eundemque approbarunt Corbul. vbi supra sub numero 4. vers. Burlattus tamen, & Fulgin. de iure emph. tit. de success. in bon. emph. quasi. 14. num. 8. vers. & licet, ac sic distinguendo responsum fuit in Bonon. bonorum 7. Iunij 1647. coram R. P. D. meo Melio, S. nec releuat quod saltem, & 27. Martij præteriti coram R. P. D. meo Verospio.**

Quæ nullam in proposito recipiunt dubietatem, quo vltra legalem per relationem ad antiquas inuestituras, adest etiam explicita contrahentium prohibitio, ne bona relinquuntur, & deueniant ad aliam Ecclesiam ex vj enim huiusmodi duplicis prohibitionis fuit penitus interdicta omnis, & quæcunque potentia alienandi dicta bona vsque ab initio, itavt nullo vnquam tempore, & ad nullum effectum illa Monasterio possint acquiri, & apud ipsum retineri S. Sanctissimi, Auth. de alien. emph. Imol. in *S. filiusam. S. diu. vers. extra glos. & ibi Alexand. num. 2. circa med. off. de legat. 1. Simon de Præt. conf. 54. num. 4. 5. & 6. Burlatt. dist. conf. 299. num. 11. vers. non puto, & numero 48. vers. 3. Doctores, aliisque relatis firmatur*

R. P. D. ARGVELLES.

Pisauræ Iocalium.

Luna 28. Iunij 1649.

ARGUMENTVM.

Iocalia pretiosa, & vestes festiuæ transmissæ per Sponsum sponsæ, an soluto matrimonio, veniant restituendæ, & quomodo.

SVMMARIVM.

- 1 Iocalia pretiosa, & vestes festiuæ transmissæ per Sponsum sponsæ, non censentur donatæ, sed ad usum duntaxat accommodatæ, vt sponsa subiectam materiam intelligendum esset de donatione ad usum.
- 2 Et ideo soluto matrimonio veniunt restituendæ.
- 3 Etiam si sponsus donare dixisset: quia iuxta subiectam materiam intelligendum esset de donatione ad usum.
- 4 Et hoc procedit etiam in rebus sponsæ transmissis à consanguineis sponsi, quas vti ad hunc spectantes, eius hæredi sunt restituendæ.
- 5 Licet sint res ad usum solius mulieris aptatæ, & conuenientes.
- 6 Et magis quando propter culpam sponsæ, matrimonium non est consummatum.

DECISIO LXXX.

Placuit Domini decisio coram me edita 22. Iunij præteriti, qua firmatum fuit iocalia pretiosa, & vestes festiuæ transmissas per bon. mem. Dom. Camillum Pamphilium sponsum D. Comitiæ Mariæ Lauræ Santinellæ sponsæ dissoluto per sponsi obitum matrimonio, illius hæredi fore restituen. Ideoque eandem decisionem hodie confirmarunt eo præcipue fundamento, quod res prædictæ non censentur donatæ, sed ad usum duntaxat accommodatæ, vt sponsa gratia ipsius sponsi honorificentior, & speciosior incederet, & sic soluto matrimonio veniunt restituendæ l. hoc legatum 45. ff. de leg. 3. l. mortis sua 54. ff. de donat. int. vir. & vxor. quos bene inducit Sanchez de matrim. lib. 6. disput. 25. numero 10. post principium, faciunt relati per Mascard. de probat. conclus. 564. n. 2. & 3. vbi quod hæc conclusio vnanimi Doctorum sententia approbatur, Afflic. dec. 315. n. 1. & 2. vbi ita plures iudicasse Consilium Neapolitanum sanct. mem. Greg. XV. *decif. 474. n. 1. Rota decif. 113. num. 3. part. 1. recent. Romana iocalium 11. Decembris 1641. §. posito autem, & c. coram Merlino, & aliis in dicta decisione præterita huius causæ §. aut sumus in dubio, & c. & seg. coram me cumulatis.*

Etiam si sponsus donare dixisset; Quia iuxta subiectam materiam intelligendum esset de donatione ad usum, Bart. in lege 1. §. nec Castrense numero 10. vers. & ideo puto, & c. ff. de collat. bon. Palat. Rub. de donat. int. vir. & vx. §. 7. numer. 1. & segg. & §. 11. numer. eod. Vrsill. ad Afflic. d. decif. 315. num. 1. cum pluribus in præterito §. absque eo, & c. vers. tum etiam quia, & c.

Et hoc procedere etiam in rebus sponsæ transmissis

in d. Bononien. Bonorum coram R. P. D. meo Melio vers. quæ prohibitio, Nec minus ad effectum vendendi personæ habili, & æstimationem consequendi, cum huiusmodi pactum, & contrahentium prohibitio resistat principio acquisitionis, vt distinguendo opinionem Specul. tit. de locat. §. num. aliqua num. 143. firmavit Rota apud san. memor. Greg. *decif. 529. num. 10. in recent. dist. decif. 211. num. 31. cum pluribus segg. part. 6. & in aliis in d. decif. relatis §. Imo cum in antiquis.* Nullatenus subsistente, quod per huiusmodi prohibitionem censetur duntaxat prohibita alienatio per contractum non autem per vltimam voluntatem, sed hæredis institutionem, quia verior, & communior est opinio quod in emphyteusi Ecclesiastica prohibito omnem casum alienationis comprehendat etiam hæreditariæ institutionis, alteriusque vltimæ voluntatis, vt in terminis consulendo firmat Aldobrand. *d. conf. 40. sub n. 9. vers. cum igitur lib. 1.*

Hinc igitur subsistit pariter alterum decisionis fundamentum quod scilicet deuolutio sit omnino clara, & inexcusable, ex quo bona de quibus agitur fuerunt relicta Ecclesiæ in quam vti manus mortuas bona Ecclesiastica deueniri non possunt, nedum attenta iuris dispositione, ad not. in *cap. 1. de alien. feud. sed etiam ob prædictam contrahentium prohibitionem, ex deductis ibidem §. sed vltimus, cum seg.*

Ideoque non refragatur quod sententia de Partibus declararet esse locum deuolutioni ob lineam finitam. Quia dum Monasterium non potuit hæc bona retinere, nec minus durante vita Monialis propter naturam emphyteusis Ecclesiasticæ ad extraneos non transitoria ex superius deductis. Vtique linea dicitur finita, quia filia Fabricij habetur pro naturaliter mortua, cum hoc casu mors civilis ob emissam professionem æquiparetur naturali, secundum Barth. in *auth. si qua mulier Cod. de sacros. Eccl. DD. communiter in cap. in presentia de probat. Alex. conf. 13. num. 1. lib. 3. Paris. conf. 65. n. 7. lib. 2. Corbul. vbi supra d. tit. de caus. priu. ob mort. civil. n. 1.*

Tamen ex duplici capite in prima instantia fuit petita deuolutio bonorum, de quibus agitur, primo scilicet ob lineam finitam, Secundo ex quo bona peruenerunt ad manus mortuas Sum. Monasterij præterita positionis n. 2. Vnde cum sententia intelligatur, & declaratur secundum libellum, & petitionem Agentis, ad trad. per Aym. *conf. 188. n. 1. Cresc. dec. 6. n. 2. de sent. & re iudic. Card. Seraphin. decif. 640. n. 1. Licet iudex in corpore ipsius sententiæ expresse duntaxat causam lineæ finitæ, nihilominus censeri debet declarasse deuolutionem etiam ex secundo capite petitionis, vt illi sententiam conformaret, provt in dubio præsumitur, per ea quæ tradunt Aym. & Card. Seraphin. in locis supra allegatis. Accedente præsertim clausula, omni meliori modo, ibidem apposita, quæ comprehendit omnem modum meliorem quo sententiæ sustineri potest etiam non expressum. Ruin. *conf. 9. n. 9. lib. 5. Acchil. decif. vnic. de verbor. signif. Rota in rec. dec. 553. n. 20. part. 1. & in Senogallien. Pradij 28. Iunij 1645. coram R. P. D. meo Melio, vers. Attendi etiam.**

Et ita vtraque, & c.

missis à consanguineis sponsi, quas uti ad hunc spectantes, eius hæredi restituendas tradit Bart. in l. sed & si plures 10. §. in arrogato numer. 4. vers. si quidem donatio est facta à consanguineis ex parte viri, &c. ibique Adden. littera H. vers. quam uxori. ff. de vulg. & pupill. Iaf. in l. ut liberis num. 17. Cod. de collation. vbi de magis communi. Clar. libr. 4. sententiarum. §. donatio quest. 10. num. 2. vers. sed numquid ea, &c. Io. Lup. rubr. de donat. §. 11. num. 9. Sanchez. de matrim. dicto lib. 6. disput. 25. num. 11. vers. eadem distinctio, &c.

5 Licet sint res ad vsum folius mulieris aptatæ, & conuenientes, vt reiecta opinione Angeli benè Imol. in dict. l. sed & si plures 10. §. in arrogato. sub num. 11. vers. sed certe hac opinio Angeli non placet, &c. & melius ibi Alex. sub num. 13. vbi reicit Angelum, ac etiam Baldum qui contra Bartolum limitauerat, subdens quod hæc non est limitatio, sed destructio doctrinæ Bartoli, vt vers. hæc sua limitatio, &c. ff. de vulg. & pupill.

6 Et magis ex quo propter culpam sponsæ, matrimonium non fuit consummatum, Gregor. Lopez. in l. 3. tit. 21. partit. 4. Gomel. in l. 50. Tauri. num. 3. Sanchez. d. lib. 6. disput. 19. numer. 3. vers. hinc inferitur, &c. & fuit late ostensum in præterita, §. vnus tamen, & seq.

Et hæc quo ad iocalia, aliaque descripta in præterita decisione §. Et hæc concordet Domini, &c. Quo vero ad alias res minoris valoris, neque in hodierna disputatione Domini fuerunt concordet. Ideo, &c. Vnica, &c. altera taman citata, & intimata, &c.

R. P. D. CERRO.

Pisauren. Administrationis Montis.

Luna 27. Iunij 1650.

ARGUMENTVM.

Possessio, quæ sufficiat ad effectum retentionis, & quomodo probetur, & quando sit vacans, obseruantia circa solum in ordinatoriis Iudicij; quomodo consideretur, & an inducatur per actum merè voluntarium.

SVMMARIVM.

- 1 Possessio ad effectum retentionis probatur ex confessione Aduersarij, perentis immitti.
 - 2 Possessio capta, non citato Aduersario præsumitur clandestina, & turbativa.
 - 3 Secundogenitus per mortem primogeniti, primogenitus efficitur.
 - 4 Possessio limitata ad durationem alicuius gradus, expirato gradu, statim expirat.
 - 5 Et consequenter subintrans in illo gradu, potest ingredi ipsam possessionem etiam propria auctoritate, & eo non citato.
 - 6 Expressio in dispositione quod per deficientiam vnus, alter in eius locum subrogetur ex propria eius natura vacationem per mortem significare videtur.
- Et vbi alio modo contingat, requirit altiore indagationem, & maiorem discussionem exposcit.
- 8 Possessio non vacat, vbi non est clara dispositio de eius vacatione, & propterea donec in iudicio or-

dinario, & petitorio, cognita, & terminata fuerit, allegari non valet extincta, sed debet manentem.

- 8 Vnus actus non potest inducere obseruantiam, quæ pro sequentibus sufficiat tribuat interpretationem.
- 9 Obseruantia amittendi citationem, ut potè omnino contraria dispositioni iuris, ne dum civilis, & Canonici, sed etiam diuini, quamuis interpretatiua, debet esse legitime præscripta per spatium quadragesima Annorum.
- 10 Actus merè voluntarius obseruantiam inducere non valet.

DECISIO LXXXI.

Consuerunt Domini dandam esse manentionem Com. Francisci in quasi possessione administrationis montis Santinelli, de quo agitur, quia probat eius anteriorem possessionem nedum ex publico instrumento adeptionis, & illius cessionis sibi factæ 11. Februarij 1631. eius summ. numero 2. sed etiam ex propria confessione alterius partis, quæ contra ipsum petiit immisionem 13. Ianuarij præteriti eodem summ. numero 3. Huiusmodi enim confessionem optimè inferuire pro illius iustificacione ad effectum de quo agitur ex theor. Bart. in leg. Aurelius paragrafo idem quesitum numero secundo, ff. de liber legat. & in lege si duo sub numero quarto, ff. vti possid. pluries respondit Rota in decisionibus relatis in Leodien. Domini 10. Ianuarij præteriti coram me §. Probatur si quidem.

Non obstat possessio Com. Alexandri, quia cum sit posterior, & capta eo non citato præsumitur clandestina, & turbativa cap. licet Episcopus de præbend. in 6. cap. licet causam de probatione lege item possidere §. qui ad nudinas Digestis de acquir. poss. cum vulgar. adductis in Beneuentana Parochialis 29. Nou. 1649. coram me.

Nec subsistit, quod possessio Com. Francisci esset temporalis, & limitata, duratura scilicet tantummodo quo vsque ipse continuasset in gradu secundo geniti, & ideo cum per obitum Comitis Odoardi olim primogeniti ipse deserit esse secundo genitus, & ipso iure transfuerit in primogenitum Tiraquell. de iur. primog. quest. 3. numero 6. & 7. vti que expirato gradu statim expirauit possessio, vt in similibus terminis dictum fuit in Celsonen. Parochialis 17. Nouembris 1642. coram R. P. Domino meo Pentingero §. tollebat etiam, & in Leodien. Præposituræ Tongren. 22. Martij 1647. coram me. §. Ideoque eo facilius, & consequenter Comes Alexander effectus secundogenitus potuit ingredi possessionem etiam propria auctoritate, & eo non citato ex doctrina Innoc. in c. ex parte sub n. 3. vers. sed opponenti quod non potest de arbit.

Quia cum administratio montis, de quo agitur legata, & demandata fuerit secundo genito absque vlla temporis limitatione, sed solum cum substitutione tertio geniti casu deficientiæ illius sibi, E mancando lui il terço di età habbia tal cura, &c. Cuius sanè deficientiæ expressio ex propria eius natura vacationem per mortem significare videtur iuxta text. in §. hinc nobis, ibique Gloss. verb. deficientis, Auth. de hered. & falcid. Parif. conf. 93. n. 9. lib. 2. Cephal. conf. 150. num. 15. Menoch. conf. 166. num. 342. Fular. conf. 68. numer. 4. Rota in Germana Fideicommissi de Corradoris 11. Nouembris

SVMMARIVM.

- 1 In Saluiano, cessante immisionis causa ex satisfactione crediti, illi, qui possidebant, sum proculdubio reintegrandi ad eorum pristinam possessionem, & contra denegantem restitutionem datur actio spolij.
- 2 Calculus exhibitus, contra producentem probatur.
- 3 Nec valet amplius impugnari.
- 4 Quartum dotale, quod debetur corrigi superstiti ex Statuto Urbis lib. 1. cap. 137. existentibus filiis communis matrimony superlucatur ab uxore quoad vsumfructum tantum & acquiritur tunc filiis, vti hereditibus patris, non autem ex propria persona.
- 5 Statutum Urbis lib. 1. cap. 137. requirit quod ad hoc vi debeantur interusura dotalia mulieri relicta, ob commissam moram in restitutione dotis, seu residui, fuerit facta interpellatio iudicialis.
- 6 Interpellatio hæc facta alteri, quam heredi illius, ex cuius bonis est facienda solutio dotis, non constituit illum in mora.
- 7 Pro credito illiquido, & incerto non competit retentio.

DECISIO LXXXII.

Vit per DD. resolutum dandum esse reintegrationem ad possessionem Domus, de qua agitur Ioann. Baptista, & aliis de S. Petro, quia Paulus Querrus filius, & hæres Septimæ quæ vigore saluiani interdicti per A. C. immissa fuit in possessionem dictæ domus, quovsq; ex illius pensionibus satisfieret in summa scutorum 900. pro residuo suæ dotis satisfactus, vt constat ex calculo exhibitio, quo mediante Paulusmet fastus fuit exegisse post immisionem ab Inquilinis Domus, & Apothecarum subitus domum scuta 1437. 64. cessante itaque immisionis causa ex satisfactione crediti illi de sancto Petro sunt proculdubio reintegrandi ad eorum pristinam possessionem, & contra denegantem restitutionem datur actio spolij, Pacif. de Saluian. in spec. 4. cap. 1. num. 216. & 220. Rota coram Buratt. decis. 160. numero 10. coram san. mem. Gregor. dec. 254. n. 1. vbi Add. n. 6. in Romana spolij 9. Iunij 1627. coram bon. mem. Merlino, in Tiburtina Castr. S. Angeli 27. Iunij 1642. coram R. P. D. meo Pentingero, & in Bononien spolij 16. Martij 1648. in §. quod spolium coram me.

Calculus autem prædictus cum fuerit exhibitus per Paulum contra ipsum producentem benè probat Bald. in leg. scriptura 14. num. 2. Codic. de fid. instrum. Alexand. conf. 30. num. 1. lib. 1. Rota coram san. mem. Greg. decif. 238. num. 5. & ibi Add. num. 15. & in recent. decif. 29. num. 46. parte 7. nec valet hodie amplius impugnari cap. cum venerabilis, vbi omnes de except. Felyn. in cap. imputari num. 7. de fin. instrument. Add. ad san. memor. Gregor. dict. decif. 238. numero 15. cum aliis relatis per Rot. in Melitana canoniciatum 15. Nouembris 1647. in princ. coram me.

Neque obstat, quod Paulus adhuc prætendat retinere dictam domum quovsq; ex illius pensionibus satisfiat de quarto dotali debito Septimæ eius matri ex dispositione Statuti Urbis lib. 1. §. c. 131.

Nouembris 1630. coram Reuerendiss. D. meo Decano in rec. dec. 341. num. 6. part. 6. Et propterea allegata resolutionis exceptio (non desumpta ex morte secundo geniti adhuc viuientis, sed ex transitu ipsius ad gradum primogeniti ob deficientiam maioris natu) totaliter dependeat ab interpretatione dispositionis Comitum Petri Antonij testatoris, ac proinde non fit adeo clara, & perspicua, vt non possit in dubium probabiliter reuocari sed requirat altiore indagationem, & maiorem discussionem exposcat: Donec in iudicio ordinario, & petitorio cognita, & terminata fuerit possessio Comitum Francisci allegari non valet terminata, & extincta, sed debet manentem, vt ad propositum respondit Rota in Elberen. præstationis annue 1. Iulij, & 2. Decembris 1616. coram bon. mem. Andrea inter eius impress. dec. 75. numero 7. & 8. & decif. 81. num. 3. in Romana sub collectoria 17. Martij 1645. coram Reuerendiss. Patre Domino meo Bichio, §. qua omnia ad impugnandum, & in Romana Parochialis 23. Maij proximi præteriti coram me, Decisiones verò Celsonen. Parochialis, & Leodien. Præposituræ Tongren. non applicantur, quia loquuntur in terminis Oeconomi, alteriusque temporalis administrationis, cuius possessionis, seu detentionis resolutio, & terminatio clara penitus, & in controuertibilis apparebat.

Minusve suffragatur prætenso probandi obseruantiam capiendi huiusmodi possessionem sine citatione possessoris, provt continetur in positionibus ab altera parte exhibitis.

- 8 Quia etiam si probaretur nullatenus tamen reuocaret, aut enim desumitur ex possessione Comitum Alphonij apprehensæ de anno 1622. & tanquam vnicus actus non potest inducere, obseruantiam, quæ pro sequentibus sufficiat tribuat interpretationem, vt responsum fuit in Assisen. emphyteusis 18. Martij 1630. coram bon. mem. Merlino in rec. decif. 513. n. 6. p. 5. Eoque certius in proposito quo agitur de obseruantia omittendi citationem, quæ vt potè omnino contraria dispositioni iuris nedum civilis, & Canonici, sed etiam Diuini quamuis interpretatiua debet esse legitime præscripta per spatium 40. annorum Anton. de Butr. in c. cum dilectus n. 18. vers. ita & in quantum de consuetud. Soccin. Sen. conf. 260. n. 19. l. 2. Put. dec. 15. n. 4. l. 3. in correct. Aut verò deducitur ex possessione eiusdem Comitum Francisci, & cum ista apprehensa fuerit præuicessione Odoardi tunc temporis illius possessoris tanquam actus mere voluntarius prætenfam obseruantiam inducere non valet, vt tradunt Bursat. conf. 360. n. 82. l. 4. Marcabrun. conf. 108. n. 13. & 14. Cyriac. controu. forens. c. 460. n. 28. Et ita resolutum vtraque, &c.

EMINENTISS. ET REVERENDISS. D. CARD. OTTHOBONO.

Romana Reintegrationis.

Luna 31. Maij 1649.

ARGUMENTVM.

In Saluiano, secunda creditoris satisfactioe si denegetur reintegratio, datur actio spolij. Calculus probat contra producentem. Interusura dotalia debentur viduæ. Facta interpellatione pro credito illiquido, & incerto non cõpetit retentio. Salgado Labyrinth. Credit. Tom. II.

cap. 131. quia huius statuti vigore quartum dotale fuit superlucratum à Septimia quoad usufructum tantum, cum superessent filij communes ex Thomá eius viro prædefuncto, & acquiruntur tunc filiis vt hæredibus patris, non autem ex propria persona, vt dixit Rota in *decif. 117. numero 3. & seqq. part. 6. recent. in Romana de Caualeris* post Fenzon. *decif. 79. per tot. in Romana fideicommissi. de Cesareis 24. Nouembris 1638. coram Reuerendiss. Terracinen. & in Romana saluiani 1. Iulij 1643. coram Reuerendiss. Patre Domino meo Peutingero.*

Nec minus Paulo potest competere retentio ob interfuria dotalia eidem Septimie debita occasione præsentis moræ à die interpellationis incurse ob non restitutionem dicti residui dotis iuxta dispositionem Statuti libro 1. capite 137. quia in hoc casu non fuit facta iudicialis interpellatio prout Statutum requirit ad hoc, vt interfuria debeantur, Rota in *recent. decif. 106. numero 5. parte 3. in Romana fructuum dotis 13. Nouembris 1624. coram Remboldo impress. post Gilian. ad statut. Perus. decif. 72. numero 9. coram san. mem. Gregor. decif. 269. numero 1. & ibi Add. numero 7. & in Romana dotis 18. Febr. 1647. in §. nam cum à prædicta die coram me.*

5 Neque suffragari potest interpellatio facta Paulo quia cum idem conuentus fuerit tanquam hæres Thomæ viri, non potuerunt ex ea in mora constitui hæredes Stephani, de cuius bonis hodie agitur *leg. mora 32. §. in bona fidei ff. de vsur. leg. in condemnatione 134. §. unicuique*, ibique Gloss. *Digest. de regul. iur. Roland. conf. 58. n. 10. ad fin. l. 2. Honded. conf. 50. n. 34. l. 1. Rota dec. 182. n. 6. & 7. p. 4. r. 2. rec. & in Romana dotis 18. Febr. 1647. sub §. & hinc profecto coram me.*

6 Et in omnem casum dum huiusmodi credita ratione interfuriorum non essent adhuc liquida, sed tantum referuata in sententia A. C. nec deinde fuerint declarata, aut liquidata ratione incertitudinis, aut illiquiditatis Paulo non potest competere retentio, Rota penes Buratt. *dec. 160. n. 13. & ibi Add. n. 20. post Zacch. de oblig. Camer. dec. 130. n. 8. in Recanaten. manutentionis 27. Iunij 1642. in fin. coram R. P. D. meo Cerro, in Tusculana saluiani 17. Iunij 1647. in §. non tamen visa fuit, coram R. P. D. meo Verospio, & in Romana domus 4. Maij anni præteriti in §. fin. coram R. P. D. meo Bichio.*

Fuit itaque resolutum reintegrationem esse concedendam Ioann. Baptista, & alijs de S. Petro, vtraque parte informante, &c.

R. P. D. C E R R O.

Romana hæreditatis de Gratianis.

Veneris 28. Maij 1649.

Filiatio respectu Patris, cum sit difficilis probationis, probatur per coniecturas, quarum nonnullæ recententur, & per testes etiam alijs inhabiles, & quomodo per confessionem illius, de cuius negotio agitur: legitimatus per subsequens matrimonium, efficitur verè, & propriè legitimus.

S V M M A R I V M.

- 1 Probatio filiationis respectu Progenitoris, cum sit, vel impossibilis, vel difficillima, sola præsumptiones, & coniectura admittuntur cum ista simul coaceruata in hac materia, faciant plenam, & concludentem probationem contra quascumque.
- 2 Partita libri Baptismalis magnum prebet pro descripto argumentum filiationis in ordine ad probationem.
- 3 Interuentus personalis Patris ad sacrum Baptisma filij, instando ipsum tanquam proprium filium baptizari, plurimum confert ad probationem filiationis.
- 4 Filiatio probatur ex nominatione, tractatu, præstatione alimentorum educatione, ac communi reputatione, & fama apud omnes, & signanter apud vicinos, &c.
- Et quid non solum contra parentes ita tractantes, & dominantes, sed etiam contra tertium, præsertim alijs concurrentibus.
- 5 Formæ similitudo corroboret filiationis probationem.
- 6 Filius concubina certus, præsumitur etiam filius illius, qui eam in concubinam retinebat.
- 7 Testes, etiam inhabiles admittuntur ad probandam rem difficilis probationis, ubi non ita de facili possunt reperiri omnes exceptione maiores, & veritas aliter haberi non potest.
- 8 Confessio filiationis facta à Patruo constituit nepotè in quasi possessione filiationis contra ipsum consistentem, & illum pro tali denominantem.
- 9 Confessio facta in diuerso Iudicio, & ad diuersum effectum, quando est adminiculata, probat contra consistentem in quocumque alio Iudicio, & ad quemcumque alium effectum.
- 10 Confessiones emanate circa statum personæ, plures & geminate, variari non possunt.
- 11 Minusque renocari in præiudicium Iuris alteri quefit.
- 12 Confessio emissæ, quæ omnino dependet à voluntate consistentis, ipsi præiudicat.
- 13 Testes informati, verisimilia deponentes, & concludentes de loco & tempore, in concursu præferuntur alijs tales qualitates non habentibus.
- 14 Confessiones regulariter prævalent mille testibus in contrarium examinatis.
- 15 Legitimus per subsequens matrimonium, efficitur verè & propriè legitimus.
- 16 Legitimus per subsequens matrimonium, est habitus ad succedendum, proinde ac si ab initio ex legitimo matrimonio progenitus fuisset, dum nulla causa impeditenti inter ipsos coniuges intercessit.
- 17 Ius representationis facit succedere in stirpes in concursu cum alijs eiusdem gradus representatis.

D E C I S I O LXXXIII.

Lælius de Gratianis Francisci patruus non reuocauit in dubium validitatem sententiæ Rotalis latæ ad fauorem ipsius Francisci, sed illius iustitiam, & iterum repetebat, quod ille nunquam probauerit se esse filium Horatij. Quod tamen etiam hodie DD. reiecerunt, & pro confirmatione sententiæ responderunt, ea moti ratione, quia cum probatio filiationis respectu Progenitoris, vel sit impossibilis, vel difficillima solæ præsumptiones, & coniecturæ admittuntur, cum istæ simul coacerua-

coaceruata in hac materia faciant plenam, & concludentem probationem contra quoscumque *cap. per tuas, de probat. leg. si vicinis, Codic. de nup. Alexander conf. 88. sub numero 9. versicul. tamen istis non obstantibus lib. 7. Nat. conf. 235. num. 1. cum seqq. Rota decif. 430. numero 13. & 14. part. 5. decif. 314. num. 19. vers. quoniam quoad qualitatem, & num. 20. part. 6. ac admissum fuit in Fasfen. Bonorum 23. Ianuarij 1647. coram Reuerendiss. Patre Domino meo Corrado §. quialicer, & firmatur in Bononien. spolijs 16. Martij 1648. coram R. P. D. meo Ottobono §. quod verò.*

3 Coniecturæ enim, & præsumptiones, quæ pro Francisco deducuntur in decisione emissâ 7. Februarij 1642. coram Reuerendiss. Patre Domino Rojas, efficaces omnino, & concludentes adhuc Dominis visæ fuerunt.

4 Prima namque ex eo desumpta, quod ille in lucem proditus anno 1613. ex Olympia de Mercadantibus sacro baptismatis fonte ablutus fuit tanquam filius eiusdem Horatij, & vt talis descriptus in libro Baptismali, vt ex partita exinde extracta, Summario Francisci numero 2. vehementer ostendit argumentum filiationis, vt præter deductos in dicta decisione considerauit Rota in Romana filiationis 10. Iunij 1611. §. 2. subsequitur. coram bon. memor. Pirouano in Romana de Iauellis 13. Nouembris 1613. coram bon. memor. Vbaldo, & in Romana de Catalanis 27. Nouembris 1630. coram bon. memor. Merlino in recentior. decif. 409. numero 5. & 6. part. 5. Eoque magis cum ex depositione secundi testis iuxta 8. Interrogatorium probentur in dicto actu personaliter interuenisse eundem Horatium Patrem, ipsumque instetisse; vt Franciscus tanquam eius proprius filius baptizaretur dicto Summario numero 3. quod proinde plurimum confert ad probationem filiationis, vt in fortioribus terminis tradit *Surdus confil. 1. num. 45. & dixit Rota in recent. decif. 199. numero 2. versicul. Baptizatio part. 3. & in dicta Romana filiationis dicto §. secundo subsequitur circa finem ac admittit in Romana de B.ellis 28. Nouembris 1614. coram bon. memor. Vbaldo, §. 1. versic. Nam coniectura.*

Secunda ex nominatione, tractatu, præstatione alimentorum, educatione, ac communi reputatione & fama apud omnes, & signanter apud vicinos, quod Franciscus esset filius Horatij, & tanquam talis ab eo educaretur, alimentaretur, ac denominaretur. vt deponunt Testes, Summario dicto numero 13. efficax pariter, & valida non solum contra Parentes, ita tractantes, & denominantes, sed etiam contra tertium, præsertim alijs concurrentibus deducta fuit per Rotam *decif. 472. num. 8. versicul. verum etiam 1. part. dicta decif. 409. numero 10. & plenius dicta dec. 430. numero 67. & num. 68. parte quinta, & dicta decif. 314. num. 3. part. 6. recentiores, ac in dicta Romana Filiationis §. Tertio conuincitur.*

Tertia ex formæ similitudine probata per Testes, Summario numero quarto, licet vt plurimum fallax de se sola non releuet iuncta tamen; cum alijs illas corroboret, & adminiculatur, vt dixit Rota *dicta decif. 314. numero 10. part. 6. recentior.*

Quarta deprompta ex alijs pluribus Testibus concludentibus Olympiam è statu meretricio transitum fecisse ad concubinatum cum solo Horatio, quodque tempore conceptionis, & *Salgado Labyrinth. Credit. Tom. 11.*

natiuitatis Francisci ad illam nemo habebat accessum præter ipsum Horatium, qui eam domi ab eodem conductæ, & fixæ è conspectu propriæ habitationis ad meliorem illius custodiam amore maritali retinebat, ibique alimenta, & alia necessaria dietim subministrabat sub spe illam ducendi in uxorem, prout tandem in articulo mortis eam duxit eodem Summario num. 9. & 10. Ex quo propterea necessaria resultat iuris præsumptio, quod Franciscus verè sit Filius Horatij illam pro concubina retinentis secundum Gloss. magistr. in cap. Michael de fil. presbyr. quam sequitur Alex. *confil. 157. num. 2. versic. tamen non ita præsumitur, lib. 5. aliique relati in dicta decif. R. P. D. mei Royas, §. quinta elicita, idemque tenuit Rot. dicta decif. 314. num. 14. part. 6. ac admissum fuit in dicta Fasfen. Bonorum, §. nam testes. Et licet nonnulli ex præfatis testibus patiantur aliquas exceptiones personales, quia tamen agitur de re, in qua non est, ita facile reperire testes omni exceptione maiores, & veritas aliter haberi non potest ad eam probandam admittuntur testes etiam inhabiles ad textum in cap. veniens il 2. in fine de Testibus, & præter adductos in dicta decisione, §. nec obstant exceptiones, in puncto responsum fuit in supra allegata Romana filiationis coram bon. me. Pirouano, §. final. & in d. dec. 314. n. 27. p. 6. rec.*

Quinta denique resultans ex proprijs confessionibus eundemmet Lælij, & Octauij Patruorum tam extrajudicialibus, ex quo post mortem Horatij ipsi sollicitè affectauerunt Francisci curam, Summario numero 5. & passim fuerunt ipsum possidere hæreditatem paternam, quæ aliàs ad eos spectasset: quam iudicialibus agendo contra eundem Franciscum vt filium, & hæredem Horatij, & contra ipsum obtinendo mandatum executiuum pro debito hæreditario illius, quod deinde eique curarunt super quadam Domo patiter illius hæreditaria, eiusque pretium consequuti fuerunt, eodem Summario numero 6. 7. & 8. tanquam omnibus alijs validior, & se sola sufficiens illum constituit in quasi possessione filiationis contra ipsos Lælium, & Octauium Patruos ita consistentes, & illum pro tali denominantes ad textum in leg. cum precum, Codice de liberal. caus. vt ad propositum tradunt Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 53. num. 23. Gratian. disceptat. forens. cap. 653. numero 71. & cap. 754. numero 32. cæterique adducti in dicta decisione §. Quarta, & qua omnes, & præter ipsos faciunt deducta per Alex. *confil. 181. numero 8. lib. 7. Paris. confil. 10. num. 89. cum seqq. lib. 2. Nat. confil. 59. num. 15. lib. 1. Petr. de fideic. q. 11. n. 299.**

Nec releuat, quod huiusmodi confessiones factæ fuerint in alio iudicio ad alium finem, & effectum quodque fuerint reuocata, & non præiudicent in non dependentibus à voluntate consistentium.

Quia vltra aliàs responsiones datas in dicta decisione Reuerendiss. Patris Dom. Royas, confessio facta in diuerso iudicio, & ad diuersum effectum, quando prout hic est adminiculata probat contra consistentem in quocumque alio iudicio, & ad quemcumque alium effectum, vt respondit Rota in Romana Fideicommissi de Guidis 28. Iunij 1630. coram Eminent. Domino Cardinali Hieronymo Verospio in *recentior. dec. 338. num. 7. part. 6.* Et cum confessiones de quibus agitur emanauerint circa actus filiationis proportionabiles, & proprios, ac circa statum personæ Francisci,

cisci, sintque plures, & geminatæ variari non poterunt leg. ingenuum cum ibi notat, Digestis de stat. homin. Alexander consil. 35. num. 13. lib. 7. cum aliis per Gratian. disceptat. forens. cap. 869. n. 1. Minusvè reuocari in præiudicium iuris ipsi Francisco acquiriti, Gloss. final. in dicto cap. per tuas, ibique Felin. num. 14. versic. quia sicut de probat. Surdus consil. 169. num. 8. Gratian. ubi supra cap. 116. num. 5. cum concordantibus congestis in Auenionen. Alimentorum 28. Ianuarij 1647. coram Reuerendiss. Patre Domino meo Corrado, §. nam assertio, vers. Nec deinde, & §. quoniam assertiones, pro ut nec reuocata fuerunt, & præsertim ab Octauio, de cuius hæreditate agitur, imò ab utroque effectuata per supradictam crediti exactionem; Nec dicuntur emissæ circa non dependentia à voluntate consentientium, quia exinde non prætenditur, quod Franciscus efficiatur filius Horatij, sed deducuntur ad effectum probandi veritatem eius filiationis, quod omnino dependet à voluntate consentientis ipsique præiudicat, vt bene respondetur in altera decisione nec obstat quod confessio.

Ceterum iterum DD. dixerunt non obstat depositiones testium pro Lælio examinatorum. Tum quia detecti fuerunt non informati, inuicem similia deponunt, conuincuntur de mendacio, & non percipiunt tempus conceptionis, & natiuitatis Francisci; Tum etiam quia in concursu cum illis aliis pro Francisco examinatis numero pluribus, melius informati, verisimilia deponentibus, & concludentibus de loco, & tempore, non sunt attendendi cum magis sit credendum præfatis testibus Francisci tot meliores qualitates habentibus, vt singulas ponderando responsum fuit in dicta decisione §. minus obstat, quod probatio cum quatuor seqq. Ideoque præsertim iunctis supra ponderatis confessionibus, quæ regulariter prævalent mille testibus in contrarium examinatis, per ea quæ tradunt Aym. consil. 61. n. 3. vers. Confessio enim, Gabr. de testibus concl. 4. n. 45. bon. mem. Butart. decis. 317. n. 8.

Firmata igitur filiatione Francisci per subsequens matrimonium inter dictos Horatium, & Olympiam eius Progenitores contractum anno 1621. effectus fuit verè, & propriè legitimus, §. primo Auth. quibus mod. natur. eff. legit. Ial. in leg. generaliter §. cum autem n. 9. Codice de insti. & substituit. Rip. in leg. si vngnam num. 86. Codice de renoc. donat. Honded. consil. 72. num. 26. lib. 2. Lup. de illegit. comment. 4. §. 3. n. 1. cum seqq. Mant. de coniect. lib. 1. tit. 12. sub num. 4. Gabriel. de legitimat. concl. 1. num. 18. cum seqq. alique adducti in dicta decisione §. quod verò. Ac habitatus ad succedendum proinde ac si vsque ab initio ex legitimo matrimonio progenitus fuisset, dum nulla causa impedimenti inter ipsos coniuges intercessit, leg. nemo quis, vers. Neque enim, Codic. de nat. liber. Hond. dicto consil. 72. num. 27. lib. 2. Ita vt proinde ipsi ritè, & rectè concessa fuerit immissio pro medietate hæreditatis dicti Octauij Patris in concursu cum Lælio altero Patris succedendo in stirpes iure representationis eiusdem Horatij Patris, & respectiue germani fratris præfatorum Octauij, & Lælij iuxta claram dispositionem textus in §. si igitur, Auth. de hered. ab intest. vt probatur in eadem decisione §. Tota difficultas.

Ad ea vero, quæ longa serie in contrarium deducta fuerunt, vel plenissimè satisfactum fuit tam in prædicta decisione R. P. D. mei Royas, quam in aliis decisionibus contra Attuantem emanatis co-

ram eodem 29. Maij 1643. & coram R. P. D. meo Meltio 11. Decembris 1648. vel non indigente responzione.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. ROYAS.
Æsculana Hæreditatis.

Luna 7. Iunij 1649.

ARGUMENTVM.

Immissus iustè à Iudice in possessionem debet manu teneri. Quis ordo in successione Fratrum seruetur. An fœminæ dotatæ, à successione per Statutum exclusæ, sint etiam exclusæ à bonis prouenientibus ex linea materna. Renunciatio facta per fœminas successioni resolutur in pactum de non succedendo, & quando requiratur insinuationem.

SVMMARIVM.

- 1 Appellatio, licet infra legitima tempora interposita, cum non fuerit infra à biennium prosecuta, non impedit rem iudicatam. Attenta præsertim sententia validitate, & iustitia.
- 2 Immissus in possessionem auctoritate Iudicis ritè, & rectè procedentis, debet manuteneri.
- 3 In fratris successione, sorores vtrique coniunctæ præferuntur fratri consanguineo.
- 4 Frater consanguineus succedit fratri in bonis quæsitis à linea paterna, vterinvs verò à linea materna. Et est regula generalis.
- 5 Statutum excludens fœminas dotatas, à dotantium successione attendi debet, & præualeat Iuri communi, in territorio statuentium.
- 6 Ambigitur inter DD. an sub huiusmodi exclusione comprehendantur bona, quæ ex materna linea proueniunt, & referuntur qui tenent negatiuam.
- 7 Referuntur qui stant pro affirmatiua.
- 8 Renunciatio facta per fœminas dotatas de omnibus bonis paternis, maternis, & fraternis, quæ quomodocunque, & qualitercunque tam ex testamento, quam ab intestato ac alia quavis causa pretendere possint, &c. clausulis amplissimis, & generalibus concepta. Resoluitur in pactum de non succedendo eisdem, in quorum hæreditate, nullum Ius, ob dotem receptam, nec competebat, nec competere poterat.
- 9 Stipulatio in actum facta pro hæredibus, illis etiam suffragari debet.
- 10 Insinuatio non requiritur in renunciatione, quæ fit de hæreditate incerta, & nondum quæsitâ, super qua nullum Ius, nec in re, nec in spe, renunciantibus competebat.
- 11 Odium conceptum contra virum, ob transitum ad secunda vota, non extenditur ad filios ex eodem matrimonio procreandos.
- 12 Renunciatio alicuius, quantumvis ampla, non excludit renunciantem à lucro sibi obueno ob transitum parentum ad secunda vota.
- 13 Renunciatio materna non valet præiudicare filiis venientibus ex persona propria, ob præcedentiam matris.
- 14 Declaratur non procedere, quando mater renunciat, excepta dote, hoc enim casu renunciatio per

per ipsam facta, nocet filiis, quantumvis ex propria persona, & mater decesserit antequam sit delata successio.

15 Eoque magis, dum renuntians promisit pro se, & Hæredibus.

DECISIO LXXXIV.

Quantumvis à mandato de manutendo per A. C. ad fauorem Fulchi de Fulchis decreto fuerit infra legitima tempora interposita appellatio, cum tamen illa non fuerit infra biennium prosequuta, ideo resolutum fuit constare de re iudicata præfati decreti ad textum in cap. personas, & cap. cum sit Romana de appellat. clement. sicut eodem tit. Alexander consil. 164. num. 2. lib. 2. Cassad. decis. 6. numero 18. de app. Ctescent. decis. 8. eodem tit. Rota decis. 11. num. 2. decis. 69. num. 8. part. 6. decis. 229. numero 1. & dec. 27. post pacific. de Saluan. interdict. Causal. decis. 24. numer. 1. & dictum fuit in Romana Manutentionis de Cecchinis 8. Iunij 1646. coram Reuerendiss. Patre Domino meo Ottobono, & coram Me in Romana Saluiani 18. Februar. 1647. & 15. Iunij 1648.

Nec prætendi potest quod huiusmodi immissio Fulcho concessa fuerit iniusta dum agebatur de successione fratris in qua præferenda erant illius sorores vtrique coniunctæ excluso d. Fulcho fratre consanguineo, vt expressè cauetur in Auth. defuncto, & ad Senat. consil. Teriull. aub. cessante, Codic. de legit. hered. & Auth. itaque re comun. de success. Bart. in leg. coniuncti num. 62. Dig. de legat. 3. Ial. consil. 143. numero 8. versicul. 2. lib. 4. & dixit Rota coram Durand. decis. 36. num. 27. & decis. 111. numero 9. ac in Firmiana fideicommissi 28. Nouembris 1646. coram Reuerendiss. Patre Domino meo Ottobono, & coram me in Rauennat. hæreditat. 23. Ianuarij præteriti. Eoque magis quia dd. bona proueniunt ex hæreditate materna, & ideo intrat regula generalis quod frater consanguineus succedat fratri in bonis quæsitis à linea paterna, vterinvs verò à linea materna iuxta Gloss. communiter recept. in Auth. post fratres, in verbo filij, Codic. de legit. hered. Bart. in tract. de success. ab intestat. num. 8. ad fin. & Durand. d. dec. 36. num. 27. idcirco in dd. bonis prouenientibus ex linea materna prædictus Fulchus vt frater consanguineus nullam prætereundere poterat successione, cum illa deferenda esset ad sorores vtrique coniunctas fratris prædefuncti.

Quoniam stante dispositione statuti Æsculani lib. 1. c. 5. vbi fœminæ dotatæ, vel à patre, vel à fratre sine ex illorum bonis excluduntur ab illorum successione cuius vigore hæreditas Vincentij intestati defuncti defertur ad Fulchum fratrem consanguineum exclusis sororibus illud attendi debet, ac præualeat iuri communi in territorio statuentium leg. omnes populi, Digestis de insti. & iur. Cephal. consil. 291. num. 9. versic. cum statutum, & seq. Rota in Bononien. diuers. decis. 1. num. 2. versic. Salgado Labyrinth. Credit. Tom. II.

nam ubi adest statutum, & decis. 14. num. 46. ac dictum fuit in decis. 36. num. 43. part. 5. recent. cum vulgaribus. Et licet inter Scribentes disceptetur an sub huiusmodi exclusione comprehendantur bona, quæ ex materna linea proueniunt, nam negatiuam opinionem tenuit Castr. in aub. itaque mortuo sub num. 2. vers. in contrarium, C. commun. de success. & consil. 291. num. 1. lib. 2. Gabr. consil. 6. n. 5. circumscriptis prædictis cum seq. Cialin. contron. forens. lib. 1. cap. 80. n. 2. versic. & quantumvis Peregr. decis. Petau. 75. num. 1. cum seqq. Mart. de success. legal. p. 3. quæst. 4. art. 4. num. 5. Donat. Anton. de Marinis quotid. res. lib. 1. cap. 7. num. 9 & n. 10. Blas. Michelot. tract. de frat. part. 3. cap. 13. numero 33. Franc. decis. 99. n. 1. & 2. & per tot. & tenuit Rota coram Causal. decis. 50. num. 2. & decis. 167. num. 18. & 19. part. 6. rec.

Contrariam verò sententiam late tueretur Anton. de Rossell. de success. ab intest. numero 167. vers. ad unum, Socc. sen. consil. 89. num. 5. & per tot. lib. 4. Riminald. sen. consil. 251. per tot. Ruin. consil. 37. numero 10. & numero 13. lib. 3. Minad. decis. 36. numero 11. Conarru. de success. ab intest. numer. 8. versicul. verum extante, Capreol. eodem tract. lib. 3. numero 131. Barr. eodem tractat. lib. 18. tit. 1. quomodo collateral. succed. numero quinto, versicul. certè si per Statutum Fland. Tort. ad statum. Papiæ cap. 96. numero 25. cum seqq. vsque ad numerum 47. Latat. consil. 8. num. 18. versic. & licet. Peregrin. decis. 133. numero 6. post medium versicul. quæ ratione, & admittit Rota decis. 206. numero 27. versicul. & Castr. part. 6. recent. Nihilominus quicquid sit de veritate vtriusque opinionis DD. existimant nullo modo dd. sorores admittendas esse ad successione fratris prædefuncti attenda illarum amplissima renunciatione, vbi expressè, & generaliter renunciarunt omnibus bonis paternis, maternis, & fraternis, quæ quomodocunque, & qualitercunque tam ex testamento, quam ab intestato, ac alia quavis causa prætereundere possint ad fauorem Galeatij patris, & Vincentij fratris, ac illorum hæredum quocirca dum agitur de successione Vincentij prædicti cui expressè renunciatum fuit vtrique ambigendum non est quin non sint dictæ sorores ad illam admittendæ stante dicta renunciatione amplissimis verbis concepta, quæ cum fuerit facta ad fauorem patris, & fratris tunc viuientium resolutur in pactum de non succedendo eidem in quorum hæreditate nullum ius dictis sororibus tunc competeat, nec competere poterat ob dotem receptam leg. post emancipationem, §. illud, vbi Bart. numero 2. & 3. Digestis de lib. caus. idem Bart. in leg. fin. in ultima questione numero 18. Codice de pact. Buratt. decis. 333. numero primo, quæ renunciatio cum stipulata fuerit etiam pro hæredibus illis etiam suffragari debet. Rota decis. 393. numero 1. & num. 2. parte prima diuers. & part. 1. recentior. decis. 587. num. 2. & num. 3. Greg. decis. 85. num. 1. cum seqq. Buratt. decis. 310. num. 7. ac dec. 894. num. 4.

Nec dicatur huiusmodi renunciations corruere ex defectu insinuationis, quia cum in ipsis renunciatum non fuerit hæreditatibus certis, & iam delatis, sed incertis, & nondum quæsitis suppet quibus renunciantibus nullum ius competeat, nec in re, nec in spe opus non erat aliqua insinuatione, vt tradit Baldus in leg. illud num. 41. versicul. quid ergo, C. Sacros. Eccl. Gabr. consil. 6. numero 3. cum seqq. volum. 2. Gratian. disceptat. 13. S 3 n. 20.

num.20. cum seq. & alij congesti per Buratt. decis. 333. num. 3. & num. 4. & decis. 12. n. 1. 2. ac dec. 320. pariter n. 1. 2. p. 6. receptives.

Nec refert quod mater iuxta cuius voluntatem renunciaciones factæ fuerint odio habuit secundas nuptias Galeatij viti, adeo vt hac de causa illum priuauit medietate vsus fructus bonorum eidem relicti: proindeque dicendum est dictas renunciaciones suffragari non posse Fulcho ex dicto secundo matrimonio procreato, ac sub eodem odio comprehenso, quia odium conceptum contra vitum ob transitum ad secunda vota non extenditur ad filios ex eodem matrimonio procreandos vt firmat Thesaur. dec. 170. num. 26. & num. 32. versic. & ex hoc videtur nulli de legitim. lib. 3. tit. 1. q. 2. 1. num. 24. Gregor. decis. 173. num. 4. & admissio etiam quod odium prædictum considerari possit in Fulcho ex dicto matrimonio suscepto, hoc tamen non efficit vt renunciaciones illi non suffragentur dum stipulatæ fuerunt ad fauorem Vincentij, & eius hæredum provt est Fulchus qui ab intestato succedit ex supra adductis.

12 Minus obstat, quod renunciatio quantumuis ampla non excludat renunciamentem à lucro sibi obueniente ob transitum parentum ad secunda vota, & bene declarat Faber. in Codice lib. 5. tit. 5. de secund. nupt. diffinit. 15. numero 6. Fontanell. de patris nupt. clausul. 5. Gloss. 8. part. 4. numero 40. cum seqq. qui alios refert, quia lucrum proueniens ex transitu ad secunda vota consistens in medietate vsusfructus non spectabat ad fortiores renunciaciones, sed ad Vincentium fratrem, ideo effectum fuit dictum lucrum de hereditate ipsius cui dum expressè renunciarunt remanserunt inhabiles ad succedendum, & animaduertit Fontanell. loc. cit. n. 44. in fine. Merlin. de legit. lib. 3. tit. 1. q. 2. n. 24.

Demum non afficit quod hodie Corinda filia Virginie renunciantis ob præcedentiam matris veniat ex persona propria, ideo illi nullo modo obstat deberet renunciatio materna ex adductis

14 per Gratianum disceptat. 785. numero 21. quia non procedit quando mater renunciant excepta dote, hoc enim casu renunciatio per ipsam facta nocet filiis quamuis ex propria persona, & mater decefferit antequam sit declarata successio, vt tradit Roman. in l. qui superstitis vol. 4. versicul. quod limita, Digest. de acquir. hered. Castren. cons. 419. in fine versicul. 4. principalis. Ruin. consil. 181. n. 7. Sardus consil. 355. num. 41. versic. tertio responde-

15 tur, & numero 43. Michelor. de fratribus part. 3. cap. 12. numero 38. eoque magis dum renunciaciones promissit pro se, & hæredibus, vt firmat Sardus dicto consil. 355. num. 40. & num. 41. Thesaur. iunior. lib. 2. quæst. 90. num. 5. Noal de transmiss. consil. 73. numero 5.

R. P. D. CELSO.

Meleuitana Hereditatis.

Veneris 28. Maij 1649.

ARGUMENTVM.

Saluanum, quando intrat, & quibus concurrentibus. Clericus, quam dispositionem habeat in fructibus beneficij. Immissio ex remedio l. fi. C. de edict. Diu. Adr. toll. quando habeat locum.

SVMARIVM.

1. Saluanum intrat, vbi est clausula constitui. cum hypotheca & obligatione bonorum, concurrentibus extremis.
2. Saluanum datur etiam contra tertium titulo possidentem.
3. Et etiam pro consequendis bonis donatis.
4. Clericus, cessante fraude potest disponere de fructibus Beneficij per viam contractus, & donationis.
5. Beneficiatus habens administrationem in vita, equiparatur vsufructuario.
6. Clericus potest disponere de bonis patrimonialibus, & industrialibus.
7. Altari qui seruit, de altari viuere debet.
8. Immissio ex remedio l. fi. C. de ed. Diu. Adr. toll. conceditur ad exhibitionem testamenti non variari, nec cancellari, in quo exhibens institutus sit hæres.
9. Exceptio de iure tertij non admittitur in iudicio possessorio.
10. Legatarij tenentur capere de manu Hæredis.

DECISIO LXXXV.

SENTENTIAM Rotalem, per quam Andreæ Vassallo conceditur immissio in bonis Bartholomæi fratris, dixerunt Domini, esse confirmandam; Siquidem constat de donatione ad eius fauorem facta cum clausula Constitui. necnon hypotheca & obligatione omnium bon. mobilium, & stabilium pro illius obseruantia, cuius vigore, concurrentibus extremis intrare saluanum probat textus in leg. 1. vbi Bart. Digestis de solu. interd. leg. 1. Codice de pracar. & solu. Aretin. in 5. item Seruiana numero 9. instituit de actio. & in his terminis dixit Rota decis. 292. numero 2. post Pacific. de solu. & in recent. decis. 539. num. 1. part. 4. decis. 308. in princip. & decis. 578. num. 1. part. 5. & decis. 205. per tot. part.

Dari autem saluanum, etiam contra tertium titulo possidentem, notat gloss. in leg. verbo vile, Digestis de solu. Rol. consil. 14. num. 1. lib. 1. Menochius de adipisc. rem. 3. num. 57. Pacific. de solu. insp. 1. cap. 7. n. 14. Rota coram Seraph. dec. 935. n. 3. & etiam pro consequendis bonis donatis d. decis. 308. n. 3. p. 5. in rec.

Quibus instantibus non intrat spolium, sub prætextu, quod eadem bona præsumantur acquisita ex fructibus beneficij, quod retinebat Bartholomæus in Ecclesia Cathedrali Meliten. cum possit Clericus, cessante fraude, de illis disponere per viam contractus, & donationis iuxta glossam communiter recept. in cap. presentis, verbo reservari off. ord. in 6. Abb. in cap. ad hac, num. 4. versic. sed quando de testamentis, & in cap. cum consuet. num. 5. de pig. & aliis cautel. Redoan. de rebus Eccles. non alien. q. 1. cap. 5. in princ. fol. mibi 282. & cap. 14. num. 2. cum seqq. & cap. 16. à num. 1. Molin. qui affirmat, semper vidisse, ita pronunciat, de primog. Hisp. lib. 2. cap. 10. num. 33. & 34. alter Molin. de inst. & iur. disp. 148. versic. secunda conclusio, Sarmient. de redd. Eccles. part. 4. cap. 4. numero 5. in fin. & num. seq. Azor. institut. moral. 2. part. lib. 7. cap. 9. quæst. 5. Garz. de benef. part. 2. cap. 1. num. 10. Lotth. de re benef. lib. 2. quæst. 36. num. 45. Corn. cons. 13. n. 2. lib. 3. Petr. Nunez. resp. 19. num. 7. Rota coram sa. me. Gregor. dec. 401. num. 1. Beneficiatus enim habens admi-

SVMARIVM.

1. Causa efficitur deserta si appellatio interposita non fuerit intra tempus debitum prosequuta, & non orientata fatalium prorogatione, perinde est res iudicata, ac si non fuisset interposita appellatio.
2. Appellans, si causam non prosequatur, videtur ab appellatione recedere, & facto proprio sententiam confirmare. Ac proinde illa exequi debet. Etiam instantibus hæredibus illius, ad cuius fauorem ea lata fuit. Etque facilius attenda validitate, & iustitia sententia.
3. Validitas sententia probatur ex processu, in quo constat de iurisdictione, mandantis, & citationibus, ac obseruatione terminorum substantialem.
4. Monitorij reproductio non requiritur de essentia, vbi pars citata comparet.
5. Citationis reproductio non aliaratione requiritur, quam ad effectum reddendi certum iudicem de vera, & actuali executione monitorij.
6. Citationis reproductio realis deducitur ex productione facta à cursore sub illis verbis: facto realiter ac tenoris, &c. productionem realem denotantibus.
7. Immissio iuxta concessa defuncto, venit exequenda ad instantiam hæredis.
8. Loca montium fideicommissa subiecta in extractione conuersa in aliorum locorum emptionem cum eisdem vinculis, & oneribus, obtinent emptorum omnimodam, & plenariam subrogationem.
9. Identitatis bonorum probatio, est requisitum substantiale ad obtinendam remissionem vigore legis. Cod. de Ed. Diu. Adr. toll.
10. Loca montium empta subrogata aliis fideicommissariis extractis, cum iisdem iuribus, & prerogatiuis, perinde habentur fideicommissaria, ac si onus, & vinculum dicti fideicommissi, illis à principio adiectum fuisset.
11. Hypotheca regulariter super feudaliibus non cadit.
12. Primogenitura vinculum diuturna obseruantia declaratur.
13. Actio ex empto contra venditorem, datur emptori ad tollendam fraudem.
14. Donatarius vniuersalis, ad hoc vt teneatur seruare factum defuncti, duo copulatiue requiruntur nempe quod donatio sit vniuersalis omnium bonorum, & quod nullus alius datus fuerit hæres vniuersalis.

DECISIO LXXXVI.

VLII A. C. de anno 1639. sub die 22. Augusti sententiam immissionis in possessionem vngtinquæ locorum Montium communitatis secundæ, & tertie erectionis ad fauorem D. Fabij Columnæ vti fideicommissarij q. Alphonfi eius patris, contra Ecclesiam sanctorum Ambrosij, & Caroli de Vrbe dictorum locorum tertiam posseditricem, quæ licet apellauerit, appellationem tamen prosequi, & fatalia iam elapsa prorogari nunquam curauit. Defuncto dicto Fabio DD. Marius & Dominicus Columna tanquam fideicommissarij prædicti Alphonfi, & eiusdem Fabij filij, & hæredes prætendentes dictam sententiam fecisse transitum in iudicatum, obtinuerunt illius executionem mihi committi à signatura iustitiæ, quæ

administrationem in vita æquiparatur vsufructuario, Clar. lib. 3. sm. §. testamentum quæst. 28. n. 8. Barbosa in cap. presentis eodem num. de off. ord. in 6. Bellon. cons. 3. n. 2. cum seqq. Rota dec. 41. n. 2. cum seqq. de probat. in antiq. & coram Seraphin. dec. 594. n. 7.

Vltius ex testibus formiter examinatis constat Bartholomæum, non solum possedisse bona beneficij, sed etiam patrimonialia, & fuisse solitum lucrari ex industria licita; itavt præsumendum sit, consumpsisse fructus beneficij in alimenta, & alias impen. necessarias excedentes redditus eiusdem beneficij, provt deponunt iidem testes, & de bonis patrimonialibus, & industrialibus disposituisse, quod vtique facere potuit iuxta notat per Abb. quæst. 4. num. 14. Soccinus cons. 91. col. 3. n. 3. versic. secundum quod præsupponitur, lib. 3. Alex. cons. 119. num. 3. cum seqq. lib. 7. cum pluribus adductis per Surdum de alim. quæst. 12. num. 11. & seqq.

Et ratio est quod, qui Altari seruit de Altari viuere debet cap. cum secundum Apostolum de prob. Innoc. in cap. Episcop. n. 1. eodem tit. Abb. in c. 1. n. 3. de magistr. Menoch. de arbitr. cas. 195. n. 5. Rot. coram Verall. dec. 306. n. 4. & in rec. dec. 50. n. 17. p. 7.

Eoque facilius Domini pro confirmatione responderunt, quia idem Andreas vltra prædictam donationem exhibet etiam testamentum præfaro Bartholomæo conditum non vitiatum nec cancellatum, in quo ipse reperitur institutus hæres, itavt bene propterea illius vigore fuerit concessa immissio ex rem. leg. finali, Codice de edict. Diu. Adr. toll. Contard. in l. unica in ampliati. seu quæst. n. 98. Cod. de mon. poss. Salust. in prax. lib. 2. cap. 5. n. 1. Menoch. de adipisc. rem. 4. num. 16. Rota coram san. mem. Gregor. dec. 206. num. 1. in rec. decis. 140. eodem num. part. 6.

Non obstat exceptio, quoad legata facta ab eodem Bartholomæo, nam illa, vti de iure tertij, non admittitur in hoc iudicio, Alex. in dicta lege finali, num. 23. circa medium. versic. scilicet si allegatur. Cod. de edict. D. Adr. toll. Peregrinus de fideicommissis art. 48. num. 46. Rota in Eroluian. de Mousignanis 3. Iunij 1602. coram Penia, & tamen est certum quod legatarij tenentur capere de manu hæredis, cap. Raynaldus, vbi Gl. & DD. de test. Rota cor. Duran. dec. 62. num. 8. cum seq. & in recentiores, dec. 315. n. 5. part. 5.

Ex quibus, & aliis latè deduct. in decisionibus reuerentissimi Patris Domini mei Royas responsum fuit pro confirmatione sententia Rotalis, altera tantum, &c.

R. P. D. MELTIO.

Romana locorum Montium.

Veneris 3. Iunij 1650.

ARGUMENTVM.

Causa, quando efficitur deserta, etiam interposita appellatione citationis. Reproductio, an sit necessaria, & qua de causa. Loca montium subrogata aliis extractis, mediante pecuniarum conuersione, efficiuntur fideicommissaria, non minus quam aliâ, quibus subrogata fuere. Primogenitura vinculum, quando habeat locum: quæ requirantur ad hoc vt donatarius vniuersalis teneatur seruare factum defuncti.

rescripti cum solita clausula *constituto de re iudicata*, ad cuius rescripti formam posito hodie dubio, an constet de re iudicata, fuit per Dominos affirmatiuè responsum, siquidem à sententia lata sub dicta die 22. Augusti 1639. licet fuerit appellatio interposita die 7. Octobris eiusdem anni, tamen quia commissio appellationis non fuit impetrata, & si impetrata dicatur, non docetur de citatione facta ad dicendum contra intra annum, imo lapsum fuit integrum decennium absque eo quod in causa quidquam actum fuerit, sine aliqua fatalium prorogatione, vti que appellatio effecta fuit deserta, & sententia ipsa fecit transitum in iudicatum perinde, ac si ab ea appellatum non fuisset *cap. cum sit Romana extr. de appell. clem. si appell. clem. si appellationem eod. tit. lib. 2. & lege fin. & Authent. ei, qui, Cod. de tempor. & repar. appell. Rota coram Put. dec. 28. lib. 2. & in recent. dec. 414. num. 3. part. 5.* & ex similibus circumstantiis pro re iudicata respondit Rota coram reuerendissimo Domino meo Decano in alia simili causa inter eosdem Doctores Columnenses, & excellentissimum D. Principem Burghesium, *ut ex decisione coram d. reuerendissimo Domino meo Decano emanata sub 15. Februarij 1641.* & idem comprobatur in *Aquilana Iurisdictionis 4. Iunij 1646. coram reuerendissimo Patre Domino meo Corrado, §. quia cum ab eo tempore citra*, vbi declaratur, quod appellatio si causam non prosequatur videatur ab appellatione recedere, & factò proprio sententiam confirmare, & in *Perusina bonorum 18. Iunij 1649. coram eodem, §. 1. & in alijs, ac proinde illa exequi debet leg. post rem iudicatam, D. de re iudicat. leg. 1. Cod. eodem, l. finali, Cod. de execut. rei iudic. Rota in recent. decis. 601. num. 2. vers. & consequenter, part. 4. tom. 3.* etiam instantibus hæredibus Fabij, ad cuius fauorem ea lata fuit, *leg. si à te, §. Iulianus scribit, l. si mater, §. idem Iulianus, l. exceptio rei iudic. D. de except. rei iudic.* Glossa in *l. & an eadem in verb. perfonarum eod. tit. Alex. in l. sepè n. 69. vers. vna est, D. de sen. & re iud.* eo que facilius attenda validitate, & iustitia dictæ sententiæ, Rota in *Ausulanæ hæreditatis 7. Iunij 1649. coram reuerendissimo Patre Domino meo Rois in princip.*

Validitas probatur ex ipso processu, in quo constat de iurisdictione, mandatis, & citationibus ac obseruatione terminorum substantialium iuxta decisionem Verall. 261. part. 1. Obiecta autem nullitas ex prætenso defectu monitorij, illiusque reproductionis visa fuit irrelevans, nam reproductio, vltra quod non requiritur de essentia vbi pars citata compareret, Caputaquen. dec. 112. part. 1. Rota dec. 16. de iudic. in antiq. dec. 447. num. 3. part. 1. *diuers. Lancell. de attent. 2. part. cap. 4. in præfat. à numero 128. vsque ad 142.* & comprobatur Modern. de cit. cap. 16. num. 64. Rota coram sanct. mem. Gregor. XV. dec. 37. num. 2. & ibi adden. n. 9. Ex comparitione enim citati resultat sufficiens probatio monitorij fuisse ritè, ac rectè executum, quod sufficit, cum alia ratione reproductio non requiratur, quam ad effectum reddendi certum iudicem de vera, & actuali executione monitorij Caputaquen. dicta dec. 142. n. 1. & bene Gratianus *discept. forens. cap. 639. num. 1. cum segg.* Visum etiam fuit Dominis reproductionem realem adesse, cum illa optimè deducatur ex productione facta à Curfore sub illis verbis factò realiter, ac tenoris denotantibus productionem realem, Gratianus *discept. forens. cap. 121. n. 33. add. ad Greg. XV. dec. 59. n. 13.* Rota

in *Ferrariens. bonorum 9. Maij 1594. coram Lancell. & Vrbenæana fideicommissi 16. Nouembris 1619. coram bon. mem. Coccino.*

Iustitia dictæ sententiæ satis etiam est euidentis: nam non controuertitur inter partes, quod Alphonso Columna donauerit suam tertiam partem Castri Rubiani Mario seniori eius germano fratri, cum fideicommissò ad fauorem primogeniti, sin minus secundogeniti, seruatò perpetuo ordine primogenituræ, & quod eadem pars Castri fuerit deinde vendita D. Carlo Barberino bon. me. pretiumque inde redactum subrogatum pro fideicommissò ordinato in dicta dotatione in tot locis Montium, quibus sic stantibus cum Marius, & Mutius eius primogenitus prædecesserit Alphonso donatori, sicque factus fuerit locus fideicommissò ad fauorem Fabij secundogeniti, vti que immisso eidem Fabio concessa vigore fideicommissi in d. dotatione contenti fuit iusta, & consequenter venit hodie exequenda ad instantiam Marij iunioris, & Dominici eius filiorum, ac hæredum *leg. si à te, §. Iulianus scribit, D. de except. rei iudic. Innoc. in cap. quamuis sub num. 2. vers. alias res iudicata, vbi etiam Imol. sub n. 1. vers. & aduerte de sent. & re iudicat. Pancyrus conf. 13. sub num. 9. vers. & licet amplius non viuunt cum segg. Surdus conf. 312. n. 12. vers. & ratio est, Modern. Neapol. ad Peregr. art. 53. fol. 558. col. 1.*

Quibus non aduersatur, quod immisso concessa fuerit contra loca Montium Communitatum secundæ, & tertiæ erectionis, quæ libera esse prætenduntur ex quo loca prouenientia ex pretio Castri sint primæ erectionis. Quia ex datis in summario DD. Columnensium apparet dicta loca primæ erectionis extracta fuisse, illaque conuersa in emptione aliorum locorum secundæ, & tertiæ erectionis cum eisdem vinculis, & oneribus, quæ important omnimodam, & plenariam subrogationem *l. impari, §. hi, qui vbi Dec. & Cagnol. ff. de reg. iur. Crauct. conf. 263. num. 7. Soccin. sen. conf. 30. n. 3. lib. 1. Rota post 2. volum. conf. Farinac. dec. 82. num. 2. & 91. n. 2.* Vnde patet non deficere requisitum substantialem ad obtinen. immisionem vigore *l. fin.* scilicet probationem identitatis, quandoquidem omnia iura, & prærogatiuæ transierunt in loca subrogata *l. decernimus, vbi Bartol. de aqueduct. lib. 11. l. si cum §. qui iniuriarum, D. si quis car. & habetur perinde, ac si onus, & vinculum d. fideicommissi adiectum fuisset à principio locis secundæ, & tertiæ erectionis, Gratianus *discept. forens. cap. 114. n. 81. & cap. 454. n. 16. lib. 3. Greg. XV. dec. 60. sub n. 1. & 2.**

Minus releuat aliud prætenso iniustitiæ obiectum ex eo deductum, quod cum Alphonso in dotatione in qua dictum fideicommissum, ac primogenituram constituit sibi expressè referauerit mobilia, & gemmas, necnon ratam scut. 2000. ex hæreditate Lauræ eius auæ, loca Montium, de quibus hodie agitur censi debeant aliena in dictam causam, veniantque propterea imputanda in partem detractionis competentis eidem Alphonso vigore dictæ referuationis *ad textum in l. Marcellus, §. res qua, vbi communiter Doctores, D. ad S. C. Trebell.* Nam dicta loca Montium empta fuerunt ex pretio Castri, referuatio autem ratæ scutorum bis mille, & facultas de illis disponendi cadit tantum super hæreditate Lauræ Columnæ eius auæ, ad quam cum certum sit d. Castri non pertinuisse, nec minus eam habuisse super d. Castro

Castro, aliquam hypothecam quæ regulariter super feudibus non cadit, *cap. si de feudo, §. licet vassallus, & vers. in generali si de feud. defunct. contr. fuer. Specular. de pignor. n. 30. Negulantius eodem tractatu 2. part. 2. memb. n. 49. Gabr. de reg. iur. concl. 12. n. 5. & 21. Mastrillus decis. 86. n. 2. vti que obiectum penitus euanesceat, eo que magis attenda obseruantia subsecuta, dum Ecclesia dicta loca super possedit sibi expressè subiectione primogenituræ, quo sequitur vt ipsamet agnouerit in dictis locis non intrare dictam facultatem disponendi, & sic in illis negari hodie non potest vinculum primogenituræ vt in his terminis respondit Rota *decis. 68. numero 11. decisione 108. numero 33. apud Moder. Perus. de subhast. & in Romana Saluiani de Casalijs 17. Nouembris 1637. §. & demum, coram bone memoris Buccabella, Romana Saluiani 14. Martij 1650. §. non obstat, vers. sed tertij possessore, coram R. P. D. meo Bichio.**

Non obstat denique, quod præfati Marius, & Dominicus provt nec alij successiue vocati ad dictam primogenituram tanquam donatarij vniuersales, qui loco hæredes habentur, impugnatè non valeant alienationem factam per Alphonsum donantem, sed imò teneantur illam defendere, ac mantere Ecclesiam causam habentem ab Andrea Tutrio dictorum locorum Montium emptore.

Quia primo respondetur, quod nec etiam ipse Alphonso cogi possit ad aliquem manutentionem fauore Turri emptoris, ex quo in resignatione dictorum locorum Montium per ipsum facta procedendo bona fide expressè omnia vincula, quibus dicta loca subiacebant, sicque cessat ratio fraudis cuius causa datur emptori actio ex empto contra venditorem, *ad text. expressum in lege 1. §. venditor si cum scilicet, & lege quarto, D. de act. empt. & vendit. Manguil. de enit. quest. 167. n. 23. & sequentibus.*

Secundo prorsus remouetur obiectum ex eo, quod Marius nequaquam dici potest Donatarius vniuersalis, stante referuatione plerum rerum facta per donantem, scilicet vsusfructus Castri donati, nec non ratæ scut. 2000. competent. super hæreditate Lauræ auæ, atque alterius portionis ad effectum testandi provt de ea testatus fuit, scribendo respectu illius sibi hæredem. Vnde sequitur, quod nec dictus Marius, ad nec alij successiue vocati ad primogenituram haberi possint loco hæredum, nec teneantur seruare factum defuncti, cum ad hunc effectum duo copulatiue requiratur, nempe quod donatio sit vniuersalis omnium bonorum, & quod nullus alius datus fuerit hæres vniuersalis Ranchin. ad Guidopap. q. 105. Cellus Vgo conf. 13. n. 2. Ger. Spin. conf. 75. n. 33. & 34. Carait. dec. 25. n. 9. vers. & præfata vera sunt.

Et ita vtraque parte, &c.

EMINENTISSIMO, ET REVERENDISSIMO
D. CARD. OTTHOBONO.

Pisarenæ donationis.

Veneris 8. Februarij 1647.

ARGVMENTVM.

Donatio facta, alicui contemplatione matrimonij, vbi interuenit stipulatio pro hæredibus, & successoribus quando ob generalitatem verborum extenditur

etiam ad filios ex secundo matrimonio natos. Quæ habeatur huiusmodi donationis causa finalis, & quæ impulsua. In concursu capitulorum, & instrumenti, cuiam sit standum,

S V M M A R I V M.

- 1 Bona donata Nepoti ab Auo in causam matrimonij contrahendi nulla facta mentione filiorum eiusdem, siue ex primis, siue ex secundis nuptiis, censentur etiam equaliter acquisita pro omnibus filiis ex quocumque matrimonio procreandis, concurrente equali actione ega omnes, tam Aui donantis, quam Patris donatarij.
- 2 Fij ex quocumque matrimonio suscepti, ad successionem parentum equaliter sunt admittendi.
- 3 In donatione facta Patri, absque mentione filiorum familia, tam primi, quam secundi matrimonij possunt consequi contingentem sibi portionem rei donata.
- 4 Et hoc in terminis fuit semel, atque iterum iudicatum per Senatum Cathaloniam.
- 5 Donatio facta stipulanti pro se, ac hæredibus, & successoribus, extenditur ob verborum generalitatem, ad filios etiam ex secundo matrimonio nascituros.
- 6 Clausula ad habendum, &c. in instrumento donationis apposta, conuincit personam donatarij fuisse principaliter contemplatam, non autem filios ex eo, aut ex alio matrimonio nascituros.
- 7 Donatio contemplatione matrimonij, quando facta fuit viro, ac mulieri pro seipsis, ac eorum filiis stipulantibus, de filiis ex eorum matrimonio est intelligenda stipulatio.
- 8 Hac tamen opinio recipit distinctiones, & declarationes.
- 9 Donatio contemplatione matrimonij facta coniugibus, vel alteri ex eis stipulantibus pro se, ac pro filiis, ex ipsis, vel ex eo matrimonio nascituris, ad alios extendi non potest, quia stipulationis verba ad certas personas restricta sunt.
- 10 Causa finalis est omnium prima, ac potissima in intentione agentis, summa vero, ac postrema in executione, in cuius contemplato animus quiescit.
- 11 Matrimonium in donatione facta contemplatione matrimonij, est magis causa efficiens, aut impulsua quam finalis.
- 12 Causa finalis, & potissima in donatione facta contemplatione matrimonij, est commodum, & honorificentia donatarij, atque ideo donans honestiores, diuioresque nuptias affectat, tanquam media ad consequutionem illius ultimi finis.
- 13 Causa dua possunt concurrere ad eandem finem.
- 14 Causa amoris, & affectionis oritur ex sanguinis coniunctione, & ex impulsu nature.
- 15 Causa amorem, coniunctionem, ac vinculum naturale respiciens, comprehendit in donatione facta contemplatione matrimonij, suo effectu, omnes filios tam ex primis, quam ex secundis nuptiis genitos.
- 16 In donatione, licet contemplatio matrimonij fuisse causa finalis, non tamen ex ea sequitur quod filij donatarij veniant ex propria persona, nisi sint expressè, & dispositiue vocati.
- 17 An dote, qua datur contemplatione matrimonij, mulier potest disponere, & filij non possunt in eius aliquid prætere, nisi vii hæredes.

- 16 *Intellectus* textus in l. si inter virum & uxorem
24. ff. de pact. dotal.
- 17 *Liberorum appellatione inter coniuges, & maxi-
mè circa dotem, veniunt filij ex eis nati.
Secus verò est quando verba non proferuntur à
coniugibus, sed à tertio.*
- 18 *Intellectus* text. in l. si quid earum 45. §. interem-
ptum, ff. de legat. 3. & in l. Diui Constantini
S. C. de nat. lib.
- 19 *Filij legitimati per subsequens matrimonium
aqualiter succedunt cum aliis fratribus ex eo-
dem matrimonio legitime postea natis in dote,
ac donatione antenuptiale.*
- 20 *Filij omnes ex quocumque matrimonio suscepti,
admittuntur in bonis paternis.*
- 21 *In concursu capitulorum matrimonialium, & in-
strumenti, magis est standum primis, quæ à par-
tibus fiunt, quam secundo, quod fit à Notario.*
- 22 *Inter captiva matrimonialia, & instrumentum,
vbi non adest contrarietas substantialis, semper
est facienda interpretatio ut non discordent.*
- 23 *Interpretatio & semper desumi debet, per quam
aqualitas inter filios resultet.*
- 24 *Stipulatio pro filiis in donatione expressa foret
necessaria, ad hoc ut aliquod ius filiis nascitu-
ris questum dici posset.*

DECISIO LXXXVII.

Ioannes Andreas Oliuerius donauit Petro Antonio ex filia Nepoti scut. 36000. in tot bonis stabilibus pro se, & eius hæredibus, ac successoribus cum clausula ad habendum, tenendum, vtendum, possidendum, vendendum quicquid deinceps perpetuò dicto Petro Antonio, suisque hæredibus, ac successoribus placuerit faciendum, quæ quidem donatio fuit facta ad effectum, vt sequeretur parentela, & successiue matrimonium inter dictum Petrum Antonium eius Nepotem, & Mariam filiam Hectoris de Muschis, & ob sinceram dilectionem, & perfectum amorem, quem, & quam habebat versus d. Petrum Antonium eius Nepotem erga ipsum semper obedientem, &c.

Ex dicto matrimonio procreatus fuit solus Ioannes Andreas iunior; sed defuncta Maria Petrus Antonius ad secundas nuptias conuolauit, & Dominicum, Annibales, aliosque filios suscepit. Demum mortuo Petro Antonio orta est controuersia inter Ioannem Andream ex primo, & alios ex secundo matrimonio genitos super antedicta donatione scut. 36000. causaque mihi commissa dedit Dub. An bona donata spectent in totum ad Ioannem Andream iuniorem, & Doctores causa ter propolita partibus acerrimè informantibus responderunt bona donata non spectare in totum ad Ioannem Andream, sed ad omnes filios Petri Antonij de Oliueriis tam ex primo, quam ex secundo matrimonio procreatos.

Mouit primum DD. ea ratio, quod cum hæc bona fuerunt per Ioannem Andream Auum maternum donati promissa, & deinde donata Petro Antonio eius Nepoti nulla facta mentione filiorum eiusdem siue ex primis, siue ex secundis nuptiis, censentur etiam aqualiter acquisita pro omnibus filiis ex quocumque matrimonio procreandis concurrente aquali affectione erga omnes tam Aui donantis, quam Patris donatarij lege 3. Codice de inoff. testam. §. in. auth. de nupt. Baldus in auth. qui rem numero 7. Codice de Sacros. Eccl. Dec.

conf. 236 num. 6. Parisius conf. 59. num. 7. lib. 3. Decianus consilio 16. numero 80. lib. 1. consilio 143. num. 18. lib. 2. Surdus conf. 72. num. 10. Tiraquellus de tract. consang. §. 11. Glossa 1. num. 14. Mantica de coniect. vlt. vol. lib. 8. tit. 7. sub num. 3. Fontanella de pact. nuptial. clausula 4. glossa 9. sub num. 3. parte 1. Mart. de successione legal parte 4. quest. 10. art. 1. n. 3. Gregorius Lopez part. 2. tit. 15. lib. 2. Glossa 10. quest. 7.

Cui quidam rationi leges adstipulantur, quibus sæpè cautum fuit filios ex quocumque matrimonio susceptos ad successionem parentum aqualiter fore admittendos, vt in l. 1. Cod. de legit. hered. l. cum aliis 4. §. ad maternas Cod. de secund. nupt. §. nec illud quoque auth. de nupt.

Et hinc Doctores testati sunt, quod quando donatio facta est Patri absque mentione filiorum, hoc casu tam filij primi, quam filij secundi matrimonij possunt consequi cõtingentem sibi portionem rei dotatæ, Rouit. consil. 94. sub num. 3. Menoch. consil. 40. num. 20. & 22. Theaur. questione forens. lib. 4. quest. 2. n. 4. Cancer. variarum resolutionum, part. 1. cap. 8. sub num. 70. versic. circa istas donationes, & part. 3. cap. 7. num. 100. & num. 112 vbi ait in terminis præsentis questionis ita semel. atque iterum fuisse iudicatum per Senatam Cathalonæ, Fontanell. de pact. nupt. dicta clausula 4. Glossa 9. part. 1. num. 36. Ioannes Maria Nouar. quest. forens. 83. num. 6. part. 1. & fuit dictum in Interamnen. donationis coram Burat. inter eius impress. dec. 861. per tot.

Et hæc quidem maximè locum sibi vendicant, quando donatio facta fuit viro stipulanti pro se, ac hæredibus, & successoribus, nam est quod fiat in ipsis capitulis matrimonialibus contemplatione certi matrimonij, nihilominus receptissimum est, quod comprehenduntur quicumque filij, ac hæredes Donatarij, quia ex huiusmodi verborum generalitate constat patium intentionem non fuisse restrictam ad filios ex primo matrimonio nascituros. Camill. de Laratha conf. 9. num. 14. & seq. & num. 24. dicit hanc esse communem, & vtiotem sententiam, Pereg. conf. 77. num. 1. lib. 3. Menoch. consil. 378. num. 16. & 32. Marefcort. variarum resolutionum 20. numero 7. libro 2. Flores de Mena in additione ad decisionem Gamma 233. in fine, & dixit Rota decisione 251. numero 6. part. 5 recent.

Præsertim vero, quia in instrumento donationis factæ Petro Antonio fuit adiecta clausula ad habendum, & quicquid perpetuò dicto Petro Antonio, suisque hæredibus placuerit faciendum, nam hæc conuincit personam donatarij fuisse principaliter contemplatam, non autem filios ex eo, aut ex alio matrimonio nascituros, Laderch. conf. 1. num. 8. Molfes. conf. 2. num. 33. & 34. Menoch. dicto consilio 40. numero 26. Cutel. de donat. contempl. matrim. tom. 2. tract. 2. discurs. 1. special. 36. num. 28. fol. mibi 477. & firmavit Rota d. dec. 861. n. 4. coram Burat.

Et quamquam ab informantibus pro Ioanne Andrea allegaretur auctoritas plurium Doctorum fauentium filiis primi matrimonij, tamen si rectè eorum dicta perpendantur, clarè apparet, quod loquuntur in diuerso casu, nempe vel quando donatio contemplatione matrimonij facta fuit viro, ac mulieri pro se ipsis, ac eorum filiis stipulantibus, & in his terminis de filiis ex eodem matrimonio esse intelligendam stipulationem censuerunt

fuerunt Rim. iunior conf. 295. num. 42. & consilio 569. num. 38. & sequentibus Fedex. Scot. conf. 9. n. 7. & 8. tom. 2. lib. 2. Ioannes Franc. de Ponte conf. 25. num. 3. & 4. & conf. 8. num. 16. lib. 1. Molin. de ritu nupt. lib. 3. quest. 11. per tot. Statban. iunior resol. 22. num. 21. & seq. lib. 1. Mar. Cutel. de donat. contempl. matrim. tom. 2. tract. 2. discurs. 1. special. 36. numero 8. ac 14. per tot. Cald. de iur. emphyt. lib. 2. quest. 15. num. 8. & 28. Gamm. dec. 233. num. 2. & ibi Add. Viuius dec. 257. num. 2. Larea dec. Granatæn. 33. numero 24. quicquid tamen sit de illa opinione, quæ recipit distinctiones, & declarationes certissimum vero est huic casui DD. prædictos applicari non posse.

Vel loquuntur quando donatio contemplatione matrimonij fuit facta coniugibus, vel alteri ex eis stipulantibus pro se, ac pro filiis ex ipsis, vel ex eo matrimonio nascituris, & tunc ad alios donatio extendi non potest, quia stipulationis verba ad certas personas restricta sunt, & is erat casus decid. Gamma 233. relat. per Cald. de iur. emphyt. dicta quest. 15. & lib. 3. cap. 13. num. 12. & Larea dec. 33. num. 17. & sub num. 24. & 26. Federic. Scott. dicto conf. 9. num. 7. & 8. tom. 2. lib. 2. Rouit. dicto consil. 94. sub num. 22. Hoguirol. allegat. 23. sub num. 162. & seq. ideo certum est, quod non applicantur casui, de quo agitur.

Neque obstat, quod donatio, de quo agitur facta fuerit contemplatione certi, ac determinati matrimonij inter Petrum Antonium, & Mariam. contrahen. & vt illud sequeretur, ideoque contracto matrimonio ius fuerit acquisitum solis filiis ex eo progenitis, non aliis ex secundo matrimonio procreatis, quia contemplatio talis matrimonij non fuit causa finalis Ioan. Andree donantis, nam causa finalis est omnium prima, ac potissima in intentione agentis, summa verò, ac postrema in exequutione, in cuius complemento animus quiescit, vt declarat Bartolus in lege ambiosa num. 19. D. de decret. ab ord. fac. Rim. iunior consilio 662. n. 31. Couar. variarum resolutionum, lib. 1. resol. 20. numero 2. matrimonium verò magis est causa efficiens, aut impulsua; vt in specie not. Bertrand. consil. 1. numero 4. vol. 1. par. 2. Decianus conf. 239. numero 2. Oldrad. consilio 5. Natta consilio 609. num. 10. Molin. de ritu nupt. lib. 3. cap. 12. num. 22. Rota coram Burat. dicta decisione 861. numero 7. & ibi Add. littera A, inter recent. decisione 20. numero 5. & 10. & decisione 251. numero 1. parte 5. finalis autem, atque potissima huius donationis fuit commodum & honorificentia Petri Antonij Nepotis ex filia ipsius Aui donantis, atque ideo honestiores, ditioresque nuptias affectabat tanquam media ad consequutionem illius ultimi finis, vt probatur ex tradit per Couar. sub dicto numero 2. quem sequitur Rim. iunior dicto consilio 662. sub numero 30. ac sequenti, Bec. consilio 20. numero 32. Surdus consilio 361. sub numero 14. & seq. & sub numero 25. Bomb. conf. 61. num. 9. Tellus Fernandez in leg. 22. Taurin. 27.

Præterea certum est, quod contemplatio matrimonij non fuit sola causa donationis, cum fuerit etiam expressa alia nempe amoris, & affectionis Aui erga Nepotem, vt ibi, & ob sinceram dilectionem, & perfectum amorem, quem, & quam habet versus dictum Petrum Antonium eius Nepotem, & erga ipsum semper obedientiam, &c. donauit, &c. ideo siue hæ causæ donandi fuerint æque principales, propt posse concurrere duas

causas ad eundem finem tradit Bartolus in dicta l. ambiosa numero 19. D. de decret. ab ord. fac. siue fuerit potior, ac fortior causa amoris, & affectionis, quæ oritur ex sanguinis coniunctione, & ex impulsu naturæ iuxta textum in lege Tutor 31. §. qua Tutoribus D. de excus. Tutor. & probant Dec. consilio 120. numero 4. Cephal. conf. 81. numero 12. & conf. 210. numero 21. Surdus conf. 361. sub num. 14. & sub numero 23. versiculo Demum, non adueclatur Rota dicta decisione 20. numero parte 5. recent. hoc vnum certè; absolutè, ac inuitabiliter resultat, quod licet vna ex prædictis causis desit in filiis secundi matrimonij, non tamen deficit altera amorem, coniunctionem, ac vinculum naturale respiciens, cuius effectus comprehendit omnes filios tam ex primis, quam ex secundis nuptiis progenitos, quod satis est §. affinitatis instr. de nupt. Cephal. consilio 81. numero 13. Surdus conf. 361. num. 14. & consilio 351. num. 7. Barz. dec. Bonon. 25. num. 86. & in his terminis Rota coram Buratto d. dec. 861. num. 9. & dec. 251. num. 12. & seqq. part. 5. in recent.

Sed etiam licet contemplatio matrimonij fuisset causa finalis donationis factæ Petro Antonio, non tamen ex ea sequitur, quod filij veniant ex propria persona, nisi sint expressè, & dispositiue vocati, vt tradunt Decius consilio 216. numero 5. vers. & illa verba in fauorem, Alciat. consilio 7. ad finem, lib. 8. Scipio Theodor. allegatione 42. numero 2. Suarez consilio 9. numero 9. vbi dat exemplum dotis, quæ datur contemplatione matrimonij, tamen mulier potest de ea disponere, & filij non possunt ius aliquod prætere, nisi vti hæredes, vt firmavit Rota coram Buratto dicta decis. 861. num. 8. & latius in Rom. fideicom. de Incononatis 5. Nouembris 1639. & 5. Martij 1640. coram bon. mem. Pirouano.

Neque plures textus allegati ab informantibus pro Ioanne Andrea obtare visi sunt, quia l. si habitatio 10. §. sed si D. de usu, & habit. quatenus dicit quod causa finalis arctat legatum ad eius terminos non est applicabilis huic casui, quia matrimonium Petri Antonij cum Maria, vel non fuit causa finalis, & præcipua, vel non sola donationis, vt visum est. Textus verò in lege si inter virum, & uxorem 24. D. de pact. dotal. loquitur de pacto inter virum, & uxorem super dote retinenda initio ob liberos interuenientes, quorum appellatione inter ipsos coniuges, & maximè circa dotem veniunt filij ex eis nati iuxta textum in lege cum vir uxoris 25. & in lege 9. vir uxori 60. cum lege sequenti, D. de condit. & demonstr. secus verò est quando verba non proferuntur à Coniugibus, sed à tertio, vt in specie respondent Surd. conf. 72. n. 13. & Cancer. d. p. 3. c. 7. n. 105. & quò ad hoc cessat omnis difficultas in præsentis casu, cum nulla fuerit facta mentio filiorum in donatione.

Minus officiant textus in lege si quid earum 45. §. inter emptum D. de legat. 3. & in l. Diui Constantini 5. Codice de nat. lib. quia ibi primus textus loquitur de rebus emptis pro persona primæ uxoris, donatio autem de qua agitur non fuit facta uxori, neque pro illius persona. textus verò in dicta lege Diui Constantini decernit, quod per subsequens matrimonium legitimari aqualiter succedant cum aliis fratribus ex eodem matrimonio legitime postea natis in dote, ac donatione antenuptiale, quod iuri, & æquitati consonum esse docet textus in dicta lege cum aliis 4. Codice de secund. nupt. tamen

CONTRA

20 contrarium seruat in bonis paternis, in quibus omnes filij ex quocumque matrimonio suscepti admittuntur iuxta text. in l. 1. C. de legit. hered. cum aliis supra citatis.

21 Denum non obstat, quod in capitulis matrimonialibus inter partes initis nulla mentio facta fuerit de hæredibus, & successoribus, nec adit clausula ad habendum, quæ reperitur inserta cum prædictis verbis in instrumento duntaxat postea celebrato, adeo ut in concursu capitulorum, & instrumenti magis sit standum primis, quæ à partibus fiunt, quam secundo, quod fit à Notario, vt tradit Surdus decisione 71. numero 4. & sequentibus, Add. ad fan. mem. Gregorium, decisione 168. num. 8. Rota decis. 59. num. 12. part. 4. & decis. 250. num. 16. cum sequentibus, part. 6. recent. & in Romana Sicut 25. Maij 1644. coram R. P. D. meo Royas.

21 Quia certum est, quod quando inter capitula, & instrumentum non adest contrarietas substantialis semper est facienda interpretatio, vt non discordant, Dec. consilio 195. sub numero 3. Paul. de Montepico consilio 52. numero 18. Crauert. conf. 70. numero 5. Tornicell. conf. 49. numero 35. Rota decisione 250. numero 15. parte 6. recent. ideoque cum in prædicti casu, vt visum est concurrant verba, & mens donantis, quæ nequaquam fuerunt restricta ad filios primi matrimonij, ex hoc apparet, quod capitula bene ad concordiam reducuntur; & semper desumi debet ea interpretatio, per quam æqualitas inter filios resultet. Aldouin. conf. 1. numero 163. Honded. conf. 29. n. 95. & sequent. conf. 59. n. 60. & seq. lib. 1. Gratian. discept. 755. n. 8. Rota in recent. decis. 252. n. 22. & 23. part. 6. & maximè apparet substantialis concordia capitulorum, & instrumenti in eo, quod neutrobique fuit facta mentio filiorum donatarij, ad hoc verò, vt aliquod ius filijs nascituris quæsitum dici posset necessaria fuisset expressa stipulatio pro filijs Dec. dicto consilio 216. num. 6. vers. non obstat ad finem iunctis dictis in princip. num. 1. & firmat sæpe citata decisio Buratti 851. sub num. 1. cum aliis supra allegatis.

24 Fuit itaque resolutum bona donata non spectare in totum ad Iohannem Andream vtraque parte informantem, &c.

EMINENTISS. ET REVERENDISS.

D. CARD. OTTHOBONO.

Pisaren donationis.

Veneris 31. Ianuarij 1648.

ARGUMENTVM.

Hic cadit thema præcedentis decisionis.

SVMMARIVM.

- 1 Beneuolentia, & amor erga donatarium Nepotem ex sanguinis coniunctione proueniens, in donatione amemptialis, vel est causa præcipua, & finalis totius dispositionis, vel est æque finalis cum aliis expressis.
- 2 Causa amoris, cum in donatione antenuptialis, sit expressa, & naturalis, venit præferenda omnibus aliis, & præualet accidentalibus.
- 3 Conuentio certi, & determinati matrimonij in donatione ante naturalis facta vero, reddit donationem irrenocabilem respectu uxoris inter-

esse, vt vir scilicet sit diues, & sibi alimenta pinguiora ab ipso præstari valeant.

- 4 Non tamen excludit præcipuam ipsius viri donatarij contemplationem, ac interesse, cum fuerit in ipsum solum personam concepta.
- 5 In successionem ad donationem factam inuitu certi, & determinati matrimonij, ubi filij non sint dispositi vocari, veniunt æqualiter admittendi filij donatarij ex quocumque matrimonio suscepti: nam sola illius matrimonij, & conuentionis ratio excludere nequit filios ex secundis nuptiis susceptos, nisi ex verbis ipsis, vel alias id actum appareat.
- 6 Et exclusio aliquorum ex his filijs à successione in bonis donatis, non inducitur nisi per expressa etiam propria, seu saltem æquipollentia verba: importandum est enim ei, qui cum id intenderet, qualitates donationis non inuestigauit, vel clarius non expressit.
- 7 Dos, & donatio propter nuptias, quæ constituuntur ex causa certi matrimonij, soluto matrimonio, spectant ad filios tam eiusdem, quam alterius matrimonij.
- 8 Clausula: ad habendum &c. adiecta instrumento super capitulis matrimonialibus celebrato, supplet stipulationem in illis omisam partium intentionem in capitulis antecedentibus declarando.
- 9 Expressum facit cessare tacitum, & interpretatum.
- 10 Dispositio facta in testamento valet interpretari quid viuens testator senserit.
- 11 Æqualitas inter filios apprimè venit seruanda.

DECISIO LXXXVIII.

Approbarunt Doctores fundamenta resolutionis coram me emanatæ die 8. Februarij superiori anni, & proinde steterunt in decisij duo enim obiciebant informantes pro Iohanne Andrea, alterum videlicet, quod donatio scut. 36. mil. per Iohannem Andream seniorem Petro Antonio eius nepoti facta fuerit contemplatione certi, & determinati matrimonij cum Maria contrahendi, alterum vero quod dominatio non processerit ex mera voluntate, & liberalitate donantis, sed ex necessitate conuentionis præcedentis in capitulis matrimonialibus cum Patre Mariae initis, à quo sine tali donatione non fuisset Petro Antonio data in uxorem, ideoque inferebant bona donata spectare in totum ad Iohannem Andream iuniorem ex q. D. Maria, & Petro Antonio filium non autem ad alios Petri Antonij filios ex secundis nuptiis ex D. Victoria Iordana susceptos.

Sed hæc visa fuerunt nihil releuare, nam licet Iohannes Andreas illam tunc fecerit donationem Petro Antonio, vt matrimonium cum Maria contraheretur, tamen hæc non fuit sola nec summa causa donationis, sed potius contemplatio commodi donatarij, ac honorificentie familie illius, quem summopere diligebat, vt videre est in instrumento celebrato in executionem capitulorum, ibi, ad effectum vt dicta parentela, & matrimonium sequeretur, & ob sinceram dilectionem, & perfectum anorem, quam, & quem habet versus dictum Petrum Antonium eius Nepotem, & erga ipsum semper obedientem sponte, &c. donauit, &c.

Patet ergo, quod beneuolentia, & amor erga Nepotem ex sanguinis coniunctione proueniens, vel est causa præcipua, & finalis totius dispositio-

nis,

Ad mat. Labyr. Cred. Dec. LXXXVIII. 217

nis, vel est æque finalis cum aliis expressis, vt in his terminis bene ostendunt Surd. consilio 361. n. 14. & seq. Bec. conf. 20. n. 32. Cephal. consilio 81. n. 12. Marefcort. variar. resol. lib. 2. cap. 20. n. 8. Rota coram Buratto decis. 861. n. 9. & in Romana Donationis de Incafas in recent. decis. 251. n. 12. parte 5. & cum causa amoris sit expressa, & naturalis venit præferenda omnibus aliis, & præualet accidentalibus l. qui habet 3. vbi Bartoll. l. ff. de iutel. l. Tutor. 31. §. que Tutoribus ff. de excus. Tutor. Alex. in l. si donatio 13. n. 2. C. de collation. Tiraquel. de retrac. lignag. §. 30. Gloss. n. 26. Rota dec. 20. n. 7. part. 5. recent.

Nec donans tali modo aliud vult Mulieri donatum, vt ratiocinatur Alciat. conf. 7. sub num. 22. & seq. lib. 8. Io. Franciscus à Ponte conf. 80. n. 11. & seq. sed vult tantum eum allicere ad matrimonium per donationem sponso factam, quæ causa magis demonstrat affectionem, & amorem erga Donatarium, in quem confert, & conuentio reddidit quidem donationem irrenocabilem respectu interesse Vxoris, vt Vir, scilicet sit diues, & sibi alimenta pinguiora ab ipso præstari valeant, vt probant plures relati per Add. ad Burat. d. decis. 861. & firmavit Rot. dec. 44. per tot. parte 6. recent. sed non excludit præcipuam Petri Antonij contemplationem, ac interesse, cum fuerit in ipsum solum personam concepta, non autem Vxoris, ac filiorum, vt ibi, che faccia donazione al Sig. Pietro Antonio inter viuos irrenocabile, vt in individuo similis donationis fuit refulorum in dict. decis. 861. coram Buratto, in cuius facti contingentia similis huic omnino præcesserat conuentio in apocha matrimoniali sequentibus verbis concepta. E detto Sig. Gabriele similmente promette di pigliar per sua legitima sposa la sudetta Sig. Arpalice con questo però, e non altrimenti che prima, &c. Item la Sig. Prudenza, &c. & il Sig. Lodouico suo figliuolo suo figliuolo &c. facciano libera donazione al detto Sig. Gabriele inuitu matrimonij, vt apparet ex resolutione processus illius causæ, & pariter in Romana fideicommissi de Incoronatis 5. Nouembris 1639. & 5. Maij 1640. coram bon. mem. Prouano. Donatio facta fuerat Francisco contemplatione certi, & determinati matrimonij cum Emilia de Caualeris contrahendi, vt explicitè dicitur in 2. decis. §. non obstant, quæ replicantur, & intuitu, causa, & fatore dicti matrimonij, & liberorum procreandorum, vt dicitur in principio primæ decisionis, & tamen Rota resoluit filios non fuisse dispositi vocatos, sed donationem hæreditariam censendam.

Ac proinde omnes filij Donatarij ex quocumque matrimonio suscepti ad eius successionem æqualiter veniunt admittendi, nam sola illius matrimonij, & conuentionis ratio excludere nequit filios ex secundis nuptiis susceptos, nisi ex verbis ipsis, vel alias legitime id actum appareat Menoch. conf. 40. num. 39. vers. non obstat septimum, & conf. 268. n. 30. Rouit. conf. 94. num. 3. Thesaur. quest. forens. lib. 4. quest. 2. num. 4. Fontanell. de pact. nupt. claus. 4. glof. 8. parte 1. sub num. 36. vers. per hæc ego Cancer. var. resol. part. 3. cap. 7. n. 111. Cutel. de donat. tract. 2. discurs. 1. special. 36. numero 12. & 13. & dixit Rota in dd. dec. Romana de Incoronatis coram Prouano.

Ex lectura autem, & contextu capitulorum liquido constat patrem sponsum intendisse, vt illi nuberet Viro diuiti, Auum verò sponsi illum Salgado Labyrinth. Credit. Tom. I. l.

donatione prosequi voluisse, vt ditiores vxorem inueniret, vt maioribus vndique opibus conquisitis familie statum decentius sustentaret; sed ex neutra parte apparet voluntas constituendi vllum dilectum, aut differentiam inter filios donatarij, vel aliquos ex eis à bonis donatis repellendi, pro vt necesse erat saltem æquipollentibus verbis exprimere alias imputandum est ei, qui cum id intenderet qualitates donationis non inuestigauit, vel clarius non expressit l. labeo scribit 21. §. de contrah. empr. Mantic. de iacit. & ambig. lib. 4. tit. 27. num. 9. & in his terminis Alciat. d. conf. 7. n. 29. lib. 8. Fontanell. de pact. nupt. claus. 4. glof. 9. parte 5. numero 152. Cutell. de Donat. tract. 2. discurs. 1. special. 36. sub numero 18. vers. quod sumus.

Et quod ad hunc effectum non operetur sola causa finalis certi matrimonij patet ex dote, & donatione propter nuptias, quæ indubitanter continentur ex causa certi matrimonij, vt eius oneribus inferuiant, & constante matrimonio alienari non possunt, nec alterari, sed ex hoc non sequitur, quin soluto matrimonio spectent ad filios tam eiusdem, quam alterius matrimonij, vt de vtraque est text. clarus in l. si liberis 18. C. de Donat. ante nupt. & ibi Bald.

Quæ certiora redduntur ex verbis instrumenti super iisdem capitulis matrimonialibus celebrati in quo donatio apparet facta, sponte, pure, liberè, ac simpliciter eidem Petro Antonio stipulanti pro omnibus quorum interest, intererit, seu quomodo cumque interesse poterit, &c. cum claus. ad habendum alienandum, & quicquid perpetuo d. Petro Antonio, eiusque hæredibus, & successoribus placuerit faciendum, quæ sanè verba non solum conuincunt personam donatarij fuisse principaliter contemplatam, nec donationem fuisse restrictam ad filios ex primo matrimonio nascituros, vt firmatur in alia decisione huius causæ in §. & hæc quidem, & seq. verum etiam manifestant dictam Partium intentionem in capitulis antecedentibus, & declaratur, ac suppletur stipulatio in illis omisa l. sed Iulianus 9. §. proinde, ibique glof. & DD. ff. ad S. C. Maced. Crauert. conf. 964. n. 24. Surd. conf. 202. n. 24. Afflict. dec. 319. n. 5. Rot. decis. 174. n. 4. p. 4. t. 2. rec. Expressum verò facit cessare tacitum, & interpretatum l. cum ex filio 39. §. 1. l. ex facto 43. §. item quæro ff. de vulgar. leg. fin. C. de pact. conuen. Crau. resp. 1. pro Genero n. 282. Rota coram Buratto dec. 949. n. 1.

Accedit Io. Andrea Donatoris testamentum in quo iussit ipsi Petro Antonio consignari tot bona hæreditaria, quæ sufficerent pro satisfactione scutor. 36. mil. donatorum, in reliquis ex æquo instituit hæredes vniuersales Io. Andream ex præfata Maria susceptum, & omnes eius filios masculos ex legitimo matrimonio nascituros, ex hoc enim apparet Donantem principaliter fuisse contemplatum personam Nepotis, ac illius commodo bona donata maximè cedere voluisse, non autem aliorum, cum etiam ex dispositis in Testamento liceat interpretari quid viuens senserit l. vxori 32. §. cum seius ff. de legat. 3. Suarez conf. 1. n. 20. Roman. conf. 179. num. 11. Boer. decis. 172. n. 22.

Omitti poterat ab informantibus pro Io. Andrea, quod ipsi obuenerint in diuisione scuta 27. mill. tantum, fratribus vero scuta 81. mill. quia cum fratres ex secundo matrimonio sint tres debent

T

debent

debent habere æqualem portionem bonorum patrimoniorum, & sic perfecta resultat æqualitas inter ipsos, quæ inter filios apprimè venit seruanda l. 3. C. de inoff. testam. §. fin. Auth. de nupt. cum aliis in superiori dec. allegatis.

Fuit itaque resolutum bona donata non spectare in totum ad Io. Andream confirmando decisionem emanatam die 8. Februarii superioris anni vtraque parte accerrimè informantis.

R. P. D. R O Y A S.

Romana Cambij.

Mercurij 23. Martij 1650.

ARGUMENTVM.

Quando habens interesse admittatur, ad causam, & quale debeat interesse haberi Transactio super sententia, non nisi per tres sententias conformes rescindi potest.

S V M M A R I V M

- 1 *Dammum passurus ex condemnatione alterius in iudicio, dicitur habere interesse ad illam causam: & ideo venit admittendus.*
- 2 *Admittendus ad causam, cum non agitur de suo interesse principali, sed incidenter, sufficit quod apparenter doceat de iure, & det summam per leuiiores, & semiplenas probationes.*
- 3 *post sententiam, à qua non appellauit, audiendus non est aliquis iterum super eo, quod in alio iudicio principaliter excipiendò ad eundem finem deduxit.*
- 4 *Lis per transactionem terminata, non debet denuò instaurari.*
- 5 *Decisio Sacre Rote non potest impugnari, ubi non agitur principaliter super illius reuisione, sed est supponenda, iuxta laudabilem, & inueteratum stylum huius S. Tribunalis.*
- 6 *Iustitia, & validitas sententiæ agnoscitur per transactionem super ea factam.*
- 7 *Vnde donec iam sententia, quam transactio, per tres conformes rescindantur ab ea recedi non potest.*

DECISIO LXXXIX.

Vertente lite inter Io. de Mancinis, & Hippolitum Coccapanium super restitutione sc. 2069. quam idem Coccapanius in actu receptionis illorum facere promissit, quotiescumque d. Mancinus fuisse declaratus verus, & legitimus Creditor Marchionis Pallaucini, à quo dd. sc. 2069. vti debita fuerunt Coccapanio soluta Insurrexit idem Marchio, & præteritens ad d. causam, dum agebatur de eius interesse admitti; fuit sub die 28. Iunij præteriti coram bon. mem. Arguelles disputatum dubium, ac responsum, constare de eius interesse ad effectum admissionis ad causam; super quo hodie repropofita causa DD. responderunt Marchionem esse admittendum reformando; tamen interesse in altera decisione excessiue consideratum.

Siquidem d. interesse resultat ex eo, quia si Mancinus obtineret condemnari Coccapanium ad restituendum dd. scut. 2069. iuxta formam

obligationis eiusdem; Marchio teneretur vti Debitor ipsius Coccapanij d. summam eisdem reficere, idè sua valde interest, illum defendere, Coccin. decis. 237. n. 4. quod factum est ad hoc vt ipse sit admittendus, cum quando non agitur de interesse principali sed incidenter ad effectum admissionis ad causam sufficiat apparetur docere de iure, & dare fumum per leuiiores, & semiplenas probationes, vt notant Abbas in capit. veniens il. 2. num. 9. vbi Felin. n. 13. Bald. num. 2. & seg. de Testibus Cance. variar. resolut. lib. 3. tit. 16. n. 32. & sæpe dixit Rot. decisione 11. de rescript. in antiq. decis. 13. num. 7. coram Buratto, & decis. 325. num. 9. & 10. parte 6. recent. & parte 7. decis. 176. numero 10. & 11. cum aliis latè relatis in præterita decis. sub §. Certum est enim.

Interesse verò huiusmodi considerari minimè potest in scutis 3000. pro sorte principali Cambij debiti Mancino; Quia dum dictum creditum canonizatum fuit per sententiam Reuerendissimi P. D. mei Peutingeriij; à qua Marchio non appellauit respectu dictæ summæ ad causam admittendus non est, non enim debet iterum aliquis audiri super eo, quod in alio iudicio principaliter excipiendò ad eundem finem deduxit, vt per multos citatos tradit Gabr. de recept. concl. 2. n. 10. & in puncto. Feder. de Sen. consil. 242. circa med. vers. aut vult admitti Gratian. discept. 445. n. 10. & segg. Nunez in declarat. ad l. 4. & 5. Regni tit. de las excepciones num. 49. in pres. post eius consil. Et vltra dictam sententiam, quæ transiuit in iudicatum concurrens pro existentia dicti crediti transactio inter eundem Marchionem, & Mancinum postea facta, in qua idem Marchio in illius executionem soluit Mancino scuta 1900. cum promissione soluendi residuum, ex qua transactione vti impediendo litis ingressum non debet ad causam super dicta summa Marchio admitti, ne lis denuò instauraretur, dum fuit per transactionem terminata, ad text. in capite primo ibique gloss. verb. transactio de lit. conest. in 6. l. quamuis ff. de transact. Bald. in l. terminato in 2. notab. Cod. de fruct. & lit. expens. cum aliis adductis per Rotam decis. 354. num. primo & 2. coram Greg. XV. Vnde certum est quod Marchio d. summam soluere debet tam vigore sententiæ quam vigore transactionis, aut illam soluat Mancino Creditori, aut reficiat Coccapanio, nullum in hoc considerari potest interesse, pro quo veniat admittendus.

Nec subsistit, vt in præterita decis. finiatur, sententiam prædictam esse nullam, & iniustam; Tum quia illius iustitia plenè iustificatur ex dec. in eo iudicio sub die 23. Ianuarij 1645. coram eodem Reuerendiss. P. D. meo Peutingerio emissa quæ cum hodie non agatur principaliter super illius reuisione, nec in gradu appellationis aduersus d. sententiam, in hoc articulo impugnari non potest, sed supponenda est iuxta laudabilem, & inueteratum stylum huius S. Tribunalis, de quo Buratt. decis. 596. n. primo, decis. 857. numero 4. ac decisione 354. numero 3. in fin. numero 8. part. 4. recent. & fuit dictum in Mediolanen. Pensionis 27 Iunij 1646. coram Bichio. Quapropter non est insistendum super nullitatibus aduersus d. sententiam in prædicta decis. ponderatis; Ideo in hac parte illam DD. reformant, cum hæc inspectio non cadat super præteriti dispositione.

Tum

6 Tum etiam quia vltra d. sententiam adest transactio prædicta, per quam Marchio videtur agnouisse illius iustitiam, & validitatem ipsiusque debiti subsistentiam iuxta adducta per Buratt. dec. 783. n. 19. Vnde donec tam sententia quam transactio per tres conformes rescindatur ab ea recedi non potest, Decian. resp. 28. n. 11. lib. 3. Mantica de tacit. lib. 26. tit. 9. n. 47. Causal. dec. 407. n. 9. cum aliis latè relatis in dec. 86. n. 9. p. 6. rec.

Sed tamen interesse Marchionis ad effectum admissionis in hoc casu desumitur ex eo, quia Mancinus in contractu transactionis ad computum sui Crediti consistentis in prædictis scut. 3000. recepit ab eodem Marchione scut. 1900. itaque remansit solum creditor in scut. 1100. ad quorum solutionem prædictus Marchio dumtaxat tenetur ad formam sententiæ, & transactionis, non autem pro scutis 2069. pro quorum restitutione pulsatur Coccapanius, qui quatenus ad hoc condemnaretur, proculdubio resultaret interesse Marchionis in scutis 969. quæ excedunt d. summam scut. 3000. dum vltra scuta 1900. soluta in actu transactionis; tenetur reficere Coccapanio succumbenti prædicta scuta 2069.

Et ita solum Mancino informante in d. summa scut. 969. DD. resolverunt constare de interesse Marchionis ad effectum admissionis coram bon. mem. Arguelles, quo morte præueniente ante extensam huiusmodi decis. ego in eius locum subrogatus hoc munus expleui.

EMINENTISSIMO, ET REVERENDISSIMO
D. CARD. OTTHOBONO.

Ceruien. Bonorum.

Lune 18. Iunij 1649.

ARGUMENTVM.

An de melioramentis debeatur laudemium, & de quo tempore attendatur valor bonorum in renouatione facien. & an plura sint soluen. laudemia si plures erant facien. renouationes.

S V M M A R I V M.

- 1 *Durantibus præcedentibus inuestituris non licet nouam facere inuestituram nec alterare formam antiquarum.*
- 2 *Cessante culpa Emphyteuta melioramenta non deuoluuntur ad Ecclesiam, sed remanent in Dominio Emphyteuta.*
- 3 *Et in renouatione Emphyteutis quoad illa non requiritur consensus Domini directi, & nullum soluitur laudemium.*
- 4 *Melioramenta sequuntur naturam rei emphyteuticæ, & ideo pro eis solui debet laudemium.*
- 5 *Quod procedit quando res cum melioramentis alienatur in tertium vel deuoluitur ob delictum secus in simplici renouatione facta ipsi emphyteuta.*
- 6 *Cessante mora non est locus alicui interesse.*
- 7 *In renouatione emphyteutis perpetua valor bonorum calculatur de tempore vltima venditionis.*
- 8 *Quia tunc renouatio nullam habet speciem noui contractus.*

Salgado Lab yrinth. Credit. Tom. II.

9 *Pañum de renouando adiicitur ad faciliorem probationem dominij directi non pro substantia contractus.*

10 *Declaratur Ferec. in cons. 21.*

11 *Solum laudemium indicari non potest nisi ex præcedentibus solutionibus.*

12 *Suadente materia valor & pretium bonorum pro eodem accipi possunt.*

13 *Tot soluntur laudemia quot renouationes fieri debebunt iuxta pactum, quia omnia pacta emphyteutica sunt seruanda.*

14 *Laudemia non exacta transmittuntur ad successorem.*

15 *Vbi contractus est ab initio nullus, cessat exactio laudemij.*

DECISIO LXC.

Fuit per Rotam resolutum coram Reuerendiss. D. Terracinen. sub die 23. Martij 1648. inuestituram factam à Cardinali Viccomite Episcopo Ceruicæ de anno 1595. esse nullam, quia durantibus aliis præcedentibus inuestituris non licebat Prælato supplantando successores nouam facere inuestituram vt in c. 1. qui successores feudar. teneant. nec minus circa substantialia alterare formam consuetam antiquarum inuestiturarum absque Beneplacito Apostolico, & sine vtilitate Ecclesiæ, vt latè fuit deductum in supradicta decis. sub §. non sustinetur & seqq.

Ideoque Reuerendiss. D. Episcopo Ceruien. fuit dictum dandam esse associationem in bonis in quibus non fuit petita renouatio iuxta antiquas inuestituras, addito tamen (ex æquitate Canonica quam semper Rota seruat) nisi Fabius Lucatellus, qui habet inuestituram obseruata ab anno 1595. vsque ad diem motæ litis anni 1635. petat intra tres menses renouationem iuxta formam antiquarum inuestiturarum purgando moram, & reficiendo damna si quæ adsint, vt in prædicta decis. sub §. verum vsque ad finem.

Vtraque pars acquieuit decisioni, sed cum Lucatellus in partibus petierit nouam inuestituram ad formam antiquarum ortæ sunt plures controuersie super quantitate laudemiorum soluendorum mensæ Episcopali, quæ in inuestituris sunt taxata ad rationem quinque pro centenario valoris bonorum. Prima enim difficultas est an de melioramentis, quæ plurima, & magni valoris reperiuntur facta in dictis bonis à Lucatello debeat laudemium, secunda an pro æstimando valore bonorum sit inspiciendum tempus quo fuerunt vendita bona vltimo loco, vel tempus præsens faciendæ renouationis, tertia an debeantur plura laudemia, provt plures sunt lapsi termini renouationis faciendæ ex forma antiquarum inuestiturarum, aut vero vnicum tantum debitum pro hac præteriti renouatione.

Et DD. quoad primam difficultatem responderunt Lucatellum emphyteutam non teneri in proposito casu ad solutionem laudemij pro melioramentis, ratio est, quia cum Rota admiserit Lucatellum ad purgationem moræ in petendo renouationem cessat ex hoc capite deuolutio ob culpam ipsius, nec per consequens melioramenta sunt deuoluta ad Ecclesiam, sed adhuc remanent in dominio emphyteutæ iuxta trad. per Clar. in §. emphyteutis q. 45. Bero. quest. 19. numero 3. Modern. Roman. discept. 810. numero 7. Rot. coram

T 2

Cælag.

Cæsar. de Grass. decis. 5. numero 2. de rebus. Eccles. non alienand. & in rec. decis. 294. numero 6. & seq. ideo quoad illa non requiretur in renouatione aliquis consensus Domini directi, & proinde nullum debet solui laudemium, Bart. in l. & ideo 12. numero 4. Digestis de condiç. furtiu. 1. M. Alb. Brun. consilio 44. numero 12. & seq. Soccin. iun. consilio 70. numero 2. libro 3. Amad. à Ponte de laudem. question. 13. n. 1. & 2. Antonus Faber eod. sr. dec. ad 4. error 1. n. 12. & 13.

Neque obstat, quod melioramenta sequantur naturam rei emphyteuticæ, & ideo etiam pro illis solui debeat laudemium iuxta text. in leg. fin. Codice de iur. emphyt. & ibi Ias. numero 44. Maur. Burg. de laudem. parte 2. inspect. 6. per tot. quia prædictæ auctoritates, & quotquot ad idem allegari possent procedunt quando res emphyteutica vna simul cum melioramentis alienatur in tertium, vel alias deuoluitur ob delictum, quo casu cum etiam quoad melioramenta requiratur nouus directi Domini consensus, merito quoque pro illis soluitur laudemium, non autem quando fit simplex renouatio ipsi emphyteutæ, vt sonant verba Text. in dict. leg. fin. Cod. de iur. emphyt. ibi meliorationes suas alius vendere, vel in emphyteuticum tran. ferre, & de alienatione in tertium loquitur Burg. de laudem. parte 2. inspect. 6. sub numero 15. Corbul. de emphyt. titulo de caus. priuationis ob alienationem ampliat. 39. n. 1. cum pluribus relatis à Modern. Fulginaten. de iur. emphyt. tit. de laudem. q. 8. n. 23.

Neque aduerfatur pactum adiectum in antiquis inuestituris, quod si emphyteuta non perierit debito tempore renouationem inuestituræ, aliaque promissa, & conuenta non adimpleuerit cadat ab omni iure suo, & liceat Reuerendiss. Episcopo capere possessionem bonorum emphyteuticorum vna cum melioramentis, illaque pro se retinere, quia omiffa importantia dicti pacti hodie certum est, quod cum Rota concesserit Lucatello terminum trium mensium ad purgandam motam in petendo renouationem, & pendente termino illam petierit stante purgatione motæ nulla pœna potest Lucatello emphyteutæ infligi cum mora cessante non sit locus alicui interesse leg. l. 40. vbi DD. Digestis si cert. petat. Ruin. consilio 48. numero primo libro, quinto, Aym. consilio 87. in fin. latè Honded. consilio 50. n. 21. libro 1. & consilio 38. n. 9. libro 2. Rot. dec. 622. n. 5. p. 2. recent.

Quo vero ad secundam difficultatem DD. responderunt in proposta facti specie valorem bonorum emphyteuticorum in renouatione esse calculandum inspecto tempore, quo hæc bona emphyteutica fuerunt vltimo loco vendita seu respectuæ empta à Lucatellis, nam inuestituræ, de quibus agitur cum non sint limitatæ ad tempus, sed perpetuæ, & renouatio non fiat ob lineam finitam, sed fiat Lucatello in primis concessionibus comprehenso, & ad eorundem corroboracionem ab antiquis inuestituris tanquam à suo initio debet regulari, cum renouatio nullam habeat speciem, noui contractus, vt in puncto distinguendo inter emphyteuticum temporariam, & perpetuam respondet Alciat. consilio 42. numero primo, libro 8. Corbul. de emphyteut. caus. 11. de caus. priuar. ob tempus finitum numero 17. Bero. consilio 116. numero 17. versiculo vbi facit libro primo.

Quando enim inuestituræ sunt perpetuæ prout

hic pactum de renouando de certo tempore in certum tempus adiectum censetur dumtaxat ad faciliorem probationem dominij directi non autem pro substantia contractus, neque ideo renouatio dicitur contractus nouus, vt bene declarat Rota decisione 438. numero 1. parte 1. recent. & in Bononien. bonorum emphyteuticorum 30. Aprilis præteriti in fin. coram R. P. D. meo Celfo.

Et licet Emilius Ferrett. in cons. 21. per tot. abun. de probet in solatione laudemij in renouatione attendendum esse valorem rei de tempore renouationis non autem de tempore concessionis, aut venditionis, illumque sequitur Marius Burg. in tractatu de laudem. parte 2. inspect. 6. numero 26. attamen præterquam quod in præfenti casu versamur in contractu perpetuo, & vnico, vt visum est, accedit, quod ex pacto expresso appofito in singulis inuestituris, de quibus agitur quantitas laudemij est determinanda ex solito, & consueto nam verba pacti sunt de viginti nouem in vigintinouem annos ad renouandum, & tunc soluendum debitum, & consuetum laudemium ad rationem quinque pro centenario valoris dictorum bonorum, ac consuetum, ac solitum laudemium iudicari non potest nisi ex præcedentibus solutionibus ad text. in leg. Mela 14. Digest. de alim. & cibari. legat. vbi Bart. num. 1. & alij, ideo casus iste etiam distat à casu Ferretti, cum in illo non fuerit habita relatio ad solitum, & consuetum laudemium.

Nec refert quod verba habeant relationem ad valorem bonorum, quia valor, & pretium pro eodem accipi possunt sic fluadente materia, Burlat. cons. 149. n. 74. & 75.

Ad tertiam verò difficultatem DD. responderunt tot esse soluenda laudemia quot sunt renouationes, quæ fieri debebant iuxta pactum antiquarum inuestiturarum, omnia enim pacta emphyteutica sunt seruanda l. 2. Cod. de iur. emphyt. Albert. Brun. cons. 44. n. 1. & 4. in fin. Burlat. cons. 127. n. 53. & 57. Amad. à Ponte de laudem. q. 4. in princ. Burg. eod. sr. p. 1. inspect. 6. n. 4.

Neque obstat potest, si dicatur huiusmodi laudemia non esse soluenda Reuerendiss. Dom. Episcopo Ceruini. nunc viuenti, qui de tempore renouandarum inuestiturarum nullum iu habeat in Episcopatu, quia laudemia non exacta transmittuntur ad successorem, Ioann. Baptista Costa in tract. re integra quid liceat, distinet. 53. n. 7. Mar. Burg. dict. lib. inspect. 4. num. 55. & 56. Modern. Fulginaten. de iur. emphyt. tit. de laudem. q. 28. n. 1. Rot. decis. 809. n. 1. p. 1. diuers. hoc tamen DD. ita intellexerunt, vt computari debeant scuta 550. soluta à Lucatellis pro laudemio renouationis anni 1595. nam vbi contractus est ab initio nullus cessat laudemij exactio, Tiraq. de retract. lignag. §. 1. Gloss. 2. n. 7. & de retract. conuent. §. 6. Gloss. 2. n. 6. Antonius Faber de laud. dec. ad. 1. error. 1. n. 1. Cassan. ad consuet. Burgund. rubr. 11. §. 1. n. 3. Cald. de emphyt. lib. 4. c. 6. n. 10. in fin. & c. 16. n. 3. Peguer dec. 156. n. 3. Amad. à Ponte de laudem. q. 39. num. 1. ibique not. Carolus Antonius Blancard. in princ.

Iraque modo prædicto DD. mandarunt responderi dubio, quod proposueram in qua summa debeantur laudemia, nam factio calculo inter partes, & sublatis vt supra difficultatibus poterit per simplicem calculatorem de facili videri quæ summa debeatur. Et ita fuit decisum vtraque Parte informante, &c.

R. P. D.

R. D. P. VEROSPPIO.

Anconitana dotis.

Luna 30. Maij 1650.

ARGUMENTVM.

Quæ exceptiones non retardent executionem mandati relaxati pro restitutione dotis maxime exceptio fideicommissi.

SYMMARIVM

- 1 Cæpta executio mandati ritè, debet terminari vt lites finiatur.
- 2 Ex reuolutione actuum constat validitas mādari.
- 3 Decisiones Rota demonstrant Iustitiam eiusdem mandati.
- 4 Confessio viri de recepto vrgentibus coniecturis fulcita probat veram dotis solutionem.
- 5 Subhastatio mobilium reddit immunet ab eorum restitutione hæredes, & successores vxoris.
- 6 Nec teneantur ad eorum valorem donec soluantur integra dos.
- 7 Pro validitate & iustitia subhastationis viget præsumptio Iuris.
- 8 Exceptio illiquida & incerta non retardat executionem mandati.
- 9 Quoties bona libera non supersunt sunt hypothecata pro restitutione dotis bona fideicommissa ascendenti supposita vigore auib.
- 10 Siue petatur restitutio dotis ab ipsa muliere, siue ab hæredibus eius.
- 11 Et ista actio ipsa muliere viuente orta fuit.
- 12 Tertij possessores non possunt impedire executionem quando contra eos in quolibet actu reperitur citatio.
- 13 Pro sustinenda validitate sententiæ omnis interpretatio sumi debet, vt inuiles circuitus euitentur.
- 14 Exceptio fideicommissi ad impediendam executionem debet incontinenti iustificari de praxi omnium tribunalium.

DECISIO LXXXI.

Mandatum Rotale contra hæreditaria bona Hieronymi relaxatum pro dote Franciscæ vxori restituenda ipsa prædefuncta, sancitum fuerat in sententia ad Dianæ hæredis instantiam, ac Demetrii huius cessionarij in hoc Tribunali postmodum edita, exequendum esse contra bona per fratres de Fanellis modo possessa, Auito licet q. Galeati fideicommissio subiecta cum nulla Hieronymi debitoris bona supersint; super cuius vltiori executione sententiæ, proposito per me dubio, affirmatiuè hodie DD. responderunt; Quia iam cæpta per mandati relaxationem executio ritè tamen, ac rectè peracta, debet præuio ad vltiora processu terminari, vt debitum tandem litibus imponatur, leg. quidem existimauerunt in fine Digestis de rebus cred. leg. terminato, Codice de fruct. & lit. expens. leg. propterandum Codic. de iudic. Soccin. in leg. singularis, numero secundo, Digestis, de except. rei iudic. Alexand. in leg. qui bona §. vltim. numero 2. Digestis de damn. infect. Surd. consil. 271. numero 15. Rot. in Montis Falisci supplementi legitima 18. Iunij 1642. in §. Cuius ratio coram Reueren-

diff. P. D. meo Bichio, & in hac eadem causa 24. Aprilis 1643. coram R. P. D. meo Cerro.

Mandati autem validitatem acta ipsa reuoluta demonstrant, ex quibus omnia à iure requisita ibidem conuincitur contineri, iuxta traditam præxim in decis. Verall. 260. part. 2. sapius in hoc Tribunali receptam.

Iustitiam verò designant decisiones hætenus editæ in hac causam tam coram bon. mermor. Bucabella sub die 16. Martij, & 3. Decembris 1635. quam coram Reuerendissimo Patre Domino meo Cerro die 23. Aprilis 1643. & 9. Decembris 1648. vt alias firmavit Rota in vna Rauennaten. seu Ferrarien. Decimarum 24. Ianuarij 1650. coram me.

Neque præfatam executionem retardare poterunt exceptiones, à fratribus de Fanellis denovo repetitæ. Siquidem prima non iustificata dotis obiecto, quippe quæ ex sola Hieronymi viri confessione de recepto ab ipsa vxore; eiusque hæredibus deducatur, tollitur ex decisionibus hætenus editis in hac causa, quibus fulcita dignoscitur adducta confessio pluribus, atque vrgentibus coniecturis legitima proinde, veræ dotis probationem præferentibus secundum Salycet. in leg. si mater numero primo. Codice de contrahend. empr. Baldus in leg. 1. numero quarto, Codice de priuileg. dot. Dec. consil. 96. numero tertio, Natt. consil. 548. numero 25. Surdus consil. 486. numero 7. & 8. cum seqq. Card. Mantica de tacit. lib. 11. tit. 20. numero 19. Rota coram Greg. dec. 62. n. 2.

Altera verò obiectio exinde deducta, quod in ipsa dotis consignatione ex A. C. decreto debuerant ab hæredibus Franciscæ mobilia restitui in computum dotis receptæ, vel saltem certus eorundem valor tunc temporis compensari; Remouetur pariter ex alio eiusdem A. C. decreto, quo mediante à pluribus annis legitima eorundem mobilium subhastatio præcessit, quæ proinde Franciscæ successores ab eorum restitutione mobilium reddidit immunet, vt respondit Rota coram Reuerendiss. Patre Domino meo Cerro sub die 6. Dec. 1648. in §. aut verò prætenditur.

Ad compensationem verò valoris (dum in eodem decreto restricta fuit ad casum integre dotis restitutæ) adhuc arctati non fuerant, dum dos integre soluta non extitit, ita vt se possint etiam retentionis ope tueri per iext. in leg. si non forem, §. si centum, Digestis de cond. ind. vbi post gloss. in verb. retinebitur, tradit Bart. in fine, Castrenf. & Alexand. numero 6. Iason. num. 10. cæterique communiter, idem Castrenf. in leg. si quis aliam numero 4. Digestis de solut. & in l. petenti in fine Digest. de pignor. & act. Negul. de pignor. in 2. membr. 3. p. n. 20.

Non obstat, quod eadem subhastatio nullitati, videtur obnoxia postquam non obstantibus oblationibus, atque deposito per fratres de Fanellis oblato, ad eam Iudex procedi mandauit; cum præfata nullitatis obiectio ex contraria præsumptione tollatur pro subhastationis validitate, atque iustitia vigente ex tradita per Bald. in l. ordo n. 5. C. de rescind. vendo. Gloss. in l. à Dino Pio, si pignora in verb. quam, ff. de re iud. vbi etiam Ias. numero 2. & 3. Surdus consil. 256. num. 8. Rot. in Narrien. dotis 4. Februarij 1628. coram Valdo postmodum Perul. de subhast. dec. 75. num. 9. Dum maxime damnum ex distractione mobilium Fanellis illa-

tum, ac lætio exinde contingens adhuc probata non fuit, nec oblationes integre factæ fuerunt ab ipsismet Fanellis, vt allegant illius Informatum.

Tertia denique exceptio ex iure fideicommissi petita per quæ Galeatium de fanellis eorundem auum præordinati (super quo propter negant mandatum contra bona hæreditaria Hieronymi relaxatum exequi posse) ob nondum iustificatam bonorum identitatem nec consumptionem detractionum ipsi Hieronymo fideicommissitenti descendenti competentium illi quidam redditur, atque incerta, adeoque mandati executionem retardare non valet, iuxta text. in leg. vt C. de Comparat. Affl. decif. 381. sub numero 15. Rot. coram Seraph. decif. 1455. num. 3. & coram Gregor. 220. num. 5. & in aliis recensitis in Romana successione 24. Ianuarij præteriti coram R. P. Domino meo Corrado in vlt. §. Remouetur præterea. ex Auth. resq. Cod. omnia de leg. desumpta, ex auct. de restitu. & ea que pariter in §. quamobrem, cuius virtute dispositionis ascendendum bona licet fideicommissio supposita hypothecata redduntur pro restituenda dote descendentibus quoties bona libera, pro vt in proposito casu, non supersunt, vt pluries firmavit Rot. videlicet coram Seraphin. decif. 278. numero 5. in Romana dotis 30. Martij. 1618. coram bon. mem. Card. Vero spio, & in alia Romana dotis 23. Maij 1645. coram Reuerend. Patre Domino meo Ottobono, & in hac eadem causa 9. Decembr. 1648. in §. omiffis enim coram R. P. Domino meo Cerro, siue ab ipsa muliere, siue ab eius hæredibus dotis restitutum petatur, vt notat Castr. in authen. res que num. 10. Menoch. conf. 34. n. 42. Rot. coram Seraph. decif. 688. num. 11. vbi præterea considerat, quod actio (pro vt in casu proposito) ipsa viuente muliere orta iam fuerat, in Romana dotis 14. Februar. 1642. in §. cuius auct. dispositio, coram Reuerendiss. D. meo Decano, & in hac eadem causa 24. Aprilis 1643. in vlt. §. coram R. P. D. meo Cerro.

Neque iidem fratres de Fanellis vti tertij bonorum possessores processum executiuum poterunt impedire vel quia in quolibet actu contra ipsos fuit repetita citatio, iuxta theoric. Castr. in l. cum filiusfam. num. 3. Digest. de verb. signif. quam probatur Dec. conf. 187. numero 2. Ruin. conf. 34. in fin. volum. 5. Aymon. conf. 12. num. 8. Surdus conf. 334. n. 12. & plures alij relati per Marefc. variar. lib. 1. cap. 86. n. 51. & lib. 2. cap. 121. num. 7. Scacc. de appell. quest. 17. limit. 6. membr. 4. num. 52. Rot. in hac eadem causa sub die 24. Aprilis 1643. coram R. P. D. meo Cerro, & in Ciuitatis Castellæ Spolij 17. Maij 1638. coram Reuerendiss. Terracinen. Et licet citatio contra ipsos, vt hæredes Hieronymi supponatur executata, non autem vt fideicommissarios Galeatij, dum tamen de vtroque titulo in actis constabat, citationes ex vtroque iure sententur executæ ad sustinendam actus, atque sententiæ validitatem, pro qua vti inutiles, & calumniosi circuitus euitentur, omnis debet interpretatio desumi l. quoties, & l. merito, ff. pro socio, l. cum in testamto, §. hac verba ff. de hæred. inst. Alciat. reg. 3. præsumpt. 42. Rot. coram Gregor. dec. 282. n. 7. ibique Add. n. 12.

Vel quia, vt superius ponderatum fuit, & coram R. P. D. meo Cerro sub die 24. Aprilis 1643. exceptio fideicommissi turbida redditur, atque illiquida, cuius proinde respectu mandata executiua contra hæreditaria Hieronymi bona relaxata,

exequi poterant contra bona, quæ vti fideicommissio supposita ex aduerso allegantur possideri, dum ipsius subsistentia, atque efficacia apta ad impediendam executionem incontinenti iustificata non fuit, pro vt omnium Tribunalium praxis obseruare solet, de qua testatur Rot. in Senogall. Pradij 10. Iunij 1619. coram bon. mem. Pironano, & in aliis recensitis in d. decisione R. P. D. mei Cerri in §. contraria vero in fine.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. BICHIO.

Romana Domorum.

Mercurij 15. Decembris 1649.

ARGUMENTVM.

Ex quibus probetur deuolutio Emphyteusis, dominium directum Ecclesiæ & quando non teneatur inuestire proximiorum vltimi Emphyteutæ.

SVMMARIVM.

- 1 Finita Emphyteusi per extinctionem generationis competit domino directo remedium retinende.
- 2 Quod procedit quando deuolutio est clara secus e conuerso.
- 3 Mors hominis presumitur ex lapsu centum annorum.
- 4 Fides Parochi extracta è libris mortuorum probant mortem.
- 5 Dum non probatur quis in reum natura extitisse non est probanda illius deficientia.
- 6 Producenti scripturam implicite consuetur contra in illa.
- 7 Dominium directum Ecclesiæ probatur ex Instrumento inuestiturae & solutionibus Canonum.
- 8 Proximiori vltimi Emphyteute debetur renouatio Inuestiturae.
- 9 Intellige quando Dominus vult extraneos inuestire, secus si velit pro se retinere.
- 10 Nemo tenetur de proprio alteri beneficium facere.
- 11 Etiam si res emphyteutica sit solita renouari nisi probetur consuetudo etiam in casu quo velit Dominus pro se retinere.
- 12 Antequam licentia petita pro renouando Inuestituram obtineatur, potest ReCTOR se penitere & pro se retinere secus post illam obtentam.
- 13 Statutum non vrens verbis aptis comprehendere personas Ecclesiasticas presumitur eas noluisse comprehendere.

DECISIO LXXXII.

Cum facultate manutenendi quem de iure commissa mihi causa appellationis à mandato de manutenendo ad fauorem Ecclesiæ S. Saluatoris in Vnda eiusque rectoris relaxato per R. P. D. Cinsium Locumtenentem Eminentiss. Dom. Card. Vicarij in possessione trium domuncularum, quæ in locum alterius domus emphyteuticæ eiusdem Ecclesiæ alias subrogatæ fuerunt, dubitauit hodie cui sit dandum mandatum de manutenendo, & pro Ecclesia responsum fuit ex communiter recepta conclusione, quod finita emphyteusi per extinctionem generationum ad quas fuit concessa competit Domino directo reme

remedium retinendæ ratione suæ ciuilibus possessionis animo retentæ pro recuperatione naturalis aduersus successores vltimi emphyteutæ, Bart. in l. 1. §. quod ait prætor n. 17. D. vti possid. Berol. confil. 102. n. 43. & segg. lib. 1. Hond. conf. 21. n. 19. lib. 2. Rota dec. 79. c. 3. dec. 117. n. 12. part. 5. recent. & in aliis pluribus alleg. in Auximana prædij 15. Maij 1645. cor. R. D. meo Decano.

Et licet ista conclusio procedat quando deuolutio est clara, secus è conuerso, vt distinguendo declarauit Rota dec. 268. n. 8. & 9. dec. 293. n. 3. inter impress. apud Modern. Perus. de manur. casus noster præfertur claræ deuolutionem, quia mors Ludouici, & Nicolai, quibus ad eorum tertiam generationem emphyteusis concessa fuit de anno 1538. præsumitur ex lapsu centum, & amplius annorum ad text. in lege an vsusfructus, D. vsusfruct. lege vt inter diuinum, §. 1. leg. finali, Codice de sacros. Eccles. Buratt. decisione 551. numero 5. & in his terminis dictum in supradicta Auximana prædij §. finis coram reuerendiss. Domino meo Decano. Finis pariter trium generationum Ludouici nempe obitus Constantiæ eius filia, & Cæcilia ex dicta Constantia neptis, ac Ioannis Antonij Hieronymi ex Cæcilia pronepotis, probatur ex fidibus Parochi formiter extractis è libris mortuorum quibus notum est adherere fidem, Imol. conf. 100. in fine, Rota decisione 605. num. 4. part. 2. recent. decisione 168. numero 11. parte 7. Cumque ex aduerso non probetur alios descendentes infra tertiam generationem dictorum Ludouici, & Nicolai in rerum natura extitisse, de eorum deficientia vltior probatio non requiritur Aldob. consilio 80. n. 4. & segg. Seraph. dec. 1487. n. 1. Reuerendiss. Vrgellen. dec. 301. n. 5. Rota in Licien. bonorum 14. Maij 1641. coram R. Patauino, & in d. Auximana prædij §. contra quam, & §. seg. coram Reuerendissimo D. meo Decano.

Dominium directum Ecclesiæ, & bonorum identitas negari ex aduerso non potest, cum ipsemet Ioannes Petrus aduersus produxerit memoriale in quo vtrumque continetur, & productioni insit implicata confessio contentorum in scriptura producta, vt notant Doctores in cap. cum venerabilis vbi præcipue Dec. num. 90. de except. alique cumulari per Surdum conf. 151. num. 16. Burat. dec. 934. num. 4. Add. ad sanct. mem. Gregor. XV. dec. 238. num. 15. & ex aduerso dominium probatur ex instrumentis inuestiturae, pluribus solutionibus canonum per longum tempus factis, & subrogatione domuncularum de quibus agitur adminiculato iuxta doctrinam Bartoli communiter receptam in lege ad probationem Cod. locat. quam passim secuta est Rota dec. 299. num. 1. penes Cardinalem Caualler. dec. 602. num. 1. penes Buratt. dec. 164. num. 7. part. 6. recent.

Non obstat, quod Ioan. Petro aduersario vti proximiori vltimi emphyteutæ debeatur renouatio inuestiturae ex æquitate, Bartol. in l. 1. §. permittitur, D. aq. quotid. asin. quia æquitas huiusmodi militat quando Dominus vult extraneos inuestire, quia prima caritas incipit à se ipso cap. cum satis 87. distinet. lege præses, Codice seruit. & aq. torquetur æquitas ad fauorem Domini directi, cum nemo proprio teneatur alteri beneficium facere, vt in puncto respondit Rota penes Mantacam; decisione 10. numero 6. & 7. decisione 201. num. 15. & sequentibus, part. 7. recent. confirmata 19. Ianuarij 1646. coram reuerendissimo Domino meo Decano, & est doctrina originalis Abb. in cap. bone il 2. num.

Non obstat, quod Ioan. Petro aduersario vti proximiori vltimi emphyteutæ debeatur renouatio inuestiturae ex æquitate, Bartol. in l. 1. §. permittitur, D. aq. quotid. asin. quia æquitas huiusmodi militat quando Dominus vult extraneos inuestire, quia prima caritas incipit à se ipso cap. cum satis 87. distinet. lege præses, Codice seruit. & aq. torquetur æquitas ad fauorem Domini directi, cum nemo proprio teneatur alteri beneficium facere, vt in puncto respondit Rota penes Mantacam; decisione 10. numero 6. & 7. decisione 201. num. 15. & sequentibus, part. 7. recent. confirmata 19. Ianuarij 1646. coram reuerendissimo Domino meo Decano, & est doctrina originalis Abb. in cap. bone il 2. num.

28. vers. hac dictum limitarem de postu. pralut. querri sequitur Curt. senior conf. 47. num. 10. Ruin. confil. 152. num. 3. vsque ad fin. lib. 1. Clar. in §. emphyteusi, quest. 44. in fine, Trentacinq. variarum resolutionum, lib. 3. tit. 1. resol. 5. num. 7. Marefcot. variar. resol. lib. 1. cap. 2. num. 11. & 12. vbi hoc ampliat quamuis res si solita renouari, nisi in specie probetur consuetudo etiam in casu quo Dominus velit retinere pro se, Honded. conf. 51. n. 41. & plur. seg. lib. 1. alique relati à Modern. Pedemontio in tract. de iur. emphyt. quest. 64. per tot.

Voluntas autem Ecclesiæ eiusque Rectoris retinendi pro se euidentis est non attento quod alias ReCTOR supplicauerit sacre Congregationi Concilij pro obtinenda licentia renouandi inuestituram ad fauorem Ioannis Petri geniti ex vltimo emphyteuta, quia preces huiusmodi nusquam sortitæ fuerunt effectum, & antequam petita licentia, seu beneplacitum Apostolicum obtineatur est locus penitentia, licet secus sit post illud obtentum etiam nondum secuta sententia per executorem ferenda, vt declarando decisionem Putei 343. lib. 1. in correct. distinguit Rota in nullius emphyteusi de Guastalla 16. Nouembris 1607. coram Card. Larcellotto iun. impress. apud Marches. de commiss. tom. 1. fol. 100. num. 1. in dec. 201. num. 35. in sequentibus, p. 7. recent. & in Rauennaten. emphyteusis 19. Ianuarij 1646 §. minus prodest cor. R. D. meo Decano. aliaque decisiones congerit, ac sequitur Marefc. var. resol. d. lib. 1. cap. 14. num. 1. Gratianus discept. 514. num. 7. & seg. Eoque magis penitere licitum est in casu nostro quo tempore dictæ supplicationis viuebat adhuc vltimus emphyteuta.

Minus debetur renouatio vigore statuti vrbis, lib. 1. cap. 214. quia cum statutum nec verbis explicitis nec vniuersalibus aptis comprehendere Ecclesias, & Ecclesiasticas personas vtatur, illas comprehendere noluisse præsumitur, vt in puncto fuit dictum in Romana relocationis domus 13. Martij 1598. coram Gypso impress. apud Picb. ad statutum vrbis, dec. 38. per tot. in Romana relocationis Casalis 16. Martij 1615. coram Card. Sacrato, in Romana domus 20. Maij 1647. coram reuerendissimo Patre Domino meo Peutingero, & in terminis alterius statuti vrbis loquentis de bonis emphyteuticis dandis in dotem dixit Rota in dicta Romana domus, & in alia Romana domus 27. Maij 1647. coram reuerendissimo Domino meo Decano, & generaliter in terminis statutorum vrbis adfunt plurimæ decisiones relatae in Romana dotis 11. Febr. 1647. coram me.

Et ita dictum vna tantum parte informantæ præuiss tamen pluribus citationibus contra Ioan. Petrum aduersarium executis:

R. P. D. CERRÒ:

Firmana Codicillorum:

Luna 3. Martij 1649.

ARGUMENTVM.

Ex quibus appareat legatum vsusfructus relictum vxori non esse relictum ad sola alimenta, sed integrè deberi etiam existenti filio & ipsa vxor dicatur impleisse conditiones apposita.

T 4

SVMMARIA

SVMARIVM.

- 1 Non dicitur Procurator qui onus sibi demandatum non acceptat.
- 2 Vfusfructus relictus uxoris existentibus filiis restringitur ad alimenta.
- 3 Fallit quando aliter constat de intentione Testatoris volentis plenum vsusfructum uxori legare.
- 4 Quando manifestè apparet testatorem ampliare voluisse relictum alias in solis alimentis uxori destinatum.
- 5 Verba generalia omnia & singula & vniuersa designant integrum vsusfructum non sola alimenta.
- 6 A consecutione legati conditionalis excluditur qui conditionem non implet.
- 7 Dos à patre profecta soluto matrimonio per mortem viri ad patrem reuertitur etiam super existentibus filiis.
- 8 Procurator ad lites non potest recedere à declaratione facta à principali & illi preiudicare.
- 9 Legitima statim mortuo patre & singulis corporibus hereditariis separatur ipso iure.
- 10 Nec comprehenditur sub vsusfructu vniuersali uxori relictio.
- 11 Verba sententiæ intelliguntur prout de iure & ab eo interpretantur.
- 12 Vfusfructuarius tenetur prestare cautionem de utendo & fruendo arbitrio boni viri.
- 13 Stante tamen lite non tenetur ante rem iudicariam, & actualem vsusfructus consecutionem cautionem offerre.
- 14 Et satis est quod per sententiæ ad eius præstationem adstringatur.
- 15 Vfusfructus relictus sub conditione cohabitandi cum filio eo mortuo extinguitur.
- 16 Magis communis opinio est contraria quia censetur reliquisse contemplatione ipsius uxoris.
- 17 Et quando vsusfructus relictus legitur pro toto tempore vite ipsius legitur pro toto tempore vite ipsius legataria.
- 18 Et quando non ulterius prouidet testator non extinguitur legatum per mortem hæredis, sed durat in vita legataria.

DECISIO LXXXIII.

Dum hodie coram me quæreretur, an sententia Rotalis esset confirmanda, vel infirmanda, non impugnabatur amplius substantia codicillorum, sed tota disceptatio reducta fuit ad alia obiecta, tam in præteritis, quam in hodierna propositione nouiter excitata, quibus tamen non obstantibus pro illius confirmatione Domini reponderunt.

Nullitas enim iterum apposta, ex quo sententia reuerendissimi Domini Terracinen. lata fuit per contradictas ob mortem Iacobi Francisc. Vineæ Procuratoris, cum tamen in actis constaret de mandato procuræ Sinibaldi, qui proinde citandus erat; remouetur penitus ex responsione datis in decisione edita 25. Maij 1648. coram reuerendissimo Patre Domino meo Orthobono, & signanter, quia non fuit processum duntaxat per contradictas, sed etiam citato Valterio, cuius mandatum, siue expressum, siue præsumptum iustificatur tam ex Chirographo substitutionis Summariolo Diana, num. 1. quam ex coniecturis, & præsumptionibus in eadem decisione deductis; nec opus erat vltiori citatione contra eundem Sinibaldum; quia

esto etiam, quod in actis constaret de eius mandato, non constabat tamen de illius acceptance omnino ad hunc effectum necessaria, cum quis Procurator non dicatur, nisi onus sibi demandatum acceptet iuxta textum in lege 2. D. de procurat. cap. is, qui eodem titulo in 6. Caputaq. decis. 319. n. 2. part. 1.

Præsentiam verò iniustitiam ex pluribus desumptam dixerunt Domini funditus eneruari singula discutendo.

Primo enim non obstat, quod Dianæ concedatur vsusfructus integræ hereditatis eius viri, cum tamen superexistente Philippo communi filio alimenta duntaxat consequi deberet, ex quo vsusfructus existentibus filiis restringatur ad alimenta iuxta consuetudinem Bulg. relatis per Glossam in auth. hoc locum verb. derogari vers. sed secundum, C. de secunda nupt. commun. receptam.

Quia ab huiusmodi consuetudine receditur, quoties alia colligitur testatoris intentio volentis plenum vsusfructum, non autem sola alimenta uxori relinquere, vt tradunt Doctores relati in dec. 241. num. 13. p. 5. recent. & in dicta decis. coram Reuerendissimo Patre Domino meo Orthobono, §. minusque releuat. Hic autem præ cæteris illam ostendit discretius modus loquendi nam Franciscus Maria in præcedenti testamento nonnullos menses antea condito, dum volebat illam prouidere de solis alimentis, disposuit per hæc verba, ibi, & dargli quel tanto, che gli far a bisogno per vitto & vestito, per lei, & detto mio figliuolo. In codicillis autem, non se restrinxit ad victum, & vestitum, sed verbis vniuersalibus loquutus fuit, ibi, reliquit esse voluit, & fieri mandauit d. D. Dianam eius uxorem Dominam, Madonnam, & vsusfructuariam omnium & singulorum bonorum, ac vniuersæ hereditatis ipsius, &c. Hinc igitur clarè licet, huiusmodi relictum non restringi ad sola alimenta, sed intelligi de integro, & plenario vsufructu, cum manifestè appareat, testatorem illud ampliare voluisse, vt in puncto tradit Rimin. sen. conf. 456. num. 12. Bero. conf. 34. num. 5. lib. 2. Cardinalis Mantica de coniect. lib. 9. tit. 7. num. 25. in fine vers. verum enim verò, Menoch. de præsumptione, libro 4. præsumpt. 139. num. 44. Aliique congesti in dicta decisione, dicto §. minusque releuat. vers. tum etiam quia. Ponderando præsertim generalitatem illam omnium, & singulorum bonorum, ac vniuersæ hereditatis, quæ non patitur restrictionem ad alimenta, sed integrum, & plenarium vsusfructum designat, vt post Bald. in lege finali, Codice de iudic. V iduit. tradit Socin. sen. conf. 1. n. 11. vers. unde primo facit, quem sequuntur, Gabr. de vsusfruct. conclus. 2. n. 50. & Card. Mant. d. tit. 7. n. 32.

Idque etiam si restringendo relictum codicillare ad sola alimenta, nihilominus ipsa vxor maiorem utilitatem consequi videatur, quam consequeretur vigore testamenti: cum ex forma istius teneretur conferre fructus dotales, ac alimenta recipere è manibus hæredis, & tamen vigore Codicillorum, nec teneretur ad onus conferendi dictos fructus dotales, ac alimenta consequi poterat propria auctoritate cum præeminencia in domo, quia cum verba eorundem Codicillorum superius ponderata sint tam ampla, & effrænata extendunt omnino, & ampliant substantiam præstationis, & relictum ad plenarium vsusfructum, nec restringi, aut verificari posse videntur ad simplicem præminentiam, & non communicationem dictorum fructuum

fructuum dotalium ex iuribus supra allegatis; cum præsertim Doctores ad propositum adducti de eiusmodi præeminencia tanquam modicæ utilitatis casum, & fundamentum non faciant, sed ita dictante defuncti voluntate in regnum vsusfructum, non autem alimenta vxori consignari defendant.

Secundo minus obstat, quod præfatum relictum non fuerit purum, sed conditionale, quatenus scilicet ipsa, seu eius pater, aut alius, ad quem spectaret dotem testatori traditam recuperare, contentus fuerit illam sibi restitui in iisdem terrenis, & bonis, in quibus illi tradita, & consignata fuerat. Summ. Monasterij num. 2. Itavt proinde cum Diana huiusmodi conditionem non impleuerit, sed petierit, & obtinuerit insistentiam, & manutentionem super omnibus bonis mariti in ciuitate, & territorio Firmano existentibus eodem summ. num. 9. Vtique ad consecutionem dicti relictum excluda omnino videatur per textum in l. hæc conditio D. de condit. & demonst.

Placuit enim responsio, quod cum repetitio huius dotis spectat ad Claudium Dianæ Progenitorem, ex quo dos à patre profecta, dissoluto matrimonio per mortem viri ad eundem patrem reuertitur etiam superexistentibus filiis l. dos à patre, vbi Baldus num. 1. Cod. solut. matrim. l. si ab hostibus, D. eodem, & l. iure succursum, D. de iur. dot. Bartolus in lege post dotem, numero 31. ibique Alexander numero 25. & Barbosa numero 49. D. eodem, Baldus consilio 7. numero 1. lib. 1. Castrensis conf. 11. numero 1. lib. 1. Hondedeus consilio 75. numero 28. lib. 2. Fulgosius consilio 66. per tot. Thefaur. decis. Pedemont. 138. num. 2. Rota in recent. decisione 708. num. 1. & 4. part. 1. & decis. 108. num. 6. 7. 16. & 17. part. 8. Ipse verò Claudius tam proprio, quam filia nomine sub die 11. Iunij 1641. acceptauerit dictos Codicillos, & obtulerit se ipsum, & filiam paratos recipere consignationem, & restitutionem dotis iuxta illorum formam, & tenorem dicto Summariolo num. 2. Idemque postea in effectu eademmet Diana confirmauerit acquiescendo d. sententiæ reuerendissimi D. Terracinen. mandantis, quod ipsa reciperet suam dotem in eisdemmet bonis, in quibus tradita & consignata fuerat eodem Summariolo num. 3. Inde plene satisfactum videretur præfate conditioni in eisdem Codicillis adscriptæ, nec per actus deinde factos à simplici Procuratore ad lites recedi potuit à dicta præcedenti legitima declaratione, & contrauentionem in præiudicium principalis induci per textum in lege 3. §. si Procurator. D. quod quisque iur. & c. si hominem, D. mand. quem ad propositum expendit Rota coram bon. mem. Buratto, decisione 354. numero 6. 7. & 8. Vltra quod dum idem Procurator in act u supra dictæ insistentiæ, & manutentionis declarauerit suam principalem sibi mutasse causam possidendi titulo dotis, & Codicillorum Summ. Monasterij d. num. 9. Huiusmodi declaratio congruè referri potest ad titulum dotis super bonis dotalibus. Ad titulum verò Codicillorum quoad cætera bona hereditaria viri ratione integri vsusfructus sibi ibidem relictum, ac proinde tanquam actus saltem æquiuocus multominus inducere valet præsentiam contrauentionem, cum præsertim non fuerit factus voluntariè, sed coactè ob necessitatem defensionis ab instantiis Monialium, quæ primum contrauenientes dispositis in præfatis Codicillis Dianam d. vsufructu priuare satagebant.

Tertio nil facit, quod in eadem sententia illi fuerit adiudicatus integer vsusfructus nulla facta mentione, neque detractione legitime eidem Philippo filio competentis.

Quia cum legitima filiorum legis ministerio, & iuris dispositione absque vilo facto hominis statim mortuo patre ex singulis corporibus hereditariis separaretur lege si minus, §. repletionem, Cod. de inoff. testament. lege iubemus, Cod. dico ad Sen. Consul. Trebell. Merlin. de legit. lib. 2. tit. 2. quest. 32. n. 2. Non comprehenditur sub vsufructu vniuersali vxori relictio vt tradit in terminis Alexander conf. 29. vers. quia talis vsusfructus libro 4. Surdus de aliment. tit. 2. quest. 15. numero 178. Thefaur. decisione Pedemont. 137. num. 3. Et proinde sub verbis sententiæ illum generaliter adiudicantis subintelligi nequit; verba enim sententiæ intelliguntur prout de iure, & ab eo interpretationem recipiunt lege miles, §. decem, D. de re iudic. Angel. Aretin. conf. 95. num. 13. & sequentibus Rota diuers. decisione 112. numero 2. part. 2. coram fact. mem. Gregor. decis. 74. num. 70. & dec. 176. num. 3. coram bon. mem. Buratto dec. 240. num. 29. Cessatque difficultas dum in sententia reuerendissimi Patris Domini mei Orthoboni; de cuius confirmatione hodie agitur, ad maiorem cautelam explicitè declaratur, in dicta præcedenti sententia reuerendissimi Domini Terracinen. non esse comprehensam tertiam partem bonorum iure legitime Philippo debitam; hinc enim dum in hac parte dictam præcedentem sententiam declarauit, nullo pacto hoc prætextu potest de iniustitia redargui.

Non obstat quarto, quod Diana in petitione vsusfructus non præstitit, nec obtulerit cautionem de utendo, & fruendo arbitrio boni viri, prout de iure requiritur per text. in l. si vsusfructus in princip. D. de vsusfruct.

Quod sub eademmet die, qua Claudius eius pater ipsius nomine Codicillos acceptauit, & obtulit se, & filiam paratos recipere dotem iuxta illorum formam, & tenorem, vt supra dictum est, obtulit etiam huiusmodi cautionem præstare, omniaque adimplenda adimplere dicto Summariolo dicto numero 2. & tamen stante lite pro parte Philippi contra eam instituta super nullitate, & intelligentia dictorum Codicillorum (quæ adhuc nimis durè contenditur præuia retentione proprietatis, & vsusfructus totius integræ hereditatis, non tenebatur vtiq; ante rem iudicatum, & actualem dicti vsusfructus consecutionem præfatum cautionem offerre iuxta Theoricam Baldi in lege 2. sub numero 11. & circa finem, Cod. com. de lege & in consilio 408. numero 10. lib. 1. communiter receptam, vt per Burlatt. consilio 184. num. 10. lib. 2. Ruin. conf. 91. num. 8. vers. nec obstat lib. 2. Roland. conf. 92. num. 12. lib. 1. idemque firmavit Rota in Auenionen. vsusfructus 4. Februarij 1637. coram reuerendissimo Domino meo Decano, & 1. Iulij eiusdem anni coram eminentissimo Domino Cardinali Panziolo in recentior. decisione 195. num. 19. & 20. & dec. 238. num. 11. part. 7. ac 29. Aprilis 1641. coram reuerendissimo Domino Terracinen. §. fin. Ideoque prouide processit reuerendissimus Pater Dominus meus Orthobonus, dum in sua sententia declarando per alteram præcedentem Dianam non fuisse exemptam ab onere præstandi huiusmodi cautionem ad illius præstationem ipsam adstrinxit, quod satis esse probant Castrensis in l. 1. num. 3. versiculo quid si non obtulit, Cod. de vsusfruct.

15 & Decianus consilio 418. numero decimo octavo.

Quinto denique nec subsistere visum fuit, quod cum ipsa relicta fuerit usufructuaria, dummodo conuixerit, & cohabitauerit cum prædicto Philippo communi filio, sequuta morte ipsius filij usufructus censetur extinctus per ea, quæ tradunt Menoch. *conf.* 970. n. 26. & Modern. Mantuan. *contr.* 50. n. 8. cum seqq.

Fuit enim responsum, quod huiusmodi conditio cohabitandi cum filio adiecta, duntaxat intelligitur donec possit impleri, durante scilicet vita ipsius filij, ipso vero defuncto non operatur legati resolutionem, & extinctionem, sed illud integrè debetur vxori legatarie superuiventi, donec ipsa naturaliter viuat, ea scilicet ratione, quia testator relinquendo vxori usufructum omnium suorum bonorum censetur, illum reliquisse contemplatione ipsius vxoris, non autem filij vniuersalis heredis instituti, etiam si cum eo cohabitare deberet, & proinde per mortem ipsius hæredis legatum non remanet extinctum, vt reiectis contrariū sentientibus sequendo Ancar. *conf.* 185. *vers.* saluo tamen seniori consilio, Dec. *conf.* 601. n. 4. & Purpurat. *conf.* 416. per tot. iuxta magis communem & veriorum opinionem firmavit Rota in Ferrar. *legati* 4. Februarij 1626. coram bona memoria Manzanedo, in recentiori decisione 636. per totum, p. 8.

16 Idque præsertim in casu nostro, quo ante dictam conditionem cohabitandi testator apposuit alteram conditionem seruandæ viduitatis, ibi, quovisque tamen, & donec ipsa Domina Diana naturaliter vixerit, & vitam vidualem duxerit, & dummodo conuixerit, & cohabitauerit cum prædicto D. Philippo. Hinc enim multò magis ceteri debent

17 legatum fuisse relictum contemplatione vxoris, non autem filij, dum conditio viduitatis præcedit conditionem cohabitacionis; & usufructus relictus legitur pro toto tempore vitæ ipsius legatarie, vt notat Dec. *diel.* *conf.* 601. num. 5. *vers.* & cum respectu vxoris, illumque sequitur, Rota in d. Ferrar. *legati* n. 8. cum quatuor sequentibus.

Ponderando insuper, quod testator simpliciter apposuit legatarie dictum onus cohabitandi, nec vterius processit aliter prouidendo in casu, quo non cohabitauerit. Vnde quicquid sit, quando testator aliter prouidet. Certum est, quod in casu non factæ vterius prouisionis nullatenus legatum extinguitur per mortem hæredis, sed durat durante vita legatarie, vt distinguendo tradit Modern. Mant. *d. contr.* 50. num. 21.

18 Atque ita resolutum fuit vtraque parte. informante, &c.

R. D. P. DV NOZET.

Romana fideicommissi, seu Saluiani.

Mercurij 13. Iunij 1650.

ARGUMENTVM.

Fideicommissarij non possunt impugnare extinctionem census legitima alienatione factam. Et ex quibus dicatur verè extinctus non in alium translatus.

S V M M A R I V M.

1 Stante legitima alienatione fideicommissi, pro soluendo are alieno testatoris non competit actio fideicommissaria.

2 Pro sorte census non datur immisio ex Saluiano.

3 Solutione eius, quod debetur tollitur omnis obligatio.

4 Instante censuario Dominus census tenetur extinguere.

5 Nec alij fideicommissarij possunt impugnare.

6 Cessio iurium reportata à creditoribus ad fauorem vxoris importat solum anterioritatem hypothecæ, & iurium prius competentium creditoribus de pecunia dotali satisfactis.

7 Conuentio facta pro maiori cautela non debet conuerti in præiudicium.

8 Per clausulam omni meliori sine, & effectu dicitur electus omnis melior modus.

9 Res subiecta fideicommissio multiplico & euictioni vilius aestimatur.

10 Census dicitur extinctus dum exacti fuerunt fructus alterius census ex pretio primi acquisiti nec vnquam exacti amplius fructus primi census.

11 Emptor bonorum fideicommissi non tenetur esse sollicitus de multiplico ex forma breuis fiendo deque eius securitate.

12 Licet secundus census ex pretio primi acquisitus sit inexigibilis non ideo reuincit primus extinctus.

13 Locatio facta de re propria conditionis nulla est.

14 Clausula sine præiudicio iurium conseruat omne ius protestantis.

DECISIO XCIV.

Sententiam ab A. C. laram ab fauorem Cæcilie & fororum de Amodeis contra D. Marchionissam Liuiam Primam Sancta Cruciam, & D. Tarquinium iuniorem eius filium, tanquam iniustam, infirmendam esse DD. responderunt.

Iniustitia ex eo resultare visa fuit, quia dicta sententia concedit prædictis fororibus ad fideicommissum Francisci coniugij vocatis, immisio-nem ex Saluiano in possessionem domus, olim dicto fideicommissio subiectæ, quam Lucretia hæres dicti Francisci, & Petrus Paulus primus fideicommissarius, præuia aestimatione Peritorum, ac derogatione Apostolica, pro dissoluendo are alieno testatoris alienarunt in Tarquinium seniore Sanctæ Crucium pretio scut. 5380. qua stante legitima alienatione, nulla desuper compete-bat actio fideicommissaria, Molina de primogen. Hispan. lib. 4. n. 49. *vers.* si vero facultas, &c. cum alijs allegat. in Romana Vinea 2. Maij 1644. coram reuerendissimo Patre Domino meo Bichio S. censensus autem, *vers.* quia cum Breue.

Non obstat, quod immisio concessa fuerit occasione trium censuum, quos sub diebus 1. Septembris 1611. 29. Martij 1616. ac 1. Octobris 1619. ex parte dicti pretij, & illius fructibus ad formam Breuis derogatorij multiplicatis, dictus Tarquinus emptor super eadem domo imposuit ad fauorem dicti Petri Pauli & aliorum fideicommissariorum, quia vltra quod pro sorte census non datur immisio ex Saluiano, vt dixit Rota in Imolen. Saluiani 2. Decembris 1633. coram bona memoria Coccino apud Cencium de cens. decisione 551. n. 1. v. quod dubium, &c. Census prædicti apparent ex publico instrumento extincti vsque sub die 26. Sept. 1620. & consequenter pro illis nulla compete-bat actio, cum per solutionem eius, quod debetur, extin-

extinguatur, & tollatur omne debitum, & obligatio instit. quib. mod. toll. obligat. in princip. gloss. fm. in l. cum plures ff. de emul. Rota *decis.* 374. n. 14. part. 5. recentior.

4 Non refert, quod extinctio facta fuerit à prædicto Petro Paulo, qui cum esset pariter grauatus restituere, non poterat præiudicare alijs post eum vocatis, quoniam responsum fuit, actum illum extinctionis, tanquam necessarium validè fuisse ab eo gestum, cum extinctio fuerit sequuta instante, & requirente Censuario, quo casu Dominus Census tenetur extinguere vt expressè sancitur in Bulla sanct. memor. Pij Quinti super forma creandi census, in *vers.* postremo census omnes, & tradit Cen. in tract. de censib. qu. 105. num. 3. Rota *decis.* 153. n. 8. post eundem tract. de cens. quapropter ob præsentem defectum eius potestatis, hodie ab alijs fideicommissarijs successiue vocatis impugnari non valet dicta extinctio argum. *rext.* in l. ante restitutum 104. ff. de solut. & respondit Rota coram bon. mem. Remboldo in Auenionen. fideicommissi 14. Nouemb. 1614. & in Arminien. census 26. Iunij 1620. & in Romana liberationis à fideicommissio 20. Nouemb. 1619. apud modern. Perusum. de cens. *decis.* 351. sub n. 4. *vers.* nec subsistit, *decis.* 363. n. 1. *vers.* non solum quia, & n. 5. *vers.* nec obstat, & *decis.* 469. n. 10. *vers.* tum quia licet vinculum fideicommissi, &c. & alijs relatis probat Giurba *decis.* Sicil. 79. à n. 16. *vers.* ceterum, & plur. seqq. per tot. ac idem Modern. de censib. *quest.* 109. à n. 58. *vers.* ego vero, &c. cum seq.

6 Neque obstat, quod dicatur census prædictos non fuisse extinctos, sed tantummodo translatiue cessos dictæ Marchionissæ Liuiæ, vnde inferitur illos adhuc vigere, & actum translationis factum à Petro Paulo fuisse voluntarium; per quem propterea nullum illatum fuit præiudicium posterioribus fideicommissarijs; nam obiectum remouetur ponderando, quod solutio, ac restitutio fortis & fructuum dictorum facta fuit per Tarquinium de pecuniis dotalibus ipsius Marchionissæ Liuiæ, quæ dum nupsit Francisco eiusdem Tarquinij filio, specialiter conuenit, cum eius Viro, & Socero, quod certa pars suæ dotis, erogaretur in solutionem debitorum dicti Tarquinij soceri, & signanter in extinctionem censuum, de quibus agitur, quodque ad eius fauorem reportentur à creditoribus satisfactis iurium cessiones, pro cautiori conseruatione, & recuperatione dictæ dotis, aduersus posteriores creditores, & alios quoscumque superuenientes, pro vt factum fuit, vnde dicta solutio veram, ac substantialem præferret extinctionem censuum formalium, & cessio non importat illorum translationem in Dominam Liuiam, sed solius anterioritatis hypothecæ; & iurium prius competentium Petro Paulo domino censuum pecunia dotali extinctorum, vt benè probauit Rota in Romana Saluiani interdict. 27. Maij 1619. coram bon. memor. Pirouano apud dict. Modern. de cens. *decis.* 368. sub n. 1. *vers.* atque ita non obstant verba, &c. & seq. per tot. ac in Romana Reintegracionis 22. Iunij 1643. coram Reuerendissimo Salamantino in §. nec subsistit, quod cessio, & in Maceraten. Saluiani 26. Iunij 1648. coram R. P. D. meo Peuringero, in quibus respondetur omnibus obiectis, & comprobatur Anton. de Amat. *resolutio.* 7. sub numero 32. *vers.* tertius est casus lib. 1.

Potissimè cum in capitulis matrimonialibus

7 conuentum fuisset cessionem fieri debere ad fauorem Domine Marchionissæ pro maiori cautela suæ dotis, & idem in Instrumento dotali expressè repetitum; quod certè contingere non potuisset si census extincti non remanissent; sed cessio essent Domine Marchionissæ; in hoc enim casu tenderet in perniciem dotis & effectus omnino contrarius resultaret, Rota *decis.* 178. numer. 8. part. 5. recentior.

8 Quod eo facilius affirmandum cum addita etiam fuerit clausula illa & in ogni altro miglior fine, & effetto più proficuo a detta Signora Sposa, & sic dicendum census extinctos, cum ille sit meliori modus, & effectus, Honded. *consil.* 44. n. 25. & 31. & 45. volum. 2. Rota in Reatina hereditatis 3. Maij 1600. coram Iusto.

9 Conuincitur vterius, considerando, quod nimis repugnat, quod Domina Marchionissa emere voluisset census, & fideicommissio, & euictioni, & multiplico subiectos, & dotem totali ammissionis periculo subiicere, exburfando eandem quantitatem pecuniæ, quam pro acquirendo censu, omnino libero persoluisset, vnde longè minorem quantitatem exburfasset, cum res fideicommissio, multiplico, & euictioni subiecta, longè viliori pretio acquiratur, Cenc. de cens. part. 2. cap. 2. *quest.* 2. artic. 6. n. 21. & seqq. Rota in Romana rescissionis transactionis 29. Maij 1648. coram Reuerendiss. P. D. meo Corrado.

10 Quod etiam benè confirmatur ex obseruatione subsequuta, cum pretium dictorum censuum à prædicto Tarquinio seniori depositatum in Banco illorum de Bonannis, fuerit deinde ab eodem Petro Paulo, pro cautione eorundem fideicommissariorum in alijs censibus sub diebus 11. Nouemb. eiusdem anni 1620. 15. Aprilis 1624. ac 14. Aprilis 1625. super eodem domo nouiter constitutis, ab eodem Tarquinio seniori, pro complemento multiplici in Instrumento venditionis domus conuenti, ac cum vinculo fideicommissi dicti Coniugij, & demum de anno 1626. ab Excellentissimo D. Philippo Columna, qui à dicto Marchione Francisco emerat Terram Patriæ, & dictos census in diminutionem pretij in se accollauerat, fuerunt extincti, quorum pretium depositatum in Monte Pietatis, in alium censum, per eosdem fideicommissarios, ad fauorem vocatorum ad eundem fideicommissum 10. Decembris eiusdem anni fuit inuestitum Summario Marchionissæ n. 12. quorum fructus exegerunt dictus Petrus Paulus, & alij fideicommissarij, ac etiam prædictæ forores, vt constat ex quietantijs in Summario Marchionissæ relatis sub num. 12. & è conuerso dicta Domina Marchionissa nunquam exegerit, vel prætenderit, nec prætendat fructus dictorum censuum, vt supra extinctorum, vnde omnis eliditur difficultas ad *text.* in l. item 7. §. proinde, ff. ad S. C. Macedonen. Crauet. *conf.* 101. n. 4. Menoch. *conf.* 49. n. 20. & seq. *Surd.* *conf.* 224. n. 7. & in nostris terminis, Rota dicta *decis.* 368. n. 4. *vers.* & obseruantia subsequuta, apud eundem Modern. de cens. ac in dicta Maceraten. Saluiani §. vterius hoc idem comprobatur, &c.

11 Minus obstat, quod dictæ forores prætendant multiplicum in dicto Breue derogatorio ordinatum, & instrumento venditionis domus inter partes conuentum, non esse completum, & census vltimo loco empros per Petrum Paulum esse inexigibiles, & non bonos, ob anterioritatem quam

quam super domo censuata acquisiuit dicta Marchionissa Liuiã, nam quoad multiplicum, præter quod ex publico Instrumento celebrato sub die 14. Aprilis 1625. constat illud fuisse completum, atque perfectum; onus eiusdem non spectabat ad Tarquinium, qui nec de eo, eiusque securitate non tenebatur esse sollicitus, ut iam bis respondit Rota coram Eminentissimo D. Cardinali Panzaro sub 20. Aprilis 1640. in §. quod verò multiplic. esset faciendum, &c. & coram me sub 23. Ianuarij 1643. in §. & hinc cessat, &c. cum seqq.

Quo vero ad inexigibilitatem, & malam qualitatem censuum, dicebatur nihil imputari posse dicto Tarquinio, ita ut teneretur fideicommissariis ad interesse, cum census multiplicati, vsque ad summam conuentam in Instrumento venditionis domus, fuerint exigibiles, tam quoad fructus, quam quoad sortem, dum ab Excellentissimo Domino Philippo Columna, qui illos, ut dictum est, in se accollauerat, fuerunt extincti, & pretium illorum, ad effectum reuocandi pro vocatis ad fideicommissum, in Monte Pietatis fuit depositatum, quod licet postea defuncto Tarquinio, à dictis fideicommissariis fuerit reuocatum in alio censu, cum Marchione Francisco illius filio, quod asseritur inexigibile, non ideo reuocare possunt census extincti, nec vllum inde præiudicium inferri potest Marchionissæ cui dicta anterioritatis iura pecunia dotali antea acquisita fuerunt iuxta tradit. per Molin. ubi supra de primog. lib. 4. cap. 4. n. 49. & fuit responsum in d. Auenionen. fideicommiss. coram Remboldo apud Cenc. de cens. decis. 469. sub d. n. 10. vers. tum quia licet, &c. cum seqq. & in d. Romana Vinea 2. Maij 1644. coram R. P. D. meo Bichio d. §. consensus autem.

Nec quicquam facit locatio eiusdem domus à dd. sororibus nuper facta D. Marchionissæ Liuiæ sub die 13. Nouembris 1649. quia cum facta fuerit de re propria, fuit nulla, etiam ipsa existimasset sententiam A. C. fuisse iustam, ut est text. apertus in l. qui rem 20. C. locat. præsertim dum fuit facta à muliere, absque solemnitatibus Statuti Urbis, & legitur facta cum expressa iurium, ac litis pendentiæ referuatione, ibi, sine tamen præiudicio prudentiæ litis in Rota, ac iurium ambarum partium, &c. quo fit, ut nullum super ea constitui possit fundamentum in præiudicium D. Marchionissæ, cum dicta clausula conferret omne ius protestantis, Rota penes Cardin. Seraphin. decis. 144. num. 6. vers. sed dato, & seq. & decis. 718. n. 21. p. 4. tom. 3. recentior.

Atque utraq; &c.

R. P. D. MELTIO.

Rauennaten, seu Ferrariën Decimarum.

Veneris 5. Martij 1649.

ARGVMENTVM.

Ius decimandi non potest concedi Laicis secus commoditas percipiendi fructus decimales. Et ex quibus constat concess. huiusmodi non posse restringi ad solos fructus decimales sed in totum corruere.

S V M M A R I V M.

- 1 Valida est sententia quando concurrunt requisiti Caputaquen.
- 2 Citatio generalis sufficit ad tollen. nullitatem ex defectu citationis.
- 3 Et non comparente citato potest ad ulteriora procedi absque alia citatione.
- 4 Processus per contradictas de stylo Curia fit potius ex urbanitate quam ex necessitate & substantia causa.
- 5 Nec attenditur nullitas ex defectu citationis quando citari non potuissent impedire vel mutare sententiam.
- 6 Decima & Ius decimandi non possunt esse sub commercio Laicorum.
- 7 Concesso Iure decimandi concessu dicitur nedum commoditas percipiendi decimas quod est temporale, sed ipsa spiritualitas que nequit segregari à iure decimandi.
- 8 Aliud est Ius decimandi, aliud res que dantur nomine decimarum.
- 9 Sola facultas percipiendi fructus decimales consistit in mera temporalitate & potest pertinere ad Laicos.
- 10 Concessio de decimis & iure decimandi nequit restringi ad fructus decimales.
- 11 Declarantur DD. ex aduerso allegati.
- 12 In usufructu alienabili respectu solius commoditatis si fiat transactio expressè de usufructu commoditatis.
- 13 Facultas percipiendi fructus decimales nomine proprio prohibetur Laicis per Conc. Lateranen.
- 14 Vna & eadem res diuerso Iure ceteri non debet.
- 15 Fuit correctæ & declarata erronea opinio Bonifaciane Constitutionis super Iure decimandi per Paulum V.
- 16 Voluntas concedentis regulatur à potestate & capacitate quam concedens habere opinatur iuxta consuetudinem, & communem intellectum.
- 17 Quid fuerit comprehensum in concessione declaratur ab obseruantia.
- 18 Pro obseruantia interpretatiua sufficit vnus actus.
- 19 Nemo potest controuertere intellectum à semet ipsis datum.
- 20 Standum est declarationi Papali, & ex certa scientia.
- 21 Verba concessionis sunt intelligenda secundum potentiam concedentis & capacitatem subiecti.
- 22 In claris non est confugiendum ad interpretationem.
- 23 Clausula omni meliori modo operatur, ut si actus sustineri non potest eo modo quo fit valeat omni alio meliori modo.
- 24 Concessio nulla in parte substantiali in totum corruit ratione connexitatis, & indiuiduitatis.
- 25 Clausula omni meliori modo de per se non est apta vim addere & effectum tribuere acti reuera nullo.
- 26 Clausula accessoria non alterant principalem dispositionem contractus.
- 27 Ius decimandi est spirituale nec cadit sub commercio Laicorum.
- 28 Illiusque concessio facta Laicis semper est inualida sine fiat per modum infestationis, sine locationis.
- 29 Maxime si fiat Iure principalis affectus per quem transfertur utile dominium.
- 30 Non est standum protestationi contrario facta.

31 In

- 31 In contractu directè contrario constitutioni protestatio de contrahent. iuxta eius formam non sustinet contradicium.
- 32 Declara id procedere quando est facta simpliciter secus si verbis amplissimis, ita ut totum, quod constitutioni repugnat habeatur pro non apposto.
- 33 Concessum ad tempus post tempus censetur prohibitum.
- 34 Beneficium sub conditione concessum ea non adimplera resoluitur.
- 35 Et concessum sub conditione aliquid adimplendi infra certum tempus eo elapso mora est impugabilis, nec competit institutio.

DECISIO XCV.

Sententia Rotalis concedens Capitulo, & Canonice Cathedralis Ecclesiæ Rauennateni reintegrationem ad quasi possessionem decimarum, & iuris decimandi, eo quia inuestitura per dictum Capitulum facta ad fauorem Doctorum de Tassonis, continent ius decimandi cuius Laici sunt prolix incapaces, visa fuit valida, & iusta, ac proinde illam confirmandam esse Domini respondit.

Validitas autem probatur ex concursu omnium requisitorum, de quibus per Caputaq. decis. 160. part. 2. Neque illa valet impugnari ex defectu citationis, dum non fuerunt citati aliqui ex reis in commissione Rotali nominati. Quia respectu Galeatij primi acquirentis, cum de tempore litis introductæ in Curia super nouo iudicio reintegrationis ex hac vita migrasset proculdubio, contra ipsum exequi non poterat citatio, minusque citandus erat Nicolaus, qui cum sit nepos primi acquirentis, & inuestitura comprehendat tantum primum inuestitum, eiusque filios, ut ex tenore dictæ inuestituræ relata in summ. Capituli num. 6. nullum interessè potest prætere in hac causa. Et nihilominus cum tam Fornaccinus actor specialiter deputatus in hac causa ab Elisabetha Estensi matre, ac Turrice testamentaria dicti Nicolai eodem summ. Capituli num. 3. quam alij Procuratores aliorum DD. de Tassonis, qui in iudicio de partibus interuenerant, fuerint personaliter citati vigore dictæ commissionis Rotalis ad totam causam summ. num. 4. talis citatio generalis sufficit ad tollen. nullitatem ex defectu citationis provenientem l. si Prator de iudic. l. consentaneum. Cod. quomod. & quand. iudic. Castren. in l. ad peremptorium num. 6. ff. de iudic. Rota coram Seraphin. decis. 455. num. 8. vers. secunda nullitas; Mifinger. obseruat. 71. sub. num. 1. centur. 3. Moder. de citat. tom. 2. cap. 11. num. 437. ex simili enim citatione censetur satisfactum defensionem naturali, ita ut si citatus postea non compareat, possit ad ulteriora procedi absque alia vocatione, cap. consuluit de offic. delegat. Et licet stylus Curia sit, non comparente citato, procedere per contradictas, istud tamen respicit quandam potius urbanitatem, quam necessitatem, & substantiam causæ, Rot. diuers. decis. 332. n. 3. part. 3. lib. 3. in antiquis decis. 4. de dol. & contumac. in nou. dec. 8. de testib. Put. decis. 381. circa fin. lib. 2. cum pluribus aliis relatis per eundem Modern. de citat. dist. capit. 11. num. 440. & Adden. ad Gregor. decis. 430. num. 6.

Et quoque minus Domini dixerunt esse attendendam hanc præsentam nullitatem ex defectu citationis, & iure decimandi, & iure decimandi.

Salgado Labyrinth. Credit. Tom. II.

tionis, quia nec docetur quod etiam si ipsi fuissent citati, & auditi potuissent impedire huiusmodi reintegrationem, vel aliquid adducere quod traheret Rotam in diuersam sententiam, Alexand. in leg. non solum §. morte num. 47. ff. de nou. oper. renunciat. Crauet. consilio 179. num. 6. versic. pro hoc adduco. Surd. cons. 181. num. 27. cum sequent. & cons. 227. num. 17. Vant. de nullit. tit. quib. mod. sent. null. repar. poss. num. 107. cum pluribus. cumulatis per Surd. loco cit.

Iustitia pariter dictæ sententiæ controuerti non potest ex plenè deductis in binis decisionibus in hac causa emanatis coram Reuerendiss. P. Domino meo Cerro sub diebus 25. Februarij & 6. Iunij anni 1647. & illa clarè resultat ex nullitate inuestituræ factæ de decimis, & iure decimandi, quæ sub commercio Laicorum esse non possunt propter resistentiam Concilij Lateran. de quo in c. prohibemus de decimis.

Neque obstat vnicum fundamentum scribentium pro parte dd. de Tassonis, quod dicta inuestitura sustineri debeat respectu commoditatis, & emolumentum, quorum. Laici sunt capaces. Nam quidquid dicendum esset quanto concessio cantaret simpliciter de decimis, quo casu quæri posset an intelligeretur concessum primario ius decimandi, vel mera perceptio decimarum, quæ temporali est, & ab ipso iure spirituali seiuicta; In proposito casu, quia inuestitura nedum quæ ultimo loco de anno 1608. facta fuerunt ad fauorem Iulij, & Galeatij de Tassonis, sed quæcumque aliae antecedentes relatae in summ. impresso Capituli numero 2. 3. 4. & 5. continent expressam concessionem decimarum, & iuris decimandi, res visa fuit extra omnem difficultatem, ut nempe, sub dicta concessione veniat non solum commoditas prore est quid temporale, sed ipsa spiritualitas, quæ à iure decimandi segregari non potest gloss. in cap. quamuis verb. concesserit de decim. & in can. peruenit 3. quest. 1. verb. laicalibus, & in cap. 2. verb. statutum de locat. Diu. Thom. 2. 2. quest. 87. artic. 3. versic. respondeo, ubi quod aliud est ius decimandi, aliud res, quæ dantur nomine decimarum, & hanc distinctionem sequitur Bald. in leg. usufructus 67. in lect. antiqu. numero 2. versiculo noto quod licet ius decimarum, ff. de iur. dot. Decian. consilio 22. num. 36. & 37. lib. 1. Vis enim iuris decimandi consistit in perceptione decimarum propria auctoritate de manu coelestium prædia, quæ trahit secum ius spirituale, & valde differt à sola facultate percipiendi fructus decimales nomine Ecclesiæ, quæ sola uti consistens in mera temporalitate ad Laicos pertinere potest, Alb. in cap. ad hoc numero 4. versiculo & intelligo hoc de decim. Azor. institut. moral. lib. 7. cap. 34. quest. 7. num. 1. Suar. de Relig. lib. 1. cap. 25. num. 6. Rebuff. de decim. quest. 10. num. 34. in fine, Grat. discip. forens. cap. 238. num. 21. cum seq. sic etiam Peregr. cons. 74. sub n. 12. lib. 1. ibi de decima, & iure decimandi, & in specie inter concessionem decimæ, & iuris decimandi post Calderin. distinguit Barbof. in lege Titia 35. sub numero quadragesimo quinto versiculo quia quando, & sub numero 46. versic. & ideo; ff. solut. matrim. Couarr. var. resol. lib. 1. cap. 17. sub num. 5. ibi; Decimarum fructus non quidem ius ipsum percipiendi decimas, Giouagn. respons. 27. numero. 27. & 28. lib. 2. Hancque opinionem in præcis terminis concessionis factæ æquè principaliter, ac nominatim de decimis, & iure decimandi.

10 nandi quod non valeat restringi ad fructus decimales, sed in totum corrui, firmavit sapius Rota, & signanter *decif. 545. num. 2. part. 4. recent. Mediolanens. reuiffionis permutationis 21. May 1597. coram recent. mem. Card. Hieronymo Pamphilio, Albigenen. decimarum 25. Iunij 1627. coram bon. mem. Card. Virili*, ac in aliis relatis in secunda decisione edita in hac causa coram R. P. Dom. meo Cerro in §. obiectum.

11 Vllus neque doctor ex allegatis pro parte dd. de Tassonis præfatæ conclusioni repugnat, vel loquitur in concessione iuris decimandi, nam Bald. *consilio 274. numero 1. lib. 5. & Giouagn. respons. 27. numero 30. lib. 2.* loquuntur vbi de decimis cantat concessio, vel locatio, Beron. *consilio 84. numero 41. cum sequent.* loquitur de decima temporali, & Dia. Thom. 2.2. *quest. 87. artic. 3. ad. 3.* de perceptione decimarum nomine Ecclesiæ, Grat. *discrpt. 238. numero 25.* non repugnat, imò suffragatur huic opinioni, dum firmat aliud esse ius, aliud fructus, seu vtilitatem, quæ ex dicto iure percipitur. Et exemplum de usufructu alienabili respectu folii commoditatis, retorquetur, nam quando venditio seu translatio facta fuit expressè de usufructu (multo magis si de iure usufructus) dicta translatio non sustinetur, nec etiam respectu commoditatis, Monter. *decif. 46. n. 16. Castill. de usufr. c. 69. n. 9.*

12 Quæ eo magis procedere videntur dum concessio, de qua agitur facta apparet de decimis, & iure decimandi referuato solum pro Ecclesia directo dominio, ex qua quidem referuatione sequitur fuisse in inuestitos de Tassonis translatum vile dominium includens facultatem percipiendi fructus decimales nomine proprio, quod tamen fuit per Concilium Lateranen. prohibitum, vt declarant Abb. in d. cap. ad hac 15. num. 4. *vers. in effectu volunt. decim.* Monet. *tract. de decim. cap. 5. num. 68. Laym. Theolog. moral. lib. 4. tractat. 6. cap. 6. num. 4. vers. deinde verò*, Barbof. d. l. Titia d. n. 37. *vers. sed quando vil. ff. solut. matr.* Grat. *discrpt. forens. c. 238. n. 22.*

14 Præterea actum fuisse de decimis provt sunt quid spirituale arguitur ex eo quod plures inuestituræ, & præsertim illæ factæ ad fauorem Doctorum de Tassonis, loquuntur de iure decimandi pro duabus partibus pro indiuiso cum Rectoribus Ecclesiæ, qui cum percipiant eorum tertiam partem nomine proprio, & ratione administrationis spiritualium, benè exinde inferitur, quod etiam Concessionarij in partibus sibi pro indiuiso coequaliter concessis proprio nomine percipere valeant, ne alioqui vna, & eadem res diuersa censeretur contra *vulgar. Text. in leg. in hoc iure, ff. de vulgar. & pupillar.* & ita in indiuiduo dictum fuit in dict. *Albigenen. decimarum. coram Cardinal. Virili*, §. quarto quia, & in *Ferrarien. decimarum coram bon. mem. Pirouano*, *quest. 684. part. 1. recent. n. 1. & 3.*

15 Accedit etiam quod ex quo de tempore inuestiturarum vigeat communis illa reputatio, quam postea erroneam declarauit fel. rec. Paulus V. per suam particularem Constitutionem, vt in generalitate Bonifacianæ comprehenderetur facultas concedendi ius spirituale decimandi, & decimas percipiendi provt testatur Rimin. iun. *consilio 429. numero 25.* & expressè declarauit ita tuentes *libr. 2. capit. 127. summ. impresso Capituli numero 8.* vt exinde sequatur in dictis concessio-

16 nibus actum fuisse de decimis spiritualibus regulando voluntatem à potestate, & capacitate quam Ferrarienses opinabantur habere iuxta consuetudinem regionis, & cor. iunem intellectum, Abb. in cap. ex parte num. 3. de censibus Bart. in leg. viros num. 1. c. de diuers. offic. lib. 12. lat. in l. 1. n. 1. *vers. tertio principaliter, ff. si quis ius dicen. non obtemper.* Gabr. *concl. 1. num. 67. de consuet. lib. 6. Mant. de tacit. & ambig. lib. 3. tit. 19. n. 22.* qui communis intellectus comprobatus etiam fuit ex subsequente obseruantia, dum postea inuestiti dictum ius decimandi nomine proprio nullaque facta mentione Capituli aliis vendiderunt *summ. Capituli numero 2.* & ad instant. eorundem inuestitorum promulgata fuerunt ab Ordinario dicta contra Debitores Decimarum, ne segetes ab Agris amouere auderent absque licentia ipsorum, declaratur namque ab obseruantia quid fuerit in concessione comprehensum ex allegatis per Surt. *consilio 527. num. 11. Rot. decif. 261. num. 4. decif. 301. num. 8. part. 1. recent.* in specie Rota in d. *Albigenen. decimarum coram Virili* §. tertio quia, ibi, & in *executionem Rodini ab ipsi Parochianis exegerunt*, &c. & pro obseruantia interpretatiua sufficit vnicus actus, Decian. *respons. 51. n. 56. lib. 2. Rota dec. 136. n. 6. decif. 419. num. 6. part. 1. recent.* Vnde Tassoni modo nequeunt contrarium profiteri, & intellectum ab ipsis iam datum controuertere l. post mortem ff. de adopt.

17 Sed prædicta visa fuerunt euidentius comprobati ex Bulla Pauli V. Nam illa declarat litteras Bonifacij non comprehendisse, neque comprehendere ius decimandi, indulgetque, vt concessiones fiant de nouo, non quoad ius decimandi, nec quoad decimas, sed quoad ipsarum Decimarum emolumentum tantum, de quo tamen Laici teneantur infra biennium accipere nouam inuestituram, aucto canone, ergo ex huiusmodi declaratione, cui tanquam Papali, & ex certa scientia standum est, Angel. *consil. 274. num. 1. post med. & 2. Bellam. consilio 33. numero 39. & 41. Dec. consil. 14. & pro tenu. num. 5.* remanet subacta omnis difficultas, quandoquidem apparet quod pro validitate fieri debet concessio de sola commoditate, & facta de decimis, & iure decimandi non sustineatur.

20 Non obstat, quod verba sua posita in inuestituris *Decimas, & ius decimandi*, intelligenda sint secundum potentiam, ac facultatem Capituli concedentis, & capacitate Laicorum, & ita de iure percipiendi ex decimis id, quod est temporale, non autem de iure spirituali non concessibili ad text. in cap. fin. ne Prælat. vic. suas, quia obiectum posset procedere quatenus versaremur in casu dubio, tunc enim locus fieret ex præsumpta mente concedentis, & ex capacitate subiecti, secus est quando inuestituræ expressè loquuntur de iure decimandi. Nam tunc clara est mens concedendi, & consequendi decimas ipsas ipsamque ius decimandi, in claris autem non est opus confugere ad interpretationem aliquam ex l. ille aut ille 25. §. cum in verbis, de leg. 3. Cyriac. *contr. 210. n. 12. Rot. decif. 135. n. 8. & 9. part. 7. rec.*

21 Nec etiam releuat quod concessiones loquantur de decimis, iure decimandi, fructusque decimales percipiendi, & ita quatenus sub iure decimandi veniret ipsa spiritualitas, possint nihilominus diuidi, & sustineri respectu perceptionis fructuum ex clausula omni meliori modo, quæ apposita in

22 in inuestituris operatur, vt si illæ non possint sustineri eo modo, quo fuerunt factæ, valeant, & sustineantur omni alio meliori modo ex notat. per Scriben. in l. §. si quis ita, D. de verb. oblig. & in cap. cum super de offic. delegat. quia vbiicumque est concessum ius, mentio fructuum stat consecutiue à dicto iure, eundemque admittit spiritualitatis intellectum, vnde tota inuestitura corrui provt alias dixit Rota in iam allegata *dec. 545. numero 2. part. 4. recent. & in Albigenen. coram Card. virili* & in terminis nullitatis concessionis in parte substantiali, vt in totum illa corrui ratione connectitatis, & indiuiduitatis firmavit Rota *dec. 30. n. 3. & 4. parte 1. & 176. n. 44. p. 5. recent.* non obstante dicta clausula omni meliori modo, quæ apta de per se non est ad vim addendam atque effectum tribuen. actui reuera nullo Ancharan. *consilio 358.* quem sequitur Menoch. *arbit. iud. l. 1. q. 17. n. 4. cum seqq. Dec. consil. 413. n. 9. vers. quia clausula*, Barbof. de claus. claus. 95. n. 60.

23 Minusque refragantur clausulæ ad habendum usufructuandum, &c. posite in vltima inuestitura dicti anni 1608. relata in summ. impresso Capituli, num. 6. ex quibus informantes pro Tassonis prærendunt restitutionem concessionis ad solam commoditatem emolumentorum. Quia tanquam accessoria non habent alterare principalem dispositionem contractus, Dec. *consil. 413. num. 9. vers. quia clausula*, Curt. iunior. *consil. 56. num. 3. Franch. dec. 6. num. 6.* propterea cum principaliter fuerit alienatum ius decimandi quod vt spirituale sub commercio Laicorum esse non potest vt præter iam illegatos testantur Abb. & Imol. in cap. cum Apostolico de iis, que sunt à Prælat. Felin. in cap. causam qua, num. 3. de præscript. Rebuff. de decim. *quest. 13. num. 69. Rota dec. 215. part. 2. diuers. & in Panpilonen. decimarum 29. Octobris 1599. coram bon. mem. Card. Hieronymo Pamphilio*, dictæ clausulæ respiciunt fructus, qui ratione connexionis participant de eadem spiritualitate, provt benè Grat. *discrpt. forens. c. 38. n. 61.*

24 vsu pariter fuit satis leuè argumentum deductum ex eo, quod inuestituræ factæ fuerint iure perpetuæ affectus, & ita titulo simplicis locationis, quæ conductori aliud ius non tribuit, quam percipiendi fructus ex re conductæ: nam dum concessio facta fuit Laicis de iure decimandi, quod est spirituale, semper est inualida siue facta appareat per modum inuestitionis, siue locationis, vt bene firmat Abb. in dicto cap. ad hac, n. 4. *vers. & intelligo hoc de decim.* Redoan. de rebus Eccles. non alien. *quest. 63. num. 5. vers. nec etiam potest Laico locari*, etiam si dicta locatio fieret ad modicum tempus Abb. dicto cap. ad hac num. 7. *vers. nam ius decimandi*. Redoan. *quest. 63. num. 6.* quod fortius procedit, quia hic demonstratur, vt facta fuerit iure principalis affectus, per quem fit translatio dominiij vtilis ad text. in l. 1. §. quod autem, D. de superfic. Abb. vbi supra n. 4. *vers. sed per concessionem ad modicum tempus*, Cast. in l. usufructus §. col. ult. in princ. *vers. vnde facit, n. 3. D. solut. matr.* Mantic. de tacit. & ambig. l. §. tit. 3. num. 11. in fin. facta autem translatione vtilis dominiij conductor efficitur dominus decimarum antequam illæ sint perceptæ easque colligit nomine proprio contra dispositionem dicto cap. prohibemus de decim. Gratianus dicto c. 238. n. 22.

25 Neque vllius est releuantia, quod concessiones factæ fuerint sequendo formam Bonifacianæ; in Salgado Labyrinth. Credit. Tom. 1. l. 1.

26 qua sanct. mem. Paulus V. declarauit non comprehendere decimas, & ius decimandi, sed solum decimarum emolumentum.

27 Quia dicta Bonifaciana non loquitur de decimis, & iure decimandi, neque mentionem aliquam facit de fructibus separatis ab ipso iure, sed generaliter declarat de bonis, & iuribus Ecclesiarum remouendo caducitatem ob non solutum canonem, & in hac qualitate verificatur relatio ad Bonifacianam, non autem respectu emolumentum de quo illa nominatim, & expressè nihil disponit, imò cum communiter crederetur Bullam Bonifacianæ comprehendere etiam ius decimandi, ex mentione iurium, cum dictione illa vniuersali, *quæcumque*, morium retorquetur, & relatio ad Bonifacianam patefacit intentionem contrahentium fuisse transferendi ius decimandi; provt est quid spirituale iuxta opinatam capacitatem Ferrariensium, licet erroneè, & idcirco ad occurrendum vltiori abusu, & corruptelæ emanauit Paulinâ declarans Bonifacianam non comprehendere decimas, & ius decimandi, & cessat difficultas omnis, quia cum inuestitura loquatur in specie de iure decimandi spirituali non potest sustineri in vim simplicis relationis ad Bonifacianam quatenus illa de emolumento temporali disponderet, standum enim potius est expressioni iuris decimandi, quam relationi, seu simplici Protestationi de contrahendo iuxta formam Bonifacianæ cum talis protestatio sit contraria facta, Pérégrinus de fideicommiss. art. 10. num. 11. *vers. limita*, Surtus *consil. 440. numero 54. & sub numero 55. & consil. 524. numero 15. & 16.* aliique relati ab Adden. ad Burat. *dec. 52. numero 13. Rota in Romana attestatorum 27. Aprilis 1646. coram R. P. D. meo Bichio*, & quod contrahens per huiusmodi protestationes non possit efficere, vt ille contractus, qui in sui formalitate directè contrariatur Bonifacianæ illi conueniat censeaturque factus, & celebratus iuxta illius formam egregie explicat Boccac. de censibus, parte 2. numero 138. & sequentibus, Surtus *consilio 318. num. 22.* præsertim dum dicta relatio potest operari suum effectum quoad remissionem canonis, alia priuilegia in eadem Bonifaciana expressa. Ponderando etiam quod inuestituræ, de quarum validitate nunc agitur non sunt relatiuæ ad Bonifacianam tantum; sed etiam ad antiquas inuestituræ, quæ loquebantur de iure decimandi.

28 Obesse neque videtur simile adductum de patetis illicitis appositis in contractu census cum protestatione, contrahendo iuxta formam Bullæ Pianæ. Nam licet huiusmodi protestatio substat contractum in aliis non illicitis quando concepta est verbis amplissimis, ita vt totum id quod repugnat Constitutioni Pianæ habeatur pro non appposito, & reducatur ad illius formam; verumque sensum iuxta quem intendunt velle contrahere, & non alias, aliter, nec alio modo, in quibus terminis loquuntur Giurb. *decisione 85. numero 8. & 9. Rota decisionem 374. numero 18.* apud Cencium de cens. secus est quando dicta protestatio simpliciter vt in casu isto concepta fuit; vt benè distinguendo declarat Cencius de cens. *questione 61. numero 3. & 7.*

29 Non obstat denique quod vigore dictæ Paulinæ Tassoni præterant nouam inuestituram quoad solum emolumentum. Quia cum facultas fuerit per dictam Constitutionem restricta ad tempus biennij expiratum vsq; de anno 1621. & sic per longum

30

31

32

longum tempus non videtur quod amplius sit locus renouationi inuestituræ, ex regula, quod concessa ad tempus post tempus prohibita censentur ad tradita per Surdum *dec. 75. num. 1. & 1. & decis. 291. n. 21.*

Quo verò ad præsentam restitutionem in integrum. Ultra quod illa non petitur in actis, nec cadere videtur sub disputatione præsentis dubij, Domini transferunt cum responsionibus iam datis in prima, & secunda decisione in hac causa emanatis coram Reuerendissimo Patre Domino meo Cerro. Quibus addebant etiam vt cum versetur in inuestituris ab initio nullis, Tassoni dicantur destituti omni titulo, vnde non possunt applicari terminis restitutionis in integrum, quæ supponit aliquod ius semper radicatum in ipsis petentibus ab initio; sumus enim in simplici beneficio Principis concessio ex causa lucratiua, & sub conditione accipiendi nouam inuestituram infra biennium cum augmento canonis, qua conditione non adimpleta beneficium resoluitur, & habetur perinde ac si concessum non fuisset ex plenè deductis per Gabr. *conf. 162. per tot. l. 1. Cyriac. controu. 240. n. 14. Corbul. de iur. emphyt. tit. de caus. prin. ob non solut. canon. ampliat. 28. n. 4.* vbi in terminis de non amplianda conditione petendi inuestituram intra tempus præfixum Rota *dec. 572. n. 3. part. 1. & eec. 869. in fine vers. nec sumus p. 1. diuers. & dec. 282. n. 11. apud Pacifico salu. Greg. XV. dec. 559. n. 6. & ibi Adden. n. 10. limit. 3. & dec. 203. n. 20. p. 6. rec. in Toliana decimarum de Saiedon. 13. Iunij 1590. coram Penia inter eius impressas dec. 93. n. 8. & in terminis concessionis sub conditione aliquid adimplendi infra certum tempus, quod eo elapso mora sit impurgabilis, nec competat restitutio Staiban. *iuxta resolutionem forensis 36. num. 12. & resolutione 17. num. 11.**

Et ita vtraque parte informante fuit resolutum, &c.

REVERENDISSIMO PATRE DOMINO
PEVTINGERO.

Romana Saluiani.

Mercurij 22. Iunij 1650.

ARGUMENTVM.

Quando validitati census non obstat Constitutio Pauli V. 108. licet confirmata per Constitutionem Urbani VIII. 65.

SVMMARIVM.

1. Competit remedium vtilis Saluiani contra possessores vigore hypothecæ.
2. Constitutio Pauli V. 108. non comprehendebat Census.
3. Licet Constitutio Urbani VIII. 65. eam extendat ad Census non tamen obstat eis quibus confirmavit contractum Census cum denegatione, &c.
4. Et Constitutio posterior non præiudicat cum respicit tantum futura.
5. Bulla Baronum remouet impedimentum fideicommissi.

DECISIO XCVI.

Non acquiescente D. Alexandro Caetano resolutioni sub die 24. Ianuarij præsentis anni captæ coram me ad fauorem Reuerendissimorum Beneficiatorum in Ecclesia Lateranen. à felicis recordationis Papa Urbano VIII. institutorum, in qua dictum fuerat ad vltiora in iudicio Saluiani coram Vicario Eminentissimo dictæ Ecclesiæ Archiepiscopi procedendum esse, hodie denuò causam repropofui, & DD. steterunt in decisis, quia de credito, & hypotheca Beneficiatorum super bonis censuatis, aliisque Prosperi Caetani, qui censum scutorum 104. de cuius fructibus agitur, ipsis vendidit, constat ex instrumento sub die 19. Augusti anni 1625. stipulato, cuius hypothecæ postea translatio facta super locis Montium sancti Bonauenturæ secundæ erectionis emptis ex pretio venditorum dictorum bonorum vinculatorum verificatur ex Chirographo præfati summi Pontificis, cuius vigore eadem loca Montium Beneficiatis hypothecata, proindeque eorundem locorum possessionem vtilis Saluiani remedia ab ipsis possessoribus, seu detentoribus posse auocari manifestum est *l. si eum 10. §. qui iniuriarum, D. si quis cant. & præter allegatos in dec. qua reuiderit in fine principij, Greg. XV. dec. 511. num. 30. & 31. & dec. 681. n. 7. p. 1. recent.*

Neque ex Constitutione fel. record. Pauli V. de anno 1617. Kal. Decembris edita in ordine 108. incip. *Pastorale munus, in §. 5. præterea Bullar. tom. 3. ex aduerso allegata*, huius impositi census nullitas aliquo modo subsistit, dum hæc constitutio impositiones censuum tunc non comprehendebat, eo quia super Castris censuatis, creditoribus nullum ius nec quoad dominium, seu proprietatem, nec quoad possessionem, aut iurisdictionem, eiusque exercitium acquirebatur, sed ij solam hypothecam per emptionem annui census nanciscantur, vt respondit Rota in Romana, seu Sabinen. Censu 17. Nouembris 1628. coram Cardinali Virili *impress. dec. 211. num. 5. & 6. part. 5. recent.* Et quod dicta Constitutio Pauli V. provt alia fel. record. Clem. VIII. non comprehendat census, fuit in puncto firmatum in dicta decisione 211. dicto numero 5. & 6. parte 5. & decisione 118. numero 19. parte 6. recent.

Nec refert, quod felicis recordationis Urbani VIII. de anno 1627. Kalendas Iunij per nouam Constitutionem in ordine 65. incip. *Decens, & æquum esse censemus in §. 10. quam etiam ad quascunque Bull. tom. 4. supradictam Constitutionem Pauli V. ad contractus, & quascunque impositiones censuum annuorum extenderit, quia dum, idem Pontifex hunc contractum census, de quo hic agitur cum ampla derogatione quarumcumque Constitutionum, quas ceteri posset prohibitus, confirmauerit, vt in ipso tenore confirmationis dato in summ. Beneficiatorum n. 8. legitur, de tempore quo nulla huiusmodi nullitatis acceptio vel obiectio facta fuerat, neque alicui super ea ius quaesitum, Beneficiatis obstat eadem Constitutio non potest vt in similibus fuit dictum in Romana Barchi 19. Ianuarij 1622. in S. non potest, coram bone memoria Remboldo. Subsistit etiã optima ratio, quod dicta extensio ad census, tanquam posterior non præiudicat, cum non habeat oculos retro, & respiciat tantum futura *l. leges 7. Codice de lege capite secundo, & capite finali de constit. Rota in Romana aureorum octo Zeccharum coram Cardin. Lancel**

Lancellotto *impress. apud Marches. de commiss. tom. 1. fol. 652. n. 5. & in dicta dec. 211. n. 1. p. 5. rec.*

Minus obstat facultas ab eodem Urbano VIII. in Chirographo confirmationis huius contractus concessa soluendi creditoribus ex eisdem locis Montium vel ex eorum pretio, quia cum talis facultas non fuerit cum Beneficiatis deducta ad actum rectè eisdem licet agere pro consecutione fructuum huius eorum census, donec eis satisfiat, vel saltem per legitimam oblationem in eodem Chirographo præscriptam caueatur, vt fuit in simili resolutum in dec. 260. ante n. primum vers. & deberi fructus. p. 4. rec.

Cæsar quoque obiectum, quod bona de quibus agitur sint subiecta fideicommissio, quia hanc difficultatem substulit Bulla Baronum, vt latè dixit Rota in Terracinen. bonorum 20. Decembris 1621. coram Eminentissimo Card. Fabricio Verospio.

Reliqua obiecta repetita satis fuerunt in supradicta decisione sublata, ideoque Domini eam confirmarunt vtraque, &c.

R. P. D. VEROSPIO.

Portuen. Stagni.

Veneris 8. Februarij 1647.

ARGUMENTVM.

Manutentio non datur sine possessione, & quando possessio ad hunc effectum non iustificetur.

SVMMARIVM.

1. Excluditur possessio portionum ex petita earundem intermissione.
2. Denegatur manutentio non iustificanti suam possessionem.
3. Possessio penes duos insolidum esse non potest.
4. Decretum manutentionis sine actuali apprehensione non transfert possessionem.
5. Locatio non probat possessionem dum pensio non probatur recepta.
6. Nullitas possessionis impedit quin possit mutari causa possidendi.
7. Et potest etiam in summariissimo opponi ex quo perimit possessionem.

DECISIO XCVII.

Repropofito dubio super manutentione portionum in Campo Salino, ac Stagno portuen. Participantibus absolute denegata, Victorio verò Piccino post obitum sui Patris, cui tanquam vltimo licitatori fuerant deliberatæ, sub eadem forma iterum hodie Domini eadem denegarunt. Quia Victorio post mortem Patris obstat defectus possessionis nullis actibus iustificatæ, ac exclusæ ex petita tunc temporis immessione earundem portionum, vt tradit Cardinalis Mantica *dec. 20. n. primo, & 174. n. 5. & 7. p. 4. diuers. & coram Seraph. dec. 1268. in fine, coram Caua. 534. n. 5. coram Buratt. 160. vbi latè Add. n. 17.*

Participantibus verò pariter obstat non iustificata possessio, sine qua manutentio non conceditur vulgato *§. retinenda, & §. hodie instr. de interd. Salgado Labyrinth. Credit. Tom. II.*

Menoch. *de retinend. remed. 3. n. 260. Bocc. de interd. vii possid. c. 10. n. 7.*

Hæc enim Participantium possessio excluditur durante vita Marci Catalani ex pluribus locationum instrumentis proprio nomine stipulatis à Francisco Piccino effectum sortitis per receptionem pensionis conuentæ, cum penes duos in solidum esse non possit, iuxta *reg. text. in lege 3. §. ex contrario. D. de acquirenda possessione, & lege si duo D. vii possid.* Post obitum verò eiusdem Marci, nec probata dici poterit, vel ex decreto manutentionis reportato à iudicibus per A. C. deputatis, dum illud absque actuali apprehensione possessionem transferre non potuit iuxta *textum in lege 1. §. si vir, D. de acquirenda possessione, & in lege denique, D. quibus ex causis maiores Oldradus consilio 227. numero 5, versiculo sed ad id respondetur dupliciter, Rota coram Gregorio, dec. 546. n. 9. & coram Cassad. dec. 7. de caus. poss. & prop. n. 1.* Vel ex locationibus de anno 1633. & 1639. post obitum Francisci peractis, dum conuenta ibidem pensio à locatoribus non probatur recepta, vt probat *text. in cap. inter dilectos in fine de fid. instr. & notant doctores in lege qui vniuersus, §. qui per Coloum, & in l. quamuis §. si conuict. D. de acquir. possess. Gabr. de locat. concl. 4. n. 1. Rota dec. 1. fid. instrum. in antiquis.*

Non obstat, quod omnia emolumenta ex prædictis locationibus retracta, diuisa probentur inter Participantes, qui idcirco, vt portionum controuersarum detentores debeant manutentari, attento præsertim superuenienti titulo iuris accrescendi per obitum Marci Aurelij purificato, ex quo detentionem in possessionem legitimam absque alia animi declaratione sibi mutasse censentur.

Quia controuersarum portionum possessio Francisco antea attributa, non probatur à Participantibus formaliter occupata post illius obitum, nec videtur idcirco manutentibilis vt innixa soli iuris accrescendi titulo per plures decisiones coram Eminentissimo Domino meo Cardinali Panzirolo excluso, atque reiecto, eius enim nullitas impedimento fuit, quin participantes causam possidendi sibi mutare potuerint, vt præter relictos in decisione præterita notant Add. ad decisionem Gregorij 546. n. 15. & aduertit Rota in Romana domus ad Transiberim 18. Aprilis 1644. coram Reuerendissimo P. D. meo Bichio, & potest in hoc, licet summariissimo possessionis iudicio opponi, ex quo possessionem perimi, vt firmat adducta *dec. in Romana dom. ad Transiberim, & in Roman. officij mandatararius 23. Martij 1637. coram Eminentissimo Cardinali Panzirolo.*

Et ita vtraque &c.

REVERENDISSIMO PATRE DOMINO

VEROSPIO.

Bononien. Pecuniaria.

Veneris 5. Aprilis. 1647.

ARGUMENTVM.

Quando simplex subscriptio Curatoris in litteris Cambij non inducat eius obligationem vel fideiussionem.

V 3

SVMMARIA

- 1 *Subscriptio simpliciter concepta censetur facta in executionem precedentis decreti, & ad eius limites restricta.*
- 2 *Actus presumitur expeditus in executionem precedentis mandati.*
- 3 *Maxime precedente speciali deputatione ad certum tantum actum.*
- 4 *Et intercedente breuitate temporis inter decretum, & actum.*
- 5 *Imo actus licet post longum temporis interuallum expeditus adscribitur precedenti mand.*
- 6 *A precedentibus, & sequentibus intermedia declarantur.*
- 7 *Simplex subscriptio in litteris cambij denotat obligationem proprio nomine contractam.*
- 8 *Constitens debitum proprium, & agnoscens creditum vti suum sibi praeiudicat.*
- 9 *Actus licet nomine proprio gestus adscribitur praebulo decreto.*
- 10 *Epistola verbis aulicis, & officiosis conscripta non inducit obligationem scribentis.*
- 11 *Ex Statut. Bon. minor. 25. annis non potest se obligare sine solemnitatibus ab eodem requisitis.*
- 12 *Statutum aliquid prohibens ad certum tempus post illud concedere videtur.*
- 13 *Argumentum à contrario sensu in statuto sub verbis praesertim negatiuis concepto strictè recipitur & ad limites dispositionis in sensu directo sancit.*

D E C I S I O LXXXVIII.

Ioannes Baptista Mediceus instituto hæredē ventre prægnante decesserat, ac pluribus in hæreditate relictis cambiorum litteris subscribendis ad proximas tunc Augusti Nundinas transmittendis, pro quarum subscriptione coram Eminentiſſimo Legato Bononien. instantibus creditoribus, ab eo fuit in procuratorem ad hunc tantum subscriptionis actum deputatus Guicciardus frater Ioan. Baptistæ, quamuis in minori adhuc esset ætate constitutus, qui litteras prædictas sub clausula inſolidum conceptas simpliciter subscripsit præuio tamen Legati Decreto, quod nullum inde præiudicium Guicciardo contingeret, sed litterarum extinctio cum solutione cambiorum ad hæreditatem ipsam pertineret. Cum Verò in curia Bonon. eius vigore subscriptionis fideiussorio nomine conuentus fuisset Guicciardus à Ludouico Giouagnono, altero ex creditoribus hæreditariis, & sententiam absolutoriam ibidem obtinisset, sed deinde in Tribunali A. C. reuocatoriam reportasset; per appellationem deuoluta mihi causa dubium proposui; an hinc teneatur Guicciardus, & ipsum non teneri fuit hodie responsum, quia subscriptio quamuis simpliciter concepta, in executionem precedentis Decreti facta censetur ad cuiusque limites restricta, vt not. in lege quadam mulier. 76. D. de rei vendic. & in lege 2. C. de acquirenda possessione, Baldus in lege iubemus n. 1. Cod. ad Velleianum, Surd. dec. 217. n. 3. Rota dec. 28. n. 5. p. 4. r. 2. rec. & in Barchinon. Vicaria 13. Iunij 1744. coram R. P. D. meo Corrado in §. atque ideo, pro vt etiam actus in executionem antecedentis mandati presumitur expeditus ex dispositione text. in l. feruus communis, D. de stipulatione feruorum, & in l. vlt. §. quid enim, Cod. per quas personas nob. acquir. & no-

tant doctores communiter in l. qui in aliena §. is cui de acquir. hered. vbi Bart. & Ang. n. 1. Imola num. 7. Castrensis num. 2. Iason. in l. 1. §. nunciatio n. 3. D. de oper. nou. nunciat. dum maxime præcessit deputatio specialis ad certum tantum actum subscriptionis ponderata per Iason in d. l. 1. §. nunciatio numero 3. in 5. notab. vbi etiam Cur. num. 36. D. de operis noui nunciatio. Angelus in l. si pupilli §. 1. num. 4. D. de neg. gest. Ruin. in l. post dotem num. 17. D. sol. matr. Alciat. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 24. num. 9. & breuitas temporis intercessit inter decretum, & actum subscriptionis septem dietum spatium non excedens, licet hanc temporis breuitatem, nec fore necessariam tradat Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 49. num. 14. & 15. adscribens idcirco mandato præambulo actum longum post licet temporis interuallum expeditum, sequitur Alc. de præ. reg. 2. præsumpt. 24. n. 10. Lamberteng. de contract. glossa 8. num. 9. & not. DD. communiter in l. qui mihi donatum, D. de donat. vbi Alexand. in Apostill. ad Bart. Imol. in 2. Rom. num. 5. ac denique plures antecedunt, ac subséquuntur eiusdem Guicciardi subscriptiones ad prædictum Legati decretum se referentes, à quibus debet intermedia subscriptio simpliciter concepta declarari iuxta textum in l. si feruus plurimum. §. vlt. D. de legat. 1. lege hæredes palam §. sed si noiam D. de testam. l. si fuerint, §. vlt. D. de reb. dub. l. ille aut ille §. cum in verbis, D. de legat. 3.

Hinc non videtur vrgere prædicta Guicciardi subscriptio simpliciter in litterarum cambiis exarata ad denotandam eiusdem obligationem proprio idcirco nomine contractam iuxta text. in l. si pupilli, §. 1. in 2. responso, D. de neg. gest. vbi id in specie not. Ang. cum aliis per Cardinalem Manticanam de tacit. libro 8. titulo 11. numero 14. & 15. Neque epistola ab eodem transmissa sub hac forma Giouagnoni creditori, videlicet, subito aggruato, che trouarò modo, e maniera che far à sodisfatto lei, e tutti miei creditori qua fatendo debitum proprium, ac ipsum agnoscendo creditorem suum sibi præiudicasse censetur, vt aduertit in specie Cyriacus controuerſia forens. capite 244. numero 30. & tradit Cardinalis Mantica de coniect. vltim. volum. lib. 12. titulo 12. numero 26. Rota coram Gregorio, dec. 460. num. 13.

Actus enim subscriptionis, proprio quamuis fuisset nomine gestus adscribi nihilominus debet præambulo Legati decreto, vt notat Angelus in lege qui in aliena, §. is cui, versiculo & mandatarinus, Surdus consilio decimo nono, numero vigesimo quarto, & aliis relatis autoritatibus firmavit Rota in Romana societatis 12. Iunij 1645. coram Reuerendiss. Patre Domino meo Orto bono. & in Fauentina societatis 16. Aprilis sequentis anni coram Reuerendissimo Patre Domino meo Celso in §. quamuis fuerit initus nomine proprio; epistola vero, vel declarationem recipit ab eodem Decreto, vel dum probatur à Guicciardo transmissa post aditam Ioannis Baptistæ hæreditatem propriam illis obligationem designat ex iure tamen hæreditario resultantem, vel saltem vti aulicis verbis, ac officiosis conscripta eiusdem obligationem inducere non potuit, vt notant Doctores communiter in capite cum venissent de institut. Tiraquell. de priuil. pia caus. priuilegio quinquagesimo primo, Genua de scriptura primata libro tertio, titulo primo, numero decimo quarto, Rota coram Seraph. decif. 136. num. 2.

E

A R G V M E N T V M.

Quando in bonis futuris obligatis sub conditione, ea eueniente conualeſcat pignus, vel hypotheca ad fauorem primi creditoris licet medio tempore fuerint ante impletam conditionem in alterum alienata. Et plura distinguuntur & declarantur circa conditionem caſtralem mixtam, & conditionem potestatiuam.

S V M M A R I V M.

- 1 *Obligatio ad bona futura intelligitur sub conditione si acquiratur.*
- 2 *Post tamen acquisitionem factam conualeſcit pignus creditoris.*
- 3 *Ad effectum hypothecæ generalis sufficit quod res fuerit in dominio contrahentis siue de tempore contractus siue post.*
- 4 *Alienatio debitoris non potest facere conditionem creditoris deterioiorem.*
- 5 *Hypotheca anterior licet generalis præfertur specialiter posteriori.*
- 6 *Eueniente conditione casuali obligatio retrotrahitur ad initium conuentionis hypothecæ.*
- 7 *Tunc enim dicitur ius quæſitum conditionaliter, & eueniente conditione retrotrahitur & primus creditor præfertur secundo posteriori.*
- 8 *Alienatio habet suam causam annexam videlicet hypothecam anteriorem & sic habilitat extremum.*
- 9 *Beneficium concessum si consentiat tertius potest alteri conferri ante præstitum consensum qui licet postea superueniat non retrotrahitur in præiudicium ultimi.*
- 10 *Distingue id procedere in conditione potestatiua secus in conditione casuali.*
- 11 *Quia conditio potestatiua non retrotrahitur.*
- 12 *Quando vero est casualis dicitur ius quæſitum & retrotrahitur.*
- 13 *Ad effectum acquisitionis domini gratia prima data sub conditione etiam casuali vel mixta ad fauorem secundi potest renouari quod procedit etiam in donatione.*
- 14 *Secus respectu hypothecæ qua semper sequitur re.*
- 15 *Declarantur DD. ex aduerso allegati.*
- 16 *Hypotheca conditionalis conditione casuali vel mixta retrotrahitur ad diem contractus licet hypotheca non sit purificata ante alienationem.*
17. 18. 19. *Declarantur DD. in l. qui balneum §. Titia ff. qui pot. in pign. habeantur.*
- 20 *DD. allegantes legem secundum eius terminos sunt intelligendi.*
- 21 *In legatis, & donationibus causa mortis tempus existentis conditionis inspicitur.*
- 22 *Donatio facta inter viuos quatenus tamen donatus moriatur siue filiis non dicitur donatio causa mortis.*
- 23 *In obligatione de non contrahendo donationi censetur repetita conditio de qua in donatione principali.*
- 24 *In hoc tamen casu videtur suspensum exerci-*

tium hypotheca non ipsa hypotheca videtur simpliciter conditionalis.

DECISIO XCIX.

Ilius Mazzatoftus sub conditione si decesserit sine filiis donauit omnia bona sua præsentia, & futura Carolo de Castro, pro cuius donationis validitate obligauit bona præsentia, & futura, ac promissit contrahere d. Instrumento donationis, & pariter etiam in hoc casu obligauit bona præsentia & futura.

Postmodum vero acquisiuit alia bona, & purè cum traditione possessionis aliam donationem de bonis præsentibus, & futuris fecit bon. mem. R. P. D. Bonauentura? Vnde fuit dubitatum; An dicta bona medio tēpore quæsitā veniant sub hypotheca primæ donationis ad effectum de quo agitur scilicet prælationis, & bis affirmatiuè fuit resolutum coram R. D. meo Patriarcha Hierosolymitano videlicet 27. Iunij 1622. & 23. Ianuarij 1623. Quæ sententia hodie per me reposito dubio tertia vice placuit Dominis ex duplici fundamento. Primo, quia etsi obligatio ad bona futura intelligatur sub conditione si acquirantur leg. si fundus §. aliena Digestis de pign. Bero conf. 46. n. 12. lib. 1. Tamen post acquisitionem factam per Iulium conualuit pignus Caroli de Castro, Bart. in leg. licet n. 20. C. qui pot. in pign. hab. Bald. in leg. hac. edit. §. is illud C. de secund. nupt. Ad effectum enim hypothecæ generalis quæ comprehendit etiam bona futura sufficit quod res aliquando fuerit in dominio donantis, siue de tempore contractus, siue post leg. & qua nondum §. 1. Digestis de pign. Bart. in leg. rem alienam n. 5. vers. si vero ex generali Dig. de pignorat. act. Negul. de pign. 8. p. 3. memb. n. 6. & in puncto videtur text. expressus, qui in contrarium allegatur in leg. qui balneum §. Titia Dig. qui pot. in pign. hab. Vbi inquit Africanus, quod Titio præditum alienum pignori dedit, post Meuiō, deinde Domina eiusdem pignoris facta marito in dotem æstimatum dedit, si Titio soluta sit pecunia non ideo magis Meuij pignus conualescere placebat, tunc enim priore demisso sequentis pignus confirmatur, cum res in bonis debitoris inueniatur, in proposito autem maritus emptoris loco est, atque ideo quia neque tunc cum Meuiō obligaretur, neque cum Titio solueretur in bonis mulieris fuerit, nullum tempus inueniri quo Meuij pignus conualescere possit, hætenus Africanus qui claris verbis concedit pignus post acquisitionem bonorum ad fauorem Titij conualuisse, & nil mirum si nunquam ad fauorem Meuij conualuit, quia dum bona obligauit ad fauorem Meuij bona non erant in bonis Titia quæ obligationem fecerat, dum vero soluit Titio qui habebat priorem hypothecam bona erant alienata, & sic nullum tempus inuenitur quo pignus Meuij conualescere possit, quæ est rationis text. quia non inde sequitur quod etiam si etiam tempore contractus fuisset pignus in bonis debitoris id fuisset obligatum, cum adesset Titius anterior Meuiō, quicquid dicat Fulgos. in dict. §. Titia, cum pignus non esset tale vt ex eo vtrique posset satisfieri, semper enim requiritur quod in bonis debitoris reperiat pignus in tempore in quo potuerit conualescere. Et ideo text. dicit de vtroque tempore, quia eo casu nullo tempore respectu hypothecæ Meuij fuit in bonis debitoris, & ideo illius hypotheca nunquam conualuit, qui non est

casus noster, sed casus Titij qui habebat priorem hypothecam, quæ statim facta acquisitione conualuit; Et licet postea fuerint alienata, tamen transeunt cum sua causa, scilicet affecta hypotheca cum alienatio debitoris non possit facere conditionem creditoris deteriorē leg. debitorem C. de pign. l. res pignoris Cod. de remiss. pign. eleganter Gabr. conf. 141. n. 8. lib. 1. & in nostris terminis dicit etiam Bero. conf. 46. num. 15. in dicto n. 7. & 8. Et quibus numeris colligitur quod loquitur in casu nostro lib. 1. & ita intelligit nunc text. Cuiac. in comment. ad Africanum tract. 8. exponendo illam legem fol. mihi 1171. Inquit enim quod non est querenda alia ratio quam quæ ab Africano redditur, nullum scilicet tempus inueniri posse, quo pignus datum Meuiō valuerit, aut conualuerit, non valuit quo tempore contractum est, nec conualuit quo tempore dimissus est Titius, quia, & hoc, & illo tempore res fuit aliena. Ratio est sumpta ab enumeratione partium, quia certe verius est, nec medio tempore conualuisse pignus Meuij, quia ei obstabat Titius qui eum præcedebat, nec poterat vtrumque pignus implere, ac proinde infirmum erat Meuij pignus ex duabus causis, quod res aliena erat & quod Titius prior erat, quarum vna tantum efficit quantum altera, ex vna quidem causa conualuit pignus medio tempore dominio acquisito mulieri, altera non conualuit quia medio tempore dimissus Titius non est sed quo ad extimationem demum aut venditionem rei in maritum factam, nullo igitur tempore plene conualuit, & ideo nec agitur hypothecaria in maritum ignorantem, in scientem agit, quia id egit dolo malo cum muliere, vt res æstimaretur fraudandi Meuij causa, quæ sunt vltima verba text. quæ non faciunt ad casum nostrum, & subsequitur Cuiac. quod cum Accurf. hæc non perciperet multa commisset in hunc §.

Hinc sequitur quod cum hypotheca ad fauorem Caroli conualuerit, etiam quod sit generalis cum sit anterior, præferatur hypothecæ speciali Bonauentura? leg. generaliter Cod. qui pot. in pign. hab. leg. vlt. Cod. qua res pign. oblig. poss. leg. qui generaliter leg. potior. Digest. qui pot. in pign. hab. Et hæc conclusio procedit etiam quod Carolo sub conditione bona fuerint obligata, cum postea fuerint obligata Bonauentura? Nam adueniente conditione provt euenit, in casu isto retrahitur obligatio ad initium conuentionis hypothecæ, cum conditio sit casualis, nun autem potestatiua, ita vt dictus Carolus inueniatur, prior, & antiquior creditor, ac præferatur Bonauentura? posteriori creditori puro; ex dispositione dict. leg. qui balneum §. Titia, & leg. potior. §. videamus. ff. qui pot. in pign. hab. Quando enim dispositio est sub conditione casuali dicitur ius quæsitum licet conditionaliter, & ideo adueniente conditione retrahitur, & primus ille creditor præferitur secundo posteriori vt in præcitatis iuribus, quæ in puncto allegat Menoch. consil. 852. numero 38. in fin. vers. ratio differentia. Et nil mirum cum nulla detur inhabilitas extremi à quo, quia inhabilitas solum consideratur quando persona vel res perit, aut fuit interempta, non quando non est in bonis debitoris facto suo qui illam alienauit, cum alienatio habeat suam causam annexam; videlicet hypothecam anteriorem leg. debitorem Codice de pign. leg. res pignoris. Cod. de remiss. pign. Et ita habilitatem extremi declarat. Negulan-

de pign. memb. 2. §. part. numero 41. Et hanc sententiam ex text. in dict. leg. qui balneum, §. Titia in dict. leg. potior, §. videamus, tenent ferè omnes infra scripti DD. videlicet Bart. in leg. si quis pro emptore numero 46. & 47. Digestis de usufrucap. & ibidem las. n. 311. idem etiam Bart. Angel. Alexand. & reliqui in leg. filius Digestis de verb. obli. Din. conf. 4. quem sequitur Ioann. Andreas in addit. ad speculat. in titul. de Teste, §. nunc tractemus, vers. 18. in addit. magna Alberic. in dict. leg. potior per tot. ff. qui pot. in pign. hab. & ibidem Fulgos. n. 2. Socin. sen. conf. 41. n. 19. lib. 4. Gabr. conf. 141. n. 8. lib. 1. iterum Alberic. in d. leg. qui baln. §. Titia, ibi in bonis mulieris fuerit, & Fulgos. n. 1. & 5. Oldrad. conf. 14. numero quarto, Paris. conf. 11. numero quarto, eleganter Menoch. qui ponit rationem diuersitatis inter conditionem potestatiuam & casualē dict. conf. 852. numero 37. & 38. Rebuff. in tractat. de constitut. reddit. tit. 1. Gloss. 8. numero 9. Rodericus Suarez in leg. post rem indicatam in declaratione legis regni limit. 7. numero 4. ad fin. Gutierrez alleg. 4. numero 16. Negulan. de pignor. memb. 2. part. 5. numero 12. Mant. de tacit. & ambig. lib. 11. tit. 23. numero 29. & lib. 14. tit. 46. numero 19. & de communij testatur Bero. conf. 46. numero 15. & segg. lib. 1. cum infinitis qui possent allegari, & hanc etiam sententiam tenuit Rota apud Mohed. decis. 1. de pign. & alias etiam tenuisse testatur Mant. locis citatis, & bis in hac causa in præditis duabus decis. coram Reuerendiss. Domino meo Patriarcha Hierosolymitano, & prius coram R. P. D. meo Verosio 25. Iunij 1617.

Neque est verum quod huic opinioni videatur resistere text. in cap. si pro te rescript. in 6. & in Clement. 1. de concess. preben. vbi si concessum fuerit beneficium, si alicuius consensus accesserit, deinde ante præstationem consensus illud alteri fuerit concessum simpliciter, iste vltimus est potior, quamuis postea superuenisset consensus illius tertij, quia iste consensus non trahitur retro in præiudicium illius qui medio tempore ius quæsiuit, provt dicta iura ponderat Giouagnionius modernus I. C. Bononien. in consil. 35. num. 36. & cens. 98. numero 11. vers. & pro hac opinione; vbi conatur etiam probare numero 25. & 27. quod hæc sententia habeat multos contradictores. Nam huic motiuo fuit responsum nullatenus prædicta iura officere, quia ibi non agitur de conditione casuali provt in casu nostro, sed conditione potestatiua, quæ licet dependeat à voluntate tertij, non tamen trahitur retro ad tempus concessionis actus, sed vires assumit tantum tempore quo adest conditio, quæ cum non dependeat neque à Papa, neque à prouiso, sed à tertio, absque iniuria primi medio tempore Papa conferre potuit, Ioann. Andr. in dict. c. si pro te, numero tertio, Ioann. Monachus numero secundo, Geminian. numero quinto, Franc. numero tertio. Anchar. numero primo. Gugliel. de Monte Lauduno col. 1. vers. vnde hæc conditio. At secus est in conditione mixta vel casuali qualis est ista, vt dicunt DD. præcitati, & in terminis dict. Clem. 1. conditio erat mere potestatiua à voluntate prouisi, cum Papa prouiderit cum conditione nisi beneficium minoris valoris duxerit acceptandum. Vnde ante declarationem potuit Episcopus vtrumque beneficium conferre, quia illa conditio potestatiua non retrahitur, Vitalis in dict. Clem. numero 4. Cardinalis numero 9. vers. se-

cundo oppono. Anchar. numero 21. Abb. col. 1. Ioan. de Imola num. 3. & segg. Et ratio est quia quando conditio est potestatiua nullum ius dicitur parti acquisitum, ex quo pendet à voluntate alicuius quod actus perficiatur, non enim ante impletam conditionem contractus dicitur initus, sed ineundus, & ob id non trahitur retro. At secus est quando conditio est casualis, quia hoc casu dicitur ius quæsitum licet conditionaliter, & ideo veniente conditione retrahitur, & ille prior creditor præferitur secundo posteriori, provt est casus noster, vt post Ioann. de Lignano, Paul. de Eleazaris, Ioan. de Fantuccio, Gemin. & alios, distinguit Menoch. dict. conf. 852. numero 39. cum pluribus segg. & optimè Socin. sen. in consil. 48. in princ. lib. 4.

Alia etiam fuit per Dominos data responsio videlicet quod etiam si conditio de qua in iuribus illis fuisset casualis, vel mixta ad effectum acquisitionis dominij gratia prima ad fauorem secundi faciendo illi collationem puram potuit reuocari, ita vt dominium acquiratur secundo leg. quod de rei vendicac. Bart. in leg. si quis ius iurandum numero primo. Cod. de reb. credit. Afflic. in c. 1. mihi num. 31. de Vassal. qui contra constit. Lotar. & latè Menoch. conf. 388. numero 34. lib. 4. Surdus conf. 82. numero 79. & 80. lib. 3. Quod etiam fuit admissum in hac causa ad effectum acquisitionis dominij per Bonauenturam cui simpliciter fuit facta donatio cum traditione possessionis vt in decis. sub die 28. Aprilis 1617. & 7. Maij 1618. coram R. P. D. meo Verosio. At secus est respectu hypothecæ quæ non poterat considerari in casibus prædictorum iurium, quæ quidem hypotheca semper sequitur rem quæ dicitur transire cum sua causa vt supra probatum est, & eleganter distinguit Gabr. d. conf. 141. n. 8. lib. 1.

Ad DD. verò allegatos per Giouagnion. fuit responsum quod aliqui loquuntur quando extremum à quo non repetitur habile, quod non est in casu nostro cum sit habile vt supra probatum est. Et ita loquitur Negul. de pignor. dict. part. 5. membr. 2. numero 40. & 41. Magon. dec. Florent. 21. numero 13. Tiraquell de iur. constit. ampliati. 17. numero 6. & in hunc sensum loquitur Surdus in consil. 43. numero 40. & 41. lib. 2. dum agit de restitutione facta à Principe, & in consil. 382. numero 79. & 80. dum loquitur respectu dominij. Alij verò DD. dicunt quod Constitutum conditionale non retrahitur purificata conditione, quando medio tempore fuit facta realis traditio alteri, quod est verum cum de possessione, & dominio tractatur, ea ratione, quia donatio præcedens conditionalis impedire nequit quin dominium, & possessio in alium transferatur, ideo is in quem antea translata sunt sit potior, quasi is qui donauit efficere possit ne dominium & possessio primo donatario acquiratur, illam in alium ante purificatam conditionem transferendo vt in dict. leg. quoties Codice de rei vendic. quia purificato constituto extrema non sunt amplius habilia. At secus est respectu hypothecæ cum extrema sint habilia, cum hypotheca semper sequatur rem, vt supra dictum est, & ita respondet Gabr. dict. conf. 141. n. 8. lib. 1. & in istis terminis, qui non faciunt ad propositum loquuntur DD. allegati per Giouagnion. nempe Signorol. conf. 217. numero 1. Decian. conf. 247. numero 3. vers. non obstat quod supra dictum, & in leg. contractus 23. num. 22. vers. sexto limitatur. ff. de

de reg. iur. Rip. *conf. 8. tit. de donat. & ad Trebell. fol. mibi 76. Gozadin. conf. 58. num. 37. & 38. Grat. conf. 69. n. 11. Mardell. conf. 103. lib. 1. Monterent. ad Statut. Bononia tit. de pacto prat. §. ita demum vers. solutio in fin. Tiraquell. de iure constitut. ampliat. 17. numero 5. & seqq. Honded. conf. 18. n. 67. vol. 2. Marcamb. conf. 31. per tot.*

16 Non obstat quod in omnem euentum prædicta possent procedere si hypotheca fuisset purificata ante alienationem, vel fuisset ab initio pura, secus autem quando purificatur post alienationem, quia isto casu nulla adest lex aut Doctor qui hoc dicant, imo multi DD. tenent expressè contrarium, ut dicit Giouagnion. *d. conf. 35 n. 33. quod tuetur conf. 98. sed certè ex prædictis apparet de contrario, quia verissima est conclusio quod hypotheca conditionalis conditione casuali vel mixta retrahitur ad diem contractus ut supra probatum est, quod habet etiam locum quando bona futura fuerunt obligata, si postea acquirantur, & potest considerari tempus quo bona sunt affecta, ut etiam supra probatum est ex *d. leg. qui balneum, §. Titia*, supra inductum, quem DD. supra citati passim allegant ad probandam prædictam conclusionem, ut habeat hunc intellectum: Et propterea ex eo non potest firmari conclusio, quod ad hunc effectum requiratur quod bona sint in bonis, vel de tempore contractus, vel de tempore purificatæ conditionis, quia iste non est verus intellectus istius text. ut supra ex Cuiac. probatum est, sed sufficit quod aliquando pignus conualuerit prout in casu nostro, quo statim acquisitis bonis conualuit, ut iam dictum est.*

17 Nec DD. per ipsum Giouagnion. allegati contrarium dicunt, nam Bart. quem primo allegat. in *d. l. qui balneum, §. Titia, in princ.* ponens casum ibi. Primo obligati Titio rem alienatam, secundo obligati etiam Caio, tertio emi rem alienatam, quatuor illam rem Sempronio vendidi, & pretium solui primo creditori, quamuis dicat quod secundus non potest auocare à primo possessore, quia nunquam fuit illa res sibi obligata, quod est verissimum & non negatur non tamen dicit quod non conualuerit hypotheca Titij cuius res fuit primo obligata, ita ut si non fuisset satisfactus non potuisset agere contra pignus quod admittit text. ut supra ponderatum fuit, & bene facit Angel. in contrarium per Giouagnion. allegatus, qui ponit utrumque casum, videlicet Titij primi, & Meuij secundi creditoris in Summario legis, casum Titij ponit hoc modo. *Conditio existens retrahitur si habet extrema habilia*, & infra ponit casum Meuij ibi. Secundo, nota *regulam auream* huius §. *quod tunc demum per subsequens dominium confirmatur pignus à principio inualidum si in bonis debitoris tempore confirmationis inueniatur.* Ergo non sufficit sola acquisitio dominij, nisi perseveret tempore confirmationis, quia tempore quo fuit confirmatum pignus Meuij per solutionem factam Titio pignus non erat amplius in bonis, secus si fuisset in bonis prout in casu nostro.

18 Ad doctrinam Bald. in qua Giouagnion. facit maximum fundamentum in *d. §. Titia* in lectura antiqua. Respondetur quod primo loco Bald. nihil aliud facit quam redigere in summarium text. in facti contingentia ut patet ibi, in *§. Titia prædictum*. In re quæ non est in bonis debitoris tempore contractus non tempore conditionis existens, licet sit medio tempore non trahitur,

hypotheca, hætenus Bald. cuius sensus est dum dicit, si bona non reperiuntur in bonis tempore conditionis existens non trahitur hypotheca licet medio tempore fuerint, quod si non reperiuntur in bonis quando hypotheca conualuit si non fuerint alienata in tertium qui est casus *d. §. Titia*, quem in compendium redigit Bald. secundum quod propterea est intelligendus Bart. in *leg. non solum liberationis verbo, numero 7.* & ibi addent. *Digestis de legat. liberat.* qui non est casus noster; Quia conualuit hypotheca Caroli de Castro statim quando bona fuerunt acquisita, & sic erant in bonis quando hypotheca conualuit, ut supra probatum est. Et in hunc sensum loquitur in secundâ lectura antiqua dum dicit. Nota quod dominium superueniens debitori, qui obligauit rem bona fide creditori sub casu, vel conditione de futuro non confirmat pignus, nisi tempore confirmationis res sit in bonis debitoris, quia requiritur quædam habilitas tempore confirmationis; Verba enim illa sub casu, vel conditione debent intelligi secundum text. in *d. §. Titia*. Videlicet si bona mea erunt; vel si Dominus conserferit, & sic Bald. explicando illum text. loquitur sub casu, vel conditione de futuro, quæ respiciunt ipsum pignus, non autem res, & bona pro quibus conditionaliter fuit datum pignus, quia hoc casu sufficit, quod hypotheca conualuit, hoc est quod teneat primum locum, & non excludatur ab alio, quo casu etiam quod sit conditionalis conditione casuali, vel mixta purificata conditione retrahitur in præiudicium tertij, cui medio tempore fuit dominium quæsitum, ut supra est probatum.

19 Et ex prædictis tollitur facillimè dictum Fulgof. dum redigit in summ. *§. Titia* ibi Pignus in re alienata contractum non potest confirmari si tempore, quo causa confirmationem superuenit non fuerit in bonis debitoris, hoc est, quia cum pignus Meuij esset exclusum per antèius pignus Titij, cum bona fuerint alienata, & postea satisfactum Titio, licet fuerit per talem satisfactionem Titij confirmatum pignus Meuij, non tamen suffragatur, cum bona non essent amplius in bonis debitoris, quod clarè ipse Fulgof. declarat hoc modo *numero 1.* in loco in contrarium per Giouagnion. allegato dum dicit. Nota quod solutione facta primo creditori, ita demum pignus secundi creditoris confirmatur cum res pignorata in bonis debitoris inuenitur, quod ita verum puto si tempore ipsius pignoris secundi res non fuerit in bonis debitoris.

20 Et secundum terminos *d. §. Titia* sunt intelligendi Ripa in *leg. priuilegia numero 42. Digestis de priuileg. credit.* Alin. *de execut. §. 7. cap. 33. Negul. de pign. part. 5. memb. 2. numero 41.* & Bursat. *conf. 45. numero 17. lib. 1.* qui allegantur per Giouagnion. qui omnes cum allegent text. in *d. §. Titia*, iuxta illius terminos sunt intelligendi, ex doctrina Bart. in *d. l. non solum, §. liberationis verbo sup. allegato*. Nec est curandum de Grato *conf. 69. numero 11. lib. 1.* quia loquitur in constituto, & huic objectioni latè supra fuit satisfactum.

21 Non obstat tandem quod ista videatur donatio causa mortis ex adductis per Constan. Roger. *de protestat. §. 3. numero 49.* & ideo sicuti in legatis tempus existens conditionis inspicitur, ita & in donationibus causa mortis, Mant. *de tacit. & ambig. conuent. lib. 14. tit. 46. num. 11. & 12.* Quia fuit.

R. P. D. CERRO.

Romana Renunciationis.

Mercurij 23. Martij 1650.

ARGUMENTVM.

Quando & ex quibus dicatur captatoria voluntas. Et renunciatio matris facta filio, ut de suis bonis disponat ad fauorem familiae non dicatur captatoria dispositio neque à iure improbata.

SVMMARIVM.

- 1 *Pacta restringentia libertatem vltima voluntatis etiam facta cum eo de cuius hereditate agitur improbantur à iure.*
- 2 *Sustinentur reciproca vltimarum voluntatum dispositiones quando sunt ex mutua affectione.*
- 3 *Secus quando ex præambula conuentione, & pacto sunt, quia tunc censentur captatoria aliena voluntatis.*
- 4 *Dispositio supradicta est personalissima, & restringit dispositionem ad personas contemplatas, nec ultra eas extenditur.*
- 5 *Considerata conseruatione agnationis omnes filij in pari gradu existentes considerantur tanquam capita familiae.*
- 6 *Mater presumitur habere aequalem affectionem erga omnes eius filios.*
- 7 *Nec natus, nec conceptus tempore testamenti non potest dici de familia, & agnatione disponens.*
- 8 *Non videtur agnationis conseruationi prospicere qui vnicum tantum vocat, & vnicum facit substitutionis gradum.*
- 9 *In renunciationibus debet iudici causa insinuari, & liberè exprimi cum omnibus suis circumstantiis non sub inuolucro verborum.*
- 10 *Stante enormissima lesione non sustinetur renunciatio, sed ab ipso renuntiante potest impugnari.*
- 11 *Concurrentibus solemnitatibus à Statuto requisitis presumitur omnimoda validitas instrumenti.*
- 12 *Captatoria voluntas tribus modis distinguitur, & qui sint huiusmodi.*
- 13 *Qui non renuntiat sub pacto ut certa persona instituantur, sed approbat voluntatem futura dispositionis iam sibi declaratam, non captat liberam testandi facultatem.*
- 14 *Quando dispositio non est conditionalis, sed modalis sustinetur, & vitio captatoria voluntatis nequit impugnari.*
- 15 *Quando renunciarius potest instituere hæredes sibi visos nec umbra captandæ voluntatis potest considerari.*
- 16 *Ex quibus dicatur, quis constituisse perpetuam primogenituram omnes in testamento expressos, & ordine successiuo vocatos.*
- 17 *Ordo successiuus vocationis censetur repetitus inter descendentes secundi, & vltioris generis, ne plus videatur tribuere remotioribus, quam proximioribus magis dilectis.*
- 18 *Primogenitura dicitur instituta pro maiori agnationis conseruatione.*
- 19 *Quia melius conseruatur decor familia conseruant bona in primogenitis quam inter plures ea distribuunt.*
- 20 *Dicitur reliquisse familia, qui vni de familia etiam remotiori relinquit.*

- 21 Mandans institui heredem pro augmento decoris familiae dat facultatem disponendi ad libitum etiam in vnum tantum de familia.
- 22 Instituens nepotes ex fratre dicitur agnationem conseruare.
- 23 Omnes testatoris descendentes tam ex linea effectiua quam contentiua ultra decimum gradum dicuntur de ipsius familia, & agnatione.
- 24 Et admittuntur ad fideicommissum perpetuum, & pro conseruatione agnationis ordinatum.
- 25 Nati longè post obitum aui non illi succedunt in praiudicium alterius etiam remotioris tunc temporis superexistens.
- 26 Instituens heredes filios fratris censetur illos instituisse fauore conseruanda agnationis.
- 27 Onus assumendi cognomen & insignia familiae indicat testatorem voluisse illam semper, & perpetuo conseruare.
- 28 Ad effectum renunciationis sufficit causam fuisse expressam nec est necessarium eius veritatem expendere.
- 29 Ex concursu omnium solemnitatuum omnia presumuntur vera, ita ut dubitari non possit de sufficientia & veritate causae expressae.
- 30 Causa pro conseruatione agnationis est pia, & laudabilis & remouet omnem lesionis suspitionem.
- 31 In renuntiatione iuris dependentis à futuro euentu nulla pote sit considerari lesio.

DECISIO C.

Sententia Rotalis lata per Reuerendiss. P. Dom. meum Orthobonum, præuia decisione edita 24. Iunii 1649. in qua dictum fuit, renunciationem sustineri hodie impugnabatur à Valentia de Valentibus renunciante.

Et primo, quia ipsa fecit dictam renunciationem ad fauorem Philippi eius filij, vt ipse de integra sua hereditate disponeret ad fauorem certarum personarum, de quibus se certioratam asseruit; ideoque exinde filio ablata remansit libera testandi facultas, & consequenter renunciatio, tanquam captatoria nullius est roboris, & efficaciac, cum huiusmodi pacta restringentia libertatem vltimæ voluntatis à iure improbantur, etiam si fiant cum eo, de cuius hereditate agitur, vt probant text. in leg. licet 19. Cod. de pact. in leg. stipulatio hoc modo concepta 61. ff. de verbor. oblig. gloss. in leg. ex eo Instrumento, verb. successiue, Cod. de inutil. stipulat. & in l. si fratres 53. §. idem respondit il primo verb. idem, ff. pro soc. Alexand. conf. 28. per tot. lib. 3. Bertrand. cens. 246. n. 7. lib. 6. Bero. consil. 30. n. 23. vsque in fine lib. 3. Capell. Tholosan. quæst. 453. num. 2. & per tot. Tiraquell. de iur. primogen. quæstione 6. num. 18. cum seqq. Gratian. discept. forens. cap. 908. n. 1. cum seqq. Olafch. decis. Pedemont. 100 n. 17. cum aliis per Rotam in Romana de Canaleriis 25. Iunii 1632. & 12. Februarij 1633. coram clar. mem. Coccino in rec. dec. 178. n. 3. & 4. & dec. 350. n. 11. & 13. part. 6.

Idque eo fortius, cum illa non fecerit simpliciter ex affectione erga filium, sed ea lege & pacto, vt institueret personas inter ipsos conuentas, ibi, Certior facta de ipsius voluntate circa institutionem heredis, &c. vt hoc faciat summopere desiderans obulit eidem eius filio renunciare, &c. & ibi, Hanc autem renunciationem fecit, &c. ad effectum, vt dictus D. Philippus de tota, & integra sua hereditate

ad eius libitum disponere valeat ad fauorem supradictarum personarum, &c. Licet enim sustineantur reciproca vltimarum voluntatum dispositiones, quando fiunt ex mutua dispositionum affectione per text. in leg. captatorias, ff. de hered. instit. Secus tamen est, vbi (provt hic) factæ fuerunt ex præambula conuentione, & pacto inter ipsos disponentes præcedenter inito, tunc enim excluditur mutua affectionis, ratio, & dispositiones censentur captatorie alienæ voluntatis, vt tradit Bartol. in dict. licet sub num. 1. Cod. de pact. DD. communiter in leg. captatorias, Cod. de testament. milit. & in leg. illa autem institutiones, ff. de hered. institut. Gratian. dict. cap. 908. n. 5. cum seqq. Rota in recent. decis. 272. n. 1. part. 8. & in Romana hereditatis de Scarfellis 17. Decembris 1645. coram Reuerendiss. Dom. meo Decano, & 27. Iunij 1646. coram R. P. Dom. meo Gelfo. Attenta præsertim stipulatione, & acceptione facta à Philippo renunciatio pro se, suisque hæredibus, & successoribus in testamento declarandis, quæ non sit adiecta vltimæ voluntati, sed renunciatio facta per contractum inter viuos, induxit necessitatem causatiuam testandi ad fauorem earundem personarum, & indicat, Valentiam aliter non renunciasse, nisi filius renunciatarius sic testari promississet: Quæ quidem necessitas remissa non fuit ex facultate deinde ipsi concessa disponendi ad eius libitum, dum addita fuerunt sequentia verba, ibi, ad fauorem supradictarum personarum, quibus satis explicatur, facultatem non suffragari ad disponendum extra personas concordatas: Dicitio enim illa, supradictarum, tanquam personalissima restringit dispositionem ad personas contemplatas, & ultra eas non comparitur extensionem, Aym. conf. 98. n. 8. Menoch. conf. 86. n. 43. & 44. & conf. 610. n. 22. Fufar. conf. 99. num. 4. Surd. conf. 123. n. 13.

Secundò quia deficit causa, cuius contemplatione renunciatio facta fuit; Valentia enim renunciatum pro conseruatione bonotum in augmentum decoris familie, & agnationis, ac proinde omnes eius filij in pari gradu existentes, tanquam capita familie erant instituti ad trad. per Molin. de primogen. Hispan. libr. primo, cap. 5. numero 31. Ponderatis pacipud tum illis verbis ad fauorem supradictarum personarum, quæ demonstrant plures personas à renunciante fuisse contemplatas; tum etiam qualitate ipsius renunciantis, quæ cum sit communis mater, æqualem præsumitur habere affectionem erga omnes eius filios, & sic voluisse, quod omnes æqualiter instituerentur; ad tradita per Angel. in §. illud quoque, auth. de nupt. Dec. in leg. 1. sub num. 2. Cod. vnd. liber. Ideoque illi satisfactum non fuit à Philippo renunciatio, dum non instituit præfatos eius fratres, & respectiue filios dictæ renunciantis viuentes, & extantes, sed nepotem nasciturum ex vno ipsorum tunc nec etiam coniugato, qui cum eo tempore nec natus, nec conceptus fuisset, non poterat dici de familia, & agnatione disponentis leg. si quis filio ff. de iniust. rupt. & irrit. testam. l. Titius exheredato filio ff. de iur. & legit. Nec agnationis conseruationi prospexisse videtur, dum vnicum tantum vocauit, & vnicum gradum substitutionis fecit ex allegatis per sanct. mem. Gregor. decis. 464. n. 17.

Tertio, quia decretum Iudicis interpositum non fuit, causa cognita, eique insinuata, provt requiritur per Statut. Urb. lib. 1. capit. 151. Nam modus

modus conseruandæ agnationem pro institutione nepotis nascituri cum exclusione omnium fratrum non erat palliandus sub inuolucro verborum, sed liberè exprimendus cum omnibus suis circumstantiis, vt mater posset deliberare, an vellet eidem consentire, ac iudex illum intelligere, & approbare per ea, quæ dicit Rota coram bon. mem. Buratto decis. 120. num. 8. & 21. & in recent. decisione 1. numero 21. & decisione 203. & 22. & 23. part. 8. ac in Romana domuncularum 10. Febr. 1648. coram Reuerendiss. D. meo Decano, §. non obstant in fine.

Quartò denique, quia fuit enormissimè læstua, cum pro tenui menstruo legato scutorum 25. temporaliter duraturo ipsa renunciatum legitimum ascendente ad seuta quinquaginta mille, & ultra, Stante enim enormissima læsione, renunciatio non sustinetur, sed ab ipsamet muliere renunciantem validè potest impugnari, vt respondit Rota decisione 102. numero primo, cum sequentibus part. 2. diuersculo decisione 318. numero 1. cum seq. par. 8. recent. & in Romana donationis 16. Martij 1643. coram Reuerendiss. P. D. meo Bichio.

Verùm causa proposita, his minime obstantibus, Domini iterum existimantur renunciantem sustineri & sic sententiam Rotalem esse confirmandam, quia eius validitas non reuocatur in dubium, & iustitia conuincitur ex ipso renunciantis Instrumento, in quo seruata fuerunt omnes solemnitates per statutum nostrum requiritæ lib. 1. cap. 151. omnimodæ validitatis præsumptionem præferentes, ex iuribus allegatis in dicta decisione edita coram Reuerendissimo P. D. meo Orthobono, §. ratio est, & in Romana præfata restitutionis dotis 15. Ianuarij, & 21. Iunij 1649. coram R. P. D. meo Penningero.

Primum siquidem obiectum temoneri visum fuit ex qualitate dispositionis captatorie, quæ regulariter tripliciter diuiditur. Primò scilicet, quando substantia vltimæ voluntatis principaliter, & directo confertur in liberam voluntatem alterius, vt puta si testator dixerit, Instituo heredem Sempronium, si Titius voluerit, quia si Titius dicat se nolle, Sempronius non erit institutus, & Testator remanebit deceptus decedendo intestatus lege si quis Sempronium 68. vbi gloss. in figuracione casus, Digestis de heredit. institut. gloss. in lege captatorias verb. aliena. Digestis eodem in lege captatoria in figurat. cas. Digestis de legat. 1. & in lege captatorias. Cod. de testamento milit. Secundò quando non principaliter, sed per indirectum committitur substantia dispositionis, vt instituo, quem Titius voluerit; Nam Titio nolente, vel non eligente, institutio fit sub spe alterius institutionis, videlicet, Instituo te, si institueris me. gloss. in dict. l. captatorias d. verb. captatorias. C. de testament. milit. & hisce tribus modis captatoriam voluntatem distinxerunt Couarr. in cap. cum tibi numero 1. de testam. Grass. in §. institutio questione 18. num. 2. & Rota in superius allegata Romana de Canaleriis 25. Iunij 1632. coram clar. mem. Coccino in recent. d. decisione 350. num. 4. vsque ad 14. par. 6. Tertia verò species subdividitur etiam & comprehenditur conditio tendat ad alium extraneum hæredem Salgado Labyrinth. Credit. Tom. I. l.

dem instituendum, vt puta, Titius habeat certum, vel heres meus esto, si Manium heredem instituerit, per text. in d. lege si fratres 53. d. §. idem respondit il primo, Digestis pro soc. & in illa autem institutione 71. versiculo sed illud queri potest. Digestis de hereditate institutionis. Couarr. in d. cap. cum tibi, numero secundo versiculo & ideo idem erit.

Nulla autem ex præfatis speciebus congruit casui nostro. Prima siquidem, & secunda non indigent discussione: tertia verò penitus tollitur ex contextu renunciantis: Valentia enim non renunciatum sub præfata promissione, pacto, seu conditione, quod Philippus renunciatarius certas personas institueret; sed approbavit dumtaxat eius voluntatem futuræ dispositionis antecedenter sibi oretenus declaratam, atque ad renunciantium mota fuit, vt eo magis filius eandem suam voluntatem iam sibi cognitam posset adimplere, vt sunt clara verba eiusdem renunciantis, ibi, Per Illustrissima D. Valentia, &c. exposuit, & narravit, quod Per Illustrissima D. Philippus de Valentibus eius filius, &c. volens de bonis suis disponere proposuit testari, ipsaque exponens certæ facta de ipsius voluntate circa institutionem heredis, & de causa, ex qua mouetur pro bonorum conseruatione in augmentum decoris familie, & agnationis, &c. huiusmodi voluntati adhærens, idemque intendens, ac propterea vt hoc faciat summopere desiderans obulit eidem eius filio renunciare legitimam, & aliam quamcumque portionem sibi in bonis illius de iure quomodolibet debitam &c. & ibi, renunciatum, &c. legitima & alteri cuiuscumque portioni, &c. ipsamque legitimam, & aliam quamcumque portionem, ac iura, &c. vt supra cessit, &c. dicto D. Philippo eius filio presentij, & pro se, suisque hæredibus, & successoribus in dicto testamento nominandis, seu declarandis acceptanti, &c. Hanc autem renunciantem fecit, &c. ad effectum, vt dictus Dominus Philippus de tota, & integra eius hereditate ad eius libitum disponere valeat ad fauorem supradictarum personarum, &c. Hinc igitur institutio hæredis pendebat ab arbitrio renunciantis iam antea declarato, & consequenter renuncians per huiusmodi renunciantem non captauit, neque occupauit illius liberam testandi facultatem ad tradita per Fontanell. de pact. nuptial. claus. 5. gloss. 10. par. 2. numero 19. fol. mibi 241. Matrill. decisione Sicul. 190. numero 1. & 2. verba vero illa ibi, vt hoc faciat summopere desiderans, & ibi, vt dictus D. Philippus de tota, & integra eius hereditate ad eius libitum disponere valeat ad fauorem supradictarum personarum, &c. non important conditionem, sed modum, nec faciunt dispositionem conditionalem, sed modalem, quæ proinde sustinetur, & vitio captatorie voluntatis impugnatum non potest, esto quod si modus esset illicitus, & à iure improbatum reici deberet, vt docet gloss. in lege cum donationis, verb. adstringitur, versiculo si verò remittat, C. de transact. Ruin. conf. 20. numero secundo & 3. lib. 2. Pergrin. conf. 34. n. 3. cum seqq. lib. 5. & de fideicommiss. art. 33. num. 63. Fufar. de subfist. qu. 503. n. 27. cum seqq.

Indeque cessant omnia superius in contrarium adducta: Procederent enim, si Valentia

renunciasset sub explicita conditione instituendi certas personas, itavt filius renunciatarius contra eius voluntatem adstrictus esset vnum magis quam alium habere hæredem, vt ad literam proban. text. gloss. & DD. supra allegati, & facit Soccin. iun. *consil.* 143. *num.* 40. *lib.* 1. Secus autem, vbi renunciavit (provt hic) per modum simplicis approbationis, & adhaerendo voluntati eius filij sibi antea declaratae. Hoc enim casu cum renunciatarius instituire potuisset hæredes sibi visos & quos vellet, nec minus vmbra captandæ filialis voluntatis in matre renunciante considerari potest, vt optime tradit Bart. *conf.* 72. *sub.* *num.* 1. *vers.* *sed in proposito, volum.* 1. quem refert & sequitur Soccin. iun. *d. conf.* 143. *numero* 41. Acceptatio verò, & stipulatio pro hæredibus in testamento declarandis nullius est releuantia, quia illorum nominatio non pendeat à voluntate renunciantis, sed à libero arbitrio renunciatarij iuxta declarationem præcedentem ab ipso ore tenus factam quod à iure non improbat iuxta auctoritates superius allegatas.

Secundum penitus tollitur, tam in Facto, quam in Iure: In factu scilicet, quia causa renunciationis non fuit in eo constituta, quod Philippus deliberauerit instituere eius familiam, vel agnationem simpliciter, & absolute, sed quia deliberauerat instituere hæredem pro conseruatione bonorum in augmentum decoris familiaris, & agnationis, ibi, *Ipsaque exponens certior facta de ipsius voluntate circa institutionem hæredis, & de causa, ex qua mouetur pro bonorum conseruatione in augmentum decoris familiaris, & agnationis, &c. huiusmodi voluntati adhaerens, &c.* Vnde cum ipse in eius testamento hæredem instituerit Primogenitum Andreæ Angeli eius fratris, & illi substituerit omnes eius filios, & descendentes masculos in perpetuum omnibusque defectis, vocauerit secundo genitum, & eius descendentes pariter masculos, ac demum eodem modo tertium, quartum, & vltiorem genitum, cum perpetuo, & cessiuo ordine primogenituræ: Et casu quo Andreas Angelus non haberet filios, vel omnes illius descendentes decesserint, substituerit alios eius nepotes, scilicet Ioannem Baptistam, eiusque filios, & descendentes, ac deinde Iacobum, illiusque pariter filios, & descendentes, vt supra, cum prohibitionibus, oneribus, & aliis in testamento adscriptis pro perpetua eius agnationis & familiaris conseruatione, ibi, *In iuris, & singuli alij miei, &c. mio herede vniversale faccio, &c. il primo figliuolo maschio legitimo, e naturale, che hauerà con la Dio gratia il Sig. Andrea Angelo mio fratello, & à lui voglio, che egli succedino volgarmente, e per fideicommissio li suoi figliuoli, nepoti, e pronepoti, & altri descendenti maschi legitimi, e naturali in perpetuo, & infinito; Et mancando detto figliuolo, e sua descendenza masculina voglio, che similmente succeda il secondo genito di detto Signor Andrea Angelo, e la sua descendenza masculina legitima, e naturale, come sopra, e così il terzo, quarto, & altri geniti di detto Sig. Andrea Angelo, e loro descendenza, &c. E caso, che detto Sign. Andrea Angelo non hauesse figliuoli, o descendenti maschi, come sopra, o morissero, &c. in questo caso voglio, che in detta mia heredità interamente, e senza diminutionem alcuna succeda detto Sig. Gio. Battista mio nepote, e li suoi figliuoli, e descendenti maschi, come sopra, & in defecto loro re-*

stando finita la loro descendenza, voglio, che succeda detto Sig. Giacomo suo fratello, e mio nepote, li suoi figliuoli, e descendenti come sopra, esclusi sempre in qualsiuoglia di dette descendenze le femine, e loro descendenti, & in defecto di questi, o vero mancando, e restando parimente finita la loro descendenza, voglio, che quello, che sarà vltimo, possa disporre di tutta la mia heredità, instituendo herede vniversale vn figliuolo naturale di vna di dette descendenze, se pure per fragilità humana ci fusse, à sua electione, e quando ci fusse vno legitimo, e naturale delli nostri più prossimi, parimente à sua electione, con le vocazioni, substitutioni, fideicommissi, prohibitioni, & altro, che saranno necessarii per la perpetua conseruatione, e nome della mia famiglia, &c. che perciò voglio, che quello, che succederà pro tempore, pigli, & vti cognome, e l'arme della mia Casa, &c.

Vtique constituisse videtur perpetuam Primogenituram inter omnes in eodem testamento expressos, & dicto ordine successiuo vocatos, vt tradit Menoch. *conf.* 904. *num.* 44. *vol.* 10. *Rot. in Auenionen. fideicommissi* 5. *Decembris* 1635. *coram Eminentiss. D. Card. Panziolo in recent. decisione* 77. *num.* 24. *part.* 7. Licet non expresserit ordinem successiuæ vocationis inter filios, & descendentes primi, secundi, & vltioris geniti, cum in ipsis repetitus censetur, ne alias valeat plus tribuisse remotioribus, quam proximioribus magis dilectis, vt in puncto respondent Anchar *consilio* 27. *per tot.* *Roman. consilio* 438. *numero* 13. *Peregrinus consilio* 38. *numero* 6. *vsque in fine lib.* 5. *Menoch. consilio* 1006. *numero* 49. *volum.* 10. *Tiraquell. de iure primog. questione* 3. *numero* 6. *cum sequentibus & signanter num.* 10. *Molin. de primogenit. Hispan. lib. cap.* 5. *numero* 19. & 20. *cum aliis optime adductis in Tiburtina fideicommissi* 25. *Mañ 1646. & lucet, 14. Ianuarij* 1647. *S. nec dubitare fecit coram Reuerendiss. P. D. meo Arguelles.* Et consequenter controuerti non potest, ipsum plene adimpleuisse causam conseruationis decoris familiaris, & agnationis in dicto Instrumento renunciationis expressam; Cum primogenituræ introductæ, ac institutæ dicantur pro maiori agnationis conseruatione, *Cepol. consilio* 251. *numero* 48. *libro* 2. *Decian. respon.* 31. *sub numero* 9. *versiculo secundo ad probandum vol.* 1. *Gabr. consilio* 106. *numero* 3. *versiculo tamen dubium fecit lib.* 1. *Menoch. consilio* 204. *numero* 18. *vol.* 3. *Tiraquellus vbi supra questione* 71. *numero* 2. & 3. *Card. Mant. de coniectur. vltim. volum.* *lib.* 6. *tit.* 15. *ante numerum* 16. *versiculo item si testator, Rota in recent. decisione* 427. *numero* 40. *part.* 5. Ea scilicet ratione, quia familiarum decor, & dignitas melius conseruantur ex inita bonorum conseruatione in personis primogenitorum, quam per illorum distributionem inter plures, vt optime ponderarunt Soccin. *senior consilio* 47. *numero* 6. *lib.* 3. *Parisi. consilio* 72. *numero* 81. *part.* 4. bene ad propositum relati in dicta decisione coram Reuerendissimo P. D. meo Ortoobono, & quia tantum abest, quos refert, & sequitur *Surd. consilio* 241. *numero* 14. & doctè comprobauit *Rota in Romana locorum Montium* 15. *Februarij* 1641. *coram Reuerendiss. D. meo Decano, & de iure namque.*

In iure verò, quia familiaris reliquisse dicitur, qui vni de familia etiam remotiori reliquit,

vt probant text. clari in *leg. filiusfamilias* 117. §. cum prator, ibi, *Verum est in familia reliquisse licet vni reliquisset, Digestis de legatis* 1. & in *leg. vnum ex familia*, §. si falcidia, ibi. *Itaque si cum fore tres ex familia eius essent, qui fideicommissum reliquis eodem, vel dispari gradu, satis erit vni reliquisse, &c.* ibique *Gloss. dict. verb. vni, Digestis de leg.* 2. *Castren. consil.* 32. *in fin. part.* 1. *Alciat. consil.* 120. *num.* 9. *lib.* 9. *Crot. conf.* 48. *ante numerum* 12. *vers. hinc obiecti lib.* 1. *Ruin. conf.* 114. *num.* 10. & signanter, *vers. ideo potest fieri, conf.* 116. *num.* 13. *vers.* & propterea, & *conf.* 127. *num.* 13. *vers. sicut quando lib.* 2. bene *Surd. conf.* 19. *num.* 6. & 7. *cum seqq.*

Ideo non refert, quod mater censetur æqualem habere affectionem inter omnes eius filios.

Quia ipsa in dicta renunciatione nullam dispositionem fecit, nec fieri mandauit ad fauorem familiaris, ex qua proinde censeretur, omnes æqualiter instituisse, vel institui voluisse, in quibus terminis loquuntur iura ab altera parte allegata: Sed tantummodo approbavit, (vt dictum est) voluntatem renunciatarij sibi ore tenus declaratam instituendi hæredem pro augmento decoris familiaris, & agnationis, ideoque illi dedisse videtur absolutam disponendi facultatem de re sibi renunciata, vt possit de ea ad sui libitum disponere etiam in vnum tantum de familia ex iuribus supra adductis, & signanter *Ruin. dict. conf.* 114. *sub num.* 10. & *dict. conf.* 116. *num.* 12. *vers. ratio ergo, qui pro ratione considerat, quod similis renunciatio in fauorem renunciatarij principaliter facta censetur.*

Nec subsistit, quod primogenitus Andreæ Angeli, tanquam non natus, neque conceptus in vita testatoris non dicatur eius agnatus, & sic deficiat causa conseruandæ agnationis.

Quia præter quod obiectum euitatur animaduertendum, quod dum testator in defectu linearum omnium descendendum masculorum Andreæ Angeli sustinuit dictos Ioann. Baptistam, & deinde Iacobum, eorumque descendentes, pariter eius ex altero fratre nepotes tunc natos, & superexistentes, in ipsis causa agnationis conseruandæ suam congruam habuit effectum, vt responsum fuit in *Romana successione* 13. *Iunij* 1624. *coram bon. mem. Merlino in recent. decis.* 561. *num.* 70. *part.* 8. Tollitur hæc difficultas faciliori responsione, quia omnes descendentes testatoris iam ex linea effectiua, quam contentiua etiam in remotissimo tempore ultra decimum gradum progeniti, & vsque ad actualem linearum extinctionem dicuntur de ipsius familia, & agnatione *leg. Prator ait, Digestis de suis, & legitim.* Ac admittuntur ad fideicommissum ab eo institutum, quotiescumque ipse perpetuitatem considerauit, & voluit agnationem conseruari, vt post *Peregr. consil.* 44. *num.* 6. *lib.* 4. & *conf.* 142. *sub numero sexto libro quinto, Surdus dict. conf.* 241. *numero* 50. dictum fuit in *Ferrarien. fideicommissi de Rasiis* 12. *Decembris* 1622. *coram bon. mem. Merlino in recent. decis.* 436. *numero* quinto, & *sexto part. quinta.* Quomodo enim concepti, & nati post obitum testatoris admitti potuissent ad fideicommissum pro agnatione institutum, nisi illius familia, & agnatione extitissent? Extus verò in obiecto allegati non distulissent?

Sagado Labyrinth. Credit. Tom. I I.

cunt non esse agnatum testatoris, qui post eius mortem concipitur, & nascitur; sed quod nepos conceptus, & natus longè post obitum patris, vel aui, illi ab intestato non succedit in præiudicium alterius etiam remotioris tunc temporis superexistens, vt sunt verba text. in *dict. leg. si quis filio*, ibi, *Ceterum si postea conceptus est. Marcellus scribit, neque ut suum, neque ut nepotem, aut cognatum ad hereditatem, vel ad bonorum possessionem posse admitti, Digestis de instit. vni. & irrit. testam. & in leg. Titius exheredato filio*, ibi, *Respondi, qui post mortem aut sui concipitur, is neque legitimam hereditatem eius tanquam suus hæres, neque bonorum possessionem tanquam cognatus accipere potest, quia lex 12. tabularum eum vocat ad hereditatem, qui moriente eo, de cuius bonis quaritur, in rerum natura fuerit, &c. Digestis de suis, & legitim.* ac bene explicat *Petr. de fideicommiss. quest.* 9. *n.* 180. & 181.

Et hinc etiam corrui suppositum, quod vnicum tantum vocauerit, & vnicum gradum substitutionis fecerit, ideoque non prospexerit agnationis conseruationi.

Quia ultra quod frater instituendo sibi hæredes filios alterius fratris etiam futuros, & incognitos, censetur illos instituisse fauore conseruandæ agnationis, vt probat Soccin. iun. *conf.* 172. *sub numero* 26. *vers. responderetur, quod etiam lib.* 2. Ex lectura testamenti superius recentis euidenter apparet, plures personas instituisse, vocasse, & substituisse vsque in infinitum, pluresque gradus substitutionum fecisse, semper vocando masculos, & excludendo feminas, eorumque descendentes iuncto nominandis onere assumendi cognomen, & insignia eius familiaris pro perpetua agnationis conseruatione; itavt per consequens clarior deducatur difponentis intentio, quod voluerit illam semper, & perpetuo eo magis conseruare, vt in puncto tradit *Surdus dict. consil.* 241. *numero* 13. *lan. memor. Gregor. dict. decis.* 464. *num.* 18. *Rota in recent. decis.* 135. *num.* 7. & 8. & *dict. dec.* 427. *numero* 35. 36. & 39. *part.* 5. & *decis.* 126. *num.* 8. *part.* 7.

Ex his itaque cessat pariter tertium, quia cum ipsamet Valentia Iudici asseruerit ad dictam renunciationem deuenire propter augmentum familiaris, & agnationis, nec non etiam, quia sciebat Philippum renunciatarium velle ipsi renunciandi relinquere scuta 25. quolibet mense sibi anticipatè soluenda: vti que ex facto apparet non solum huiusmodi causam cognitam fuisse, & Iudici insinuatam, provt attestatur notarius rogatus super interpositione decreti, ibi, *Ex nunc dictus D. Iudex vt supra sedens visis, &c. consideratis, &c. causaque plenè cognita, & mature discussa, &c.* Sed etiam manifestè conuincitur veritas, & effectiua eiusdem causæ, dum filius renunciatarius omnia à renunciante eidem Iudici exposita punctualiter adimpleuit, licet ad istum effectum sufficere, causam fuisse expressam, nec sit necessarium eius veritatem *coram bon. mem. Merlino in recent. decis.* 436. *numero* quinto, & *sexto part. quinta.* Quomodo enim concepti, & nati post obitum testatoris admitti potuissent ad fideicommissum pro agnatione institutum, nisi illius familia, & agnatione extitissent? Extus verò in obiecto allegati non distulissent?

ris, qui eidem renunciacioni interfuerunt, eorumque consensum, & auctoritatem præstiterunt, omnia præsumuntur vera, & rationabiliter, ac solemniter gesta, itavt de sufficientia, & veritate causæ expressæ dubitari non possit, vt respondit Rota decis. 345. num. 9. part. 4. recent. in Anconitana redditionis rationis 2. Decembris 1647. coram Reuerendiss. D. Terracinen. §. est enim & in dict. Romana præsentæ restitutoris dotis 15. Ianuarij, cuius quidam, & 21. Iunij 1649. §. cuius quidam, & 21. Iunij 1649. §. sed etiam coram Reuerendiss. P. D. meo Penningero.

Quantum denique optimè sublatum fuit in dicta decisione emissa coram Reuerendiss. Patre Domino meo Orthobono §. penult. & final. Ea scilicet ratione, quia huiusmodi renunciatio facta fuit non solum contemplatione dictæ menstruæ præstationis scutorum 25. sed etiam pro agnationis conseruatione, vt toties dictum est, quæ causa tanquam supia, & laudabilis quamcunque remouet læsionis suspicionem ad tradita per Rotam in similibus terminis coram san. mem. Gregorio decis. 120. num. 12. & seqq. & in recent. decis. 74. n. 23. part. 5. Accedente insuper, quod non agebatur de iure iam purificato, sed à futuro euentu mortis filij dependente, cui licet infirmo mater ipsa septuagenaria poterat præcedere, vel saltem bona illias ab eo tempore vsque ab obitum valde diminui (provt quotidie maximè in mercatoribus contingere solet) ita vt per consequens nulla penitus læsio considerari valeat, vt ponderatur in dicta decisione §. final.

Atque ita resolutum fuit, vtraque parte informante, &c.

R. P. D. Bichio.

Romana, seu Ianuen. Pecuniaria.

Prima Iulij 1645.

ARGUMENTVM.

Agitur de iustificatione cambiorum; de liquidatione interesse, & damnorum, & aliis ad negotiationem facientibus.

S F M M A R I V M.

- 1 Confessio debiti inter creditorem, & debitorem non probat in præiudicium alterius creditoris etiam posterioris, ne sit in potestate debitoris, creditores circumuenire.
- 2 Maximè quando debitor de tempore confessionis erat de proximo decocturus.
- 3 Paria sunt quod tempore confessionis debitor sit decoctus, vel de proximo decocturus.
- 4 In materia cambiorum non statur confessioni, seu solidationi factæ inter partes, ne sub prætextu huiusmodi confessionis, aperiatur via fraudibus, & illicitis vsuris, & n. 19.
- 5 Onus probandi cambia, competit creditoribus, qui sunt Actores.
- 6 In eadem causam indebitam, interpretatur promittens pecunias negotiari, vt non curatur an negotiatus fuerit, necne.
- 7 Promittens pecunias ad cambium, non tenetur probare, illas fuisse ad cambium negotiatas.
- 8 Procurator, qui mandatum suscepit ad aliquid

faciendum, docere debet de illius executione, alioquin condemnatur.

- 10 Mandans si petit cambia vti cambia, tenetur probare pecuniarum transmissionem ad nundinas, & de ratione.
- 11 Quæ transmissio probatur exhibendo saltem litteras redditus.
- 12 Sed si petit cambia tanquam damna, & interesse, illa obtrinebit absque eo quod probet pecunias fuisse per mandatarium ad cambium datas, n. 13.
- 14 Mandatarius ad certam quantitatem, loco damnorum, & interesse condemnari non potest, nisi mandans probet quantum post mandatum susceptum, fuerit ab aliis ex cambiis perceptum. Et id solum consequi debet, nec ultra petere potest.
- 16 Liquidatio interesse, seu quantitatis debite faciendæ est à creditore, etiam in iudiciis executionis.
- 17 Cambia non sunt vniformia, sed reddunt modo plus, modo minus, imò quoadcumque damnnum afferunt.
- 18 Procurator debet restituere domino, etiam indebitè percepta.
- 20 Susceptio risici facta ab eo, qui simpliciter in se suscepit risicum capitalis, aut illud restituere promisit, intelligitur de alio periculo amissionis capitalis, quam promouente ex natura negotij, & habentur exempla.
- 21 Promissio de restituendo capitale, non intelligitur de toto capitali, sed de eo quod supererit.
- 22 Imer Mercatores, idem est stare del credere quod periculum amissionis respectu nominatorum debitorum.
- 23 Dictio, Etiam, est ampliatiua, & implicat etiam in materia stricta, & n. 24.
- 25 Verbum Aliquo, est vniuersale, & omnes casus comprehendit.
- 26 Conuentio, seu susceptio omnis periculi est illicita, & vsuraria.
- 27 Est contra ius, quod dans pecunias habeat caput saluum, & accipiens habeat caput fractum, perdendo oleum, & operam.
- 28 Est contra omnem iustitiam, & æquitatem, quod accipiens pecunias ad cambium subeat omne damnnum, & illas dans omne lucrum percipiat.
- 29 Quod procedit, tam in contractu Societatis, quam assicuracionis, cum semper requiratur iuxta compensationem periculi suscepti, dimittendo saltem assicuranti certam partem lucri ex pecuniis percipiendam.
- 30 Usuraria dicitur conuentio per quam alteri, qui subit omne periculum capitalis, concedatur pars lucri, quatenus certam summam excedat, non autem si non excedat.

DECISIO CI.

FRatres de Ferrariis vti Creditores Francisci Viuiani in duabus partitis, altera scutorum 6253. & solidorum 13. auri marcarum, altera scutorum 9000. similibus quæ Viuianus promiserat negotiare, seu negotiari facere super cambiis, egerunt pro restitutione fortis principalis contra Octauium Costam Creditorem posteriorem eiusdem Viuiani, qui pecunias communis debitoris receperat sub cautione de restit. prioribus, & potioribus creditoribus, rum ex pecuniis Viuiani, quæ illorū manus peruenierat, quæ imputari debent in sorte, quia cambia non debentur; fuit coram bon. mem. Cocino propositū dubiū, An constet de tali satisfactione. Quo sæpè

sæpè propositū, & nunquam resolutū, tandem DD. mandauerunt, vt videretur an cambia vtriusque partitæ sint iustificata, Cuius dubij discussione assumpta, coram me in hac causa subrogato per obitum bonæ memoriæ Cocini; Informantes pro Ferrariis, commissi pro nunc partia scutorum 6253. inistebant alteri, scut. 9000. eiusque cambia non esse iustificata resolutum fuit.

Neque enim ad hunc effectum sufficit confessio Viuiani debitoris in instrumento faldi, facti cum Ferrariis; tum quia confessio debiti inter Debitorem, & Creditorem non probat in præiudicium Costæ, seu alterius Creditoris etiam posterioris; ne sit in potestate debitoris, Creditores circumuenire, Cin. in l. vbi adhuc, n. 1. Cod. de iur. dot. Castr. in l. Sic Mancipia n. 5. ff. ad Velleianum. Bald. conf. 432. n. 1. lib. 1. Grat. discept. 287. n. 1. & seqq. Rota coram bon. mem. Buratto decis. 9. num. 1. & decis. 104. num. 1. & 2.

2 Eo minus quando debitor tempore confessionis erat de proximo decocturus, Baldus dicto consilio 432. & conf. 399. n. 3. lib. 5. Stracc. de decoct. iis. qui pot. in bon. decoct. n. 17. Grat. discept. 768. n. 7. 8. Castill. dec. 22. n. 36. lib. 1. Burat. d. decis. 9. & dec. 104. vt in casu nostro erat Viuianus, quia post 20. dies decessit cum fama publica decoctionis, relicto ære alieno, supra suas facultates, in summa scut. 10000. vt testantur primarij Ciues, & Mercatores Ianuen. & comprobatur deputatio assumptorum, & descriptio bonorum illico facta, ad instantiam creditorum, præiudicium Senatus; vt in Summario Costæ n. 1. & 2. paria enim sunt, quod tempore confessionis debitor sit decoctus, vel de proximo decocturus, Vrsill. ad Afflic. dec. 402. n. 7. cum aliis allegat. per ad Burat. d. decis. 9. litt. B.

4 Tum, etiam quia in materia Cambiorum non statur confessioni, seu solidationi factæ inter partes; ne sub prætextu huiusmodi confessionis, aperiatur via fraudibus, & illicitis vsuris, Grat. discept. 852. num. 11. 12. & 23. Rota decis. 775. n. 2. par. 4. diuers. decis. 51. num. 5. decis. 559. n. 2. parte prima rec. Dec. 29. n. 3. 4. part. 7. & in Romana Cambij 17. Februarij 1642. coram me, & c. Incumbit autem onus probandi iustificandi cambia Ferrariis creditoribus, qui sunt Actores, ad text. in leg. nimis graue, Cod. de testibus l. cogi possessorem, C. de petit. hered. leg. exceptionem Cod. de probat. gloss. in leg. cum de lege. ff. eod. Grat. conf. 38. n. 6. lib. 2. quamuis hodie non petant cambia, sed sortem principalem; nam pecunias quas hæcenus receperunt pro cambiis, nisi illa iustificentur, cesserunt ipso iure in extinctionem fortis; cum lex solutum in causam indebitam, interpretetur in causam debitam. R. oman. conf. 238. n. primo Franc. Anton. Costa. conf. 37. n. 58. Io. Francif. de Ponte conf. 70. num. 25. & seqq. lib. 1. dec. 373. n. 1. Et in puncto, Rota in decis. Romana Cambij, in qua respondetur omnibus contrariis, & in alia licentia pecuniaria 29. Maij 1643. coram me.

5 Nec releuat, quod agatur ex obligatione Viuiani, qui promisit scuta 9. M. negotiari super cambiis; ideoque opus non sit iustificatione, quod pecuniæ fuerint cambiata, cum talis promissor ratione mandati suscepti ad negotiandum, tenetur; nec curatur an negotiatus fuerit nec ne, vt in specie, Ioseph. Roman. consil. 41. n. 12. & 13. vbi quod dans pecunias, non teneatur probare pecunias fuisse ad cambium negotiatas, lib. 1. Bellon. decis. Ianuen. 9. n. 5. distinet. 24. num. 2. Dec. 209. n. 2. vers. sed Ioannes Baptistæ inter impress. post. 2. vol. conf. Farin. Ea Salgado Labyrinth. Credit. Tom. II.

7 8

ratione, quia Procurator, qui mandatum suscepit, docere ipse debet de illius executione, alioquin condemnatur, l. si procuratorem 8. l. idem que 10. §. procur. l. si mandauero 22. §. sic ff. mandat. leg. ad comparandas 26. Cod. eod. tit. Cuiac. contr. 265. n. 1. Surdus decis. 304. n. 4. 5.

10 Quia hoc procedit cum distinctione; Aut enim mandans petit cambia, vt cambia; cumque illa non debeantur nisi fuerit executum mandatum per effectum transmissionem pecuniarum ad nundinas, debet actor eandem transmissionem tanquam suæ intentionis fundamentum probare; Mant. dec. 283. n. 5. Exhibendo litteras redditus, iuxta decis. 951. in fine, lib. 3. parte 3. diuers. Decis. 274. num. 6. par. 5. rec. Dec. 32. num. 21. coram Reuerendissimo Viggell. & in Anconitana Cambiorum 8. Febr. 1629. coram bon. mem. Cardinali Vbaldo.

12 Aut petit cambia tanquam damna, & interesse, & nisi mandatarius doceat fecisse diligenter, nec inuenire potuisse, qui pecunias acciperet ad cambium, aut tempestiue mandato suscepto, ex iusta causa renunciauerit, idque denunciauerit mandanti, iuxta terminos textus in lege si quis alicui, 27. §. qui suscepit, & ibi notata per Odofredum, ff. mand. Mantica de tacit. lib. 7. tit. 2. sub num. 46. obtrinebit actor absque eo, quod probet, pecunias fuisse per mandatarium ad cambium datas, aut requisitas Castren. in lege 3. ff. eo quod certo loco, dummodo adfuerint generaliter occasiones cambiandi, vt fuit decretum in Romana multiplici 25. Februarij 1619. coram bon. mem. Vbaldo Seniori, quæ est decisio 479. num. 9. & 10. inter impressas post Cencium de cens. secundum impressionem Taurinen. & desumitur originaliter ex traditis à Bartol. in lege Tutor. §. si post, num. 3. ff. administr. tu or. quem sequitur Dec. conf. 178. circa finem. Gabriel conf. 26. num. 9. lib. 1. Honedens conf. 39. num. 6. lib. 2. Gratianus discept. for. cap. 240. num. 36.

14 Vt autem Mandatarius ad certam quantitatem condemnatur loco damnorum, & interesse, incumbit mandanti onus probandi quantum post mandatum susceptum fuerit ab aliis, ex cambiis perceptum, Honedens dicto consilio 39. num. 13. Gratianus dict. discept. 240. num. 35. 36. quia id solum ei interest, nec ultra petere potest, lege si fundus 36. ff. locati, & liquidatio interesse, seu quantitatis debite faciendæ est à creditore etiam in iudiciis executionis. Cagnol. in rubr. Codic. de Senten. quæ pro eo, quod inter sub num. 7. & lege unica, num. 52. & 54. Codice, eodem titul. Aym. conf. 164. num. 2. Surdus conf. 248. num. 13. Mant. decis. 194. num. 5. Burat. decis. 545. num. 1. Præsertim in casu nostro, quo fuit expressè conuentum, quod cambia non ascenderent ad scuta septem, cum vno quinto pro quolibet centenario, & anno, illud minus solui deberet pro interesse cambiorum, & cambia non sunt vniformia, sed reddunt modo plus, modo minus, imò quandoque damnnum afferunt, Molin. de contr. disp. 410. n. 6. Seraphin. decis. 59. n. 1. & decis. 446. n. 4. Rota decis. 315. num. 6. parte 2. diuers. Decis. 304. num. 5. vers. quia cambia, par. 2. recent.

17 Cum igitur non probetur luctum ex cambiis ab aliis perceptum, & confessio, seu agnitio debiti facta à Viuiano debitore non sufficiat; consequens est, vt desideretur iustificatio ex parte Ferrariorum, qui gratis dicunt, Viuianum, Lucrum, quod petitur, percepisse ab aliis, quibus pecunias dederat ad cambium; & propterea teneri restituere Ferrariis, siue licitè, siue illicitè perceperit, cum Procurator deberet

deberet restituere Domino etiam indebite percepta, lege qui proprio, §. Procurator ff. de procur. lege §. quis absentis negotia ff. de neg. gest. lege cum autem, §. cum adhiberetur ff. de ad. l. edict. Vinc. de Franc. decis. 172. n. 4. & 5. Nam in saldo facto cum Ferrariis, Viuanus non asseruit hoc lucrum ab aliis perceptum, & quatenus assereret, eius asseritio nõ deberet attēdi in materia suspecta vsurarum, & in præiudiciū Costæ posterioris creditoris, ex supra allegatis.

Et in hac sententiam DD. eo libentius venerūt, quia contractus ipse principalis inter Ferrarios, & Viuanum redolere videtur vsutariam prauitatem, cum Viuanus non suscepit simpliciter in se riscum capitalis, aut illud restituere promiserit, quo casu susceptio riscu intelligitur de alio periculo amissionis capitalis, quam proueniente ex natura negotij: puta per decoctionem mercatorū, quibus dantur pecuniæ ad cambium, vel ex alio accidenti propter naturam negotij, vt dixit Rota dec. 304. n. 45. in fine, & n. 7. parte 1. recent. decis. 56. n. 5. parte 2. sicut promissio de restituendo capitali, non intelligitur de toto capitali, sed de eo quod supererit. Rota dist. decis. 557. n. 5. & Decis. 130. n. 3. & Decis. 4. inter impress. post. consil. Farin.

Sed suscepit riscum verbis amplissimis exprimentibus in specie periculum amissionis respectu nominatorum debitorum, quod Mercatores appellant, stare del credere; & quodcumque aliud ibi, riscu semper periculo, & fortuna ipsius Magnifici Domini Ioannis Francisci etiam respectu debitorū cauendo in quocumque foro, & loco, & non ex aliquo ditorum Magnificorum de Ferrariis ponderando verbum etiam quod est ampliatiuum, & implicat alias periculi species, leg. 2. Cod. de testam. Clement. 1. §. fin. de re iudic. Paul. consil. 46. n. 30. & seq. lib. 4. Rota decis. 51. n. 8. vbi quod hoc procedit etiam in materia stricta parte 1. nec nec non verbum aliquo, cuius vigore Ferrarij eximuntur ab omni periculo, siue tamen mandatum negotij, siue præter contingat, cum sit vniuersale, & omnes periculi casus comprehendat. Gloss. fin. in cap. si propter, de rescripto, in 6. Gemin. consil. 29. n. 2. Soccin. consil. 3. n. 10. lib. 3. Surd. consil. 37. n. 20. & decis. 183. n. 7. Rota, decis. 51. n. 5. parte 1. diuers. Hæc namque conuentio, siue susceptio omnis periculi est illicita, & vsuraria, vt tradit Beatus Ioannes de Capistrano, de vsuris parte 2. n. 98. inter tract. diuers. tom. 2. fol. 108. dicens esse contractus, quod dans pecuniam, habeat caput saluum, & & recipiens habeat caput fractum, perdendo oleū, & operam Laur. de Rodulph. de vsur. parte 2. quest. 19. n. 61. tom. 2. fol. 21. Lupus in cap. nauigant. de vsur. §. 9. n. 24. Mant. de tacit. lib. 6. tit. 6. 2. 2. Corrad. de contract. quest. 97. per tot. Molin. de iustit. & iur. disp. 417. n. 9. in 20. conclus. Scacc. de Cambiis, §. 3. gloss. 3. n. 35. Rota in Romana Cambij 18. Aprilis prox. coram R. P. D. meo Pentingero.

Maximè quia ex conuentione partium in casu quo cambia redderet tantum scuta septem cum vno quinto pro quolibet ceterario, vel minus, nihil lucri remaneat Viuanus in recompensationem susceptionis periculi, & assecurationis capitalis, & sic euenire potest, quod Viuanus subeat omne damnum, & Ferrarij omne luctum percipiant quod est contra omnem iustitiam, & æquitatem, leg. si non fuerit, §. final. ff. pro soc. Salon. de contr. Socin. cap. 18. art. 3. n. 11. per tot. Felic. de Societ. cap. 18. n. 15. & seq. Rota decis. 304. sub. n. 7. ibi data aliqua competenti mercede, parte 2. rec. tam in contrarium Societatis, quam in contrarium assecurationis cum semper re-

compensatio periculi suscepti dimitendo saltē assecuranti certam partē lucri ex pecuniis percipiendis, Reginald. in prax. pen. lib. 2. cap. 29. sub. n. 400. Bonacin. de contr. disp. 6. quest. 3. punct. 11. sub. n. 2. versic. 3. est post. Azor. inst. moral. parte 3. lib. 9. cap. 3. quest. 7. per totam, Pater Layman. Theol. moral. lib. 3. tract. 4. quest. 20. sub. n. 21. versic. quis. Salon. de inst. & iur. parte 2. tit. de contrab. assecur. art. 2. sub. n. 7. condit. 3. & in puncto quod sit vsuraria conuentio per quam alteri, qui subit omne periculum capitalis conceditur pars lucri quatenus certam summā excedat, non autem si non excedat, vt in casu nostro Ruin. consil. 10. n. 2. versiculo quia cum sit actum, & versiculo quia quamuis, & versiculo quia si lucrum non excederet, & per tot. lib. 1.

Et ita vtraque, &c.
R. P. D. CELSO.
Fautina Societatis.
Luna 16. Aprilis 1648.

ARGUMENTVM.

Contractus socialis producit obligationem, actionem, & excussionem consociorum quomodo talis esse deprehendatur; & alia de Societate.

SVMMA RIVM.

- 1 Socius potest obligari consocium in solidum.
- 2 Socius censetur habere mandatum, & consensum tacitum ad obligandum consocium in iis, quæ spectant ad Societatem.
- 3 Ad effectum vt socii remaneat obligatus, sufficit, quod contractus fuerit factus intuitu, & contemplatione Societatis.
- 4 Quod procedit etiam si fuerit initus nomine proprio, & nomen socij non fuerit expressum.
- 5 Expressio causa operatur idem, ac si contractus sociali nomine celebratus fuisset.
- 6 Coniectura, quod Socius contraxerit nomine proprio, non est adeo vrgens, quin tolli possit leuioribus probationibus.
- 7 Consuetudo, & obseruantia resultans ex actibus socialibus multum operatur ad probandum acquisitionem sociali nomine fuisse factam.
- 8 Acquisitio nomine sociali facta dicitur, si merces acquisita ad artem, & exercitium Societatis pertinent.
- 9 Societas non dicitur finita per disiectam, si non constet, talem disiectam fuisse exequutam, & reproductam.
- 10 Confessio suspecta nõ est in consideratione habēda.
- 11 Nec potest retrahi in præiudicium creditorum, qui medio tempore contraxerunt.
- 12 Confessio qua in actis non reperitur non probat.

DECISIO CII.

Cum inter Matthæum Montanatiū, & Franciscum Vichium quædam Societas artis Figuli vsque de anno 1633. inita fuerit, fratres de Maiolis qui eidem Vichio præposito, & administratori prædictæ Societatis plures merces tradiderant, obtinuerunt ab A. C. pro pretio illatum, duo mandata executiua contra Ioannem Paulum dicti Matthæi heredem, alterum pro lib. 3094. 1. 3. alterū verò pro lib. 3541. Vnde proposito dubio, An illa essent exequēda, Doctores affirmatiuè responderunt.

Et quo ad primum, res visa fuit transire sine difficultate, quia relaxatum fuit pro debito contracto de annis 1635. 36. 37. quo tempore Societas non controuertitur, & pro quo Vichius non solum se ipsum,

ipsum, sed etiam Matthæum consocium in solidum obligauit, pro vt facere potuit, ad text. in leg. 1. §. fin. & l. si tamen plures ff. de exerc. act. Bald. in leg. cum te in galliam sub. n. 2. vers. aut sunt plures, & ibi Salyc. circa fin. Cod. si certum petatur, Rot. dec. 246. n. 8. & sequent. part. 6. recent. & fuit dictum in Romana Societatis de Rotignis 19. Iunij 1645. coram Reuerend. P. D. meo Ghislerio.

Socius enim censetur habere mandatum, & consensum tacitum ad obligandum consocium in iis, quæ spectant ad Societatem Surd. dec. 213. n. 2. & 8. Gratian. discept. Forens. c. 279. n. 2. vbi loquitur in specie de Obligatione Camerali, & c. 97. num. 40. Rot. in Clarauall. grani. 22. Iunij 1590. coram Orano; & coram S. M. Greg. XV. dec. 302. n. 1.

Quo vero ad aliud mandatum pro lib. 3541. & pro quo actius insistebant informantes, responderunt pariter Domini pro executione, quia prouenit ex pretio mercium receptarum pro vsu exercitij Figulariæ, & pro seruitio apothecæ, quam constat esse socialem; nam ad effectum, vt socii remaneat obligatus, sufficit, quod contractus fuerit factus intuitu, & contemplatione Societatis, iuxta Gloss. in l. iure Societ. 83. vbi Bald. vers. & ista lex ff. pro socio, Bart. in l. post mortem, §. tutor n. 3. ff. quando ex fact. iur. Decian. in l. si socius 15. n. 3. vers. & hoc declaratur; ff. si certum pet. & conf. 98. n. 2. vers. quia etiam, Aym. consil. 159. n. 8.

Quamuis fuerit initus nomine proprio, & nomen socij non fuerit expressum, Castr. consil. 242. n. 2. vers. prædicta procedunt lib. 1. Ronchegall. in l. eandem, num. 195. in fine vers. licet sit contractus ab vno, ff. de duobus reis, Rota Ianu. dec. 14. n. 13. vers. 4. inter alia, & n. seq. & firmavit Rota in Rom. præsentis Societatis. 12. Iunij 1645. coram R. P. D. meo Othobono.

Expressio enim causæ operatur idem, ac si contractus sociali nomine celebratus fuisset Bart. in l. 1. §. non autem, n. 2. vers. 2. nota, ff. de exerc. act. & in l. post mortem §. tutor, n. 3. vers. expressio enim causa ff. quando ex fact. iur. Cum talis coniectura, quod socius contraxerit nomine proprio, non sit adeo vrgens, quin tolli possit latoribus præsumptionibus, Rot. in Roman. Societatis lignorum 22. Martij 1638. coram bon. mem. Coccino.

Ique facilius dicendum venit in præsentis casu; Tum quia Vichius erat solitus expēdere proprium nomen, dum contrahebat occasione Societatis, vt apparet ex declaratione per ipsum facta in instrumento rogato sub die 19. Augusti. 1638. Sum. Fratrum de Maiolis, n. 1. quæ consuetudo, & obseruantia, resultans ex actibus socialibus, plurimum in hac materia operatur, Bald. in l. si paruum, n. 4. in princ. & n. 5. vers. nam si consuevit, C. comm. vir. l. iud. Petr. de Voald. de duob. fratrib. p. 5. n. 3. vers. nec obstat, quod enim nomine proprio. Felic. de Soc. c. 3. n. 51. Rot. dec. 220. n. 4. vers. & tanto magis, part. 4. tom. 2. recent.

Tum etiam quia merces per eum à Maiolis receptæ, & pro quibus fuit relaxatum mādaturum, pertinent ad artem, & exercitium Figulariæ, vt bene considerat idem Petr. de Vbald. de duob. fratrib. p. 5. n. 3. vers. an vero non causa lucri, Monach. dec. Bonon. 51. n. 9. vers. & hac eo magis, Milanen. dec. Sicil. 11. n. 54. & 55. lib. 1. Rot. in Rom. Saponis 13. Febr. 1634. cor. Eminent. D. Panziolo.

Non obstat, quod huiusmodi debitum fuerit contractum de an. 1640. quo tempore non durabat Societas, attenda disiecta emanata de anno antecedenti; quia huiusmodi disiectam non constat nec fuisse executam, nec reproductam; & propterea non re-

leuare ex defectu primi requisiti, firmat Castr. cōf. 81. n. 3. lib. 2. & plures cumulat Mand. ad reg. 34. de Annal. §. 35. n. 5. v. tertium est, & ex defectu secundi, Fel. de Soc. c. 35. n. 34. Grat. discept. Forens. c. 715. n. 1. & seqq.

Et quamuis socij in instrumento Concordiæ, inito 13. Maij. 1641. facti fuerint illā fuisse intimatam Franciscus Vichio die 10. Febr. 1639. de mādato D. Vicarij Gener. Fautinae, & in illius actis reproductam, ad quā eiusdē intimationis, Nihilominus huiusmodi confessionē tanquam suspectam, dixerunt Dñi non esse habendam in consideratione, ex trad. per Soc. sen. conf. 78. n. 4. lib. 4. Rot. dec. 104. n. 1. & seq. coram Buratto, & in Rom. Vinea. seu Salu. 1. Iulij 1620. cor. Manzan. Nec potuisse retrahi in præiudiciū creditorū, qui medio tempore contraxerūt. ad text. in l. qui Balneij, & l. prior. ff. qui pot. in pign. hab. Rot. cor. Greg. XV. dec. 227. n. 2. Duran. dec. 463. n. 8.

Præsertim cum ex actorum reuolutione nullo modo illa appareat, Bart. in l. hi qui ad Cætilia, n. 4. vers. & hic aduerte, Cod. de appell. Menoch. de presumpt. pres. 2. n. 1. lib. 2. v. ant. de nullis. ex defectu citat. n. 14. Rot. dec. 167. n. 42. p. 1. rec. & coram Cavalier. dec. 35. n. 2. & fuit dictum in Pamplonen. Pensionis 14. Maij 1612. coram Sacratio, & in Rom. legati 19. Febr. 1620. coram Vbaldo.

Et ita dictum vtraque parte informante, &c.
R. P. D. CELSO.
Romana Pecuniaria.
Veneris 26. Iunij 1648.

ARGUMENTVM.

De probando debito, ex solidatione sub-
scriptione Apochæ, & debiti ipsius
agnitione per soluonem partis ipsius.

SVMMA RIVM.

- 1 Solidatio probat concludenter creditum in summa que fuit in solidatione firmata.
- 2 Præsertim quando causa debiti fuit in solidatione expressa.
- 3 Verba, Resto debitore, aperte debiti demonstrant.
- 4 Subscribens Apocham, vel scripturam, omnia in Apocha, & Scriptura contenta approbat.
- 5 Debitum agnitum, & acceptatum per soluonem partis, amplius impugnari non potest.
- 6 Creditori, cui facienda est solutio, sufficit negare sibi factam esse solutionem.

DECISIO CIII.

Resolutum fuit, constare de credito Eminentissimi Cardinalis Columnæ in ducatis 1132. 53. 2. monetæ Regni. Nam cum in solidatione facta de mense Aprilis, 1639. Philippus remanserit debitor occasione suæ administrationis in ducatis 2961. 29. 1/2 & ab inde citra soluerit tantummodo in quinque vicibus scuta 1728. 47. monetæ Romanæ constituetia ducatos Regni 1828. 76. remanet creditū Cardinalis in prædicta summa ducatorum 1132. 53. 2. Solidatio enim probat concludenter creditum, in summa, quæ fuit in solidatione firmata, vt notat Alex. consil. 141. n. 4. lib. 6. vbi præsertim quando causa debiti fuit in solidatione expressa, & sequitur Genua de script. priu. lib. 2. tit. 1. de Apocha manu deb. subscr. n. 6. Rebuff. do lib. oblig. art. 6. gloss. 3. n. 37. Modern. Rom. discept. Forens. c. 391. n. 1. Rot. in Rom. pecun. 13. Maij 1644. & in Leodien. pecun. 28. Ianuar. 1647. & 2. Martij 1648. coram R. P. D. meo Bichio.

3 Et maximè in præfenti casu, in quo præmissis partitis dati, & accepti, ac verbis illis, *Resto Debitore, &c.* quæ debitum apertè demonstrant, adest subscripto Philippi in fine, ibi, *Io Filippo Mattei Erario confermo quanto di sopra*; per quam subscriptionem omnia in Apocha, & scriptura censentur approbata, §. 1. *Instit. de empt. & vendit. leg. sicut. §. non videtur*, ubi Bart. num. 1. ff. quib. mod. pign. vel hypot. solu. Angel. in leg. si ita stipulatus, 126. §. *Grisogonus n. 1. ff. de verbor. obligat. Dec. in cap. quoniam contra, n. 2. 10. de probat. Menoch. de presumpt. lib. 3. presump. 66. n. 7. Gabr. eod. tract. concl. 3. n. 1. & seqq. Gonzal. super reg. 8. gloss. 60. n. 3. & n. 17. & seqq. Rot. coram Buratto dec. 750. n. 1. & in recent. dec. 263. n. 13. & 14. part. 4. tom. 2.*

5 Imo ultra prædictam subscriptionem debitum huiusmodi fuit agnitum, & acceptatum per solutionem partit; Ita ut amplius impugnat non valeat, l. si cui res, ubi Bart. ff. delegat. 2. l. cum annis, n. 10. C. de pactis. Dec. conf. 618. n. 2. Menoch. presump. 135. n. 18. lib. 3. & dictum fuit in *Asina pecuniaria*, 26. Junij 1647. & 17. Februarij 1648 coram R. P. D. meo Penningerio, & in allegata Leodien. pecuniaria coram R. P. D. meo Bichio.

6 Non obstant reliquæ præfentis solutiones. Nam dum illæ nullo modo probantur, sufficit Eminenti. Cardinali negare, illas fuisse factas, ad text. in leg. quinquaginta, ff. de probat. gloss. in l. 2. verb. repellere, ibique Bart. num. 4. C. de iur. empb. Rot. dec. 516. n. 2. p. 2. rec. & coram sanct. mem. Gregor. dec. 139. n. 1. & seqq.

Et ita decisum fuit altera tantum parte informante.

R. P. D. BICHIO.

Romana, seu Ianuen. Cambij.

Luna 27. Nouembris 1651.

ARGUMENTVM.

Tractatur Magistraliter de speciebus Cambij, litterarum eius; Executio an sit parata pro ipsis; Et de debitis nundinalibus.

S P M M A R I V M.

- 1 Liber nuncupatus Scartafaccio di fiera, duranti nundinis, fidem non facit, eo quod adhuc partita ibi descripta possunt variari, & contra scribi.
- 2 Sed completis nundinis, plena fide dignus asseritur; & de ratione.
- 3 Idem est dicere, Nundinas esse completas, ac Scartafaccia, & Bilancia singulorum Bancheviorum ritè processisse.
- 4 Ex inueterato stylo Mercatorum, quis sibi met solvere potest.
- 5 Vna & eadem persona duarum vices representare non potest. Secus tamen, quando persona consideratur ratione officij, quia cum possit plura officia exercere; nihil prohibet, quin unico nomine plures personas representet.
- 6 Multa tractantur, quæ non perficiuntur.
- 7 Mandatum procure per Epistolas dari, & probari potest.

- 8 Littera d' Auiso viam executiuam non habent.
- 9 Facultatibus A. C. est locus ex litteris Cambij, non autem in illis d' Auiso, & similibus mandatis de soluenda.
- 10 A. C. licet vigore suarum facultatem, manu regia procedat in cedulis mercantilibus, admittitur tamen appellatio ad vtrumque effectum, quæ efficit ne mandatum sit exequendum.
- 11 Cambium nuncupatum con la Ricorsa cessante facultate cambiandi, & recambiandi, ac cæteris requisitis est illicitum.
- 12 Cambia contracta solum ob moram solutionis sunt reprobata.
- 13 Quæ admodum & regularia pro secundis, & vltioribus nundinis.
- 14 In cambiis tum nundinalibus, quam in irregularibus, seu intercalaribus, requiritur iustificatio.
- 15 A. C. habet in facultatibus potestatem procedendi inter, & contra Mercatores Curie vsque ad quamcumque summam, summarie simpliciter, & de plano, sola facti veritate inspecta, & manu regia.
- 16 Pro debito in nundinis contracto executiue proceditur.
- 17 Littera d' Auiso concurrentibus effectuione, partis aduersæ approbatione, & confessione, executionem merentur, non secus ac littera Cambij.
- 18 Via executiua, quæ competit ubi exhibetur publicum instrumentum testamenti, locum habet, etiam in instrumento minus solemniter a parte confessato, & effectuato.
- 19 Scriptura priuata si vera apparet, vim publici instrumenti habet.
- 20 Scriptura priuata adminiculis fulcita idem operatur, quod publicum instrumentum.
- 21 Verba Ponete à nostro conto in litteris Cambij posita non sicut oriosa, & efficacius mandantem obligant.
- 22 Cambia con la Ricorsa quomodo contrahantur. Et quale verè dicatur cambium con la Ricorsa, num. 23. & 24.
- 25 Formula litterarum Cambij con la Ricorsa, remissiuè.
- 26 Satis est cuiilibet Procuratori ad effectum agendæ contra mandantem contraria actione mandati, docere se mandatum adimpleuisse.
- 27 Noua negotia, & cambia in dies inter Mercatores contrahuntur, non complicata prioribus, & quæ habent suam particularem executionem.
- 28 Solutio cambiorum ab affirmante, & non à negante solutionem est probanda.
- 29 Exceptio altiore indaginem requirens, non valet retardare mandati A. C. executionem.

DECISIO CIV.

Relaxauit A. C. ad instantiam Francisci Mariæ Balbi contra Ioan. Baptistam, & Alexandrum de Siris mandatum executiuum in scutis 5448. auri marcarum occasione totidem, quæ idem Balbus, mandantibus Siris, soluit in nundinis Terræ Noui, in vim litterarum Cambij, sub die 3. Septembris 1649. ipsi directarum è Ciuitate Mediolani à Ioan. Baptista Flisco. A quo mādato commissa mihi per Signaturam Iustitiæ, causa appellationis, cum clausula, si quid exequendum, dubitatum hodie fuit, an illud sit exequendum, & affirmatiuè responsum.

Solutio

Solutio enim facta à Balbo in vim dictarum litterarum Flisci, probatur, nedum ex libro nuncupato Scartafaccio difera, qui licet fidem non faciat durantiis nundinis, eo quod adhuc partita ibi descripta possunt variari, & contra scribi, Bellon. dec. Ianuen. prima. n. 10. n. 19. & 20 plena sine completis nundinis dignus asseritur à Modern. Ianuen. de camb. disp. 2. q. 1. n. 16. & 17. & clarius q. 17. n. 14. ea ratione, quia amplius dictæ partita variari non possunt, & quia tam respectu debiti, quam crediti, relatiuæ sunt ad alia Scartafaccia, & Bilancia aliorum Bancheviorum, quibus nisi adamusim corresponsderent fieri non potuisset generale bilancium, sine quo, nundinæ non dicuntur completæ, vt propterea idem sit dicere, nundinas esse completas, ac scartafaccia, & bilancia singulorum Bancheviorum ritè processisse; sed etiam ex quietantia ipsius Balbi, qui iuxta præfatas litteras Mediolani, sibi met soluit, vt potuit, ex inueterato stylo Mercatorum, de quo testatur idem Modern. Ianuen. de camb. disp. 1. q. 15. per tot. post Azor. instit. moral. part. 3. lib. 10. de camb. c. 9. q. 2. Nec abhorret à iure communi, quo licet eadem persona non possit representare vices duarum, quando habetur respectus personæ ad personam, non potest tamen, quando consideraretur persona ratione officij, quia cum possit plura officia exerce, nihil prohibet quin hoc nomine plures personas representet, leg. stichum, 95. §. additio. ff. solut. leg. 1. §. final. ff. de posit. leg. fistulas, §. fundum, ff. contrahen. emp. Surd. conf. 7. n. 32. & 33. Put. dec. 270. sub n. 2. lic. 1. in correct. Et hic est casus præfens, quia Balbus soluit tanquam Procurator Dominorum de Siris, & recepit tanquam Procurator Flisci scribentis.

Quod verò Balbus soluerit tanquam Procurator, mandantibus Siris, apparet euidenter ex illorum litteris, ibi, *visar à tratto in Milano sotto vostro nome scudi 5448. &c. vi piacer à compirgli, e valerui del mancamento nella seguente Fiera d'aperrione, &c.* Summario Balbi num. 1. siue dictæ litteræ sint di spaccio, siue di auiso, & quia & si in hac secunda specie litterarum fieri non possit ius ad fundamentum creditum, cum sint tanquam tractatus, & multa tractentur, quæ non perficiuntur, vt tradunt Doctores, in leg. si voluntate, C. rescind. vend. Alex. conf. 28. num. 3. lib. 1. in puncto Gamma dec. 336. n. 4. Rot. dec. 26. n. 12. & 13. p. 5. recent. fieri nihilominus potest ad probandum mandatum, cum hoc respectu contineant determinatam dispositionem, illudque etiam per epistolas dari, & probari valeat, l. 1. leg. si procuratorem absentem, ff. de procur. Clementin. 1. eodem tit. Caputaquen. dec. 185. per tot. p. 2. Buratt. dec. 190. num. 1. & ibi Adden. lit. B. cum aliis allegatis à Modern. Patavin. de script. priuat. lib. 3. quæst. 14. n. 1. & n. 7. & seqq. fol. 129. iunctis præsertim adminiculis, & signanter approbatione Dominorum de Siris, solutionis, vt supra factæ Domino Balbo, d. Summ. num. 6. Et gratias dicitur dictas litteras conscriptas fuisse sub die 21. Ianuarij 1650. ac loqui de solutione faciendâ in nundinis apparitionis, ac proinde referri non posse ad præcedentes litteras Mediolani, solutionemque factam de anno 1649. in nundinis Sanctorum. Nam duæ sunt litteræ à Siris missæ eiusdem summæ, primæ sub die 23. Octobris 1649. effectuatae vt supra per successiuam solutionem posteriores allegatae in obiecto, in quibus Siri approbata solutione eorum tractæ in dictis scutis 5448. sequuntur præcedentibus nundinis Sanctorum, fe-

cerunt nouam tractam totidem summæ pro subsequentibus nundinis apparitionis, & hanc Balbus adimplere recusauit, eo quod Siri non acceptarunt similes litteras solubiles Gherardo quas illis dixerat, vt se reimpuraret de summa vt supra soluta.

His positis duplex adhuc superest difficultas, altera nempe circa validitatem mandati executiui A. C. vt potest fundari in Siriorum litteris d' Auiso, quæ viam executiuam non habent. Monach. de c. s. Florent. 70. n. 10. & seqq. Giurb. obseru. 105. n. 13. p. 1. non obstantibus facultatibus A. C. quibus locus sit in litteris Cambij, non autem in litteris d' Auiso, & similibus mandatis de soluendo Salut. Tit. in praxi A. C. lib. 2. num. 3. vbi, quod præter litteras Cambij in aliis cedulis etiam quod super re mercantili agatur, & licet in illis A. C. vigore suarum facultatum manu regia procedat, admittitur appellatio ad vtrumque effectum, quæ efficit, ne mandatum sit exequendum. Rot. dec. num. 10. apud Pic. ad Statut. Urb. in Roman. doctis 11. Febr. 1646. coram me.

Altera circa iustitiam Cambij, præfendentibus Siris, illud non esse purum, ac nouum, sed con la ricorsa, vt aiunt & prouenire ex interesse multiplicato cambiorum, & recambiorum præcedentium, contractorum pro secundis, & vltioribus nundinis, quod cessante facultate cambiandi, & recambiandi, ac cæteris requisitis illicitum omnino esse, tradit Camil. Medic. consil. 155. n. 1. Filliuc. oper. moral. part. 2. tract. 35. cap. 7. n. 4. 10. & seqq. Modern. Foroliu. de camb. nundin. c. 2. n. 18. & c. 3. num. 82. Cum omnino reprobentur cambia contracta solutionis: Rota coram Cardin. Millino dec. 12. 16. n. 1. dec. 775. per tot. part. 4. diuersor. & regularia pro secundis, ac vltioribus nundinis. Azor. instit. moral. tom. 3. lib. 10. tit. de camb. cap. 8. in fin. versic. quinta conditio, & cap. 10. vers. septimo. Filliuc. d. c. 7. n. 424. Scacc. de camb. §. 1. q. 7. limit. 2. n. 1. & limit. 14. n. 1. Modern. Ianuen. eodem tract. disp. 1. q. 13. n. 81. & 82. semperque tam in cambiis nundinalibus, quam in irregularibus, seu intercalaribus requiritur iustificatio. Azor. d. cap. 8. vers. dicendum est, & seqq. Filliuc. d. c. 7. n. 411.

Quo ad primam: quicquid sit, An litteræ d' auiso, etiam in casibus, quibus probant, habeant; necne, viam executiuam; cessare videtur difficultas in casu nostro ponderando simul tum facultates A. C. dantes potestatem procedenti inter, & contra Mercatores Curie vsque ad quamcumque summam summarie, simpliciter, & de plano, sola facti veritate inspecta, & manu regia, vt ponderauit Rota dec. 170. num. 3. & 4. & seqq. inter impress. apud Zacch. de obligat. Cameral. Tum quod Siri in litteris dederunt Balbo expressam facultatem se reuolendi ab ipsis in sequentibus nundinis, ibi; e valerui del mancamento nella seguente fiera d' apparitione, & sic executiue proxi in cambiis nundinatiis, & in nundinis pro debito ibi contracto proceditur, vt post Bald. Salic. Fulg. & alios tradit Peck. de iure sissen. cap. 10. n. 6. inter tract. diuersor. tom. 3. p. 2. fol. 16. aliique relati à Moderno Aquilano de caus. execut. ampliat. 1. num. 20. Tum quod etiam in litteris Cambij Mediolani disponitur quod Balbus debitores creet Siros, & ab illis se reualeat, proxi fecit creando illos in nundinis Noui debitores summæ solutæ; Cumque postmodum Siri id totum approbauerint, & confessi fuerint Summ. Balbi, num. 5. non versatur in simplicibus terminis litterarum d' auiso, sed vltro

- vltro concurrat earum effectuatio, ac aduersationum approbatio, & concessio, quæ illis, & si litterarum cambij vim non haberent, vim tribuit vt executionem mereantur non secus, ac litteræ cambij viam executiuam, quæ etiam in simili *ex remed. leg. fin. C. edit. Diu. Adr. toll.* competit vbi exhibetur publicum instrumentum testamenti, quod locum habere etiam in instrumento minus solemnità parte confessatio; & effectuatio, dixit Rota in Bononien. fideicommissi de Amoris. 18. May 1648. §. non obstant decisiones coram R. P. D. meo Mellio, vbi allegantur concordantes facit, Menoch. de adipsi. rem. 4. n. 103. & seqq. Bald. cons. 198. num. 5. vbi quod scriptura priuata si vera appareat, vim habet publici instrumenti lib. 1. & cons. 279. sub num. 1. vbi quod scriptura priuata adminiculis fulcita, idem operatur, quod publicum instrumentum lib. 4. Ciriac. controu. 252. n. 13. Rota Bononien. diuers. dec. 15. num. 8. Et alioquin nusquam pro sui relevatione, competeret contra mandantem via executiua Mercatori, qui de mandato responsalis per simplices litteras dato, soluit litteras ab alio Mercatore sibi directas sub explicita conuentione se reualendi à mandante, quia isto casu mandans non conficit litteras cambij, sed solum in mandato apponit verba, e ponete à nostro conto, vel similia, quæ non esse otiosa, & efficacius obligare mandantem, aduertit Scacc. de camb. §. 2. gloss. 9. n. 3. & 4. vbi loquitur in specie de via executiua. Burl. cons. 39. n. 4. lib. 1. Manen. dec. 72. n. 6. Giurb. obser. 105. n. 12. p. 1.
- Alteria cessat ex facto, quia non agitur de pecuniis à Balbo numeratis Siris, vt eas in nundinis, vel alio loco illi soluerent, & ob earum non solutionem recursu ad responsalem Balbi in alio loco existentem, vt ipse Balbo cambium soluat, qui est propriè casus cambij *con la ricorsa* iuxta tradita per Modern. lanuens. de camb. disp. 3. q. 13. num. 48. & §. 1. Modern. Foroliu. de camb. nundin. c. 2. n. 1. num. 4. & per tot. vel de secundo cambio, rogantibus Siris, contracto à Balbo, pro obrinenda satisfactione primi, quod in loco destinatæ solutionis effectum habere non potuerat, ex quo illius litteras nemo acceptare voluisset, quod verè esset cambium cum recursu, tradit Scacc. de camb. §. 1. q. 5. num. 85. vel tandem de secundo cambio, qui minister, seu procurator Balbi existens in loco destinatæ solutionis primi contraxerit cum Siris, vt se reualeret de pecuniis pro eodem primo cambio solutis Balbo, quod dici cambium cum recursu, tradit Azor. inst. moral. p. 3. lib. 1. o. c. 9. q. 2. Neque etiam agitur de fructibus cambij, aut recambij præcedentium cambiorum.
- Sed de repetenda sorte principali cambij liberi, ac noui sc. 5448. quæ mandantibus Siris Balbus animo ab eis se reualendi soluit in nundinis Noui in executionem litterarum Mediolani à Flisco conscriptarum non coherentium formulis cambij, *con la ricorsa*, relatis à Scacc. d. q. 5. num. 88. & seqq. & à Modern. Foroliu. d. cap. 2. num. 1. in fin. aut formulæ litterarum recambij relat. in diel. cap. sub num. 15. Vnde satis est iustificasse, quod Balbus iuxta formam mandati Sitorum dictas pecunias soluerit, prout satis est cuilibet procuratori ad effectum agendi contra mandantem contraria actione mandati, docere se mandatum adimpleuisse *leg. si vero non remunerandi* 12. §. si mihi mandaueris, l. si mandato meo 45. ibique Bald. in princip. ff. mand. Mozz. de mand. tir. de natural. mand. n. 32. Cald. de

empt. & vendit. c. 33. n. 25. & seqq. Monach. dec. Lucen. 35. n. 19. & 20.

Nec obstat, quod alia negotia, & cambia inter Siros, & Balbum præcesserit, dum hoc illius conexum, & ab illis dependens non probatur, docet enim quotidiana praxis, quod in dies in Mercatores noua negotia, & cambia contrahuntur non complicata prioribus, quæque ideo habent suam particularem executionem Soccin. in leg. pecuniam quam, n. 10. ff. si cert. pet. Gramm. decis. 8. num. 11. Vinc. de Franc. decis. 292. n. 2. Rota in Aquitanien. Prioratu 19. Aprilis 1644. coram bon. mem. Pironano. Et quamuis in supra memoratis litteris mandati dati à Siris dicatur, quod Balbus se reualeat *del mancamento nella seguente fiera d'apparitione*; hæc verba non denotant connexionem cum aliis negotiis antecedentibus, sed relata vt debet ad ipsam summam scutorum 5448. quam à Balbo solui Siro mandarunt, habent hunc sensum, vt scilicet Balbus se reualeat de totidem, quæ sibi deficient, quia ea soluit in executionem mandati, vel quod quatenus Siro ante nundinas apparitionis eum reimburse deficerent, possit ille se in dictis nundinis reualere, quem casum euenisse constat, cum Siro aliter Balbum reimburse fuisse non probant, vt debent *leg. quinquaginta*, ff. probat. Natt. consil. 569. num. 1. & seqq. Surd. decis. 105. n. 9. Rot. dec. 725. n. 8. p. 4. tom. 3. rec.

Et in omnem euentum, negari non potest, quin ex prædictis, aliis adductis ab informantibus pro Balbo exceptio opposita à Siris altiore indagine requiratur, ac propterea retardare non valeat executionem mandati ab A. C. relaxati. Butatt. de off. 803. n. 9. cum aliis allegatis in decis. 253. num. 5. inter impress. apud Zacch. de Oblig. Cameral. iuxta vltimam impressionem.

Quod exequendum esse decisum fuit, causa bis propoſita, & vtraque parte hodie informante.

R. P. D. BICHIO.

Romana, seu Ianuen. Cambij.

Luna 18. May 1652.

ARGUMENTVM.

De eadem re, & comprobatione Litterarum cambij, ac solutionis factæ. Et de mandato ad soluendum.

SVMMARIVM.

- 1 Scriptura, qua fiunt sine testibus, possunt recognosci per Testes habentes notam manum scribentis.
- 2 Iudex in contumaciam partis, potest decretare scripturas haberi pro recognitis.
- 3 Identitas mandati ad soluendum summam, in litteris cambij contentam, ex quibus probetur.
- 4 Soluens vigore alicuius mandati, pro summa soluta agere potest contra mandantem contraria actione mandati.
- 5 Solutio stante breuitate temporis, facta presumitur in vim precedentis negotij. Adaximè si non constat, tunc temporis aliud negotium inter partes emanasse.

7 Solutio

- 7 Solutio probatur ex confessione partis. Et ex quietantia, n. 8.
- 9 Liber nuncupatus Scartafaccio post completas nundinas, concurrentibus adminiculis, plene probat.
- 10 Exceptio requirens altiore indagine, non est apta retardare executionem, quam litteræ cambij habent.

DECISIO CV.

Obiecta ab Alexandro, & Ioan. Baptista de Siro in memoriali mensibus præteritis portecto pro obtinenda noua audientia (provt tunc obtinuerunt) aduersas decisionem editam die 27. Nouembris, proximè præteriti, cuius hodie examen assumptum fuit, circa tria versabantur. Negarunt enim primo litteras quarum vigore Balbus creditor agere esse recognitas. Secundo solutionem factam à Balbo sibi in executionem litterarum cambij, quas Fliscus è Ciuitate Mediolani sub die 3. Septembris, anni 1649. ipsi dixerat, dici posse factam vigore mandati de soluendo à Siris per litteras recepti: quippe hoc emanauit die 23. Octobris, & sic longè post litteras Flisci. Tertio cambium non esse purum, ac directum, sed vt dicitur *con la ricorsa*, & constat ex fructibus aliorum cambiorum præcedentium.

Primum obiectum tollitur, quia litteræ cambij conscriptæ à Flisco, cognitæ sunt per testes bonam rationem reddentes, & cum agatur de scriptura, quæ sine testibus confici solet, satis est, quod testes deponant se habere notam manum scribentis, iuxta stylum Curie, præsertim A. C. de quo testatur Scacc. de iudic. lib. 2. cap. 11. num. 971. Burat. decis. 582. n. 1. decis. 724. num. 1. Ad recognoscendas verò alias litteras scriptas à Siro, continentes mandatum de soluendo, citati fuerunt ipsimet Siro, & ob illorum contumaciam in recognoscendo, Iudex decreuit eas haberi pro recognitis, vt solet in Tribunali A. C. vbi recognitio facta fuit, & disponit Statutum Vrbs lib. 1. cap. 25. ac satis est tradit Coler. de process. execut. part. 3. c. 1. n. 95. & 138. Gail. obser. lib. 1. obser. 80. n. 6. Scacc. de iudic. d. cap. 11. num. 1055.

Alteri obiecto satisfit anmaduertendo, quod litteræ cambij, & si scriptæ die tertia Septembris, soluendæ non erant nisi in nundinis Sanctorum, vt constat ex ipsis litteris, ibi, *in cotesi pagamenti di fiera prossima de Santi, pagarete, &c.* vnde satis est, quod mandatum de soluendo ante dictas nundinas emanauerit: præsertim cum idem mandatum non possit referri ad alias litteras cambij, sed concordet cum istis, tum in nomine scribentis, ac loco, ibi, *vi sarà tratto da Milano*, tum in summa, ibi, *scudi 448. 19. oro marche*, tum in tempore solutionis, ibi, *nella prossima fiera de Santi*; tum in personis à quibus debetur relevatione, ibi, *per detto nostro conto*, & in litteris cambij, ibi, *e ponete à conto delli Signori Gio. Battista, & Alessandro Siro*; tum tandem in persona eius cui litteræ cambij pagabiles erant, ibi, *otto vostro nome*, quæ omnia abundè identitatem probant, iuxta theoreticam Bart. communiter receptam in l. demonstr. n. 14. ff. condit. & demonstr. Alex. con. 93. n. 6. lib. 3. Socc. cons. 89. n. 1. lib. 1. Caual. dec. 311. n. 4.

Vnde cum Balbus dictas litteras cambij soluerit in nundinis Sanctorum, & iam præcesserit mandatum Sitorum, cuius contemplatione soluit, du-

bium non est, quin pro summa soluta agere possit contra mandantem contraria actione mandati, ex allegatis in prima decisione, §. altera, in fin. præsertim quia successiue sub die 11. Nouembris, Balbus de dicta solutione per epistolam monuit Siros, vt in Summario præterite positionis, num. 5. & Siro respondendo, solutionem approbarunt, ibi, *in risposta del vostro spaccio di fiera prossima passata de Santi, si dice hauer accommodato scrittura di vostra conformità del negotio per nostro conto di detta fiera*, dicto Summario n. 6. Quæ approbatio subsequuta cohærens in responſionem ad epistolam Balbi, ac proxima tempore, quo Balbus vt supra soluerat litteras cambij, referatur per necesse ad hoc ipsum negotium. Menoch. de arbitr. cas. 432. n. 38. & præsumpt. 35. sum. n. 8. lib. 1. Grat. discip. 897. n. 11. Rot. decis. 114. n. 6. & 7. part. 1. recent. maxime quia non constat aliud inter has partes de dicto tempore emanasse, vt per Bart. in l. qui Romæ. §. duo fratres, n. 19. ff. de verb. oblig. Bald. in rubr. C. de verb. signific. n. 4. vers. nisi aliud, Rom. in l. si constante n. 33. vers. hoc limitarem, ff. solui. matrim. Surd. cons. 267. n. 31. & seqq. Bacc. cons. 34. n. 14.

Hinc gratis negatur, quod Balbus litteras cambij à Flisco missas soluerit, cum id Siro in dicta approbatione implicite falsi fuerint, quod sufficit. Egid. Bellamer. decis. 683. ante n. 1. Rot. in Marfiscen. Iurisdictionis, 29 Ianuarij 1644. §. primum adminiculum in fin. coram me, & vterius probetur ex quietantia ipsius Balbi data in dicto Summario n. 4. necnon ex libro nuncupato *scartafaccio di fiera*. qui post completas nundinas, concurrentibus præsertim dictis adminiculis, plene probat, esto quod alias non probaret. Caputaq. decis. 234. n. 2. p. 1. Rot. decis. 198. n. 2. part. 1. recent. dec. 418. n. 5. p. 2. dec. 716. n. 4. coram coram bon. mem. Buratto.

Tertium obiectum euacuatur ex deductis in prima decisione §. alteram, vbi comprobatum fuit, nos versari extra species cambij nuncupati *con la ricorsa*, de quo vltra ibi allegatos, loquitur Salon. de iust. & iur. tom. 2. tit. de camb. quaest. 4. artic. 2. num. 2. & seqq. Et in omnem euentum, exceptionem hanc vt requirentem altiore indagine, aptam non esse retardare executionem, quam litteræ cambij paratam habent, Scacc. de camb. §. 7. gloss. 4. num. Rota decis. 7. n. 2. apud Zacch. de oblig. Cameral.

Et ita decisum informantem solum Balbo; expectatis tamen diu, & citatis septies aduersariis.

R. P. D. BICHIO.

Romana, seu Ianuen. Cambij.

Veneris 16. Iunij 1653.

ARGUMENTVM.

Pergitur in materia Cambiorum. Differitur de earum speciebus; litteris in ipsis visitatis; & eorum probatione.

SVMMARIVM.

- 1 Recambium dicitur nouum cambium.
- 2 Diuersitas summarum, etiam partiarum diuersitatem demonstrat.
- 3 In cambiis continuatis, ex dispositione Sacre Congregationis à S. mem. Urbano VII. deputatis, semper est in potestate debitoris illorum sortem restituere.

4 Cambium

- 4 Cambium dicitur reale, quando constat de transmissioe litterarum ad singulas nundinas.
- 5 Transmissio litterarum cambij dicitur probata ex litteris redditus.
- 6 Littere originales vocata d'andata solem remanere penes Mercatorem cui diriguntur. Et illarum præexistencia in necessarium antecedens resultat ex litteris responsivis, quales dicuntur littera redditus, n. 7.
- 8 Verba in risposta del vero spatio, non congruunt litteris d'auiso, sed litteris redditus, siue responsivis, idem importantibus.
- 9 Littera Mercatorum scripta ad extraneum, non probant pro tertio contra tertium. Secus si scripta reperiantur ad ipsos, contra quos agitur, & ab ipsis producantur, n. 10.
- 11 Persona Mercatorum scribentium censentur representata in personis illorum, quorum nomine, & in quorum debitum cambia contrahebuntur.
- 12 Littera redditus non sunt intrinsecè de substantia cambij. Sed eius realitas consistit in litteris d'andata, à legitimo Campfore, verè, & non fictè transmissis ad locum nundinarum, n. 13.
- 14 Littera redditus recipiunt probationem, quod Campfarius in nundinis recepit, acceptavit, & adimplevit litteras d'andata. Et huiusmodi probatio non est coacta ad vnum, vel alterum probationum genus, n. 15. Et desumi etiam potest ex copiis litterarum in libris Mercatorum registratis: quæ probant, num. 16. Maxime concurrentibus adminiculis, quæ efficiunt, ut etiam in casibus habentibus à lege, vel Statuto præscriptum certum genus probationum, aliud genus admittitur, n. 17. Item supradicta probatio elici valet à libro nuncupato Scartafaccio, qui completis nundinis, si dem facit, n. 18. Similiter ex multiplicitate partitarum, etiam si non versetur in antiquis, n. 19. Præsertim attendita punctuali earum distinctione in singulas ferias, cum annotatione temporum, & subordinata continuatione, n. 20.
- 21 Littera d'andata, etiam absque recognitione, concurrentibus quamplurimis adminiculis, aut plene probant, aut saltem vehementem veritatis presumptionem faciunt.
- 22 In epistolis subscriptio attenditur, licet per alienam manum ille scripta reperiantur.
- 23 In materia etiam de usuris suspecta, concurrentibus adminiculis statim confessionibus, maxime geminatis, & iudicialibus.
- 24 Inter Mercatores bona fama, & extimationis non iuris rigor, sed bona fides spectanda est.
- 25 Interesse recambiorum semper veritur in capitale, & cambium licitum, dummodo currant dispensia.

DECISIO CVI.

TRibus decisionibus editis sub die 21. Nouembris 1651. die 18. Martij, & 26. Iunij 1652. coram me, firmantibus, exequendum esse mandatum pro scutis 5448. anni mercatum; ad instantiam Balbi, contra Siriqs relaxatum; quarta hodie dictarum confirmatoria accessit, ex rationibus ibi deductis.

Semper enim vrget dilema quod aut cambium, de quo agitur, est nouum; quale etiam dicitur re-

cambium: Scacc. de Camb. §. 1. quæst. 4. num. 3. Rot. decis. 353. num. 3. part. 4. tom. 2. recent. & sufficit Balbo, qui litteras Cambij, sibi à Flisco, è Ciuitate Mediolani directas, soluit: de ordine Sicorum docere, (provt docuit) de solutione, vt à Siris pecuniam solutam possit repetere, reiectis ab hoc iudicio executio ex aduerso deductis, ad excludendum, quod Cambium non sit nouum, & independens; cum saltem altiore indaginem requirat; ponderando præsertim, quod hæc summa scutorum 5448. nullatenus correspondet cambiis in forte principali, scutorum 40000. de anno 1640. inter has partes, contractis aliquibus illa ex aduerso dicitur deriuare, quod diuersitatem vtriusque partitæ demonstrat, vt notant Doctores in leg. quinquaginta, ff. de probat. Surd. conf. 80. n. 14. Menoch. de Arbitrar. cas. 432. n. 38.

Aut cambium est præcedentium continuatum; & cum semper fuerit in potestate debitoris illorum sortem principalem restituere; vt necesse esse in cambiis continuatis, declarauit Sacra Congregatio à fel. recordationis Urbano VIII. deputata, & relata à moder. Ianuen. de Camb. dist. 3. quæst. 1. prolegemena, sub n. 33. doceaturque, à dicto anno 1640. vsque ad 1649. quo emanarunt litteræ cambij, de quibus agitur, fuisse in singulis feriis transmissas litteras cambij, & effectuatæ; adhuc debetur, & reale est. Cagnolus in leg. vnica, sub n. 46. versic. 3. quia, Cod. de sentent. que pro eo, Lup. de P. fur. cap. 3. §. 2. num. 22. Bellon. decis. Ianuen. 25. num. 11. Rot. in Rom. seu Florentina cambiorum 12. Januarij 1615. coram bon. mem. Archiepiscop. Seleuciensi.

Et quod attinet ad transmissiones prædictarum litterarum, in singulis feriis, satis illa dicitur probata ex litteris redditus, per ipsosmet Siros productis, Durand. decis. 32. n. 21. Burat. decis. 603. num. 14. Rot. inter recent. decis. 614. sub num. 2. part. 4. cum aliis allegatis in postrema Decisione huius causæ, § penult. quia nimirum litteræ originales, quas vocant d'andata remanere solent penes Mercatorem, cui diriguntur; & illarum præexistencia in necessarium antecedens resultat ex litteris responsivis, quales dicuntur litteræ redditus, Rot. dec. 274. n. 6. part. 3. recent.

Gratitque dicitur, litteras à Balbo missas ad Siros, & ex aduerso productas, esse d'auiso, nec censeri posse redditus, cum non fuerint directæ ad Fliscum Mediolani, & Gilibertum Neapolis commotantes; qui litteras d'andata scripserant ad Balbum: Nam prima pars obiecti tollitur ex lectura dictarum litterarum Balbi, ibi: in risposta del vero spaccio, quæ forma scribendi non congruit litteris d'auiso, sed litteris redditus, siue responsivis, idem importantibus; vt bene colligitur ex vtriusque speciei litterarum formulis, relatis à Scacc. de camb. §. 1. quæst. 5. num. 78. & 79.

Secunda pars vrgeret, si litteræ scriptæ fuissent ad extraneum in hoc negotio interesse non habentem; quia tunc non probarent pro tertio contra tertium leg. epistola in princ. ff. de pact. Bald. in leg. non epistolis num. 5. Cod. de probat. Rip. in leg. admonendi, num. 14. ff. de iure iur. Menoch. de Arbitrar. cas. 94. n. 22. Rot. decis. 717. n. 6. part. 2. recent. At in casu nostro, quo litteræ scriptæ sunt ad ipsos Siros, contra quos agitur, & ab ipsis productæ, & quod plus est, illi præcedenter scripserant ad Balbum; ac, vt constat ex litteris d'andata, ibi, Et ponere in caso de Signori Gio. Battista, & Alessandro Sirio, (nec

(nec ex aduerso controuertitur) negotium horum cambiorum contra illos principaliter currebat; & de illorum ordine Balbus litteras cambij soluebat. nihil interest, an litteræ responsivæ fuerint directæ ad Mercatores, qui scripserant litteras d'andata, vel ad Siros, tum quia Mercatorum Mediolani, & Neapolis scribentium personæ censentur representatæ in personis Sirotum, quorum nomine, & in quorum debitum, cambia contrahebantur ad text. in l. res tuores, §. non solum: l. ita autem, §. gessisse, ff. de administrat. tutor. l. solutam, ff. de solut. Larr. decis. Grana. cas. 45 sub n. 19. Rot. decis. 355 sub n. 4. part. 1. recent. & in Rom. Pecun. 15. Iunij 1643. §. 1. coram Me.

Tum etiam, quia cum litteræ redditus nec sint intrinsecè de substantia cambij; quippe cuius realitas consistit in litteris d'andata à legitimo campfore verè, & non fictè transmissis ad locum Nundinarum; earumque sinceræ, ac reali effectuatiõne, iuxta superius allegatam desionem, in Romana, seu Florentina cambiorum coram D. Archiep. Seleuciensi, litteræ verò redditus respiciant potius probationem, quod campfarius in nundinis recipit, acceptavit, & adimplevit litteras d'andata: atis est; quod eiusmodi sint, vt probent contra debitorem, conuentum, quæ probatio non est coactata ad vnum, vel alterum genus, probationis, l. quoniam, in finalib. verb. ibique G. off. verb. angustent. r. 3. C. de Hæret. l. curru ff. de testibus l. ne quid, §. de iis, ff. Incend. ruin. & naufr. Salon. de Pace Conf. 19. n. 28. Surd. decis. 53. n. 25. Vnde etiam copiis litterarum, registratis in libro Mercatoris, fidem præbuit Rot. in supradicta Romana, seu Florentina Cambiorum §. non obstat, coram bon. mem. Seleuciensi.

Et magis concurrentibus adminiculis, quæ efficiunt, vt etiam in casibus habentibus à lege, vel Statuto præscriptum certum genus probationum, alud admittatur, Bald. conf. 229. sub num. 1. Ciriac. controu. 258. num. 13. Rot. in Bononien. Hæreditatis, 24. Martij 1651. coram Me. Resultant autem ex productione dictarum litterarum redditus per Siros, facta ex computis cuiuslibet Feriæ, per Siros pariter productis, congruentibus adamussim singulis dictis litteris, partitis extractis à Scartafaccio, & bilancio singularum feriarum: quod completa feria probare, firmant primæ Decisiones huius causæ. Item ex multiplicitate dictarum partitarum: etiam si non versetur in antiquis. Soccin. Sen. conf. 187. num. 16. vers. confirmatur, lib. 2. Rot. decis. 472. num. 7. part. 1. recent. attendita præsertim punctuali earum dictione, in singulas Ferias, cum annotatione temporum: & subordinata continuatione, quam in proximis terminis, magni, facit Rota; Decis. 286. num. 7. parte 6. recent.

Fueruntque ex abundantia nuper productæ litteræ d'andata quæ, etiam absque recognitione (vbi tot adminiculis veritas elucescit) aut plene probant; aut saltem vehementem veritatis præsumptionem faciunt, leg. instantia domestica, Cod. de probat. Bald. confil. 204. num. 7. lib. 3. Rot. decis. 198. num. 6. Decis. 310. num. 3. part. 1. recentior. Nihil obstante quod omnes, tam exaratae Mediolani: quam Neapolis afferantur scriptæ in corpore, eadem manu: Nam præter quod id non probatur satis, ex diuersa manu (provt diuersi erant Mercatores, Mediolani, & Neapolis) fuisse subscriptas, quæ subscriptio sola suffragatur. Alexand. confilio 147. numero 3. versiculo ad hoc Salgado Labyrinth. Credit. Tom. II.

ostendendum, & numeris sequentibus, libro 2. Castrenf. confil. 216. numero 3. libro 1. Peregrin. confilio 108. numero 1. libro 5. Seraphin. decis. 419. num. 8.

Ex supra deductis apparet quoque probata effectuatiõ litterarum; ita vt non versetur in casu simplicis confessionis, quæ in similibus materiis non attenditur, sed probationis per scripturas fidem facientes, ac tot adminiculis suffultas, quibus concurrentibus, etiam in materia dicta, vltimis suspecta, statim confessionis, & maxime geminatis, ac iudicialibus, dixit Rota, in Bacen. Saliuiani, 24. Martij proximi. coram Me. Et inter Mercatores bonæ famæ, & extimationis, non iuris rigor, sed bona fides spectanda est; vt in his terminis decisum fuit in supradicta Romana, seu Florentina Cambiorum, §. final. coram bon. mem. Seleuciensi.

Non obstat, quod Cambium hoc deriuat ab interesse aliorum cambiorum; quia non probatur; & passim admittuntur recambia, & interesse illorum vtitur in capitale, & cambium licitum: dummodo, vt in casu nostro, currant dispensia, & alia de quibus supra. Scacc. de Camb. §. septimo, glossa secunda, sub num. 50. vbi allegat concordat.

Et ita decisum vtraque parte informante, &c.

R. P. D. BICHIO.

Beneuentana Dotis.

Veneris 27. Iunij 1653.

ARGUMENTVM.

Agitur de credito dotali cesso, eius probatione, iure, exactione, præscriptiõne, &c.

SVMMARIVM.

- 1 Dispositiua auendi debet.
- 2 Verba, Proprio, priuato, & principali nomine facta, &c. postea in instrumento acquisitionis cessionis per Turricem stipulato excludunt nomen officij Tutoris.
- 3 Et important acquisitionem nomine proprio.
- 4 Tutor acquirens cum bonis pupilli, ipsi acquirat, licet proprio nomine contraxit.
- 5 Credium probatur per publicum instrumentum.
- 6 Dicitio, Cuiuslibet, est distributiua totius in singulos, & efficit, vt singuli promissores obligentur in solidum.
- 7 Præscriptio Statutaria Vrbs, aut tricennaria suffragatur debitori dotis.
- 8 Maritus ad libitum potest dotis debitorem liberare, & si id facit iussu vxoris, vterque, tam debitor, quam maritus sunt liberati. Si vero non iussu vxoris, liberatur debitor, sed maritus tenetur.
- 9 Debitor dotis potest liberationem consequi, etiam mediante præscriptiõne completa viuente viro, firma tamen manente mulieris actione de dote contra bona viri.
- 10 Fundus dotalis est in alienabilibus, & consequenter impræscribibilis constante matrimonio.

- 11 Decisiones 213. n.7. coram Cauat. & 193. n.8. apud Zacch. de oblig. Cam. in quibus terminus loquantur.
- 12 Prescriptio, ne dum ordinaria, sed nec longissimi temporis currit mulieri impedita constante matrimonio.
- 13 Prescriptio Statuaria Urbis excipit in ventre creditum dotis.
- 14 Mala fides debitoris excludit tricennariam, & resistit etiam eius heredi, ne prescribere possit.
- 15 Promissio mariti de renunciatione uxoris ad fauorem dotaniam, omnibus hereditatibus, Paternis, fraternis, & alijs, sibi deferendis, dicitur adimpleta per matrimonium iuxta formam dictæ promissionis contractum, & consummatum.
- 16 Et ex quo mulier non contradixit, neque aliquid ex dictis hereditatibus petiit cursu longissimi temporis.
- 17 Tutor creditor pupilli, ex quo administravit omnia eius bona, presumitur satisfactus de suo credito.
- 18 Sed hoc procedit, quando probatur ad eius manus peruenisse tot bona, ex quibus potuerit satisfieri.
- 19 Aditio hereditatis inducitur ex qualibet voluntatis deliberata dispositione, & etiam ex declaratione verbali.
- 20 Hæres per sententiam Iudicis declaratus, licet bonorum possessionem acceperit, non exinde sequitur, quin alius prædictam hereditatem adire possit.
- 21 Persona defuncti, etiam sine bonis in hærede representatur.
- 22 Verba sententiæ debent intelligi prout ius disponit.
- 23 Mandatum excessiuum, & executioni non missum, de stylo A. C. sustinetur pro summa debita.
- 24 Rota potest declarare mandata A. C. quando ei à dictis mandatis commissæ fuit causa appellacionis cum clausula, Si quid exequendum.
- Et si de dictorum mandatorum iniustitia constat, ex integro mandatum relaxare potest.
- 25 Clausula, Si quid exequendum, si constat de bono iure, præferuat viam executiuam pro noua mandati relaxatione.

DECISIO CXVII.

Docuit D. Vincentia Caracciola coram A. C. de cessione sibi facta à Lauinia Morra Crediti dotalis ducatorum bis mille contra Iuliam Morrari, nec dubitari potest, quin eadem cessio acquisita fuerit ipsi Vincentiæ, quamuis Tutrix esset filiorum hæredum pro medietate d. Iuliæ debitoris, cum in parte dispositiua, quæ debet attendi, Buratt. dec. 206. n. 20. stipulata legatur Vincentiæ, nomine proprio, ibi proprio, primario, & principali nomine eiusdem D. Vincentiæ, ut in Summario n. 2. quæ verba excludunt nomen officij tutoris, l. 5. §. tutor. & ibi Gloss. verb. recte, Bart. n. 1. ff. quam ex fact. tut. Rot. in Casarugustana Beneficij de Linares, 21. Junij 1643. §. saltem, coram Me, ac important acquisitionem nomine proprio præsertim cum pro habenda dicta cessione Vincentia domum non pupillare sed propriam cederent assignauerit, & sic non applicatur conclusio, quod tutos acquirens cum bonis pupillorum, ipsi

acquirat, licet proprio nomine contraxit, l. Lucius, 47. §. tutorem ff. admin. tut. Latr. dec. 92. n. 9. & seqq. Rota in Rom. præterse Societ. 12. Junij 1645. §. 2. responsum, cor. Eminent. Dom. Card. Otthobono.

Docuit pariter de credito Lauiniæ cedenti per publicum instrumentum promissionis dotis in summa ducatorum 3500. à Liuia vna cum filiis factæ cum ditione cuiuslibet, ibi, & cuiuslibet ipsorum nomine, &c. quæ cum sit distributiua totius in singulos, efficit, vt singuli promissores obligentur in solidum, l. si pluribus, 52. & ibi Glossa, verb. sed omnes, ff. l. 2. Tiraq. de retract. lignag. §. 31. gloss. unica, n. 11. Rota dec. 22. num. 2. decif. 23. n. 3. inter impress. apud Zacch. de oblig. Camerali.

Neque contra idem creditum obiici potest, vel prescriptio Statuaria Urbis, aut tricennaria, quæ suffragari debitori dotis, dixit Rota penes Seraph. decif. 369. num. 2. ea ratione quia cum possit Maritus ad libitum, debitorem liberare, & si quidem id faciat iussu vxoris, vt erit tam debitor, quam Maritus sint liberati, si vero iniussa vxore, liberatur quidem, sed Maritus tenetur, l. debitor. l. vir ab eo. ff. de iur. dot. l. penult. §. si vir sacer. ff. solut. matr. potest debitor liberationem consequi, etiam mediante Mulieris adione de dote contra bona viri; & ad contraria responderet quod procedunt, quando agit de prescribendo fundo dotali, qui cum sit inalienabilis, l. si fundus, ff. fund. dot. est per consequens in prescriptibilis constante matrimonio, ex dispositione tex. in l. in rebus, §. omnis, C. de iur. dot. & in his terminis loquitur Cauat. dec. 213. n. 7. & intelligenda est dec. 197. n. 8. impress. apud Zacch. secus vero in debitor dotis, contra quem dos hoc privilegium à lege non habet; eandemque distinctionem secutus fuit Fontanell. de pact. nupt. claus. 6. gloss. 1. p. 2. num. 61. & duob. seqq.

Nam prescriptio Statuaria, Urbis excipit in ventis creditum Dotis, Pat. decif. 88. lib. 1. in Corr. Rot. in Romana Saluiani, 23. Martij 1650. coram R. P. D. meo Verospio. Tricennariam vero turis communis excludit mala fides debitoris, resistens etiam eius heredi, ne possit prescribere. Conarr. in c. possessor. mala fidei, p. 2. sect. 1. §. 8. n. 3. & seqq. Facchin. contr. forens. lib. 8. c. 27. Surd. conf. 296. n. 10. & in Romana Diuisionis, 15. Junij 1640. in Civitatis Plebis, Saluiani, 1. Julij 1647. coram Me.

Minus obiici potest defectus implementi, eo quod scilicet Maritus cui fuit promissa dos, promiserit Lauiniam vxorem renunciatarum ad fauorem promissorum, hereditatibus Paternis, fraternis, & alijs sibi deferendis, id enim adimpletum dicitur, ex quo mulier iuxta formam dictæ promissionis, matrimonium contraxit, & consummat, vt in simili, Rot. dec. 89. n. 10. & 11. p. 2. diu. ex quo neque contradixit, neque aliquid ex hæredibus petiit cursu longissimi temporis, quod promissam à viro renunciationem secutus fuisse præsumi facit, Socc. Sen. conf. 46. num. 3. vers. præterea, lib. 3. Gozz. conf. 11. n. 16. Socc. Iun. conf. 48. n. 9. & 10. lib. 2. Mant. decif. 13. n. 9. Rot. dec. 159. n. 6. vers. & quatenus, part. 1. rec. Dec. 64. n. 3. p. 4. & in Romana Diuisionis, 20. Iunij 1639. coram Me.

Gratis etiam excipitur, quod Vincentia Cessionaria præsumatur de hoc credito satisfacta; quia administravit tanquam tutrix, bona filiorum, qui sunt hæredes Iuliæ debitoris dotis, nam præter quod non probatur ad eius manus peruenire tot bona, ex quibus potuerit satisfieri; præsumptio huiusmodi militare posset pro rata debiti ad dictos

R. P. D. Bichio.
Beneuentana Dotis,
Mercurij 10. May 1654.

ARGUMENTVM.

Cessio acquiritur ei, cuius interest. De Prescriptione Statuaria 30. annorum aduersus creditum dotis. Et de renunciatione ipsius per Vxorem facta.

SVMMA RIVM.

- 1 Relatio restringitur ad immediatè expressæ.
- 2 Cessio acquisita, & nomine proprio stipulata præsumitur, quando ipse acquirens, etiam nomine proprio aliquid cedenti tradidit.
- 3 Singula singulis referri debent.
- 4 Res acquiritur illis ad quos negotium spectat.
- 5 Cessio acquiritur habenti onus solvendi.
- 6 Promittens vti principalis, principaliter, & in solidum, & sub obligatione Camerali, constituitur principalis debitor.
- 7 Mulier constante matrimonio, nec respectu actionis personalis contra promissorem dotis agere potest, sed bene Vir.
- 8 Non valenti agere non currit prescriptio.
- 9 Debitor dotis constante matrimonio perpetuam liberationem consequi potest à solo viro, mediante acceptilatione, aut confessione de recepto.
- 10 Vel mediante gratuita alienatione, aut remissione.
- 11 Aut mediante triginta annorum prescriptione.
- 12 Quod est alienabile, & post remissibile, est etiam prescriptibile.
- 13 Qui patitur prescribi, dicitur alienari.
- 14 Prescribens similis est soluenti.
- 15 Actiones omnes perpetuo tolluntur prescriptione 30. annorum.
- 16 Fundus dotalis sicut non potest alienari, ita nec prescribi ex negligentia viri, secus est in debito dotis, cum Maritus possit talem debitorem ad libitum liberare.
- 17 Decisio loquens perfunctorie, & ex abundantis non attenditur.
- 18 Prescriptio non currit stante mala fide prescribentis.
- 19 Quæ mala fides etiam nocet debitoris heredi, qui non potest prescribere.
- 20 Ad prescribendum dotis debitum, 30. anni compleri requiruntur.
- 21 Statuaria prescriptio solutionis per lapsum 30. annorum cessat, quoties militat contraria aliqua præponderans præsumptio.
- 22 Promissor dotis, si in aliquo instrumento se illius debitorem agnouit, certa est dicta dotis non solutio.
- 23 Prescriptio locum non habet contra debitorem ex propria confessione contentum.
- 24 Prescriptio inchoari non potest contra heredem, qui hereditatem non adiuit.
- 25 Renunciatio ab vxore facienda secundum viri promissionem in capitulis matrimonialibus adscriptam, censetur facta, vel remissa stante longissimi temporis silentio, & iunctis solutionibus à socio factis, nusquam petita dicta renunciatione.
- 26 Et ex eo, quod ipsa Mulier dicta capitula subscripsit.

Proposito ideo per me hodie dubio, an mandatum A. C. sit exequendum, Domini censuerunt exequendum, & quatenus opus sit, relaxandum esse contra bona hereditaria Iuliæ pro ducatis 732. Vtraque Parte informante, &c.
Salgado Labyrinth. Credit. Tom. II.

DECISIO CVIII.

Vertere singula fundamenta decisionis editæ sub die 27. Iunii 1653. conati sunt hodie, vt ab ea recedatur, informantes pro D. Marchione Goffredo; sed iterum solidissima vifa sunt. Quod enim Iura Lauiniæ competentia contra Iuliam debitoricem dotis cessa fuerunt Domine Vincentiæ Caracciolæ nomine proprio, mediante persona Fuluij eius procuratoris, legitur oculariter in instrumento cessionis; ibi, *proprio, priuato, & personali nomine eiusdem Vincentiæ*; nec non infra, in ea parte, qua pro reportanda dicta cessione, Fuluius Lauiniæ cedenti assignauit Domum propriam ipsius Vincentiæ, tanquam illius procurator; ibi, *detto Signor Fulvio, procuratorio nomine di detta Signora Vincentia da insoluto, & pro solute, à detta Signora Lauinia, &c.* & consonant subsequencia, verba cessionis; ibi, *renunciarunt dicta D. Vincentia, &c. predicto Fulvio nomine quo supra, &c.* Gratifque Clausula hæc nomine quo supra, exaduerso refertur ad nomen filiorum Vincentiæ, quorum etiam Fuluius procurator erat; quia imò supra fuit expressum tantum nomen Vincentiæ; cumque eo tantum, procurator in re recompensam cessionis rem propriam Vincentiæ tradidisset cedenti ad idem nomen, perneceffe prædicta Clausula refertur, sic suadente tum regula, quod relatio restringitur ad immediate expressa, vt notant Doctores, in *cap. Cum dilecti, de donat. Rot. coram S. mem. Greg. XV. decis. 4545. n. 13. & inter rec. dec. 627. n. 9. p. 2.* tum correptione acquisitionis ad traditionem; quia nimirum sicuti domus propria Vincentiæ eius nomine tradita fuit cedenti, eodem nomine cessione acquisita, ac stipulata prædicatur. *Rub. consil. 159. n. 10. vers. tamen alia, lib. 1. Decian. consil. 73. n. 8. vers. que etiam verba, lib. 1. Card. Mant. de tacit. lib. 2. 2. tit. 8. n. 36. Causal. dec. 219. n. 6.*

Vnde nihil vrget, quod in instrumento mandati procuræ in personam Fuluij Vincentia illum procuratorem constituisset, tam nomine proprio, quam vii tutrix filiorum, quia nomen filiorum appositum fuit respectu concordie super quantitate debiti, & aliis prætenfionibus Lauiniæ, à procuratore faciendæ; nomen verò Vincentiæ respectu solutionis de re propria Vincentiæ, & cessionis ad eius fauorem reportandæ; prout successiue reportata fuit, & sic, singula singulis debent referri, iuxta textum, in *leg. negotia, ff. neg. gest. leg. quoties. Cod. fam. erisc. Decian. consil. 186. num. 4. Rota apud Peniam, decis. 231. numero 9. decis. 240. num. 7.* Minus vrget quod cessione censeatur acquisita filiis, eo, quod ad illos negotium spectaret, ex allegatis per Bell. *decis. Ianuen. 14. numero 46.* Quia spectabat quidem ad filium onus soluendi dotem, sed non ius reportandi cessionem translaturam; quam imò reportare, cum interesset solius Vincentiæ, quæ de proprio soluit; ipsi merito cessione acquisita fuit; vt ad litteram est textus, in *leg. post mortem, §. tutor, ibique notat Bartol. in Summ. ff. quand. ex fact. tutor.*

Quod verò Iulia, contra quam cessione emanauit Lauiniæ cedentis, sit debitoricis dotis, apparet ex alio publico instrumento, in quo ipsa simul cum filiis vii principaliter, & insolidum, & sub Obligatione Camerali, dotem Lauiniæ soluere promissit; atque ita (esto, sine veri

præiudicio) quod onus dotandi spectaret ad filios, ipsa respectu debitoricis, cuius fauore promissit, quidquid sit respectu filiorum, constituta fuit principaliter debitoricis, *Aym. consil. 33. num. 8. Surdus. consil. 150. num. 57. Rota decis. 167. num. 6. ibique Add. num. 10. Decif. 445. num. 2. coram Sanct. memor. Gregor. XV. decis. 118. num. 8. inter impress. apud Zacch. de Obligatione Camerali, & in puncto dotis promissæ, ab eo qui dotare tenebatur, & ab alio; Surdus consil. 448. n. 1. in fin.*

Aliud obiectum præscriptionis tricennariæ, siue præsumptæ solutionis à Statuto Beneuent. ex lapsu viginti annorum inductæ, fuit sublatum in prima decisione, §. *neque.* Quidquid enim sit, an tricennariam, dotis debitor inchoare poterit, in præiudicium Vxoris, marito viuentis, quod, etiam respectu actionis personalis, negant infra 7 allegandi, eo quod tunc Mulier agere contra promissorem non poterat, sed *Vir. leg. si pro dote, C. de dot. promiss. leg. doce ancillam, C. de rei vendicat. Paris. consil. 33. num. 67. libro primo, & non volenti agere, non currit præscriptio, lege prima, §. finali, C. de annal. except. lege cum notissimi, §. in his, C. de præscriptione triginta, vel quadraginta annorum, & in cuncto Menoch. consil. 88. numer. 43. quem sequitur Romin. Iun. consil. 670. numero 31. Rota in Romana Dotis, & Legati, 16. Ianuarij 1620. coram bon. mem. Manzanedo.* Contraria verò sententia probatur, ex quo 9 sicuti, constante matrimonio debitor dotis perpetuam liberationem consequi potest à solo viro, mediante acceptatione, aut etiam confessione de recepto, *leg. in iis rebus, 66. §. si Vir faceret, ff. soluto matrimonio, siue gratuita alienatione, & remissione, leg. vir. ab eo, 50. in fin. ff. de iur. dot. ita mediante triginta annorum præscriptione; cum eo modo, quo aliquid est alienabile, ac irremissibile, sit etiam præscriptibile, iuxta theoreticam, quam tradidit Marian. Socci. in cap. cum contingat, sub num. 13. & sequentibus, de for. competen. Rolan. consil. 3. num. 83. lib. 1. Michael Ilgur. de regim. mund. quest. 3. num. 78. inter tract. diuers. tom. 16. fol. 120. à tergo; & alienare dicatur, qui patitur præscribi, Valquez Illustr. cap. 52. num. 3. & sequentibus, Surd. consil. 516. num. 7. Menoch. consil. 825. numero 54. & 55.* Sitque præscribens similis soluenti, *leg. si pupillus, in fine, ff. de administratione tutorum, Surdus consil. 234. numero 12.* Ac nimis durum videatur, quod si matrimonium longissimo tempore durauerit, promissor dotis, qui bonam fidem habuit, non valeat contra Mulierem vii præscriptione triginta annorum, qua omnes actiones perpetuo tolluntur, *lege sicut, lege finali, Codic. de præscriptione triginta annorum, Negulant. quest. 535. num. 9. Surdus consil. 296. num. 1. & dec. 30. num. 3. Fontanell. decis. 78. num. 9.* Et in puncto hanc opinionem distinguendo, inter præscriptionem fundi dotalis, & actionis de dote, secutus est idem Fontanell. *de pact. nupt. clausula 6. glossa 1. parte 2. numero 63. post Seraph. decis. 569. numero 2.* Quam non reuocat exaduerso allegata decisio *In Romana Dotis, & Legati, coram Manzanedo, sed loquitur perfunctorie, & ex abundantia ultra quod, &c.*

Quidquid inquam sit de his, placuit responsio, 18 Quod præscriptio currere non potuit, stante mala fide præscribentis, gnaræ videlicet, se fuisse semper

R. P. D. CELSO.
Romana Pecuniaria.

Lune 28. Aprilis 1654.

ARGUMENTVM.

Agitur de Obligatione Camerali. Confessio de recepto extraiudicialis voluntarie facta à Tutore, non præiudicat Pupillo; & de coniecturis, & præsumptionibus pro comprobatione solutionis.

SVMMARIVM.

- 1 Obligatio Cameralis habet executionem paratam, & in vim illius potest executiue procedi.
- 2 Clausula, Si quid exequendum, non vulnerat obligationem; sed suspendit tantum executionem mandati, donec de illius iustitia cognoscatur.
- 3 Confessio de recepto extraiudicialis voluntaria facta à Tutore, non præiudicat Pupillo, dum de vera solutione non constat.
- 4 Amplia etiam in quolibet administratore.
- 5 Et adducuntur D.D. qui contrariis respondendo, prædictam sententiam comprobant.
- 6 Confessio de recepto operatur crediti contracti remissionem, qua sapit naturam donationis.
- 7 Donatio rerum pupilli expressè est Tutori, & Curatori prohibita.
- 8 Si pro modica summa pecuniarum reperitur quietantia, vti que si maior summa fuisset soluta, similis quietantia reperitur.
- 9 Non est verisimile, quod quis soluat quantitatem magnam pecuniarum sine quietantia.
- 10 Non est credendum, quod quis voluerit soluere, id, ad quod de iure non tenebatur.
- 11 Decisio 28. n. 8. part. 6. recent. Decif. 163. n. 1. 4. & sequent. part. 2. diuersor. & Decif. 605. n. 1. coram Sanct. memor. Gregor. XV. in quibus casibus procedant.
- 12 Text. in l. Lurtius, ff. de administrat. Tutor. quomodo sit intelligendus.
- 13 Subscriptio concludit veritatem subscriptionis facta à Tutore, non autem veritatem confessionis de recepto.
- 14 Simplex confessio Tutoris non potest nocere pupillo.
- 15 Vna coniectura tollit aliam, & fortior debiliorem vincit.
- 16 Tempus non est modus tollende, vel inducende obligationis.
- 17 Presumptio, quæ deducitur ex tarditate petendæ, est leuis.
- 18 Prescriptio esset frustratoria, si ex morositate in petendo creditum præsumeretur solutum.

DECISIO CIX.

Creditum Rainaldæ hæredis Antonij Parris, cuius vigore fuit relatum mandatum contra Michaëlem Mariottum, & deinde, Exequatur, contra bona hæreditaria ipsius resultat ex Instrumento publico venditionis freni, & vtensilium cum iuramento, & obligatione amplissima in forma Reu. Cam. Vnde censuerunt Domini, mandatum præfatum esse exequendum. Quia obligatio Cameralis habet executionem paratam, & in vim illius potest executiue procedi, vt dixit Rot. post Zacch. de oblig. Cam. dec. 69. n. 1. & Dec. 203. eod. n. Et clausula, Si quid

quid exequendum, non vulnerat obligationem, sed suspendit tantum executionem mandati, donec cognoscit de iustitia illius, ex pluribus relat. probat Grat. *discept. for. 6. 968. n. 2. & seq.* & firmavit Rot. In Roman. pecun. 7. *May 1649. coram Me. & in Romana Cambij 23. Ianuarij 1641. coram Reuerendiss. Terracinen.*

Nec fuit habita in consideratione solidatio reportata à Ioan. Petro vno ex Tutoribus dictæ Rainaldæ, in quadam apocha sub die 22. Aprilis 1630. In qua recipiendo scuta viginti, fatetur scut. 450. fuisse soluta Antonio Testatori, & scut. 350. Vgolino Magnino huiusmodi enim confessio de recepto extraiudicialis voluntaria facta à tutore non præiudicat pupillo, dum de vera solutione non constat; vt probat Text. in l. *Lucius. §. 47. in fine. ibique Bart. in §. tutela. n. 1. vers. dico ergo. ff. de administr. & periculo tutorum, quem sequitur Iason. in l. 2. sub n. 20. vers. ego tamen pondero;* ibique etiam Altarius sub n. 16. vbi exemplificat in tutore, & quolibet administratore, ff. *si certum petatur. Aretin. in §. vendita. n. 5. in fine. de rerum diuisione. Alex. conf. 97. n. 3. vers. quia respondeo. lib. 7. Anguic. conf. 265. n. 5. & seqq. conf. 266. n. 14. Cald. qui plures cumulat conf. 32. n. 25. Mascard. de probationibus. concl. 370. n. 1. Canalc. de tutore. & curat. c. 1. n. 274. Grat. c. 766. n. 56. Franc. Marc. dist. 248. n. 1. p. 1. Surd. dic. 229. sub n. 24. vers. allegabat, & n. seqq.*

Et hanc opinionem respondendo contrariis, pluribus rationibus & auctoritatibus, cõprobat Natt. qui illa vtiorem asserit, conf. 543. sub n. 18. & seqq. & de communi testatur Tiraq. de retr. *conuen. §. 4. Gloss. 6. n. 12. & 13. Palch. de viribus Patria potest. c. 2. n. 12. Viuius comm. concl. 145. per tot. & firmavit Rot. dec. 714. n. 2. p. 3. recent.*

Et optima quidem ratione; nam cum ex confessione de recepto resultat remissio crediti iam contracti, illa sapit naturam donationis, quæ cum tutore, & curatori sit expressè prohibita, consequenter prohibita est etiam confessio, prout ex Text. in leg. *contra Iuris, 28. §. vlt. ff. de pactis, & in l. pactum Curatoris, l. 2. luncta Gloss. verb. remisit. C. eodem, probat Aym. conf. 494. n. 9. Corn. conf. 263. n. 7. vers. si enim, lib. 1. Menoch. conf. 31. n. 36. & sequentibus Surd. d. decif. 229. sub num. 24. vers. prima, & mouentur prædicti.*

In præsentem vero casu, non solum apparet de huiusmodi receptione quinimo illa redditur valdè inuerisimilis, dum tutor fatetur fuisse soluta Antonio Testatori scuta 450. & tamen exhibet quietantiam tantummodo de scut. 100. reportatam paulò ante eius obitum sub rogatu publici Notarij. Nam si maior summa fuisset soluta utique quietantia similis reperiretur, vt bene in proposito arguit Lancellot. Gall. *conf. 86. num. 6. Riminald. iun. conf. 489. num. 9. lib. 5. & dixit Rota in Romana Dotis de Paluzzellis, 26. Octobris 1601. coram Litta & Decif. 565. num. 22. coram Penia,* præsertim quia agitur de notabili summa ita vt non sit credendum quod desuper non fuerit reportata quietantia, vt ponderavit Rota *coram Mollino decision. 195. num. 1. decif. 485. num. 7. part. 3. lib. 3. dimerfor. & in recent. decif. 772. sub n. 3. p. 3. & decif. 259. n. 5. & 5. part. 6.*

Rursum in eadem solidatione declarat tutor fuisse soluta scuta 350. Vgolino Magnino, qui tamen non erat creditor in huiusmodi summa; inuerisimile est autem quod Antonius voluerit soluere id, ad quod de iure non tenebatur ad Text. in l. cum de

indebito, ff. de probat. Rota coram Durand. dec. 319. n. 6. & dec. 73. n. 8. p. 4. tom. 2. recens.

Nec obstat Decifio 28. num. 8. part. 6. recentior, & aliæ in contrarium adductæ; Quia procedunt concurrentibus adminiculis, & quomodo aliundè constat de vera, & effectiua numeratione in quibus terminis loquitur Decif. 167. num. 1. 4. & sequentibus, parte secunda diuersorum, coram Sancta memoria Gregor. decif. 306. num. 1. & sequenti. Et intelligendum esse Textum, & Glossam in dicta lege *Lucius, ff. de administratione, & periculo tutorum,* late probat Iason. in dicta lege secunda, §. *ultimo, num. 20. ff. si certum pet. vbi ponderat verbo, si soluisent,* quæ important veram numerationem, Riminald. Iunior. *conf. 147. num. 14. libr. 1. Nat. conf. 843. sub num. 18. & sequentibus, Menoch. conf. 39. num. 63. & sequitur Gutierrez de iuramento confirmatorio, part. 1. cap. 50. num. 6. & 7.*

Adminicula vero quæ deducuntur ad probanda numeratione huiusmodi, vel sunt leuia, vel reuertuntur in contrarium, Primum enim quod dicta quietantia fuerit suscipita ab eodem Vgolino Magnino, & Angelo Herculanon non releuat cum talis subscriptio concludat quidem veritate subscriptionis factæ à tutore, non autem veritate confessionis det recepto, & ideo cum nullum præbeat adminiculum confessio remanet simplex quæ pupillo nocere non valet, prout supra allegatos tradit Romanus *conf. 352. n. 5. ibique Adde. littera F. Magon. decisione Luceni. 5. num. 25. Mancini. de confessione, cap. 9. artic. 2. num. 2. & 4. vbi refert decifio Rotæ coram Rubeo, & fuit dictum in Marsilien. pecuniaria, 9. Ianuarij 1607. coram Lancellotto.*

Alterum quo Mariottus esset diligens in soluendo; ex quo soluerit Antonio scuta 100. ante diem contrarium, tollitur ex eo quod post mortem eiusdem Antonij distulit soluere scut. 50. ad annum 1629. quæ solui debebant de anno 1625. Vnde ex hac morositate, & tarditate per tot annos cessat coniectura supra deducta cum vna coniectura tollat aliam, & fortior debilitorem vincat, *leg. non solam, ff. de ritu nuptiarum, cap. litteras, de præsumpt. Decian. conf. 470. n. 10. Rota coram S. mem. Greg. dec. 247. n. 3.*

Lapsus verò temporis non meretur allegari, quia durante tutela, Rainaldo non poterat agere ea vero finita non probatur habuisse scientiam præfati crediti, & tamen est certum, quod tempus non est modus tollendæ, vel inducendæ obligationis *leg. obligatione ferè, §. planè, ff. de actione, & obligatione, leg. si certis annis, Codice de pact. & præsumptio;* quæ deducitur ex tarditate petendi est leuis; vt aduertit Honded. *conf. 55. numero 69. libro quinto, Hieron. Palm. conf. 45. num. 6. vbi ait, quod præscriptio esset frustratoria si ex morositate in petendo creditum præsumeretur solutum, quod etiam firmavit Rota decif. 788. num. 12. part. 1. diuers. & coram Penia decif. 575. n. 19.*

Et ita vtraque parte, &c.

R. P. D.

R. P. D. CELSO.

Romana; Censur, seu Saluiani.

Mercurij 5. May 1655.

ARGUMENTVM.

De Hypothecæ viribus, quo ad hæredes debitoris; De hypotheca dotali præcipue sine beneficio inuentarij adeuntibus. Creditum dotale anterior præfertur posteriori creditori, etiam cum expressa hypothecæ. De adiudicatione bonorum debitoris iuridicè facta creditori: Et hypotheca ob reintegrationem fideicommissi.

SVMMARIVM.

- 1 Hypotheca non competit creditoribus super bonis ad heredem debitoris spectantibus.
- 2 Ex additione hereditatis, per quam hæres quasi contrahit cum creditoribus hereditariis, oriuntur contra ipsum sola actio personalis.
- 3 Hypotheca competit super bonis hæredis, vel quando adiunt sine beneficio legis, & inuentarij, vel quando defunctus expresse eius bona obligauit.
- 4 Testator potest disponere de bonis heredis.
- 5 Hæres simpliciter adendum, factum defuncti totaliter approbat.
- 6 Immissio nunquam conceditur contra creditorem possidentem anteriora, & potiora iura habentem.
- 7 Hypotheca tacita dotis præfertur anterioribus creditoribus qui habent expressam in bonis quasiuis à debitore post ipsius dotis hypothecam.
- 8 Text. in leg. is qui res, ff. de iure fisci licet loquatur de Fisco, locum etiam habet in dote.
- 9 Lex inducens hypothecam ad fauorem mulieris, citius operatur, quam hypotheca inducta ab homine.
- 10 Bona debitoris adiudicata creditori, efficiuntur propria ipsius ob præcedentem illorum adiudicationem sibi factam à Iudice.
- 11 Crediti anterioritas iustificatur ex instrumento publico.
- 12 Hæres grauatus tenetur reintegrare fideicommissum, & pro huiusmodi reintegratione super eius bonis competit fideicommissariis hypotheca, si ille alienauerit dolose.
- 13 Quæ hypotheca non incipit à die alienationis, sed à die qua cepit administrare.
- 14 Hæres grauatus dicitur dolose alienasse, quando scientiam fideiusor habuit.
- 15 Et quando alienando potuit cogitare, se non futurum soluendo.
- 16 Retentio non competit pro fructibus, de quorum perceptione præcisa quantitas non constat.
- 17 Fructus post mortem heredis grauati alienantis, maturati, non decursi ad quem spectent.

DECISIO CX.

Laurantio, & aliis de Piordis, vti creditoribus I. Anastasij Coronæ ex causa fructuum Censur, per ipsum impositi, & venditi 22. Martij 1607. Hortensæ Præcæ de Piordis petentibus immisionem in bonis q. Martini Coronæ,

hæredis dicti Anastasij, nempe in vinea extra Portam Latinam, tertia parte officij Notariatus Curia Capitolina, & domo ad Diuum Marcum, hodie possessa per Petrum Paulum de Rolis; proposito particulari dubio, DD. Negatiuè responderunt non ex eo, quod actoribus non competat hypotheca super dictis bonis ad heredem debitoris spectantibus; quia etiam si regulariter ex additione hereditatis, per quam hæres quasi contrahit cum creditoribus hereditariis, oriatur contra ipsum sola actio personalis, *leg. penult. ff. de act. & oblig. cum aliis late à legat. per Franc. decif. 13. numero 7. cum sequentibus* nihilominus, quatenus hæres adiunt sine beneficio inuentarij, & defunctus expresse obligauit, prout hic, etiam bona heredum, super ipsis pariter competit hypotheca, concurrentibus in id, cum potestate defuncti, qui potuit etiam de bonis hæredis disponere, cum voluntate ipsius hæredis, aut adendum simpliciter, factum defuncti totaliter approbasse censetur, iuxta punctuales decisiones, In Romana Saluiani domus, 27. Nouembris 1634. coram bon. memor. Buccabella; Et Sancti Seuerini Dotis, seu Saluiani, 4. May 1640. coram Reuerendissimo Decano, apud Zacch. de obl. *cameral. decif. 187. numero 25. & 26. & decif. 639. per totam* sed ex quo; dicto Petro Paulo illorum moderno possessori debetur retentio, ex causa ex qua creditorum, quæ anteriora, vel potiora sunt, nunquam impeditur immissio, vt respondit Rota, coram Cardinali Mantica *decif. 69. n. 1. & alibi passim.*

Primo siquidem ipso credito dotali Mariæ Prouidæ vxoris dicti Martini non obstant, quod vt contractum 13. Octobris 1611. sit posterius credito actorum, quia super Vineæ, & tertia parte officij acquisiti à Martino vito, de anno 1653. & sic post contractam hypothecam dotalem, mulier præfertur omnibus creditoribus, expressam hypothecam habentibus, per text. in leg. in his qui, 28. ff. de iure fisci suffragantem etiam doti; cum minora fisci priuilegia habeat, tradunt in terminis Angel. in leg. *assiduis, n. 8. Cod. qui potior. in pignor. habeant, & in lege 1. parte 2. n. 17. ff. solut. matrimon. Cancr. variarum resolutionum, tom. 1. cap. 9. n. 2. Cardinalis Mantica de tacitis, libro 11. tit. 6. num. 23. Vbi de magis communi; & hanc opinionem, quicquid in contrarium sentiant allegati per Modernum Foroliuensem de pignoribus, lib. 3. *quæst. 88. per totam,* vt fauorabilem dote secuta fuit Rota in Romana Saluiani, 10. Decembris 1629. coram. *Quipp. in recentior. decif. 328. num. 19. cum sequentibus, part. 5.* Vbi pro ratione considerat, quod lex inducens hypothecam ad fauorem mulieris, citius operatur, quam hypotheca ea inducta ab homine; gratis autem dicitur Mariam de sua dote remansisse integraliter satisfactam: quia contrarium patet ex calculo de Ordinatione Rotæ extraiudicialiter facta.*

Secundo etiam super domo, pro quodam Censu fortis principalis scutorum 200. impositi ab Anastasio communi debitore, anno 1604. & cessio eidem Mariæ translatiuè, & non extinctiuè Summario, n. 5. & 6. Cui non obstat, quod ipsa cessionem reportauerit, mediantibus pecuniis, ac bonis hereditariis Martini; Quia ista fuerunt effecta ipsius propria, ob præcedentem illatum adiudicationem sibi factam à Iudice, & ad eius fauorem declarauit Rota *coram bon. me. Merlin. decif. 645. n. 11. versic. non obstat quod Maria.*

Tertio pro scutis 681, quæ à Maria, & successi-
uè à Stephano de Rosis verè perfoluta probantur
Francisco Coronæ, occasione annuæ præstationis
11 illi à Martino promissæ, *Summario n. 10.* Fran-
ciscum enim fuisse creditorem anteriorem, saltem
pro rata scutorum 60. annuorum, iustificatur ex
Instrumento promissionis celebrato decima
Ianuarij 1606. *dicte Summario num. 8.* & firmavit
Rota in *decis. Merlin. 645. sub. num. 10.* & quam-
vis informantis pro Petro Paulo, hac de causa
prætenderent retentionem pro scutis 1638. D. D.
pro dictis scutis 681. duntaxat illam ipsi compete-
re existimant; quia hæc solum quantitas perfo-
luta probatur: aduertentes vterius quod rata alio-
rum scutorum 20. annuorum eidem Francisco pro-
missa, non est anterior, sed posterior dum pro-
missa fuerit anno 1612. vt patet in *dicto Summa-
rio num. 8.* Quodque non sunt calculandi fructus
bonorum fideicommissi ad Sulpitiam Mariæ filiam
spectantis, quia prætenditur à Francisco hac de
causa percepti, quia in *Summario num. 9.* Adest
quoddam Mandatum de immittendo, eiusque exe-
cutio facta contra bona dictorum; ad instantiam
ipsius Francisci; sed quod fructus ex dictis bonis
perceperit, non apparet.

Quarto demum pro scutis 1400. occasione di-
ctæ alienationis factæ à Martino alterius domus,
& septem locorum Montium fideicommissorum,
eodem *Summario n. 12. & 13.* Tenetur namque
hæres grauatius reintegrare fideicommissum, &
12 pro huiusmodi reintegratiõne super eius bonis,
competit fideicommissariis hypotheca, si ille alie-
nauit dolosè, vt declarauit præcedens decisio. In
Romana Saluiani 28. Iunij 1641. Et responsum
fuit. In *Romana Fideicommissi, seu Saluiani 26. No-
uembri 1650. coram Reuerendissimo Domino meo
Decano, §. nihilque, & In Placentina Bonorum 16.
Iunij, 1613. coram R. P. D. meo Zavar. in fine,*
quæ non incipit à die alienationis, sed à die qua
cæpit administrare, vt pluribus aduersis auctori-
tibus, firmavit Rota in *Tiburina redditiõis ratio-
nis, 3. Iunij 1647. coram Reuerend. Patre Domi-
no meo Melio, §. quia dum hypotheca, dolosè
autem alienasse conuincitur, ex quo sciebat ad-
esse fideicommissum Bon. mem. Merlin. decis. 844.
n. 6. cum concordantibus allegatis in Romana fidei-
15 commissi de Mutis, prima Decembris 1650. coram
me, §. quia obiectum, cum sequentibus, & fortius, si
cogitare potuisset, se postea euasurum non sol-
16 uendo, ex probatis per Ciriac. *contr. 282. n. 32. &
seq.* & licet huic paritate addita fuerint alia scu-
ta 560. pro fructibus dictorum bonorum, pro eis
tamen non competit retentio, quia non constat
de perceptione illorum præcisè quantitatis, quæ
17 etiam probata non essent calculanda, nisi fructus
post mortem alienantis, maturati non decursi,
ipso viuente, ad eum spectabant, vt notant Do-
ctores in *leg. deducta, §. qui fortè, ff. ad Trebell.*
Rota post Modern. Foroliuicn. *de legitima, de-
cis. 20. cum. 12.**

Et ita vtraque parte informante, &c.

R. P. D. Bichio.

Romana Pecuniaria.

Luna 28. Iunij 1655.

ARGUMENTVM.

Locator tenetur de leui solum culpa;
non de leuissima. Correi fideiuben-
di qui dicantur. De diligenti officij
administratiõne, &c.

SVMMA RIVM.

- 1 Obligatio in forma Camera, habet executionem paratam.
- 2 Plures obligati non dicuntur inuicem fideiussores eiusdem summe, nisi pro eadem persona, & eadem summa, apud eundem, eodem tempore; vel saltem contemplatione mutui periculi fideiussent.
- 3 Fideiussor non dicitur accessisse contemplatione mutui periculi, nisi ab initio fuisset conuentum, quod alius detur fideiussor.
- 4 Locator operarum de leuissima culpa non tenetur.
Contrarium per text. in leg. si merces, §. calumniam, ff. locati, num. 6.
- 5 Locatoris culpa abest, si omnia facta fuerint, quæ diligentissimus quisque obseruaturus fuisset.
- 7 Superlatiuus quandoque pro positiuo ponitur in legibus.
- 8 Locator si obligatione legali tenetur pro leui culpa, eo magis accedente eius promissione de diligenter administrando.
- 9 Verba, diligenter administrando, posita in instrumento locationis recipiunt interpretationem à subiecta materia, & natura locationis obligantis ad leuem tantum culpam.
- 10 Obligatio fideiussorum restringitur ad ea, quæ ratione officij persona ad illud assumpta facere tenebatur.
- 11 Obligatio fideiussoria non extenditur ad pertinentia, partim ad vnum officium, partim ad aliud, vel per accidens cum eodem officio coniuncta.
- 12 Fideiussor officialis non tenetur, si officium pro quo fuit prestita fideiussio, aliquam præstitisset errandi occasionem.
- 13 Aliud est delinquere in officio, aliud delinquere occasione officij.
- 14 Statuta non comprehendunt gesta ante eorum publicationem.
- 15 Ad Computista officium solum spectat subducere rationes, & calculare.
- 16 Decisiones de stylo Rotæ supponende sunt.
- 17 Officialis Montis conuentus, post emanatas sententias, earumque consummatam executionem, non potest prætextu illarum iniustitia, euasare relevationem Monti debitam, sed sibi imputet, si tunc vocatus passus fuit Montem condemnari.
- 18 Locator, stante promissione de diligenter administrando, tenetur de leuissima culpa.
- 19 Verba diligenter, & cum omni qua decet diligentia, argunt obligationem legalem, & obligant locatorem etiam ad leuissimam culpam.

20 Et

- 20 Et de ista leuissima culpa potest cum locatore pacisci.
- 21 Ad effectum, vt locator teneatur de leuissima culpa, non est necessaria illius individualis expressio, sed satis est verbum vniuersale omnem.
- 22 In lata culpa dicitur esse, qui est negligens in arte, & officio suo.
- 23 Ignorantia iuris non excusat eum, qui facile potuit consulere Peritos.
- 24 Consuetudo ex tribus actibus, iuncto decennij lapsu inducta, demonstrat, quæ sint partes officij.
- 25 Officialis dicitur in culpa, quando non facit illud, quod fieri est consuetum.
- 26 Fideiussor, qui accessit obligationi de administrando officium diligenter, & cum omni diligentia, tenetur etiam de iis, quæ saltem ratione consuetudinis annexa sunt officio, licet expressa non sint.
- 27 Locator excedens fines officij, actione ex contractu locationis non caret.
- 28 Rota in respicientibus stylo, vel peritiam Mercatura, iudicium Mercatorum sequi solet, sicut in dependentibus à dispositione iuris.

DECISIO CXI.

Mons Pietatis Urbis, per tres sententias con-
formes coactus iterum soluere Domino Duci
Sancti Gemini scuta 15000. quæ alias soluerat
Flaminio Razzanti, eo quod primam solutionem
fecerat, non seruata forma, & lege depositi,
nempe non habita fide, à Fonthia Notario, de
adimplemento conditionum in Instrumento cen-
sus contentarum, culpa Petri Pauli Bonilli Com-
putista, & Ratiocinatoris Montis, id euenisse asse-
rens; agit executiue pro sui relevatione contra
hæredes Pierotij Altouiti, & Ioannis Altouiti,
quorum primus in ipso Instrumento obligationis
Bonilli, pro eo ad fauorem Montis fideiussit, vs-
que ad summam scutorum 68. mille; alter per In-
strumentum separatum eadem die pariter fideiuf-
sit vsque ad summam scutorum bis mille; Et exa-
minato hodie articulo, An sit relaxandum man-
datum, pro summa, & contra quæ bona; Rota
censuit esse relaxandum pro scutis bis mille, con-
tra bona hæreditaria Pierotij, & pro aliis scutis
bis mille, contra bona hæreditaria Ioannis;
1 Nam vtriusque obligatio pro dictis summis aper-
tissima est in forma Camera; habetque propterea
executionem paratam, Zacch. *de Obligatione
Camerali, quæst. 2. n. 5.* Cumque non modo fi-
deiuissert simul, & semel in eodem instrumen-
to pro vna summa, sed per diuersa instrumenta,
nulla facta mentione in primo, de fideiussione fa-
cienda ab alio, nec in secundo de facta à primo;
& summo promissa duplicationem reciperet, non
2 censentur inuicem confideiussores eiusdem sum-
mæ, tales enim non sunt, nisi qui pro eadem
persona, & pro eadem summa apud eundem, eo-
dem tempore, vel saltem contemplatione mutui
periculi, fideiussent. Gottifred. *In lege, si à Ti-
rio, 43. ff. de fideiussoribus, Valenz. consilio 9. n. 42.
& 43. Vincentius de Franchis, decisio. 55. n. 10.
& 11. Rota decis. 617. n. 5. & seqq.* Vbi in specie
dicitur, non dici fideiussiones accessisse contempla-
tione mutui periculi, nisi ab initio fuisset conuen-
tum, quod alius detur fideiussor, *par. 5. recentior.*

Quod verò contra fideiussores commissa fuerit
stipulatio, pendet à duplici inspectione videlicet;
an solutioni, vt supra factæ Razzanti causam de-
derit culpa Bonilli, ex qua ille possit conueniri;
& quatenus possit, an ad hunc casum obligatio
fideiussorum porrigatur. Primum negabant infor-
mantis pro hæredibus Altouitis, vel quia solutio
legitimè facta fuerit, & nulla ne dum Bonillo,
sed nec ipsi Monti culpa tribui valeat: vel si quæ
Bonilli interuenisset, leuissima ad summum esset,
4 de qua locator operarum, qualis ille erat, non
tenetur: nam licet text. in *lege si merces, §. ca-
lumniam, ff. locat.* locatoris culpam abesse de-
5 claret, si omnia facta fuerint; quæ diligentissi-
mus quisque obseruaturus fuisset: Vnde aliqui-
bus visum est, locatorum teneri de leuissima, quam
6 significare solet superlatiuum illud, *diligentissimus,*
tamen iuxta magis communem opinionem super-
latiuum vlturpari hic debet regulariter pro positi-
7 uo: & sic pro leui culpa, vt aduertit Glossa, in
dicto §. qui columnam, verbo, diligentissimus, quam
sequitur ibidem Salycetus num. 8. Baldus, in *lege,
in iudicio, num. 4. & 5. Cod. locat.* Myfingerius in
*§. qui pro vsu, n. 2. versiculo diligentissimus, Insti-
tution. eodem tit. Piccard. ibidem, n. 4 & 5. Azzo;
in summa, Cod. in rubric. de locat. & conduç.
n. 15. Azorius Instit. moral. part. 3. lib. 17. cap. 7.
in princp. Molin. de iustit. & iur. tom. 1. disp. 494.
num. 4. versic. item,* vbi per plures rationes latissi-
me id comprobat Gratian. *cap. 94. num. 24. Ca-
ualcan. decis. 37. n. 12. & 13. n. 21. & 22. part. 1.
Rota in Bononien. Mercium 26. Maij prox. §. ne-
que, coram R. P. D. meo Priolo;* & Sicuti id proce-
8 dit quandò Locator tenetur solum obligatione le-
9 gali, ita accedente etiam eius promissione de dili-
genter administrando, quia verbum diligenter
recipit interpretationem à subiecta materia, &
natura Locatoris non obligantis nisi ad leuem cul-
pam, vt notat Add. ad Dec. *conf. 274. littera A.
Rimin. Iun. consil. 791. num. 31. & tribus sequen-
tibus, Gozzadin. consil. 63. n. 20. Fulgol. consil. 193.
sub num. 2.*

Alterum, quia fideiussorum obligatio restrin-
10 gitur ad ea, quæ ratione officij Computistæ Bo-
nillus ad illud assumptus, facere tenebatur, Albe-
ric. *in leg. fideiussores, num. 2. ff. de fideiussor.* Mar-
sil. *in rubric. ff. eodem tit. n. 208 & in leg. final.
n. 167. ff. de iuris omn. Iudic. Bald. consil. 142. n. 1.
versiculo quinimo, lib. 5.* Petrus de Vbaldis *de duo-
bus fratribus, part. 8. quæst. 40. n. 41. versic. 2. quia
fideiussor.* Giurb. *Mevis 88. n. 8. Rot. decis. 56. n. 7.
parte 5. recentior.* Itavt fideiussoria obligatio non
11 extendatur ad pertinentia partim ad officium
Computistæ, partim ad aliud, vel per accidens
cum eodem officio coniuncta Bald. *dict. consil.
142. n. 1. versiculo, & ideo, lib. 5. Dec. consil. 107.
n. 4. & sequentibus,* etiam si officium, pro quo fuit
12 prestita fideiussio aliquam præstitisset errandi oc-
casione, Giouagn. *respons. 43. num. 44 & 45.* vbi
13 ait quod differt delinquere in officio, & delinque-
re causa officij, libro primo; error autem de quo
Bonillus redarguitur, eo quod non habita fide à
Notario de conditionibus, ideoque non seruata
lege depositi, mandauerit Capserio Montis, vt
soluat Razzanti, aut non adest, quia Bonillo exhi-
bita fuit fides Notarij de adimplemento conditio-
num, neque eam Iuris Consultorum mensura de-
bebat metiri; aut non versatur circa officium Com-
putistæ, & quod (circumscripto Statuto Montis,
14 longè

14 longè post fideiussionem condito, & propterea eam non comprehendente, ad text. in lege tertia, C. de legibus, Menoch. de arbit. cas. 18, num. 1. & per tot. remissuè) non spectat nisi subducere rationes, & calculare; non autem discernere an conditiones fuerint adimpletæ, & mandata Capserio dirigere. Bart. in leg. Instar, num. 9. C. de error. calc. Ciriac. commoverf. 202. numero 67. Thomas decis. March. 1. num. 4.

Sed quoad primum, responsum fuit, hodie non posse in dubium reuocari culpam Montis, eiusque Ministri. Cum ea canonizata fuit in duabus decisionibus, sub die 8. Martij, & 21. Iunij 1641. coram Reuerendiss. Domino meo Decano inter Montem, & Dominum Ducem Sancti Gemini, editis ipso etiam Bonillo citato, quæ decisiones iuxta stylum huius Sacri Tribunalis supponendæ sunt; nec post emanatas sententias, earumque consummatam executionem potest Bonillus prætextu illarum iniustitiæ, euitare releuationem debitam Monti, sed sibi imputet, si tunc vocatus, passus fuit Montem condemnari. Gloss. in leg. si dictum, §. si præsentis, verb. possit, ff. de evict. & leg. 2. Cod. de sentent. & Interloc. omni. Iudic. & in leg. final. §. primo, sub num. 5. vers. nam qui semel. ff. de vsur. rei iudic. Alex. in lege secunda, §. voluntatem, num. 15. ff. solut. matrim. Decian. consil. 69. num. 17. Abb. 4. Rot. decis. 395. n. 15. part. 4. tom. 2. recentior. & in Mediolanen. bonorum 26. Iunij 1647. §. non obstat, coram Me.

15 Eandemque culpam (esto leuissima esset) sufficere ad condemnandum locatorem, sentiebant aliqui ex Dominis, stante expressa promissione Bonilli, nedum de administrando diligenter, in quibus terminis loquuntur. Rimin. Iun. & alij supra ex aduerso allegati; Sed vterius cum omni diligentia ibi: officium, &c. diligenter, & cum omni, qua decet diligentia, iuncto præsertim signo vniuersali, Omni, ne otiosa sit, augere debet obligationem legalem, & obligare etiam ad leuissimam culpam Ioan Harprech. & in §. Conductor autem, num. 1. in fin. ubi loquitur in puncto, de eo, qui diligentiam promissit, & num. 20. ubi de promissione cum signo vniuersali, & num. 32. & sequentibus, Inst. locat. & in §. 15. qui sequitur, num. 21. in fine Inst. de mandato Gabr. consil. 69. num. 29. lib. 2. Decian. consil. 274. num. 3. versic. & a fortiori, & versic. & magis diligens, Negul. quest. 192. sub num. 1. versic. hoc tamen, & num. 2. & quarto fuit. Menoch. consil. 1114. num. 4. & seqq. de qua certum est posse cum locatore pacisci, Azor. Inst. moral. part. 3. lib. 8. cap. 7. in princip. Post amol. consil. 143. num. 16. & 18. Becc. consil. 94. num. 34. & 35. qui in fortioribus terminis firmant non esse ad hunc effectum necessariam indiuiduam expressionem; sed satis esse verbum vniuersale, Omnem.

Sed in casu nostro, leuissima dici non potest, & leuiori imò etiam latam esse, firmatum fuit in supra citata decisione coram Reuerendiss. Domino meo Decano 8. Martij 1641. §. nec dicatur, in fine, ibi, unde Ministri Montis debebant perquirere an illa essent apta adimplere conditiones requisitas in instrumento, & propter huiusmodi omissionem non possunt excusari à negligentia, ac in §. sequi, ibi, & in lata culpa dicitur esse, qui est negligens in arte, & officio suo; Estque aduertendum quod hæc verba decisionis diriguntur præcipuè ad Bonillum, qui mandauit Capserio, vt solueret; nam Capserius tenebatur obedire mandato, solusque Bonillus peccauit mandando solui, non adimplens prius Conditio-

nibus, & sibi non exhibita fide Notarij Fonthiæ, de conditionibus adimpletis, provt fuerat in deposito promissum, nihil suffragante fide Notarij de exhibitione instrumentorum, quia lex depositi non loquitur de fide exhibitionis, sed adimplimento conditionum, ibi, sempre che dal medico Notario si far à fatta fede, che siano state adempite le condizioni contenute, &c. & facile erat Bonillo, si fidem diligenter legisset, agnoscere eam huiusmodi an esset; cumque facile posset consulere peritos, necignorantia iuris eum excusari, Menoch. consil. 35. num. 23. 24. Odd. de restit. in integrum, quest. 10. art. 8. num. 59. & 60. Ciriac. comrou. 128. num. 114. & seq.

Quo ad secundum, ponderarunt Domini, quod Bonillus, nè dum fuit deputatus in Computistam, sed etiam in Ratiocinatorem Depositorum Montis, & ad hæc officia spectare, mandata de soluendo, Capserio dare, siue deposita fuerint libera, siue conditionata, & consequenter conditionis implementum antea scrutari, satis colligi ex pluribus mandatis in vtraque depositorum specie factis, ab antecessoribus Bonilli, & signanter ab eo in cuius locum Bonillus assumptus est, & ab eodem Bonillo; consuetudo enim quæ ex tribus etiam actibus iuncto decennis lapsu inducitur; demonstrat, quæ sunt partes officij Ratiocinatoris, & Bonillus simpliciter in Ratiocinatorem deputatus explere ratione officij debet ea, quæ ipsi officio incumbunt; vel ex speciali prouisione, vel ex consuetudine, vt per Purpur. consil. 306. num. 29. Mozz. de contract. tit. de mandat. rubric. de naturalibus mand. num. 18. & 19. Surd. decis. 223. num. 12. & 14. Arias de Mesa. variar. resolut. lib. 1. cap. 45. n. 3. in fin. & in terminis locationis, Canal. decis. 44. num. 76. versic. nisi esset consuetudo, part. 1. aliique relatis à Modern. Lucano in Pragmatica Regni Neapol. pragmat. de locat. & conduct. Collectanea secunda, num. 37. fol. 322. & magis in specie quod dicitur in culpa, officialis, qui non facit illud, quod consuetum est fieri, & è conuerso, tradit Bart. in leg. si pignolare, §. vlt. num. 1. ff. pignorat. act. Bald. in leg. in fine, in fine, C. deposit. Aym. consil. 145. num. 12. Roland. consil. 58. num. 19. lib. 4. Gutierrez præf. quest. lib. 3. quest. 29. num. 22. Arias de Mesa dict. cap. 45. sub n. 3. versic. & ideo, Ioseph. Ludouic. decis. Perus. 62. n. 14.

Quapropter fideiussores, qui accesserunt obligationi Bonilli de officio administrando diligenter, & cum omni diligentia, tenetur etiam de iis, quæ saltem ratione consuetudinis annexa sunt officio, licet expressa non fuerint. Bart. in leg. Lucius 47. §. Paulus in princip. versic. in eo, quod dicit, ff. administrat. Tutor. Henrig. de fideiussorib. cap. 24. num. 277. & seq. Mant. eodem tractatu, sect. 5. cap. 2. num. 79. fol. mibi, 313. eo magis, qui à Ioannes alter ex fideiussoribus bene sciebat hanc consuetudinem cum dicto anno 1601. die 11. Iulij fecisset quietantiam nomine Visolinæ Trombetta, pecuniarum ei solutarum à Capserio, vigore mandati facti à Computista antecessore Bonilli, & quatenus Bonillus excessisset fines officij, isto etiam casu competit actio ex contractu locationis, cum fideiussores accesserunt, l. præterea, & l. seq. l. fin. ff. mand. Picard. in §. is qui exequit. num. 2. & 3. Inst. de mandato.

Et ita decisum vtraque parte informante, non obstante contrario iudicio Mercatorum, quod Rota in respicientibus stylum, vel peritiam mercaturæ; non tamen in dependentibus à dispositione iuris,

iuris, qualia sunt, ista sequi solet, vt, & aliis allegatis, fuit dictum in Romana Cambij, 17. Februarij 1642. §. ad secundum, in fine, coram Me.

R.P.D. CELSO.
Romana Pecuniaria.
Luna 5. Iulij 1655.

ARGUMENTVM.

De Apocha non habente requisita l. scripturas, C. qui potior. Nouatur debitum per creationem nouæ partitæ. In illud fit executio, quod fuit in obligatione deductum.

SVMMARIVM.

- 1 Creditor quis appareat ex instrumentis in actis productis.
- 2 Obligatio de restituendo prioribus, & posterioribus semper exequi potest contra obligatos, quando constat de prioritate, & potioritate, & in instrumentis productis obligatio Cameralis reperitur.
- 3 Clausula Ad omne mandatum Domini, operatur, vt pecunia dicantur exiire, perinde ac, si nunquam consignata fuissent.
- 4 Clausula Si quid exequendum, stante validitate, & iustitia mandati, non vulnerat obligationem Cameralem, sed proceditur ad vltiorem executionem.
- 5 Apocha priuata, carens requisitis l. scripturas C. qui pot. in pign. hab. non probat.
- 6 Nouatio tunc dicitur inducta, quando prima obligatio transfunditur in secundam.
- 7 Solutio referri debet ad causam expressam.
- 8 Pecunia si est in obligatione, illa venit restituenda, non autem quantitas.
- 9 Pecunia debetur loco rei, si ipsa res præstari non potest.

DECISIO CXII.

IO. Baptista, & alij de Scottis, quibus ex pretio Vallis Montanæ consignata fuerint scut. 28000. monetæ sub obligatione de restituendo Prioribus, & Posterioribus creditoribus DD. de Sfortiis, & ad omne mandatum cuiusvis Iudicis, compulsi ab anterioribus. Coacti fuerint dictas pecunias restituere, egerunt pro eorum reintegratione contra Philippum heredem Octauij Costæ, qui ex eodem pretio scut. 4500. receperat sub simili obligatione de restituendo. Et quia ab A. C. mandatum executium reportarunt, dubitari an illud esset exequendum? Et DD. affirmatiuè responderunt; Nam cum Scotti ex Instrumentis in actis productis appareant creditores de anno 1618. 19. 20. 22. 23. & 26. Costæ vero de anno 1627. rectè fuit contra ipsum relaxatum mandatum vigore prædictæ obligationis, vt probat Manent, decis. 45. num. 16. & 17. & firmavit Rota coram Seraph. decis. 1396. numero 1. & seq. In Romana anterioriatis, penes Zacch. de oblig. Cam. dec. 135. num. 1. & in Romana Pecuniaria 7. Maij 1649. confirmata 27. Maij 1650. coram Me. In quibus decisionibus, & præsertim in prima, ponderata fuit clausula, ad omne mandatum Domini, quæ operatur, vt pecuniæ

dicantur extate perinde, ac si nunquam consignata fuissent, quod prius dictum fuerat in decis. 14. n. 6. par. 4. tom. 2. recent. & In Romana Saluiani de Casalibus coram R. P. D. meo Cerro, penes eundem Zacch. d. 189. num. 35. Quomnis signata tunc rescripterit cum clausula, Si quid exequendum, quia stante validitate, & iustitia mandati, dictum rescriptum non vulnerat obligationem Cameralem, sed proceditur ad vltiorem executionem, Rota post Zacch. de oblig. Camer. dec. 12. n. 4. & apud Cenc. de Cens. d. 384. n. 1. & 2. cum aliis adductis per Gratian. cap. 968. n. 1. & seq.

Præsentio vero quod Octauius sit Cessionarius Abraham Habrei creditoris Apochæ priuata de anno 1624. parum releuat ad hunc effectum; Tum quia dicta Apocha non habet requisita l. scripturas, C. qui potior in pign. hab. Causal. dec. 492. n. 2. Burtatt. d. 14. n. 36. Imò fuit nouata per solidationem, & creationem nouæ partitæ de anno 1627. per quam extincta fuit origo debiti antecedentis, & sublata obligatio procedens l. nouat. & post. Rebuff. ad Constit. regulares, tom. 2. tit. de mercat. vend. art. p. glof. 20. n. 1. & seq. tradit Gratian. c. 273. n. 53. Rota in recent. dec. 150. n. 19. & seq. par. 5. Tum etiam, quia idem Octauius non recepit scuta 4500. in dictam causam, sed ad computum scutorum 10065. alterius mutuatorum bon. me. D. Ducis Alexandro sub die 29. Martij 1627. vt appareat ex ordine cuius vigore exegit ibi: Saranno contenti pagare al Sig. Ottauio à buon conto di sorte principale di scut. 10065. di prestito fatto al Sig. Duca Alessandro nostro Padre, come per gli atti del Belgio 29. Marzo 1627. & ideo cum causa fuerit expressa, in illam, & non aliam solutio refertur debet, l. 1. ff. de sol. Rota d. 293. n. 5. p. 5. recent. & In Romana, seu Veliterna restitutionis dotis 17. Decembris coram R. P. D. meo Bicchio.

Non obstat, quod idem Octauius sit debitor speciei, non autem quantitatis, ex quo dicta scut. 4500. inuestiuerit in locis Montium, eaque vinculauerit loco cautionis, & pro adimplimento contentorum in Chitographo venditionis Vallis Montanæ; Nam cum ipse receperit à DD. de Sfortiis pecuniam, non loca Montium; illaque restituere promiserit, pecunia, quæ est in obligatione, venit restituenda, non obstante præsentio inuestimento, vt dixit Rota in Romana locorum Montium 27. Nonembris 1637. coram Pirouano, & firmatum fuit pro isdem de Scottis in Tribeneta Censu 6. Iulij 1640. coram Reuerendiss. Terzacinen.

Præsertim cum ex Summario sub n. 5. constet huiusmodi loca fuisse alienata per eundem Octauium; Itavt hæres ipsius illa amplius præstare non potuit, quo casu teneri soluere pecuniam, probat Text. in l. 1. ff. de pen. legat. l. si quis 57. ff. de solut. l. cum sine 19. & l. si penum. 24. ff. quando dies leg. cedat, Barz. dec. 84. n. 7. & seq. Rota coram Durano Decis. 47. n. 1. & 2.

Ex quibus pro executione mandati responsum fuit, informantibus tantum fratribus de Scottis, altera parte pluries, & pluries citata, &c.

R. P. D. CELSO.

Romana Mercium.

Luna 28. Iunij 1655.

A R G V M E N T V M.

Potest creditor agere contra debitorem sui debitoris; & si adsit obligatio Cameralis, etiam non præmissa primi debitoris excussione. De actione in venditorem ad rem, vel pretium, aut interesse, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Sententia ob non provocationem fatalium, remanet deserta, & transit in iudicatum.
- 2 Paria sunt, non appellare, & debito tempore appellationem non prosequi.
- 3 Creditor bene potest agere contra debitores sui debitoris, etiam non facta excussione, attentata obligatione Camerali.
- 4 Creditum probatur ex publico instrumento. Vel ex Apocha, trino teste munita, num. 5.
- 5 Contra venditorem agi potest, vel pro rei venditæ consignatione, vel pro pretij restitutione.
- 6 Re per venditorem non tradita, potest emptor repetere pretium, non ut pretium, sed ut interesse, sicut re evicta.
- 7 Solutio si fuerit promissa intuitu alicuius rei, debet servari ordo, ut res prius traditur, & postea solutio fiat.
- 8 Ex duobus contravenientibus, attenditur tantummodo contravenitio primi, nec defectus secundi est in consideratione habendus.

D E C I S I O C X I I I.

LVdovicus Pompilius creditor Caroli Tarditi in scutis, 3000. monetæ obtinuit per sententiam condemnari hæredes Io. Andrea Rotigni, vti debitores sui debitoris, ad solvendum sibi scuta 500. Et quia ab anno 1641. quo fuit interposita appellatio, nihil fuit gestum, minusque rogata fatalia, remansit deserta, & sententia transit in iudicatum, *Antb. hodie, C. de appellat. Clem. si appellationem, & Clem. sicut, eodem tit. Rot. decis. 233. num. 2. 3. par. 7. recent. & in Caietana Bonorum 3. Decembris 1646. coram R. P. D. Cerro.*

Patia enim sunt non appellare, & debito tempore appellationem non prosequi, ut est text. in *l. final. §. illud etiam, C. de tempor. app. & dixit Rota in Aquilana. Iurispraxanatus 4. Iunij 1646. coram Eminentiſſ. Card. Corrado.*

Executio vero dictæ rei indicatæ nulla dici nequit ex eo, quod Rotigni non sint debitores Pompilij, sed tantum Caroli Antonij Tarditi; Nam cum Pompilius sit creditor eiusdem Tarditi, bene potuit agere contra Rotignos tanquam debitores sui debitoris, etiam non facta executione, attentata oblig. Cam. ad *Tex. in l. nomen, vbi DD. C. que res pign. oblig. poss. Rota post Zacch. de oblig. Cam. dec. 7. n. 1. & dec. 190. n. 14. & 15. coram Merlino decis. 189. n. 4. cum aliis per Add. ad Burat. decis. 793. n. 10.*

Minus de Creditis dubitari potest; Siquidem

credutum Pompilij contra Tarditum resultat ex 4 instrumento publico sub die 12. Februarij 1639. ut in *Summario num. 1.* Et creditum Tarditi adversus Rotignos ex Apocha sub die prima Aprilis 1640. Ab iisdem subscripta, & trino teste munita, in qua fatentur habuisse scuta sex: & occasione illarum promiserunt intra quatuor menses consignare merces conuentas cum iuramento, & obligatione Camerali, ut latius in *Summario num. 2.* Vnde cum nec tempore conuento, nec postea dictas merces consignauerint, minusque pecunias receptas soluerint, merito ad illarum consignationem, & in defectum consignationis, ac pecuniarum restitutionem, fuerunt condemnati, ut firmat Bald. in *l. si traditio n. 7. Cod. de act. empt.* Vbi quod re non tradita potest emptor repetere pretium, non ut pretium, sed ut interesse, sicut re evicta, *Ruin. consil. 141. num. 9. vers. nec obstant allegata in contrarium, lib. 1. cum adductis per Gratian. discept. for. cap. 701. num. 1. & seq. & dixit Rot. coram Buratto decis. 819. num. 1. & in recent. decis. 322. n. 2. par. 5.*

Nec possunt Rotigni iuari exceptione non implementi, sub prætextu, quod Tarditus non soluerit alia scuta 500. provt promiserat; Nam cum illa non essent solvenda, nisi post tres menses à die consignationis mercium, & dictæ merces nunquam consignatæ fuerint, vti que Tarditus nullo modo tenebatur implere; Nec obstat etiam huiusmodi exceptio, quia ordo prius servari debet, iuxta ea, quæ notat Bald. in *l. 1. n. 22. vers. cum enim primum, C. de usur. & fruct. legat. Rot. decis. 139. num. 2. & seq. post Zacch. de obligat. cam. & in recent. decis. 90. num. 13. part. 4. tom. 2. & Decis. 136. eodem numero part. 5.* Et regulare est, quod ex duobus contravenientibus attenditur tantummodo contravenitio primi, nec defectus secundi est habendus in consideratione, ut docet Mathesilan. *sq. n. 10. Bald. in l. cum proponas 21. n. 1. Cod. de pact. & dixit Rota decis. 86. n. 15. par. 4. divers.*

Et ita altera parte tantum informante, &c.

R. P. D. CELSO.

Anconitana Mannæ.

Mercurij 22. Martij 1656.

A R G V M E N T V M.

Instrumenta vinculara obligatione Camerali habent paratam executionem. De probationibus, & variis coniecturis satisfactionis; De quietantiis, receptionibus, & aliis ad rem.

S V M M A R I V M.

- 1 Creditum probatur ex instrumento publico, quod indubitatum, & manifestam probationem facit. Et ex confessione partis in instrumento edita, num. 2.
- 2 Instrumenta obligatione Camerali vallata paratam executionem habent. Et non solum in Tribunali A. C. sed etiam in Rota, quando illa procedit cum facultatibus A. C. ei in commissione communicatis, num. 4.

5 Creditor

- 5 Creditor accipiens à suo debitore rem æquivalentem satisfactioni sui crediti, præsumitur satisfactus, donec contrarium plene, & concludenter probatur.
- 6 Creditor, si vendat rem à suo debitore acceptam, & concludenter non probet quid ex tota re retractum fuerit, tunc intrat præsumptio, ut ipsa res sufficiens fuerit pro satisfactione debiti.
- 7 Datum ob causam, causa sequuta, cessat repetitio.
- 8 Partita relatæ ad debitum unius negotiationis, non sunt relatæ ad diversum negotium.
- 9 Quietantia semper præsumitur reportata à solvente. Et sine quietantia non est verisimilis solutio, maxime quando summa soluta est notabilis, numero 10.
- 11 Deponenti de proprio interesse, & de se exonerando non creditur, & n. 14.
- 12 Solutio præsumitur in causam debitam, dum nil aliud fuit expressum.
- 13 Diversitas temporis, & ordinis arguit diversitatem rei.
- 15 Debitor solvens alteri de ordine creditoris liberatur.
- 16 Exceptiones turbidæ non debent admitti pro retardatione obligationis Cameralis.
- 17 Relatio extrajudicialis Periti non valet. Item quando est erronea, num. 18.

D E C I S I O C X I V.

DVm instarent sorores de Fanis hæredes Marini Fani pro relaxatione mandati in summa ducat. 2172. monetæ Neapolitanæ; occasione pretij controuersæ Mannæ contra illos de Petrobellis, Rota constat sub die 21. Iunij 1649. relaxandum esse mandatum pro scut. 900. tantum, relicto in suspensio residuo, ad effectum, ut super eo melius rei veritas discuti, ac haberi posset, solutis per Petrobellos dictis scut. 920. Eadem sorores obtinuerunt sub die 23. Iunij 1651. disputari dubium super residuo sed eo non resolutum, ordinatum fuit, ut eligeretur extrajudicialiter peritus, quo electo, & facta per eum relatione, reposita fuit causa, & resolutum coram R. P. D. Bichio bon. me. mandatum esse relaxandum pro aliis scut. 1272. eiusdem monetæ. Quod est residuum dictæ summæ in suspensio relicta. At quia idem R. P. D. Bichius morte præuentus decisionem extendere non potuit, in eius locum ego subrogatus illam edidi.

Fundamentum resolutionis fuit. Quia creditum illorum de Fanis in dicta summa proveniens ex capitali Mannæ per Fannos transmissæ, vsque de anno 1613. è Ciuitate Neapolis ad Ciuitatem Anconæ, hæredibus Pauli Petrobelli apparet omnimodò clarum, & liquidum, tum ex publicis Instrumentis, quæ indubitatum, ac manifestam faciunt probationem, *h. quoties in fine, C. de de iudic. l. cum precib. de probat. l. mancipat. C. de fid. Instr. Bald. in l. Interest. 21. num. 2. C. de solut. Rota coram Cauallerio, decis. 282. num. 4. coram Burat. decis. 540. n. 4. & in Vrbinate. Salarij 26. Iunij 1652. coram R. P. D. meo Zarate.* Tum ex propria DD. de Petrobellis confessione, emissa in publico Instrumento, in quo facti sunt dictam mannam recepisse, illiusque pretium ascendisse ad dicta scut. 2172. *l. cum te, la seconda, Cod. de transact. l. generaliter, la 13. Cod. de non num. pecun. cap. per tuas il primo, de probat. Salgado Labyrinth. Credit. Tom. II.*

cum aliis in *Regien. pensonis 2. Iunij 1653. §. penultimo coram Merlino.* Et cum dicta iura sint obligatione Camerali vallata, habent executionem paratam. *Gallef. de oblig. Camer. quest. 2. sub num. 8. vers. nempè, Rota coram Durano, decis. 112. num. 2. in recent. decis. 415. num. 3. & decis. 620. num. 1. vers. satis enim parte 1.* Et non solum in Tribunali A. C. sed etiam in Rota, quando (provt hic) illa procedit cum facultatibus A. C. ei communicatis in commissione. *Rota coram Cassadoro decis. 3. de rescript. & post Zacch. de Oblig. Cameral. dec. 12. num. 4. & 5.*

Neque huiusmodi executionem retardare valent nonnullæ prætextæ partitæ solutionum à Petrobellis factarum. Quia prima scut. 1200. pro pretio pannorum venditorum Marino Fano, remanet compensata cum scut. 147. quæ vice versa Petrobelli retraxerunt ex libris 500. Mannæ sibi ab eodem Marino traditæ ad effectum vendendi, & de eius pretio sibi satisfaciendi, ut respondit decisio in hac causa emanata sub die 21. Iunij 1649. coram Eminentiſſimo Domino Cardinali Corrado, §. quia non resultat.

Secunda partita consistens in scut. 800. per Petrobellum traditis in duabus vicibus Marino Fano, nec pariter visa attendenda; quia in illius extinctionem recepit Petrobellus alias libras 1100. Mannæ, quæ cum æquivalerent satisfactioni eius crediti, intrat præsumptio satisfactionis, donec contrarium plene, & concludenter probetur, iuxta *Gloss. in l. 2. in verbo, redigere. C. de pignor. Iaf. Inst. de action. in princ. n. 94. Paris. cons. 50. n. 28. vol. 1. Surd. dec. 49. n. 16. vers. bene verum est.*

Neque talis præsumptio excluditur ex eo, quod per quoddam assertum calculum hodie probatum remanere dicatur Petrobellum non retraxisse ex dicta Manna maiorem summam scut. 348. Quia dicta scuta fuerunt tantum pars pretij Mannæ venditæ, & ita dum non exhibentur rationes, & concludentius non probatur quid ex tota Manna retractum fuit, semper viget præsumptio, ut Manna sufficiens fuerit pro satisfactione d. debiti, *Negul. de pign. in secundo membro, 3. p. princ. n. 37. vers. Adde tamen in prædictis.*

Tertia partita scutorum 1200. habita per Marinum Fanum, ad effectum illa erogandi in emptio-ne olei, evanescit eo ipso, quod per Instrumentum stipulatum sub 28. Aprilis 1614. iustificatum remanet, oleum emptum fuisse, illudque consignatum vnà cum aliis mercibus Petrobellis transmissis, in totum ascendens, ad scut. 1675. & b. 31. datum enim ob causam, causa secuta cessat repetitio, *leg. 1. & tot. tit. de condit. causa dotata.*

Quarta partita scutorum 800. rectè fuit. *In eadem decis. Eminentiſſ. D. Card. Corradi,* reiecta ex quo apparet, quod litteræ Cambij continentes dictam summam, & quæ erant directæ Andrea Bonello Mercatori Neapolitano non fuerunt per eum acceptatæ, sed reiectæ, vnde etiam peritus agnoscens hanc veritatem, nec minus ipse in suo calculo hanc partitam retulit.

Quo verò ad alias sex partitas, super quibus Rota referuauit particulariter videre, vltra quod semper viget responsio data in dicta decisione Eminentiſſimi Cardinalis Corradi, vt scilicet tanquam respicientes alias causas, quæ in aliis rationibus imitis cum Petrobellis relatæ fuerunt ad debitum Marini, propterea non sunt tractandæ ad hoc diuersum negotium Mannæ, contra intentionem Partium, Z volen

volentium illud à cæteris computis esse distinctum; nihilominus & singulariter discussæ nullius apparuerunt releuantia pro retardanda executione obligationis Cameralis. Prima enim scut. 63. deducta ex quibusdam assignatis litteris Cambij directis Balbis, & Frisonis Mercatoribus Neapolitanis non suffragatur. Quia non probatur, quod dictæ litteræ fuerint effectuatæ mediante actuali solutione, quæ si reuera secuta fuisset, de illa constaret per quietantiam fieri solitam ab iis, qui pecunias recipiunt: Quietantia enim præsumitur semper reportata à solente. Rota coram S. mem. Gregor. XV. dec. 253. num. 1. & sine quietantiis non est verisimilis solutio, maximè, quando (provt hic) summa soluta, est notabilis. Rot. coram eod. S. mem. Gregor. XV. dec. 188. n. 3.

Neque ad id suffragantur Epistolæ Mercatorum responsivæ illis Petrobelli in quibus dicunt, soluisse pecunias Marino Fano. Nam ex quo agitur de proprio illorum interesse, ac de se exonerando illis non creditur. leg. omnib. C. de testibus, Bart. in l. deferre, post med. vers. exemplum, ff. de iure fisci. Caltr. conf. 301. in fin. Gratian. discept. for. capit. 727. num. 8.

Alia partita scutorum 290. solutorum in tot Cecchinis Donato Borello non est referenda in debitum illorum de Fanis. Quia in eorum computum constat fuisse ab eodem Borello consignatas de ordine Fani sex captas Mannæ, de quibus dum nulla redditur ratio, solutio censetur facta in causam dictæ Mannæ, & non alterius rei, Rota cor. S. mem. Gregor. XV. dec. 62. n. 9. & 10. Decis. 468. n. 8. & Dec. 611. n. 2. & 3.

Neque substitit prætenso, vt dictæ sex captæ Mannæ fuerint comprehensæ in consignatione dictarum librat. 9000. Quia in instrumento constat vnica vice consignatas fuisse dictas libras 9000. vnde non potest in eis computari alia quantitas data diuerso tempore, & cum diuerso ordine; nempe prima cum ordine illam transmittendi Vencrias, seu Pifas; Secunda verò liberè, & absque vilo ordine missa fuit, huiusmodi autem temporis, & ordinis diuersitas arguit diuersitatem rei, leg. vnicum, ff. de verbor. oblig. l. quinquaginta, ff. de probat. Rota coram Buratto, dec. 298. n. 4. vers. Tum quia.

Quarta partita scutorum 273. & quinta scutorum 220. consistentes in quibusdam litteris Cambij, visæ pariter fuerunt itrelenantes, ex quo non apparent iustificatæ illorum solutiones per quietantiam factam, sed solam per Epistolas Mercatorum responsivas illis Mercatoribus, à quibus dictæ litteræ cum ordine soluendi scriptæ fuerunt, quod non sufficit, dum vt dictum fuit, agitur de se exonerando.

Sexta, & vltima partita scutorum 100. quorum debitor remanebat Marinus Fanus, occasione tot mercium receptarum à Petrobellis, erat ex contentione Partium soluenda Guerrino Mercatori Rauennæ; Et quia isti factam fuisse solutionem, probatur ex computo eiusdem Guerrini, qui receptionem pecuniæ fatetur; vtique hinc satis liberatio Fani deducitur, ex vulgata iuris regula; quod debitor soluendo alteri de ordine creditoris, liberatur, si quis alij, Inst. tit. de inutil. stipul. l. si ita stipularis, ff. de solut.

Ex his itaque cum creditum illorum de Fanis appareat liquidum; è contra verò exceptiones effectum prætenstæ satisfactionis datæ, vel non sint ve-

ræ, vel saltem reddantur turbidæ, hoc sufficit, vt illæ non sint admittendæ pro retardatione obligationis Cameralis, Marcus Anton. variar. resolut. lib. 2. resolut. 96. n. 11. Zacch. de oblig. Camer. q. 17. n. 71. Rot. in Romana Cambiorum, 17. Ianij 1633. coram bon. mem. Cardinali Verospio.

Neque aduersatur relatio Periti; Tum quia extraiudicialis, Gabr. conf. 168. num. 110. lib. 1. Tum quia erronea, ob non iustificationem paritatum, quæ propterea non videntur attendendæ, Gabr. conf. 43. n. 18. lib. 1. Monac. dec. 110. n. 30. ad med. Buratt. decis. 165. n. 5. ad med.

Et ita vtraque parte, &c.

R. P. D. Beuilaqua,

Romana Pecuniaria,

Luna 16. Aprilis 1657.

ARGVMENTVM.

Agitur de Cessionis virtute, & qualitate. Et de compensationis effectibus.

SVMMA RIVM.

- 1 Creditor, qui in satisfactionem sui crediti fuit contentus accipere nomen debitoris cessi, non potest deinde ad primæus actiones; & iura redire, quia debitum vnus, & creditum est extinguitum.
- 2 Creditum probatur ex exhibitione instrumenti. Instrumentum facit probationem probatam.
- 3 Cessio si fundata reperitur in credito, resolutio, non potest operari extinctionem debiti, sed illa remanet prima obligatio erga debitorem.
- 4 Compensatio, per necessarium antecedens præsupponit præexistentiam, veritatem, & liquidationem crediti.
- 5 Cedere nomen satisfacit, quando illud nomen est verum, & de iure ipsi obligatum tempore cessionis.
- 6 Relatio operatur, vt omnes conditiones, & qualitates censeantur specialiter expressæ, & insertæ in datione insolutorum.
- 7 Creditor si acceptat iura cessa, tunc extinguuntur omnes actiones ad fauorem ipsius, contemplatione cedentis.
- 8 Amplia magis procedere quando debitor cautè agendo expressè declarauit cedere creditum pro tale quale erat; nec ad illius manutentionem teneri, quo fit vt ad illud non teneatur.
- 9 Compensatio extinguit primam actionem non secus ac datio insolutorum.

DECISIO CXV.

Ad restitutionem pecuniarum Campionum teneri, iterum Domini responderunt inherendo fundamentis, de quibus in Dec. coram Me emanata, 24. Martij 1656. Certum enim est, quod Pauia intendens Campiono satisfacere, creditum scut. 961. quod habebat cum Eminentissimo Domino Cardin. Barberino ei cessit, & insolutum dedit, & vice versa Campionus illud acceptando per amplissimam quietantiam de omnibus habitis, & receptis illum absoluit, & liberauit, vt ex instrumento concordie initæ, 26. Aprilis 1650. Summ. vtriusque partis, num. 1. & 2. Vnde non potuit deinde Campionus pecunias, de quibus agitur ex effectibus Pauiæ prouenientibus, exigere; & ad primæus suas actiones,

actiones, & iura redire, dum debitor prædictus in satisfactionem, sui debitoris nomen cesserat, & ipse contentus fuit acceptare, & recipere, qua acceptatione mediante, fuit extinctum debitum vnus, & creditum l. satisfactio, § 2. ff. de solut. l. solutionis, 176. ff. de verb. signif. Paris. conf. 96. num. 16. lib. 4. Rota Ianuen. de mercatur. dec. 4. num. 11. & in Romana sequestri, 11. Decembris 1645. §. quia quicquid, & seq. coram Eminentissimo Domino Card. Oubobono.

Quod autem D. Cardinalis tempore cessionis esset in prædicta summa certus Pauiæ debitor apparebat ex instrumento antecedente scilicet, 4. Septembris 1649. inter ipsos stipulato, in quo præuia refectione contractus afflictus Abbatie Griptæ Ferriatæ, per d. Campionum sibi sublocat eidem D. Cardin. Abbati, & Commen. effectus, nomina debitorum, & bona omnia ibi existentia dimisit proscutus 1500. ad effectum, vt possit satisfacere de summa scutorum 532. in quibus tunc certus creditor extabat; reliqua autem vsque ac summam scutorum 961. dicto Pauiæ restituere, vt ex instrumento pariter ab vtraque parte, in Summario dato per quod abundè remanet iustificatum creditum, cum faciat probationem probatam, l. emancipat. 11. C. de fid. instr. c. cum dilect. 6. de donat. Bald. in leg. interest. 2. n. 2. C. de solut. Sanct. mem. Gregor. XV. dec. 180. num. 1.

Nec contra substantiam prædicti crediti suffragari potest repetitum obiectum quod inter D. Cardinalem, & Pauiam in dicto instrumento recessus à subconduttore Abbatie conuentum fuit, quod scuta 961. vel alia rata erant restituenda ipsi Pauiæ quatenus creditum Domini Cardinalis tunc temporis certum in præfata summa scutorum 537. ad maiorem factis calculis non ascenderet, Cumque per sententiam subindè latam declaratum fuit Dominum Cardinalem nihil teneri restituere Pauiæ, sed dictum creditum esse compensandum in aliis expressis, sequitur quod cessio de illa facta Campiono vt fundata in credito resolutio non potuit operari extinctionem debiti, sed illa remansit prima obligatio erga Pauiam pro satisfactione non sequuta; l. si quis ante, num. 10. §. si quis, ff. de acquir. poss. Giurb. dec. 63. num. 1. & 2.

Placuit enim responsio data in decisione quod de tempore cessionis, creditum non erat resolutum, nec purificata conditio; sed extabat verum reale non exactum, nec alteri cessum, quale promiserat. Quod satis superque etiam comprobatur effectus subsequutus, scilicet compensatio apposita per Dominum Cardinalem, & obtenta præuia dicta sententia A. C. nam compensatio per necessarium antecedens præsupponit præexistentiam veritatem, & liquidationem crediti, perinde ac si illud Cardinalis effectualiter Pauiæ soluisset, ad text. in l. debitor, alias si debitor ff. qui pot. in pign. Bald. in l. cum Papinianus, num. 8. C. de sent. inter log. Surt. dec. 24. num. 7. Rot. dec. 626. num. 7. pari. 1. diuers. & coram Ducan. dec. 379. num. 9. & ex hac existentia, & realitate crediti de tempore factæ assignationis illius Campiono, insurgit, vt cessio non dicatur sine effectu, & nullius momenti, sed adimpleta promissio realitatis, & veritatis illius; quia ille, qui cedit nomen, satisfacit quando illud nomen est verum, & de iure ipsi obligatum tempore cessionis,

Salgado Labyrinth. Credit. Tom. I I.

nis, vt præter allegatos in d. dec. §. nec visum fuit & §. sequenti, est text. in d. l. inter causas, 26. §. abesse, ff. mandati, l. 3. in fin. ff. de fideiuss. Bald. in l. si nomen, 4. num. 2. ff. de hered. vel act. vend. Gloss. in l. si plus, vel minus, 74. verb. exigi, ff. de euid. Modern. de usur. quest. 80. num. 41. & de cens. quest. 72. n. 23. Rota post eundem Dec. 476. n. 1. & sequenti, & Decis. 506. num. 4. & Decis. 507. numero 2.

Et eo libentius in hanc sententiam fuerunt Domini, quoniam optimè innotescebat Campiono qualitas crediti huius ex eo quod in instrumento habetur expressa relatio ad illud, in quo Dominus Cardinalis se constituit debitorem Pauiæ in dicta quantitate scutorum 962. ac resolutione, quæ poterat euenire non attento illud, quod simpliciter in sui satisfactionem recepit, quæ relatio operatur, vt omnes conditiones, & qualitates censeantur specialiter expressæ, & insertæ in datione insolutorum, Bar. in l. 1. in princ. ff. de recept. Bald. conf. 212. lib. 1. Aym. conf. 45. n. 4. Surt. conf. 200. num. 5. & conf. 288. num. 24. Menoch. conf. 1. num. 83. cum alijs in alia decisione adductis, §. nec facit. Quapropter non valet amplius redarguere Pauiam cedentem, nec regressum prætere ad antiqua iura sub prætextu, quod creditum ob præexistentem conditionem, deinde purificatam euauerit, eo enim ipso quod creditor acceptauit iura cessa extinguuntur omnes actiones ad fauorem ipsius contemplatione cedentis, Crauert. consil. 166. in fine, & consil. 191. numero 3. Rota dict. decis. 507. numero 1. apud Cenc. de Cens. Præsertim quia Pauia cautè agendo expressè declarauit, se creditum cedere pro tale quale erat; nec ad illius manutentionem teneri voluit, quo fit vt ad illud non teneatur ex citata dec. quæ reuidentur, §. prætere, & seq.

Prætenso verò Campioni, quod cessio loquatur duntaxat de scut. 528. 80. Non autem de tota summa scutorum 962. Non visa fuit releuans, quia ex instrumento cessionis deprehenditur, quod scut. 128. 80. Est residuum scut. 962. quod iam fuerat compensatum cum duabus partibus ab ipso Campiono debitis in iudicio deductis, & super dicto nomine cesso exequutis; sicque cessio non est restricta ad dictam ratam tantum, sed continet integrum debitum Cardinalis licet pro rata compensatum; compensatio enim extinguit primæuam actionem, non secus ac datio insolutorum, ac actualis solutio, cui æquiparatur ad effectum liberationis, leg. si pecunium, §. usura, ff. de stat. liber. leg. amplius non peti, ff. rem. rat. baben. Gratian. discept. forens. cap. 728. num. 7. & seq. Cum concord. suprâ, & plenè allegatis. In Romana Domus, 17. Martij 1649. §. fin. coram bon. mem. Bichio.

Ex quibus, & alijs in alia dec. adductis Domini in ea persisterunt pro restitutione pecuniarum sub obligatione restituendi potioribus, & anterioribus creditoribus exactatum, Vtraque parte informante, &c.

R.P.D. Beuilaqua.

Amerina Successionis.

Veneris, 22. Iunij 1657.

A R G V M E N T V M.

Ius Retentionis non intrat pro credito, nisi, cum est liquidum, & bona retinenda perueniunt ex eadem crediti causa.

S V M M A R I V M.

- 1 Retentio pro credito non datur, nisi creditum sit liquidum in substantia, & quantitate.
- 2 Creditum quando dicatur incertum, & illiquidum, ita non datur retentio.
- 3 Creditor si immisus fuerit in possessionem bonorum debitoris, intrat exceptio, quod credita, aut fuerunt extincta per compensationem cum fructibus faciendam.
- 4 Aut adeo diminuta, & effecta illiquida, ut nisi iterum liquidentur, non valeat affirmare de illis constare.
- 5 Retentio datur creditori, quando ad eum bona perueniunt ex eadem causa illius crediti, pro quo vult retinere: secus si ex causa diuersa.
- 6 Fideicommissarius facit fructus suos, nec illos restituere tenetur, nec cum creditis compensare.
- 7 Deciso, secundum stylum Tribunalis Rota, in noua disputatione est supponenda; & non potest in dubium reuocari, nisi, partibus denuo super ibi decisis auditis, reuocetur.

D E C I S I O C X V I.

D Vm in hac causa sub die 15. Maij 1656. quæreretur, An Monasterio S. Stephani de Amerina, ex persona Mariæ Hieronymæ monialis ibi professe, danda esset immisio in bonis liberis Antonij fratris, Catharina communis soror opposuit retentionem pro diuersis creditis ex solutionibus factis. Sed Rota immisionem pro medietate bonorum concedendam esse respondit, & quod de retentione particulariter videretur; Super qua assumpta hodie disputatione, illam non competere, fuit responsum.

- 1 Quia ad effectum, ut locus sit retentioni, opus est, quod creditum, pro quo pretenditur, sit certum, & liquidum in substantia, & qualitate, alias enim si tale non est, & aliquam patiatur controuersiam, non intrat retentio. DD. in l. unica C. de compens. Surd. dec. 46. in fin. Rot. dec. 559. n. 3. & 9. & dec. 639. n. 1. p. 1. recent. Decis. 433. n. 2. p. 2. Decis. 743. n. 1. p. 3. Decis. 157. num. 19. p. 4. tom. 2. & Dec. 411. n. 24. p. 5. coram Sanct. mem. Gregor. XV. Dec. 254. n. 3. Buratt. dec. 60. num. 14. Card. Cauat. dec. 539. n. 5. & 6.

Huiusmodi autem visa non sunt credita per dictam Catharinam adducta; nam de pluribus non dabatur sufficiens iustificatio. Alia verò multa soluta apparebant à quodam Confacco, non autem ab ipsa Catharina, ut patebat ex octaua, nona, decima nona, vigesima prima, & vigesima quarta partibus, in calculo dato contentis. Vnde certa proculdubio dici non possunt credita, ut requiritur ex supra allegatis, & dixit etiam Rota dec. 130. num. 8. apud

Zacch. de oblig. camer. & Dec. 151. n. 5. apud Modern. Foroluiuen. de pign. & Hypoth.

Præterea ubi credita essent omnia iustificata, adhuc turbida, & illiquida remanent. Cum enim Catharina fuerit vsque de anno 1644. immissa in possessionem bonorum hæreditariorum Antonij, quotum restitutionem modo Monasterium petit, & ab inde citra, lite pendente fructus percepit: Intrat proinde exceptio, quod credita aut fuerunt extincta per compensationem cum dictis fructibus faciendam, Ruin. conf. 135. n. 10. lib. 3. Soccin. lun. conf. 136. n. 14. lib. 1. cum aliis relatis in dec. 312. n. 4. & 10. coram bon. me. Merlino. Aut adeo diminuta, & effecta illiquida, ut nisi iterum liquidentur non valeat affirmari de illis constare, ad effectum impediendi immisionem Monasterij, Paris. conf. 25. n. 63. lib. 2. Rot. d. dec. 433. n. 4. p. 2. Decis. 77. n. 15. Decis. 391. n. 6. & dicta Decis. 411. n. 27. part. 5. rec. apud Duran. dec. 1. n. 3. n. 3. Cauat. d. dec. 539. n. 3. dec. 647. n. 59 post Modern. Perus. de manu. & in Bononien. fideicommissi de Pancaldis, 21. Iunij 1649. §. præterea, coram bon. me. Peutingero.

Ex alio etiam dicebatur, retentionem non competere Catharinæ; quoniam bona de quibus agitur, non fuerunt sibi adiudicata pro hisce creditis, sed ex causa successionis, quam solam prætendebat in bonis Antonij ab intestato defuncti; quo casu non potest illa retinere, quamuis vera, & realia essent credita: ex quo retentio datur creditori, quando bona ad eum proueniunt ex eadem causa illius crediti, pro quo vult retinere: secus si ex causa diuersa, iuxta distinct. Bart. in l. si non sortem, 26. §. centum, n. 8. Bald. in fine. Castr. n. 5. ff. de condit. indeb. Negul. de pign. 4. membr. §. 1. n. 4. in fine, Rota coram Card. Cauat. d. dec. 539. n. 4. & Decis. 543. n. 3. Buratt. dec. 449. n. 3. & citata Dec. 411. n. 23. part. 5. rec. & post Mangil. de subbas. dec. 54. n. 5.

Non obstat, quod bona ex quibus fuerunt percepti fructus, proueniunt ex fideicommissio Archimandritæ Messanen. purificato ad fauorem ipsius Catharinæ, iuxta antecedentes resolutiones, & sententias promulgatas; ideo ipsa illos fecit suos, nec sunt restituendi, vel cum creditis modo liquidis compensandi; Siquidem iam fuit resolutum in vltima decisione sub d. die 15. Maij edita, bona ista esse libera Antonij, & successionem in illis æqualiter ad eandem Catharinam, & Monasterium spectare; quæ decisio, secundum stylum Tribunalis, in hac noua disputatione est supponenda, & non potest in dubium reuocari, nisi partibus denuo super ibi decisis auditis, reuocetur, & responsum fuit coram bon. mem. Buratt. dec. 596. n. 2. Decis. 857. n. 4. & in rec. Decis. 604. part. 5. & In Romana Census, 28. Apr. 1653. coram R. P. D. Cerro. & in aliis sæpè Et ita vtraque, &c.

R. P. D. CELSO.

Viterbien. Transactionis.

Mercurij 11. Decembris 1658.

A R G V M E N T V M.

Non debentur fructus pro simplici debito pecuniario, etiam inter Mercatores, nisi interuenientibus legalibus requisitis.

S V M M A

S V M M A R I V M.

- 1 Fructus taxati, & promissi pro simplici debito pecuniario, non interuenientibus requisitis Castr. in leg. 3. §. fin. ff. de eo quod certo loco, nullo modo pretendi possunt.
- 2 Fructus indebiti, & usurarij debent in sortem computari.
- 3 Amplia, etiam si, illi scienter, & sponte soluti fuerint.
- 4 Lex in solente usuram, presumit coactam voluntatem, ne scilicet molestetur in sorte.
- 5 Fructus indebiti, & usurarij non debentur, non obstante quacunque conuentione contraria, quia non debet esse in potestate partium facere licitas vel usuras, de iure prohibitas.
- 6 Mercatores non solum retinere pecunias otiosas.
- 7 In Mercatoribus licet adsit generalis destinatio ad lucrum, deesse tamen potest particularis, ad hoc, vel illud inuestimentum.
- 8 Mercatores quamuis sint soliti lucrari, multoties tamen iacturam faciunt.
- 9 Taxatio interesse pro tempore futuro, est illicita, & foeneratiua, etiam in Mercatore solito negociare.
- 10 Instrumentum diuisionis bene probat contra diuidentes, & habentes causam ab eis.
- 11 Societas non presumitur, nisi probetur.
- 12 Fructus debentur ex pecunia, quando illa ex pacto debet inuestiri.
- 13 Creditores non possunt fructus pecunie debita prætereendere non quando non ad debitorem, sed ad illos spectat onus inuestiendi.

D E C I S I O C X V I I.

P OSt secundam resolutionem captam super capitali, & forte scut. 10000. quæ fuerunt promissa per Dominicum, & Tullium in instrumento transactionis, inito de anno 1634. cum filiis, & hæredibus Pauli, prosequendo disputationem super referatis, Dubitauit, An pro dicta summa deberentur fructus, iuxta promissionem factam per eosdem fratres, & Negatiue fuit responsum, siue illi præterantur, ut fructus recompensatiui, & proueniens ex re cessa tanquam fructifera, siue ex eo quod eadem summa destinata esset ad effectum inuestiendi.

Etenim respectu primæ partis, exceptis scutis 7500. consistentibus in stabilibus, & bonis de sua natura fructiferis, & debitis, filiis qui Pauli pro eorum tertia parte ex hæreditate fraterna, & ab eisdem cæsis, & renunciatis ad fauorem Patruorum, quod bona cessa, & renunciata essent fructifera; Et remissoria, quæ ad hunc effectum vsque de mense Iunij 1656. concessa fuit, adhuc non apparet expedita; atque ideo cessante huiusmodi probatione, fructus promissi, & taxati pro simplici debito pecuniario non interuenientibus requisitis Castr. in l. 3. §. final. ff. de eo quod certo loco, nullo modo pretendi possunt iuxta text. in leg. usura pecunie, 121. ff. de verb. signif. cap. plerique, 14. quæst. 3. c. 88. distinct. Et probat Bald. conf. 133. sub n. 1. lib. 3. Purpur. conf. 117. n. 14. Rota in rec. dec. 72. n. 1. part. 2. & In Romana quatuor Domorum, 21. Iunij 1649. coram bon. mem. Peutingero.

Imò fructus huiusque soluti, tanquam indebiti, & usurarij debent in sortem computari, l. indebitas. 18. C. de usur. l. si non sortem, ibique Bart. num. 4. ff. de condit. indebit. Roman. conf. 238. n. 1. & Salgado Labyinth. Credit. Tom. II.

segg. Surd. dec. 328. n. 14. & 15. Rotæ coram S. M. Gregor. dec. 80. n. 9. & latè firmatum fuit coram Merlino, dec. 409. n. 29. & 30. Vbi dicitur, conclusionem procedere etiam si scienter, & sponte illi soluti fuerint; quia lex in solente vsuram presumit coactam voluntatem, ne scilicet molestetur pro sorte, Ruin. conf. 66. n. 11. vers. nec obstat. lib. 4. Rot. cor. Eminenti. Ottobono, dec. 2. n. 1. & segg. & præsertim, n. 7. in Romana Cambij, 17. Febr. 1642. coram bon. me. Bichio, & cumulatis concordantibus, dictum fuit. In Romana pecuniaria, 23. Martij 1648. coram R. P. D. meo Meltio, ubi non obstante quacunque conuentione contraria, quod non debet esse in potestate partium facere licitas vsuras, quæ de iure sunt prohibita, dec. 775. num. 2. p. 4. diuers. & in Licien. pecuniaria, 29. Maij 1643. coram bon. mem. Bichio.

Ne placuit responsio, quod agatur inter Mercatores, & solitos negociari, qui pecunias suas non solent retinere otiosas; nam licet in illis adsit generalis destinatio ad lucrum, deesse tamen potest particularis, ad hoc, vel illud inuestimentum; & quamuis sint soliti lucrari, multoties tamen iacturam faciunt; ideo nec etiam fauore ipsorum sustineri simile interesse, firmavit Rot. post. 2. vol. conf. Far. dec. 325. n. 1. & segg. & vltra plures cumulatatos per Grat. c. 67. n. 13. & 14. latè discusso articulo discussum fuit. In Auenionen. pecuniaria, 10. Febr. 1640. coram bon. me. Bichio penes Merlino. de pign. dec. 24. per tot. & præsertim n. 5. & in enogal. lien. Pradij, 27. Iunij 1644. & 28. Iunij 1648. coram R. P. D. meo Meltio, & In Colonien. pecuniaria, 26. Maij 1553. coram Reuerendiss. Præside Palisoleto.

Obiectum quod hæc promissio quoad reliqua scuta 9166. 66. 1/2 facta fuerit, habito respectu ad bona stabilia hæreditaria Pauli per ipsos filios, & hæredes cessa, nullo modo videtur subsistere; quia ex instrum. diuisionis inito de anno 1627. apparet, omnia stabilia etiam fructifera obuentam portionem Pauli, non excedere ratam scuto totum 835. 33. 1/2 quod instrumentum propterea bene probat contra diuidentes, & habentes ab eo causam: Paris. conf. 26. n. 54. lib. 2. Rota coram S. M. Gregor. dec. 271. n. 9. in rec. Dec. 122. n. 1. p. 4. & coram Merlino. dec. 470. eod. n. 1.

Provt minus videtur subsistere quod inter prædictos Dominicum, & Tullium, ac filios Pauli, eorum nepotes post sequutam diuisionem, imita fuerit de nouo societas fundacalis, & ex effectibus eiusdem societatis plura fuerint empta bona stabilia; Siquidem huiusmodi assertio nulla probatione fulcitur; & regulare est, quod societas non præsumatur, nisi probetur. Surd. conf. 138. n. 9. Conf. Ale. 134. n. 4. vol. 5. Rot. in Tud. Societ. 21. Iun. 1638. coram Panz. & Dec. 40. n. 6. & 7. cor. Emin. Ottob.

Respectu vero secundæ partis, licet DD non reuocarent in dubium quod etiam ex pecunia fructus debeantur, quando dicta pecunia ex pacto debet reinuestiri, ut notat Grat. c. 920. n. 26. & segg. Vbi quod de illa iudicatur sicut de specie, non sicut de quantitate & in dicta Romana quatuor Domorum, 21. Iunij 1649. coram bon. me. Peutingero.

Attamen, cum onus inuestiendi non spectaret ad debitores, qui tantum pecunias debebant solvere, sed illud creditori iniunctum fuit; utique fructus ex hoc capite pretendi non possunt, ut firmavit Rota In Romana crediti dotalis, 3. Martij 1645. coram R. P. D. meo Verospio; & in Romana fructuum

doris, 21. Aprilis 1651. coram Reuerendiss. D. mto Cerro.

Et ita vtraque parte informante, &c.

Reuerendissimo D. Meltio, Episcopo Papien.
Bononien Pecuniaria.

Veneris, 20. Februarij 1660.

ARGUMENTVM.

Quietantia pro Residuo; & Taciturnitas creditoris diuturna arguunt pro solutione. De rebus super recognitione scripturarum.

S V M M A R I V M.

- 1 Verba, Pro residuo, posita in quietantia, facta à Maire iurice, & curatrice filiorum cum debitis solemnitatibus, præsupponunt omnimodam solutionem aliarum antecedentium partitarum.
- 2 Et mediante tali quietantia, censetur inducitur omnimoda liberatio ad fauorem soluentium.
- 3 Confessio facta per Tutricem, regulariter non importat liberationem in præiudicium pupillorum, nisi pro illa summa, quæ verè, & realiter recepta fuit.
- 4 Limita id non procedere, quando pro corroboratione prædictæ confessionis, concurrunt plures coniectura.
- 5 Confessio facta pro maiori parte debiti, arguit veritatem etiam respectu residui.
- 6 Solutionis præsumptio resultat ex diligentia creditoris in exigendo sua credita.
- 7 Et ex taciturnitate per multos annos.
- 8 Quod facilius in Mercatore, cum non sit verisimile, Mercatorem diu differre sui credi examinationem.
- 9 Testes super recognitione scripturarum priuatarum, quomodo deponere debeant.
- 10 In scripturis priuatis, quæ regulariter fieri solent absente parte, non requiritur rigorosa probatio.
- 11 Probatio simplex resultans ex scripturarum comparatione admittitur, sed adinuicem finali quietantia per Tutricem facta.
- 12 Testis de crudelitate, licet non probet, fallit tamen in iis, quæ pendunt à iudicio ipsius Testis.

DECISIO CXVIII.

Alexander, & Laurentius fratres de Lentiis, anno 1641. in satisfactionem integri pretij negotij Artis Coraminis, quod aliàs à Iacobo Gaddio de anno 1629. pro pretio librarum 11037. emetant, cum reservatione soluendi in pluribus paghis, libras 9000. exburfarunt Antonia de Parulinis Martij, ac Tutrici, & Curatrici Caroli, & Petergrini filiorum, & hæredum ipsius Iacobi Venditoris, lib 650. pro residuo dicti pretij, cum decreto Iudicij, aliisque solemnitatibus statutariis, & amplissimam quietantiam, & liberationem per instrumentum publicum ab ea reportarunt; quæ successit fuit approbata à prædictis hæredibus de anno 1645. mediante quietantia facta ad fauorem ipsius Mulieris, de gestis, & administratis tempore suæ tutela, & curæ, quæ postea per plures annos nunquam fuit in dubium reuocata.

De anno 1657. insurrexerunt prædicti hæredes aduersus Fratres de Lentiis sub prætextu, quod liberatio ab eis reportata nullitatis vitio subiaceret, & introducto iudicio in Curia Auditoris Generalis Bononiæ, obtinuerunt relaxari mandatum pro lib. 7970. residualibus d. pretij, quod tamè postea in gradu appellationis per A. C. fuit reductum ab lib. 7350.

Verum, cum deinde causa in tertia instantia ad Rotam deueniret, dubitatum fuit sub die 31. Martij superioris anni, An & pro qua summa esset relaxandum mandatum; & quia ex parte dictorum de Lentiis ad comprobendam integram solutionem pretij, afferebantur nonnullæ receptæ priuatæ, & litteræ venditionis, quæ tantum ab informantibus pro illis de Gaddis controuertebantur, ex capite recognitionis; fuit responsum vt coadiuuarentur probationes; cuius vigore, præuia remissoria ad partes, transmissæ fuerunt formiter super ea testes examinati; Vnde hodie dubio repropósito, DD. responderunt, mandatum non esse relaxandum.

Quia satisfactio integri pretij satis resultat ex publica quietantia, facta ab Antonia, tanquam Tutrice, & Curatrice dictorum filiorum, & hæredum venditoris cum debitis solemnitatibus, in qua asseruit se recepisse lib. 650. pro residuo dicti crediti, cum illa verba pro residuo, præsupponant omnimodam solutionem aliarum antecedentium partitarum, iuxta tex. in l. ff. ex pluribus, vbi Gloss. in verbo reliquum, ff. de solut. Alex. conf. 216. n. 4. ad med. li. 7. Becc. conf. 47. n. 8. Bero. conf. 192. n. 1. & seq. li. 1. Burfatt. conf. 104. n. 15. Rota Ianuen. dec. 16. n. 9. & dec. 60. n. 6. Coram Burat. decif. 344. n. 18. Coram Cauat. dec. 228. num. 2. In recent. dec. 4701. num. 4. part. 4. tom. 2. & dec. 57. n. 2. part. 4. tom. 3. In Romana Saluiani 30. Ianuarij 1645. coram bon. me. Bichio in fine, & proinde ad fauorem soluentium, mediante tali quietantia, censetur inducitur omnimoda liberatio. l. verborum obligatio, 107. ff. de sol. Rota Coram Eminentiissimi D. Cardinali Orthobono decif. 64 n. 1. & in Romana Pecuniaria 24. Nouembrijs præteriti, coram me. §. quibus non aduersatur.

Et licet confessio facta per Tutricem regulariter non importet liberationem in præiudicium Pupillorum, nisi pro illa summa, quæ verè ac realiter recepta fuit, per Text. in l. Cerrum, §. sed ad ipsos, ff. de Confess. Bart. in leg. Lucium, §. tutela, ff. de adm. tutor. Rota dec. 714. n. 2. p. 3. rec. Id tamen non procedit quando pro corroboracione huiusmodi confessionis, concurrunt, pro vt in casu proposito coniecturæ, vt dixit Rota dec. 305. num. 2. part. 5. rec. Coram S. M. Greg. XV. dec. 506. n. 2. Coram Burat. dec. 239. n. 2. apud Zacch. de oblig. Camer. dec. 192. n. 6. & 17. In Romana crediti dotalis, 13. Martij 1645. §. ad huius etiam crediti, coram R. P. D. meo Verospio; In Romana fideicommissi de Candidis, 15. Aprilis 1653. coram eodem, §. neque obesse, & 7. Iunij, dicti anni coram Ren. Tarraconen. §. tum etiam quia.

Coniecturæ vero, quæ in hac facti specie concurrunt, plures sunt; & quidem vrgentissimæ, quarum prima resultat ex quatuor receptis per Iacobum venditorem, ab anno 1630. vsque ad annum 1634. continentibus diuersas pecuniarum solutiones, ac etiam ex epistola per eundem transmissa de ann. 1635. Fratribus de Lentiis in qua fatetur, se remanere creditorem in libris mille; quæ sanè confessio vti facta pro maiori parte debiti, arguit veritatem

veritatem etiam respectu aliarum liberarum, vsque ad totalem integram summam. Arg. text. in leg. 2. vbi Gloss. & Doctores, Cod. de non numer. pec. Bero. conf. 60. num. 43. lib. 2. Soccin. Sen. conf. 82. n. 2. vers. Confirmito, lib. 3. Aym. conf. 158. num. 6. Rota dec. 151. num. 8. part. 2. & decif. 263. n. 2. p. 4. diuers. Coram S. M. Gregor. XV. dec. 62. n. 7. In Anconitana bonorum, 1. Iulij 1643. coram bon. memor. Bichio, §. validissimam, &c.

Alia similis coniectura resultat ex diligentis adhibitis per d. Iacobum pro faciliiori sui crediti confectione, aduersus fideiussores emptorum, & specie contra Antonium Sopraniam, & Franciscum de Lentiis, dum obtinuit mandatum, illudque summa celeritate exequi curauit super bonis fideiussorum, ac ipsorum Francisci de Lentiis debitorum, & propterea ex hac diligentia creditoris facilius præsumendum est fuisse etiam postea deuenitum ad effectuationem dictæ solutionis, vt tradit Paris. conf. 83. n. 27. & seq. Aym. conf. 129. n. 6. Ciriac. controu. Foren. cap. 5. 16. n. 17. Surd. dec. 105. num. 2. Monach. dec. Floren. 2. n. 4. & seqq. A. flic. decif. 13. n. 22. vers. Decimo adducitur. Rota coram Mant. dec. 370. num. 1. & 2. & coram Merlin. dec. 24. n. 19. & seqq.

Plurimum etiam ad idem comprobandum, facit taciturnitas 20. annorum, & vltra, quæ lapsa fuerunt post dictam confessionem emissam à Iacobo in sua Epistola, & aliorum quindecim respectu à die celebrationis instrumenti quietantiæ; cum non sit verisimile, Creditorem Mercatorem adeo diligentem in exigendo, voluisse tandiu differre examinationem huiusmodi crediti; ad tradita per Honded. conf. 39. n. 77. lib. 2. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 135. n. 3. & 4. Ciriac. d. cour. Foren. 5. 16. n. 14. Surd. d. dec. 105. n. 4. Rim. Iun. conf. 407. n. 13. & 14. coram Rota Mant. d. dec. 370. n. 2. vers. quod eo facilius. Coram Burato dec. 98. n. 2. & in Ranenaten. sen. Fauentina pecuniaria 3. Decembris 1655. coram bon. mem. Dunozetto.

Neque vrget defectus legitimæ recognitionis dictarum receptarum ac Epistolæ; quia cum ex relatis in presenti summario illorum de Lentiis, appareat fuisse super tali recognitione examinatos nonnullos testes in partibus, vigore remissoriæ, deponentes se habere notam manum ipsius Iacobi, ex quo pluries illum viderunt scribere, & alios recognouisse per comparationem dictarum scripturarum fuisse subscriptas ab eodem Iacobo, satis est, ad effectum de quo agitur; cum in scripturis priuatis quæ regulariter fieri solent absente parte, non requiratur magis rigorosa probatio, vt tradit Soccin. in l. si ita scripsero, column. penult. ff. de condit. & demomstr. Rota dec. 570. n. 2. part. 1. diuers. in recent. dec. 41. n. 1. p. 4. vbi quod talis recognitio sufficit de stilo Rotæ, & latè distinguendo fuit responsum in Bononien. de Magnolis 3. Martij 1626. coram Remboldo, §. aut agitur.

Eoque magis visa fuit sufficiens talis recognitio; quia huiusmodi receptæ, ac litteræ deducuntur pro adminiculanda (supradicta finali quietantia, facta per Tutricem, quo casu admittitur etiam simplex probatio resultans ex comparatione scripturarum, iuxta notata per Bald. Imol. & alios, quos refert, & sequitur Scacc. de indic. lib. 2. capit. 11. n. 999. & 1029.

Nihilque facit quod præfatus Testis dictas receptas, & epistolam pro parte Alexandri, & Francisci productas recognouerit de proprio iudicio,

ibi, dico, che per quel poco giudicio m'ha dato Dio, esser tutta vna mano stessa. Quoniam in hac materia dependente à iudicio testis, fides adhibetur etiam deponenti de propria credulitate. Grat. d. scept. forens. cap. 895. num. 33. & 50. Rota coram Card. Seraph. dec. 522. n. 1. 3. 4. Coram Card. C. anal. decif. 553. n. 6. & in Romana Testamenti 22. Martij 1656. coram Reuerend. D. meo Decano, §. Identitas autem; in fine.

Et ita informantibus tantum illis Lentiis, altera tamen parte pluries intimata, ac informare recusante, fuit resolutum, &c.

R. P. D. ALBERGATO.

Romana Saluiani.

Martij 9. Iunij 1660.

ARGUMENTVM.

De Saluiani requisitis. Illud non ratatur ex credito illiquido, etiam dotali; De melioramentorum retentione, & probatione.

S V M M A R I V M.

- 1 Saluianum vt competat, qua requirantur.
- 2 Creditum cum hypotheca probatur ex publico instrumento.
- 3 Instrumentum facit rem claram, & manifestam.
- 4 Possessio debitoris iustificatur ex instrumento venditionis.
- 5 Possessio Rei canoniæ probatur ex instrumento locationis, iuncta sustentatione litis.
- 6 Cedens non potest amplius iuribus cessis, & ad commodum cessionarij suum effectum sortitis vti, nec de illis excipere.
- 7 Referuatio in cessione iurium est incompatibilis, & pro non apposta habetur, & respectu iurium expressorum, nihil operatur.
- 8 Fructus dotales post mortem uxoris exigi non possunt, quia cessant matrimonij onera, quorum ratione percipiuntur.
- 9 Exactio indebitè facta venit imputanda in communem crediti.
- 10 Creditum Dotis illiquidum non retardat immisionem in Saluiano.
- 11 Retentio melioramentorum vt detur probandus est plene, & concludenter status antiquus rei meliorata.
- 12 Ad melioramentorum probationem requiritur iustificatio impensi & meliorati.
- 13 Retentio pro melioramentis non datur, quando illa mala fide facta fuerunt, & post monitorium super immisione melioranti executum.
- 14 Fructus veniunt restituendi à die mota litis.
- 15 Compensatio de fructibus mala fide perceptis admittitur ad melioramenta in re facta.

DECISIO CXIX.

Pro credito scutorum vltra 1484. petiit Dominus Ioannes Taurinus immisionem in Saluiano super domo hæreditaria Michaelis Angeli Zecadori debitoris, posita in Regione Campi Martij

ad radices montis Pintij, à Spigliatis detenta, quam concedendam esse Domini censuerunt; Quia probantur omnia in hoc iudicio necessaria; Creditum cum hypotheca, Possessio debitoris post contractam obligationem, & Recens possessio illorum de Spigliatis; quibus concurrentibus commissio denegari non potest, Menoch. de adipis rem. 3. q. 29. n. 161. Rota coram S.M. Greg. dec. 491. n. 6. Romana Saluiani 5. Iunij 1657. Coram Reuer. D. meo Papien. in princip.

2 Creditum cum hypotheca probatur ex publico Instrumento, in quo dictus Michael Angelus omnia sua bona hypothecauit ad fauorem dicti Domini de Taurinis, quod tanquam faciens rem claram & manifestam, bene probat hunc extremum Dec. consil. 423. n. 10. Rot. post Zacch. de obligat. Cam. decif. 273. num. 2. & in Romana Saluiani. 20. Martij 1651. Coram R.P. D. meo Verospio. §. Sententiarum. Provt possessio debitoris iustificata remanet ex Instrumento venditionis domus ab ipso ad fauorem illorum de Spigliatis facta. Sum. num. 1. Rota in Romana Saluiani 14. Iunij 1641. Coram bon mem. Cardinale Panzivillo, §. si quidem omisso. Et Reorum possessio ex Instrumento locationis ab ipsis facta, iuncta subiteratione litis, coram A. C. agitata. Rota coram Buratto, decif. 584. num. 3. & in Tiburtina Saluiani. 8. Iunij 1646. coram Reuerend. Dom. meo Decano, §. quod autem, & in dicta Romana Saluiani 5. Aprilis 1658. coram me, §. etiam à possessione.

5 Nec suffragari potest exceptio alias à R. P. D. Zeccodoro opposita, quod ipse sit creditor anterior ex causa dotis Lucretiæ matris, in summa Scutorum 1466. tum quia vsque de anno 1650. ad vitandas molestias super alia domo illatas à creditoribus dicti Michaelis Angeli paritis, cessit huiusmodi creditum D. Catharinæ eius Sorori, vna cum omnibus Iuribus, & actionibus sibi competentibus, & cum clausula, Ad habendum, ponens, Constituens, nullo iure, ad hoc vt dicta iura cessa ipsa Catharina experiri possit super dicta domo sibi in dotem pro scutis 3700. ab eodem Michaeli Angelo patre assignata, vt ex instrumento nuper producto sum. num. 3. provt cum effectu excludendo creditores, dictam domum retinuit ex prædicto titulo, & adhuc retinet. Vnde cedens non potest amplius Iuribus cessis, & ad commodum cessionarij; suum effectum sortitis vri, nec de illis excipere, leg. 3. Cod. de nouatio. Paris. consil. 19. num. 64. lib. 3. Modern. de pignor. lib. 2. quaest. 32. num. 29. Rota coram Frgellen. decif. 99. num. 1. non obstante, quod in eadem cessione R. P. D. Zeccadoro sibi reseruauerit facultatem vtendi super dicto credito, ad effectum retentionis aliorum effectuum hæreditariorum matris; quia per cessionem iura fuerunt plenissimè translata, & per retentionem dictæ domus extincta; & proinde huiusmodi reseruatio, tanquam incompatibilis, habetur pro non apposita, & respectu Iurium expressorum nihil operari potest, vt post Oldrad. tradit Crauet. consil. 144. n. 15. Rollan. consil. 472. num. 4. Tudertina fundaci. 4. Maij 1654. §. nihilque refragatur, Et 29. Nouemb. 1655. §. minus releuat; Coram Reuer. D. meo Papien. tum etiam quia de dicto credito fuit plenè satisfactum, cum post obitum Lucretiæ matris ex domo posita in Regione Aremulæ; fructus perceperit ab anno 1644. citra, qui ex Instrumento locationis dato in Summ. num. 9. ascenderunt ad annua scuta 72. illique in sortem imputantur, cum post obitum mu-

lieris fructus dotales amplius exigere non possint, eo quia cessant onera Matrimonij, ratione quorum recipiebantur. Alex. consil. 74. num. 1. & 2. lib. 5. Grat. dec. 527. n. 1. & seqq. Rota coram Caualet. dec. 292. n. 1. Dec. 607. num. 13. vbi plenè part. 4. recent. tom. 3. Romana Saluiani 4. Decembris 1643. §. respectu vero, Coram R. P. D. meo Verospio, & aliis relatis in Romana fructuum dotis 21. Aprilis 1651. Coram Reuer. D. meo Decano in princip. pro cuius crediti dotalis satisfactione etiam concurrat exactio scutorum 600. facta per eandem Lucretiam de pecuniis hæreditariis Francisci Zeccadori, occasione fortis principalis census, totidem summæ, altera videlicet à Grespis, altera verò ad Angelo Luciano, ex Instrumentis datis Sum. num. 6. & 7. quæ secunda exactio tanquam indebitè facta venit impu-
tanda in computum dicti eius crediti dotalis, vel in omnem eusntum ex prædicta perceptione fructuum, creditum videretur illiquidum, & proinde non aptum opponi ad hunc effectum, vt in specie, quod creditum dotis illiquidum non retardet Immissionem in Saluiano, Rota decif. 59. num. 8. post Modern. de pignor. & in Romana Vineæ, seu Saluiani 22. Iunij 1648. coram Reuer. D. meo Decano. §. his postis.

Nec illis de Spigliatis ex capite melioramento- rum competere potest retentio siue quia non probatur status antiquus domus plenè, & conclusenter, provt ad effectum requiritur, & asserta melioramenta non erant necessaria, cum vnus ex testibus eorundem deponat, quod domus erat com-
moda & habitabilis, & tamen in istis terminis debet constare quid impensum fuerit, & quod melioratum, vt per Rotam, coram Seraph. dec. 898. num. 1. Romana fideicommissi de spiritibus, 16. Iunij 1643. & 4. Decembris 1644. coram bon. mem. Bichio, §. dua autem; Vel etiam quia mala fide facta, post executum contra eosdem de Spigliatis monitorium super immissione in possessionem dictæ domus Sum. num. 16. ad eludendum iudicium super eadem intentatum Gabriel. consil. 57. num. 3. lib. 1. plenè Rota in dicta Romana fideicommissi de spiritibus. 4. Decembris, §. augetur mala fides, & in Firmana domus, seu fideicommissi 1. Febr. 1658. coram me, §. final. Siue tandem quia post melioramenta tot fructus perceperat, ex quibus remanet de illis satisfacti, qui fructus restituendi veniunt à die motæ litis; & in his terminis admittendam esse compensationem, de fructibus mala fide perceptis, ad melioramenta in re facta, tradit Rota decif. 391. part. 5. recentior. num. 6. Romana hereditatis 1. Aprilis 1647. coram bon. memor. Arguelles. §. penultim, & in Romana fideicommissi de Zuccaris. 4. Februarij 1650. coram bon. memor. Dunozet. 10. §. postremo & in Bononiens. primogenit. 26. Maij 1656. coram bon. memor. Bichio, §. idem respondetur.

Et ita altera tantum parte pluries citata, & informate reculante, &c.

R. P. D.

R. P. D. VEROSPPIO.

Romana Locationis.

Veneris 10. Iunij 1661.

ARGVMENTVM.

Quando, & ex quibus mora dicatur incurfa. De probatione per Epistolam; Nouatione; Solutione in certam causam, &c.

SVMMA RIVM.

- 1 Soluio eiu quod debetur extinguitur omnis obligatio.
- 2 Accipiens literas missiuas simpliciter, & sine contradictione, videtur consentire, & approbare contenta in illis.
- 3 Quod procedet etiam ex eius productione specialis, n. 3.
- 4 Mora per debitorem nunquam incurfa dicitur, quoties creditor de tempore solutionis peragenda in destinato loco non consistat, vel Procuratorem ibidem non elegerit.
- 5 Ex receptione pecuniarum absque vlla protestatione subsecuta, mora quacumque licet incurfa, remissa censetur.
- 6 Epistola probationis gradum constituit contra scribentem.
- 7 Epistola referens propriam scribentis factam, debet attendi.
- 8 Solutio adscribi debet causa duriori habenti usuris, & n. 11.
- 9 Solutio facta censetur ad normam obligationis.
- 10 Solutio quantitatis proportionata ad vnum debitum, creditur facta in extinctionem dicti debiti, non autem diuersi.
- 11 Solutio qua fuit facta in certam causam, non potest deinde in aliam conuerti, sine consensu partium.
- 12 Nouatio non censetur inducta, dum contractus compatimur adinuicem, nec secundus alteri aduersatur.
- 13 Idque magis concurrente contrahentis vtriusque voluntate, nouationi contraria, n. 14.
- 14 Creditum iam extinctum amplius non renouiscit.
- 15 Fructuum exactio fieri non valet, cessante mora.

DECISIO CXX.

Post quam Rota pluribus decisionibus firmavit iustitiam locationis Venæ Ferrariæ; fuit à DD. Rinuccinis Conductoribus petita relaxatio mandati contra D. Plumbini Principem, cum pro reliquo Cambij scutorum 175000. ac fructibus, tum etiam pro damnis, & interesse, exinde resultantibus, quod locationis tempore, non dum expirato, ipsos ab affictu excluderet; Hodie verò super Cambiorum articulo per me propositio dubio, petitam mandati relaxationem exinde DD. denegauerunt, quod Conductores à die ad stipulati contractus, tertia videlicet Iunij, anni 1635. vsque ad 15. Martij anni 1641. summam scut. 225000. exegerunt à D. Principe in causam Cambij, ex qua solutione, creditum sortis, ac fructuum longè excedente, actio quacumque ipsis debita, extincta fuit, ad text. in l. pro me, ff. de solut. & l. nulla tibi, C.

eod. tit. Rot. cor. bon. mem. Merlino dec. 463. n. 14. & Dec. 365. n. 9. p. 9. rec.

Fructus autem huius Cambij non debent singulis annis in scutis septem pro quolibet centenario taxari, licet quantitas hæc in Instrumento conuenta fuerit; Si quidem inter ipsosmet contrahentes pactum speciale præcessit de mense Decembris, anni 1636. vt quoties intra mensem Iunij sequentis anni; scuta 60. m. D. Princeps in causam Cambij consignaret, ac pretium Venæ pro propriis officinis venditæ dissolueret, Cambia scuta quinque non excederent, vt ex eiusdemmet Principis Epistola apertè conuincitur, ibi, Ho inteso quel tanto si è stabilito con V. S. e con il Sig. Carlo in materia della reductione degl' interessi, che io pago alla Signorioro dalli sette alli cinque, ogni volta, che io per tutto Gingno li paghili scudi sessanta mila, & il prezzo della Venæ: il concertato si come è uniforme al mio desiderio, e anche profittuole, così l' accetto, & ratifico.

Cuius Epistolæ tenor non valet à Dominis Rinuccinis amplius impugnari, postquam ex illius receptione sine vlla contradictione scuta; ab ipsis approbatus esse censetur, ex theor. Batt. in leg. si filius familias, ff. ad Senat. Conf. Maced. Bald. in leg. Titius 24. n. 2. post med. ff. de constit. pecun. Corn. consil. 319. n. 5. post med. lib. 3. Paris. consil. 91. n. 3. lib. 1. Rot. coram Cassad. decif. 3. n. 2. de rescript. & Decif. 811. n. 9. part. 1. diuers. & in Rom. Pecuniaria 18. Iunij 1658. n. §. adminicula, coram R.P. Dom. meo Celso, etiam ex eiusdem productione speciali, vt not. Abb. in cap. cum Venerabilis, num. 31. de except. Aym. consil. 201. num. 5. vers. nec potest. Rot. dec. 123. n. 5. p. 1. & Dec. 88. n. 19. ad finem, & n. 20. p. 6. rec. & in Pisana damnorum, & interesse 10. Iunij 1652. coram R.P. D. meo Celso.

Dum itaque D. Princeps ex sui parte, promissa in totum expleuit; mediante solutione scutorum septuaginta millium, facta Nerlio Procuratori ad hunc effectum specialiter à Conductoribus constituto; debet reductionis beneficio potiri; licet solutio infra mensem Iunij præfixum non prodierit, sed ea dilata fuerit ad mensem Maij, sequentis anni.

Si quidem Constitutio Procuratoris prius non præcesserat in Vrbe, vbi solutionem Contrahentes destinauerant, ex qua causa D. Princeps excusationem à mora consequi debet, per debitorem nunquam incurfa, quoties Creditor de tempore solutionis peragenda in destinato loco non consistat, vel Procuratorem ibidem non eligerit; vt tradit Bartol. in l. item illa 18. num. 11. ff. de constit. pec. Bald. in leg. acceptam, num. 41. C. de usur. Alex. consil. 92. n. 9. & 10. lib. 1. Dec. consil. 66. n. 4. Roland. consil. 87. n. 14. cum seqq. lib. 1. Rota coram Mohed. decif. 15. de locat. & dec. 806. n. 1. p. 4. diuers. & decif. 219. num. 6. cum seqq. p. 5. recent. cum aliis relatis per Add. ad Baratt. dec. 571. n. 7. Quinimo ex receptione pecuniarum, absque vlla protestatione subsecuta, mora quacumque licet incurfa, remissa censetur, vt admittit Bald. consil. 108. lib. 5. Gratian. discept. forens. cap. 301. n. 58. & 59. & cap. 302. n. 15. & 16. cum seqq. Rot. coram sanctæ mem. Greg. XV. dec. 7. sub n. 2. ibique Add. n. 5. & decif. 148. vbi pariter Add. n. 3. coram Caualet. decif. 58. n. 3. & in rec. decif. 577. n. 10. part. 1. & coram Buratt. decif. 640. n. 17. cum seqq.

Præterea dubitationem omnem videtur excludere Damini Ioānismet Rinuccini Epistola Theodosio

doso Henriquez sub anno 1651. conscripta sub his verbis *Ci obligammo à dare à Cambio scudi 175000. à prezzo limitate di sette, che dispo per seruire Sua Eccellenza, che ne fece instanza, furidato à cinque*, Talis quippe literarum tenor reductionem apertè concludens, iuris Canonici æquitate perspecta, indubium probationis gradum constituit contra scribentem, licet tertio transmissus fuerit, vt not. Abb. in cap. 2. num. 8. de fid. instrum. Put. dec. 12. num. 2. lib. 2. Menoch. de arbitr. cas. 94. num. 9. Genu. de script. privat. lib. 3. cap. 1. num. 193. cum seqq. Rota in *Viterbien. Censu* 7. Iunij 1638. in §. hac ad finem, coram bon. mem. Card. Hieronymo Perostio. In recent. decis. 153. num. 9. cum seqq. part. 8. & in Romana Pecuniaria 18. Iunij 1658. in §. final. coram R. P. Dom. meo Celso, & In Romana Cambij 23. Martij præteriti in §. penultimo coram Me.

Cui aduersari non valet altera Epistola ab eodemmet Theodosio de anno 1641. Ludouico Rudolpho conscripta, ac continens dumtaxat tractatum reductionis; ipse enim non benè informatus ostenditur, dum contrarium omninò resultat ex superius recensitis, & ex Epistola signanter Diu. Ioannis, quæ vt proprium ipsius Scribentis factum referens, debet attendi, ex iuribus supra relatis.

Hinc non vrget, quod Conductores de tempore secutæ solutionis, ex Venæ causa Creditores existerent, in summa scutorum 16000. cuius virtute contenditur, Creditum hoc ex persoluta quantitate prius extinctum extitisse.

Præter quam enim in dubio, solutio hæc causæ Cambij debet adscribi, tanquam duriori, ratione vlturum, quas continet, ad Text. in l. 1. & 3. & leg. cum ex pluribus 97. ff. de solut. Roman. cons. 94. num. 2. Gabr. cons. 151. n. 3. lib. 1. Rot. dec. 92. num. 1. decis. 679. num. 6. part. 1. diuers. Coram S. M. Greg. decis. 521. num. 8. & 10. cum aliis relatis in Romana Cambiorum 10. Martij anni præteriti in §. neque valent, coram me; Exindè corruit obiectio, quod creditum ex Venæ distractione proueniens, scuta decem mille de tempore initæ conuentionis non excedebat; quæ proindè quantitas dumtaxat in eam causam præsumitur persoluta; residuum vero in Cambij diminutionem cessit, ad normam obligationis à Domino Principe contractæ, in cuius executionem censetur secuta solutio, iuxta doctrinam Bartol. in leg. irriticum 94. num. 2. ff. de verbor. obligat. Aym. cons. 71. num. 9. Decian. cons. 52. n. 41. cum seqq. lib. 3. Rot. decis. 35. num. 1. ad med. p. 3. recent. Coram S. M. Greg. dec. 468. num. 5. Merlin. decis. 820. num. 1. & Decis. 456. n. 10. & decis. 647. n. 6. p. 4. recent.

Cum maximè præcuræ mandatam conceptum fuerit sub speciali facultate exigendi scuta sexaginta millia, vti debita in maiori summa, quæ expressio perneceffe relationem habet ad Cambium, dum præter illud, aliud creditum in maiori quantitate Conductores non competebar, vt admittit Rimin. Sen. cons. 348. num. 5. lib. 2. Magon. dec. Flolent. 13. n. 26. Rot. coram Seraph. decis. 643. n. 5. & penes Zacch. de obligat. Cam. dec. 152. pariter n. 5.

Qui præterea intellectus debet eo facilius admitti, quod locator cum aliis Redditibus Venæ solutionem destinauerat, vt expressè ipsius conuincit Epistola, non logè ante actum solutionis Conductores transmissa, nec non ab ipsis successiue producta

Neque poterunt Domini Rinuccini pretium Venæ, de quo agitur, nec non alteram successiue in Dominum Principem distractam compensare pro concurrenti rata cum annuis scutis 22,000. occasione locationis Venæ Ferrariæ eidem Dom. Principi debitis.

Hæc namque pensiones in causam potius Cambij, tanquam duriores debent accepto referri, quam in alterius crediti dissolutionem, nullis vlturis obnoxij. Menoch. de præsum. pt. lib. 3. præsumpt. 136. num. 15. Rot. coram bon. mem. Merlino decis. 507. num. 7. & 8. & in Romana Pecuniaria de Columna, 11. Octobris 1615. coram Cardinali Sacramento, Dum maximè hæc relatio in extinctionem sortis, ac fructuum fuit expressè conuena in Instrumento Locationis, & Cambij, cuius virtute pacti nequeunt Conductores solutionem in hanc causam destinam conuenerunt in extinctionem alterius crediti, omninò diuersi, nullo adhibito Dom. Principis assensu, ad Text. in leg. 1. in principio, & leg. creditor, §. cum de sorte, ff. de solut. Rot. Coram Sanct. M. Gregor. dec. 366. n. 4. Caualer. decis. 165. num. 3. & coram bon. mem. Merlin. decis. 741. num. 7. & 8. cum aliis relatis in *Perusina Censum* 23. Martij præteriti in §. penultimo coram me.

Et licet pretium Venæ idemmet Princeps penes se retinuerit, à præcedenti tamen conuentione non videtur recessisse, seu eundem Cambij dissolutioni impedimentum aliquod præstitisse, vt ex aduerso contenditur.

Venæ quippe venditio cum augmento, ac lucro scutorum decem pro quolibet centeno pondere peracta, contractum omnino nouum, ac independentem à primo constituit; Princeps enim qui de tempore locationis fucinas non possidebat, non iure locatoris, sed vt Titius contraxit, quem proindè poterant Conductores non secus, ac ceteros Emptores, pro pretij consecutione compellere; Quinimo in eorum potestate residebat, venditionem Venæ D. Principi denegare, cuius dominium in ipsos translatum fuerat; Hinc cessat prætextus impedimenti, & dum contractus compatiuntur a se inuicem, nec secundus alteri aduersatur, non censetur inducta nouatio, ex theoria Bald. in leg. pacta nouissima num. 12. vbi etiam Dec. num. 5. Cod. de pact. Alex. cons. 193. num. 3. lib. 6. Aym. cons. 26. n. 7. Paril. cons. 78. num. 14. cum seqq. lib. 3. Gabr. cons. 170. n. 5. lib. 2. Menoch. cons. 562. n. 2. & 3. Surd. dec. 288. num. 39. & 40. Rot. decis. 571. n. 2. part. 1. diuers. & dec. 620. n. 11. p. 4. tom. 3. rec. & not. Add ad dec. Gregor. 76. n. 8. concurrente præsertim Contrahentis vtriusque voluntate, notationi contraria, ac exinde resultante, quod Venditores penes Principem successiue insteterunt pro huius consecutione crediti, cuius solutionem idemmet Principes ex redditibus aliis peragendis demandauit, vt superius ostensum fuit.

Non vrget, quod D. Princeps sub die 26. Septembris 1636. Conductores iniunxit, vt ex pretio Venæ, fructus alterius Cambij persoluerent in scutis 40000. cum Nerlio contracti, perindè, ac si, dum huius virtute ordinis, scuta octo mille ipsi assignauerunt, debeat ex pensionibus locationis quantitas hæc detrahi, licet in proprii Cambij extinctionem destinatis.

Possent equidem admitti obiectio in casu dumtaxat ordinis per Nerlium, ac Conductores accepti tempore debito; secus verò dum ille de anno

anno 1639. propriis in libris descripsit Cambia, tunc vsque decursa ad debitum D. Principis, & acceptatio cum solutione ex eorundem librorum inspectione solum in anno 1641. peracta conuincitur, de quo tempore locatio expirauerat; Hoc sanè casu Conductores quantitatem persolutam detrahere nequeunt ex pensionibus annor. 1636. ac trium sequentium, dum tunc temporis nondum ipsi Creditores euaserant, & ex pensionibus ad formam pacti quolibet semestri, & anno extincti fuerant fructus, nec non rata proprii Cambij, quæ proindè non valuit reuincere, admittit Cephal. consil. 423. num. 53. lib. 3. Rot. decis. 409. n. 12. part. 9. tom. 2. rec.

Pro recambiis verò perperam petuntur fructus. Præterquam enim maxima difficultas insurgit, an ea sortem constituent in Cambio limitato, itavt valeant super Cambiis transmitti, super quo articulo nihil pro nunc Domini firmarunt; Dum Domini Rinuccini fructus proprii Cambij ad mensē vsque Iunij 1639. exegerunt, ex pensionibus Locatæ Venæ, quicumque in Domino Principe, moræ incursus excluditur, qua cessante, nulla fructuum fieri valet exactio. Aym. cons. 87. ad fin. Honded. cons. 50. n. 21. lib. 1. & cons. 38. num. 9. lib. 2. Rot. decis. 622. n. 5. p. 2. rec. & coram S. M. Greg. dec. 148. n. 2. ibique Add. n. 4.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. ROYAS.

Postea Episcopo Tarraconn.

Ciuitate Castelli Saluiani

Lune 18. Februarij 1641.

ARGUMENTVM.

Præscriptio solutionum fructuum, vt intret necessarius est cursus decem annorum, cum tunc possit considerari negligentia, aut mora conditoris in non exigendo, cum tunc in pœnam tam magnæ negligentia intret præscriptio.

SVMMARIVM.

- 1 Ad præscriptionem solutionum fructuum requiritur spatium decem annorum.
- 2 Præscriptio solutionum fructuum fundatur in negligentia, aut morâ conditoris.
- 3 In cuius pœnam talis præscriptio est fundata, num. 2.
- 4 Saluiani vigore agitur contra tertios possessores.
- 5 Præscriptio non currit contra non valentem agere.
- 6 Præscriptio remanet interrupta per solutionem partis fructuum.
- 7 Negligentia cessat, dum quis non valet agere.
- 8 Præscriptio fundatur in negligentia.
- 9 Intelligentia præsumitur in facto alieno.
- 10 In Præscriptione quacumque iurium requiritur scientia, & illa est probanda.
- 11 Præscriptio materia est odiosa.
- 12 Præscriptio semper, & quando potest, est euitanda.

Ioannes Vincentius Marchio vitellius imposuit annuum censum scutorum 48. Monetæ de anno 1583. pretio scutorum 600. quem sic impostum vendidit Angelo Guertino, cui accessum vti principales principaliter, & in solidum q. Thomas de Fuccis, nec Philippus de Comitibus cum obligatione dicti Ioan. Viuentij pro eorum relevatione; successiue de anno 1589. prædictus Angelus Guertinus censum præfatum cessit florido de libellis, & fructus fuerunt semper à florido exacti, vsque ad annum 1613. & 1615. licet vltimi terminationum non fuerunt integrè soluti.

Postmodum cum hæredes dicti Marchionis Io. Vincentij fructus dicti census solvere recusauerint sub prætextu, quod omnia bona dicti Marchionis impositotis census essent obnoxia antiquo fidei commissio; idè prædictus floridus de libellis egit coram A. C. de anno 1623. & obtinuit mandatum executiuum pro scutis 506. contra DD. Fratres de Fuccis, vti hæredes supradicti q. Thomæ fideiussoris census, qui fratres de Fuccis, ad hoc vt se liberarent ab eorum obligatione, emerunt dictum censum, eiusque fructus vsque ad annum 1628. decursos persoluerunt, cum reportatione, ac Iurium cessione in farina, cuius vigore de anno 1633. egerunt contra Dominos de Vbertis tanquam tertios possessores vigore emptionis secutæ de anno 1613. vnus prædij olim possessi per q. Philippum de Comitibus in hoc censu pariter cum supradicto Thoma de Fuccis obligatum, & lata sententia in Saluiano in partibus coram Vicario Ciuitatis Castelli ad fauorem supradictorum de Fuccis fuit eis concessa immissio ex Saluiano in bonis, de quibus agitur possessis per Vbertos causa in gradu appellationis ad Rotam fuit deuoluta, dubitanti, an obstarer præscriptio dictis Doctoribus de Fuccis, quominus possent venire contra prædium possessum per Vbertos, ad hoc vt Fuccij valeant satisfieri fructibus dicti census solitis, ac decursis, & in posterum decurrenda, & Domini negatiue resolverunt.

Ex eo quia ab anno 1615. quo fructus adhuc exigebantur à Florido de Libellis Domino census vsque ad annum 1623. tempore litis motæ coram A. C. fuit factum pro solutione dictorum fructuum, vix elapsi sunt octo anni, & quod tempus non est sufficiens ad inducendam præscriptio nem ad quam ad minus requiritur cursus decem annorum iuxta l. fin. §. sin autem Cod. de præscript. longi temporis Alex. cons. 118. n. 116. lib. 2. Cephal. cons. 129. num. 14. Mascard. de probat. conclus. 1214. num. 68. Gratian. decis. Marchia 15. num. 12. Thomat. decis. March. 44. num. 2. Ioseph. Ludou. decis. Lucen. 31. num. 18. & fuit dictum in Spoletana Saluiani 3. Iunij 1639. coram Rcu. P. Dom. meo Merlino; cum ante dictum temporis spatium non possit considerari aliqua negligentia, aut mora in Creditore, in cuius pœnam talis præscriptio est fundata, & sine quibus præscriptio non habet locum Anchar. in cap. possessor, num. 4. de reg. iur. Surd. decis. 236. num. 14. Collan. in consuetud. Burg. rubr. 11. de cens. §. 2. num. 37. Foller. de cens. verbo, huiusmodi num. 95. Cenc. de cens. questione 98. num. 49. & 50. Rota decis. 407. num. 16. part. 5. recentior. quamuis Vberti emerint bona, de quibus agitur vsque ab anno 1613. & contra eos, fuerit actum in Saluiano, vt possessores de anno 1633. propterea

propterea ꝑ eos esse tutos ab hypothe cã, nec esse amplius molestandos, cum non tantum bona possederint spatio decem, verum etiam 20. annorum, nihil facit, quia cum vsque ad annum 1615. fructus fuerint soluti per Ioan. Vincentium Principalem debitorem, & ab inde de anno 1623. fuit actum pro solutione fructuum, & reportatum mandatum executiuum de anno 1624. coram A.C. quo tempore nondum effluxerant anni decem requisiti ad prescriptionem inducendam ex prædictis, & successiue de anno 1628. Fuccis soluerant hoc debitum cum reportatione iurium, propterea bene fuisse intentatum Saluianum de anno 1633. Nec Fuccis obstat prescriptionem, quia tempore, quo fructus soluebantur à dicto Ioan. Vincentio Vitellio Principali debitore non poterat agere. Floridus de Libellis Dominus census, nec sua iura experiri contra ꝑ terrios possessores, ideo nulla ei curtebat præscriptio. Cassaneus in consuet. Burg. d. rubr. 11. de cens. §. 2. d. n. 37. vers. dicuntur, cum seqq. Foller. in prax. censual. verbo, huiusmodi n. 95. Cenc. de cens. q. 98. n. 49. & 50. Ciual. in specul. com. contr. com. q. 3. n. 9. & 10. & dixit Rot. part. 5. recent. decis. 407. num. 15.

Nec ex eo quodd dictus Floridus de Libellis de anno 1624. reportauit mandatum pro solutione fructuum dicti census pro annis plusquam decem venit dicendum ꝑ fuisse elapsos integros decem annos, & consequenter completam prescriptionem decennalem, quia cum constet pro annis 1613. & 1615. fuisse solutam aliquam partem fructuum, quamuis non integros fructus, proxt de tali solutione dictum fuit per quietantias quamuis cantantes ad bonum ꝑ computum dictorum annorum per solutionem partis fructuum eorundem annorum remanet interrupta talis præscriptio decennalis, vt per Foller. in praxi censual. verbo, huiusmodi n. 91. fol. 18. Rot. in Romana Dotis. & legati 15. Ian. 1620. coram Manzanedo iux. sex. in l. cum notissima, §. & de quibus, C. de præscr. 30. ann. Nat. conf. 402. n. 64.

Præterea consuevit Domini non intrare prescriptionem, quia vltra cessationem decennalem requiritur etiam quodd Creditor. Sciatur alienationem bonorum factam fuisse in tertium, quod hic deficit. ꝑ Vnde contra ignorantem agere non valentem, non poterat currete præscriptio, quia in eo cessabat negligentia, in qua fundatur præscriptio, ꝑ & cum agat de facto alieno, ignorantia præsumitur, l. verius ff. de probat. diu. in cap. præsumitur de reg. iur. in 6. & in his terminis firmant Cassan. in consuetud. Burgun. rubric. 11. §. 2. num. 44. qui in fine d. gloss. refert ita secundum suam opinionem fuisse iudicatum, Foller. in prax. censual. verbo, huiusmodi sub num. 95. vers. item quarto facit, Rodrig. de ann. reddit. lib. 2. quest. 9. sub n. 65. Thomat. decis. Maceraten. 44. num. 26. & seq. vbi quodd scientia requiritur in quacumque prescriptione iurium, & illa est probanda Rot. dec. 407. n. 18. part. 5. recent. & fuit dictum in Spoletana Saluiani 3. Iulij 1639. cor. R.P.D. meo Merlino.

Maximè cum agatur de materia prescriptionis satis odiosa, & semper quando potest euitanda, & quantum fieri potest, reseruanda ex traditis per Angel. in leg. 1. Cod. de præscript. 30. vel 40. annorum dec. conf. 68. sub num. 5. vers. sed tamen, Decian. consil. 108. num. 28. & sæpius firmavit Rot. decis. 304. num. 2. in fin. part. 1. recent. & coram bon. mem. Buratto. decis. 457. in fin. cum aliis late

congestis per R.P.D. meum Merlinum in Spoletana Saluiani 3. Iulij 1639.

Et ita resolutum vtraque parte informant, &c.

R. P. D. CERRO.

Sacræ Rotæ Decano.

Leodien. Modiorum Speltæ.

Lune 1. Martij 1641.

ARGUMENTVM.

Contractus, quod sit Emphyteuticus ex quibus tuto arguatur. Dominus directus, sicuti inuitus cogi non potest ad vendendum emphyteutæ ius directum, ita cogi nequit emphyteuta vendere Domino dominium vile. Censur in dubio iudicatur irredimibilis.

SVMMARIVM.

- 1 Contractus essentia regulariter declaratur ex verbis.
- 2 Modicitas annua præstationis arguit contractum esse emphyteuticum.
- 3 Contractum esse emphyteuticum, ex quo pacto argui possit.
- 4 Emphyteuta cogi non potest ad redimendam suam annuam præstationem.
- 5 Dominus directus cogi non potest inuitus ad vendendum emphyteuta directum dominium.
- 6 Censur in dubio iudicatur irredimibilis.
- 7 Censur antiquissimis illis temporibus ante Bullam Pij V. de censibus frequentissimè erant irredimibiles.
- 8 Censur ex quo arguatur quod fuerit irredimibilis.
- 9 Censur si fuerit constitutus in perpetuum absque vlla præstatione temporis, arguitur quod sit irredimibilis.
- 10 Dominus directus aliud est, quodd titulo venditoris directum dominium, vel annuam præstationem cedat.
- 11 Et aliud est, quodd debitor canonis det facultatem redimendi, seque in posterum liberandi ab annua præstatione.
- 12 Illatio non fit ad diuersa.

DECISIO CXXII.

Sententias de partibus condemnantes Abbatem Ecclesiæ Vallis Sanct. Lamberti ad admittendam redemptionem annuæ præstationis 24. modiorum Speltæ quam Ludouicus Marsilion hodie soluit dictæ Ecclesiæ dixerunt DD. tanquam iniustas esse infirmandas, cum Abbas nullatenus astringi posset ad huiusmodi redemptionem admittendam, siue contractus, de quo agitur, iudicaretur emphyteuticus, siue censualis.

Si enim iudicatur emphyteuticus, vt videntur suadere tum verba contrahentium ibi in emphyteuticum perpetuam, ex quibus regulariter essentia contractus declaratur, Vt ex iuxta in l. qui fundum, qui argum. vers. fundi venditor ff. de contrahen. empt. tradunt in proposito Nat. cons. 49. numero 13. post med. vers. tamen præmissis & conf. 194.

conf. 194. num. 1. Decian. respons. 2. num. 62. lib. 1. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 105. num. 1. & 2. Tum modicitas præstationis respectu bonorum, quæ nedum numero plura recensentur in instrumento concessionis factæ vsque & ab anno 1394. Sed etiam à qualitatibus expressis liquet esse magni valoris, ex qua modicitate contractum præsumi emphyteuticum aduertunt Speculat. tit. de emphyteut. §. nunc aliquo numero 2. vers. 2. quaritur. Ias. in l. 1. num. 35. C. de iur. emphyt. Bald. in cap. litera num. 3. extra de dilat. Ruin. conf. 161. num. 22. lib. 1. Barbat. conf. 14. num. 35. & seq. Vbi quod ita pluries, & vidit iudicari, & alij alleg. per Menoch. vbi supra de præsumpt. 105. num. 5. & num. sequent. Iuncto præsertim pacto opposito in d. instrumento, quod in casum moræ in soluendo dictam præstationem possent ꝑ Ioanna quæ concessionem fecit, & ab ea causam habentes redire, & manus apponere ad prædicta bona vt propria, ex quo etiam contractum iudicandum esse emphyteuticum firmant. Dec. conf. 138. num. 7. vers. secundo personaliter. Brunor. à Sole quest. legal. §. num. 15. Roder. de ann. redd. lib. 2. quest. 22. num. 11. Vtique Abbas cogi ꝑ non poterat ad admittendam redemptionem huiusmodi præstationis debita ex causa emphyteutis, quia aliàs dominus directus cogereetur ꝑ inuitus ad vendendum emphyteuta directum dominium contra l. inuitum 11. & l. dudum 14. de contrah. empt. quas probauit Rota in recent. decis. 372. num. 2. part. 1.

Quatenus verò ex verbis, & pactis appositis in dicto instrumento, & in aliis quæ dantur in summario possit iudicari censualis, proxt multis rationibus vnus ex DD. deducebat nihilominus dicta præstatio erat irredimibilis vt debita pro censu reseruatiuo antiquissimo longè ante Bullam sanct. mem. Pij V. ꝑ qui in dubio irredimibilis iudicatur, vt tradunt Couar. var. resolut. cap. 10. num. 5. vers. primum illud, & vers. 3. deprehendi potest, & vers. quarto, quoties lib. 3. quem referunt & sequuntur, Boccac. de censibus part. 2. num. 188. Roder. de annuis redditibus, lib. 1. quest. 15. num. 43. & Molin. de contract. disp. 382. n. 2. vers. secundus contractus, & plene, ac indistincte. Auendan. de censibus Hispan. cap. 14. numero 6. Quem sequitur nouissimè multis argumentis confirmans hanc opinionem. Duard. de censib. in proem. quest. 19. num. 3. & seq. Eaque affectur ratio, ꝑ quia antiquissimis illis temporibus istorum censuum irredimibilium vsus erat frequentissimus, vnde tales præsumendi sunt, vt ex Paris. conf. 52. num. 44. & conf. 13. num. 29. lib. 1. & Cald. de empt. lib. 3. cap. 11. num. 11. tradit Grat. discept. forens. cap. 985. num. 12. & firmavit Rota in Romana census 9. Decembr. 1621. coram bon. mem. Card. Verospiu. quæ est dec. 394. n. 1. & 2. post Cenc. de censib. secundum Modern. impress. Taurinen. Ponderando præsertim in casu nostro illud verbum ꝑ in perpetuum, quod denotat censum fuisse constitutum sine vlla præstatione temporis ꝑ eumque semper duraturum l. pure §. fin. ff. dol. except. Cald. conf. 17. de verb. signific. & in puncto Bald. conf. 372. sub num. 2. lib. 4. & Rota in dicta Romana Census num. 1.

Nec ex eo quodd Ioannes de Liers, & eius filia alteri vendiderint huiusmodi ꝑ præstationem, illa videtur effecta redimibilis, nam aliud est, quod Dominus titulo venditionis in aliud transferat Salgado Labyrinth. Credit. Tom. II.

suum directum dominium, vel annuam præstationem sibi debitam, aliud verò quodd debitori ꝑ canonis emphyteutici, vel census reseruatui det facultatem redimendi, seque in posterum liberandi ab eorum præstatione, quia hæc nihil habent commune inter se, vt patet ad sensum, ideoque intrat vulgata reg. l. Papinianus exulij, ff. minor. quod ex diuersis non fit illatio.

Et ita resolutum informante tantum Abbate;

R. P. D. ROYAS.

Postea Episcopo Tarracon.

Romana Pecuniaria.

Martij 29. Maij 1641.

ARGUMENTVM.

Debitor cambij si fuerit citatus ad doceendum de remissa, dum de eã non fuerit doctum, rectè contra eundem relaxatur mandatum Auditor Cameræ inter & contra Mercatores, procedit vt Princeps.

SVMMARIVM.

- 1 Sententia validitas colligitur ex reuolutione actorum.
- 2 Iura ab aliquo producta plenè contra eundem probant.
- 3 Ad mandati relaxationem quando bene dicatur deuentum.
- 4 Auditor Camera potest procedere inter, & contra Mercatores Curia vsque ad quamcumque summam de plano, & sine figura iudicij. Inter Mercatores auditor Camera potest procedere executiue manu Regiã, & solã facti veritate inspectã, n. 5.
- 5 Iudex quando possit procedere, vt Princeps. Clausula manu Regiã & solã facti veritate inspectã quid importent, num. 5. & 6.
- 6 Inter Mercatores Iudex procedere debet ex bono & equo.
- 7 Vendens habitã fide de pretio quis conueniri non potest, nisi prius discussis emptoribus limita. num. 10.
- 8 Litteras Cambij transmissere ad nundinas quid sit.
- 9 Debitor principalis, quando quis efficiatur suscipiens in se nomina debitorum.
- 10 Mercatorum fidei, concernenti eorum professionem multum deferendum venit.
- 11 Clausula, sine præiudicio, præseruat præiudicium in non expressis.

DECISIO CXXIII.

Dixerunt hodie Domini mandatum ab A. C. relaxatum pro scutis aëri marcarum 612. contra Antonium de Federighis dubitorem Iacobi Brigoni esse exequen. vt validum, & iustum; De validitate constatur ꝑ ex reuolutione actorum, in quibus leguntur omnes citationes necessariae in hoc iudicio Varel. dec. 260. part. 2. Durand. dec. 310. num. 1.

Iustitia verò desumpta fuit, ex eo quia Federighius

ghius præfatus scripsit d. Brigono sub die 1. Decembris præterit i se remisit dd. pecuniarum summam Procuratori Christophori Brigoni ad Proximas Nundinas Apparitionis Placentiæ, hocque pro aliis scutis 910. monetæ de quibus per *contesaldo* dederat creditum D. Iacobo, necnon ex adnotatione facta in propriis libris eiusdem Antonij de Federighis, ex quibus omnibus benè remanet probatum creditum Brigoni præfertim, cum fuerint ab eodem Antonio producto, quæ idè contra eum plenè probant Rota in *recem. decis. 120. num. 4. part. 1. & 2. decis. 2. num. 1. & 142. num. 3.* Gregorius XV. *decis. 138 num. 4. vbi Addit. num. 15. Durand. decis. 185 num. 17.* quapropter cum D. Antonius fuerit contentus coram A. C. ad doceñ. De remissa, & de ea non fuerit doctum, & utique fuit benè deuentum ad relaxationem mandati, ut in similibus terminis firmat Scacc. *de camb. §. 7. gl. 4. n. 1.*

Nec obstat quod fuerit actum sine obligatione Camerali, & absque litteris Cambij, pro quibus tantummodò executiue procedi solet: fuit enim responsum A. C. benè potuisse executiue in hoc casu procedere per amplissimas facultates, quas habet in negotiis spectantibus ad Mercatores, ut in eius facultatibus impressis post Salustium Tiber. in *4 in prax. num. 19.* vbi expressè dicitur quod Auditorum Cameræ posse procedere inter, & contra Mercatores Curia vsque ad quamcumque summam summariè, simpliciter, & de plano sine strepitu, & figurâ iudicij, & sola facta veritate inspecta, & manu Regia, quæ clausulæ remittunt solemnitates iuris, Dec. in *cap. Pastoralis, num. 17. de appellat. Oldrad. conf. 115. Hond. conf. 49. num. 32. lib. 1. Crauat. ad vestr. lib. 5. cap. 1. num. 7. Mart. de claus. part. 1. claus. 80. Scacc. de appellat. quæst. 161. limit. 1. n. 76. Rot. dec. 446. num. 1. part. 2. recem. & par. 5. dec. 120. num. 1.* & operantur quod ut iudex possit procedere uti princeps Mandos. *conf. 65. num. 10. & conf. 96. col. 1. Gratian. decis. March 68. num. 5. Iason. in §. bona fidei instit. de action. num. 45. Brun. de cess. bon. quæst. 36. in 4. quæst. princ. num. 6. cum aliis per Gratian. d. decis. 68. num. 2. cum inter quod Mercatores procreatur de bono, & æquo, Menoch. de arbitr. §. 1. n. 396. Thel. dec. 166. n. 7. Franch. dec. 303. n. 3. Rota Ianuen. dec. 23. n. 15. & p. 1. dec. 641. in fin. & part. 5. dec. 395. n. 12.*

Minus obstat, quod D. Antonius de Federighis sit debitor prædictæ summæ occasione mercium transmissarum ad effectum vendendi, quod successiue fuerunt venditæ diuersis personis habitâ fide de pretio, & consequenter illum non esse conueniendum non discussis prius emptoribus.

Fuit enim dupliciter responsum. Primò debitum præfatum scut. 612. auti marchatum benè provenire ex litteris Cambij, cum D. Antonius debitum de quo agitur pro tali recognouerit, dum dixit, quod pro eo extingendo transmisserat ad nundinas Placentiæ litteras continentis proprii debiti solutionem, transmittere quod autem litteras hoc modo nihil aliud importat, quam transmissionem litterarum cambij pro solutione faciendâ, ita Nauar. *conf. 31. l. 6. de vsur. Alex. Rand. in opus super banco. S. Ambrosij n. 37. Rota Ianuen. dec. 2. per tot. præfertim n. 10. & 11.*

Secundò responsum fuit, quod dum Antonius & Brigonus conuenierunt, del stare del credere, suscipiendo dictum Antonium duplicatam prouisionem, hoc casu non esse deueniendum ad excussionem eorum, qui merces emerunt, sed

eundem Antonium esse reputandum quod principalem debitorem, & in se successisse nomina debitorum Scacc. *de camb. §. 3. num. 6.* & hoc de verbo *del stare del credere est decis. 120. part. 5. recem.* vltterius data fuit fides Mercatorum attestantium hæc verba importare, quod Mercatores teneantur post acceptam duplicatam prouisionem ac conuentionem *del stare del credere* maturatis pagis mercium venditarum transmittere pecunias retractas, quamuis non quod exactas, & de proprio absque vlla debitoris excussione, quibus plurimum in hac materiâ esse deferendum dixit Bald. *conf. 40. num. 10. lib. 5. Socc. lun. conf. 27. n. 22. lib. 2. Greg. XV. dec. 126. n. 3. & 7. Durand. dec. 368. n. 12.*

Vltimò non obstat quod in Epistola dicti Antonij adint illa verba *senza pregiudicio*, quia dicta verba benè quod præseruant præiudicium in aliis, non autem expressis, ita Oldrad. *conf. 330. num. 9. in fin. Gratian. discept. 867. num. 10. Mant. de claus. part. 1. claus. 142. n. 2.*

Et ita resolutum vtraque parte informante, &c.

R. P. D. CARILLO.
Postea Præfide Vallisoletano.
Bononicè. Pecuniaria.
Luna 17. Iunij 1641.

ARGUMENTVM.

Nomen debitoris cessi cum promissione exigibilitatis, ut inexigibile probetur suffiunt diligentia executorum, vnâ cum citatione facta contra cedentem ad iudicandum bona debitoris: Instrumentum illud attenditur, quod magis præcisè loquitur, & clarius, vbi alterum per extensum, alterum verò solum per Abbacum summam in eo contentam specificat.

SVMARIUM.

- 1 Inexigibilitas debitoris cessi probatur ex mandato contra eum relaxato, quod exequi non potuit propter legitima impedimenta. Quinimò ex citationibus factis contra cedentem ad iudicandum bona debitoris, ibid.
- 2 Inexigibilitatem ad probandam gnoties agitur vigore obligationis de manutendo nomen debitoris exigibile. Suffiunt diligentia executorum, & citationes pro indicatione bonorum, nec formalis requiritur excussio, ibid.
- 3 Inexigibilitas debitoris probatur ex cessione bonorum per eum facta. Excussio non requiritur, vbi notoriè apparet de inexigibilitate debitoris, n. 3.
- 4 Bona astimantur ad rationem quinque pro centenario.
- 5 Instrumentum extractum à substituto Notarij causa plenè probat etiam sine citatione partis.
- 6 Instrumentum si alterum summam per extensum specificet, alterum verò illam per abbacum enunciet magis attenditur quod per extensum loquitur. Instrumentum illud attendi debet, quod clarius loquitur, n. 6.
- 7 Instrumenta vbi duo sunt, quorum alterum ab alio discrepat statu pleniori.

DECISIO

DECISIO CXXIV.

Ioannes Cecchellus duo credita ascendencia ad libras 5300. quæ habebat contra Petrum de Funis, & Ioannem de Zannettis cessit cum promissione exigibilitatis D. Marchioni Fontanæ, qui eadem nomina debitorum sic cessa denuò cessit Emilio de Sartis cum simili promissione exigibilitatis, sed quia dictus Emilii Cessionarius nihil consequi potuit à debitoribus cessis, nec à Cecchello cedente, Semidea eiusdem D. Emilij filia, & hæres iudicium contra D. Marchionem instituit vigore obligationis pro ipsam factæ de manutendo Cecchellum exigibilem, & deuoluta in gradum appellationis causa ad Rotam, mihi que commissâ dubitavi, An constet de exigibilitate Ioannis Cecchelli, quæ suffragetur D. Semideæ, & affirmatiue sui responsum.

Quandoquidem in summatio eiusdem Semideæ apparet contra D. Cecchellum fuisse relaxatum mandatum, & non potuisse exequi ob inhibitionem & decretum visitæ gratiosæ Ciuitatis Bononiæ, quæ mandauerat eundem Cecchellum non molestari neque realiter, neque personaliter, attempta cessione bonorum per ipsum facta Creditoribus, propterea constat ex relationibus Executorum, quod vltterius dantur citationes contra dictum Marchionem ad iudicandum bona debitoris super quibus fieri posset executio, qui sunt boni modi probandi inexigibilitatem iuxta theoricam Gloss. in l. à Diuo Pio, §. in venditione verb. capiuntur ff. de re iudic. Quam sequuntur Angel. Imol. Pacian. & alij plures relati per Ciriac. in *contr. §. à n. 142. vsque ad num. 147.*

Nec erat necessaria formalis excussio citato ipso Marchione, quia dum agitur vigore obligationis de manutendo nomen debitoris exigibile suffiunt quod prædictæ diligentia Executorum & citationes pro indicatione bonorum Aretin. in §. si quis in fraudem n. 13. instit. de action. Papien. in *inform. resp. libell. in action. hypothec. in verb. excepcionem Excussionis num. 17. Thomat. decis. 61. n. 10. & 11. cum seqq. facit decis. Forolinien. cessionis census 29. Maij 1626. coram bon. mem. Patriarcha Manzonedo; præfertim cum ex decreto Visitæ emanato vigore cessionis bonorum notoria facta fuisset inexigibilitas Cecchelli, quod nota notorietate stante opus non erat vltteriolem facere excussionem Bald. in *conf. 198. lib. 1. Roland. conf. 9. num. 20. lib. 1. Neugufant. de pignor. part. 8. membr. 1. n. 14. Corn. conf. 46. col. pen. lib. 2. Ioseph. Ludou. decis. Perus. 45. num. 15.**

Non obstat quod in indicationibus, & Decretis Visitæ enuncientur plura bona annui redditus 4 librarum 3000., quod quorum proprietas æstimata ad rationem quinque pro centenario iuxta gloss. final. in *auth. perpetua de Sacr. sanct. Eccles. ascendat ad libras 60. mill. circiter, Credita autem pro quibus bona prædicta fuerant assignata non excedant libras 26. mill. & sic dicta Semidea potuerit se satisfieri procurando subhastationem dictorum bonorum.*

Quia non subsistit quod Credita prædicta sint in libris 26. mill. sed benè in scutis 26. mill. ut legitur in instrumento originali producto pro parte dictæ Semideæ duabus ab hinc mensibus parte citata, quod plenè probat, uti extractum à substituto Actuarij causæ licet absque citatione partis iuxta dec. Greg. XV. §. 9. n. 4. vbi alia plures Rotæ de Salgado Labyrinth. Credit. Tom. II.

cisiones concordantes cumulantur, quo supposito in facto certum est, quod nec redditus librar. 3000. nec proprietas ad rationem quinque pro centenario eiusdem redditus satis fuisset pro soluendis dd. scut. 26000.

Nec releuat instrumentum pro parte d. D. Marchionis productam loquens de libris per abacum, quoniam visum fuit Dominis magis standum quod esse alteri instrumento loquenti per extensum tam ex eo quod clarius loquitur ad notat per Rota Ianuen. in *dec. 96. n. 1. 2. & 3.* quam etiam quia plus continet, quando autem duo adsunt instrumenta, quorum alterum ab alio discrepat, statu pleniori, ut tenet Alex. in *conf. 105. n. 3. lib. 2. arg. l. si ita scriptum fuerit 67. ff. de hered. instit. & l. si quis ex argentiis §. si initium, ff. de edend.*

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. ROYAS.

Episcopo Tarraconn.

Romana Domorum.

Luna 9. Decembris 1641.

ARGUMENTVM.

Dominium directum ad effectum caducitatis ad probandum, instrumenta locationum, solutionum, aliaque confessiones, & adminicula nullius sunt roboris, & momenti. Emptor rei emphiteuticæ, qui se obligauit assensum Domini imperare, quem postea neglexit, si exinde caducitatem incurrit, non potest euictionem prætere.

SVMARIUM.

- 1 Restitutio in integrum conceditur stante iniustitia sententia, qualiscumque illa sit etiam non notoria.
- 2 Tribunalis suprema reuocant sententias vbi in actis constat de illorum iniustitia.
- 3 Deuolutioni locus esse non potest, nec identitate rei deuolutæ, nec directo probato dominio.
- 4 Deuolutionis in casu ad probandum dominium directum, ac identitatem rei deuolutæ non suffiunt locationis solutiones, aliaque confessiones, & adminicula.
- 5 Caducitas non intrat in locatione.
- 6 Consensus Domini directi reseruat cum clausula quatenus requiretur, & non alias, non præiudicat naturæ locationis. Sed imò tuerit ab omni præiudicio ibidem.
- 7 Euictio ut alicui præiudicet, debent illis intimari molestia.
- 8 Molestia intimata procuratori non legitimo, non habentur in aliqua consideratione.
- 9 Emptor qui assensum Domini directi impetrare tenebatur, si illum non impetravit, ac proinde res ipse fuerit euicta, non potest agere de euictione, & infra n. 12.
- 10 Caducitati locus esse solet ex alienationibus irrequisito Domino factis, & sine solutione laudemij.
- 12 Alienatio rei emphiteutica facta ex causa necessaria, qualis est assignatio dotis non requiritur consensum Domini directi, nec illi soluitur laudemium.

Aa 2

12 Euictio

- 12 Euictionem prætere non potest, qui fuit causa euictionis, & sup. n. 9.
- 13 Venditione facta rei emphiteuticæ cum clausula Saluo assensu, & non alias, &c. non dicitur incurfa caducitas, quamuis ad traditionem fuerit deuentum, & num. 14.

DECISIO CXXV.

S Teterunt hodie Domini in decisio coram me sub die 22. Iunij 1640. * in qua dictum fuit constare de causis restitutionis in integrum ad fauorem Alphonfi Ferri, illis potissimum fundamentis, desumptis ex iniustitia sententiæ Vicarij verbis contra Alphosum latè & quæ sufficit ad hunc effectum qualiscumque sit, etiam non notoria Cæs. de Grass. decis. 10. n. 12. de sent. ac re iudic. Seraph. decis. 251. Caputaq. decis. 94. part. 3. Rota in recent. decis. 492. n. 1. p. 1. & 307. n. 1. p. 2. & fuit dictum in Arimin. fideicommissi 24. Martij 1640. coram R. P. D. meo Cerro, præsertim in supremis Tribunalibus, in quibus sententiæ & reuocantur, vbi in actis de industria constat, vt per Guid. Pap. decis. 215. n. 7. & 368. Cæs. de Grass. & Seraphin. vbi proximè.

In præsentia illa desumpta fuit ex pluribus; Primo quia non fuit probatum vineam permutatam ab Alphonso cum dominus Horatij Colutij extare sub directo dominio Monialium, nec & identitatem eiusdem, quibus deficientibus deuolutioni locus esse non poterat. Sarmien. de redd. Eccles. part. 3. c. 2. 23. & 24. Caputaq. decis. 280. part. 1. n. 1. & 5. vbi quod tali casu non sufficiunt instrumenta locationum; solutiones, & aliæque confessiones, & adminicula. Seraph. decis. 1453. num. 1. & in partem. Stagni 29. Iunij 1637. coram R. P. Dom. meo Panziolo, & in Perusina emphiteuticis 13. Febr. 1640. coram R. P. D. meo Dunozer. & quamuis de nouo fuerit adducta quædam releuatio facta per Bartholomæum Perinum vsque de anno 1571. in qua farentur se retinere in locationem à Monialibus Sancti Cosmati petias sexdecim terreni, &c. atramen dicta reuelatio non probat bona controuersa esse emphiteutica, imò ea potius remanet exclusa, dum reuelatio loquitur de locatione, & in qua non intrat caducitas Seraph. Dec. 286. n. 5. vsque ad 16. & 288. per totam.

Nec obstat reseruatio consensus Monialium in venditione secuta de anno 1590. quia fuit animaduertum non legi simpliciter reseruatum, sed cum clausula quatenus requireretur, & non alias, &c. non inde præiudicat propriæ naturæ locationis, & sed imò tæget ab omni præiudicio Surd. consil. 186. n. 10. Seraph. dec. 107. n. 7. Grat. discept. 926. n. 4. & p. 6. rec. dec. 110. n. 13. & 14.

Secundò quia euictio vineæ secuta non potuit nocere dicto Alphonso, ei non fuerunt intimata molestiæ, & provt erat necesse Rip. in cap. cum M. Ferrarien. num. 162. de consil. Rota decis. 388. n. 2. part. 3. recent. cum aliis in decisione hodie confirmata; & quamuis habentes causam à Colutio contenderent intimationem fuisse secutam, atramen sufficienter constitit illam fuisse factam Ioanni Dominico Belgio, & qui non erat legitimus procurator Alphonfi, nec inde fuit habita in consideratione vti non legitime executi.

Tertiò dicebant Domini inconcussum remanere fundamentum, quòd euictio fuerit secuta culpam Colutij; nam si vinea fortasse esset sub proprietate

te Monasterij, ad Colutium tamen spectabat impetrare consensum Monialium ex peculiari conuentione. Vnde si Colutius neglexit consensum impetrare, provt tenebatur propriis sumptibus, non inde valebat & agere ad euictionem cui ipse ipse dederat causam, non curando assensum illius Azo in Sicomen. C. de euiction. Surd. cons. 15. n. 24. Rota in Romana Societatis officij 4. Ianuarij 1594. cor. Corduba. & part. 5. rec. dec. 337. n. 16.

Minus obstat dicebant Domini quòd deuolutio intentata per Moniales fuit præcisa ob alias alienationes prius secutas, & primò ob alienationem factam à Portia Domina vtili in Ioannem Baptistam Guidum eius primum virum; secundo in Alphonsum, dum cum eo transiit ad secunda vota, & tertio in Colutium semper absque solutione laudemij, ac consensu Monialium, ex quibus alienationibus sic secutis & factum fuisse locum caducitati iuxta Text. in l. fin. C. de iur. emph. cap. ponit de locat. Inde ex istis esse præsumendum fuisse intimatam caducitatem, fuit tamen replicatum præfatas primas alienationes per Portiam factas fuisse ex causa assignationis dotis, & sic ex causa necessaria, & quo casu non requiritur consensus Domini directi; nec soluitur laudemium in §. emphiteusim in aub. de non alien. Alex. cons. 173. lib. 2. Iaf. in l. fin. C. de iur. emph. n. 107. Cephal. cons. 59. n. 33. lib. 1. cum aliis per Cald. de iure emph. l. 4. c. 16. n. 2. 1. & 22. Nec venit dicendum deuolutionem fuisse intentatam ex d. causa, quod fuerit vinea data in dotem, dum ex ea non fuit incurfa caducitas, sed benè ex alienatione facta in Colutium, cui ille deerat causam non impetrando assensum Monialium, vt dictum est sibi imputandum venit. & Nec valet agere ad euictionem, l. si mancipium in princip. ff. de euict. Corn. cons. 326. vol. 1. Surt. dec. n. 1. & p. 5. rec. dec. 377. n. 16.

Demum non obstat quòd vltima permutatio fuerit facta ab Alphonso in Colutium cum reseruatione consensus Monialium, qui non legitur impetratus, fuit tamen responsum in permutacione legi etiam clausulas, & non alias aliter nec alio modo, &c. quæ operantur vt venditio non censetur facta non adhibito consensu, nec idèd fuisse incurfam caducitatem, quamuis fuerit deuentum ad traditionem rei ante impetratum consensum Rimin. iun. cons. 285. n. 57. Corb. in tit. de caus. priuat. ob alien. lim. 37. Grammar. dec. 163. Clar. in §. emphiteusim quest. 13. num. 5. Rota in Romana vinearum, 10. Iunij 1639. coram R. P. D. meo Carrillo, postea confirmata sub die 27. Nouembris præteriti, ex quo dicta verba & non alias, &c. & faciunt deducere partium consensum, itavt nihil egisse videatur, nisi Domini consensus accesserit, Curt. Sen. cons. 8. num. 4. Gorad. cons. 3. n. 23. Iaf. cons. 86. n. 16. lib. 3. Cephal. cons. 118. n. 13. cum aliis per Marefcot. var. lib. 1. c. 78. num. 3. Inde restitutio in integrum venit concedenda.

Et ita resolutum vtraque parte informante, &c.

R. P. D.

R. P. D. ROYAS.
Postea Episcopo Tarraconi.
Maceraten. Censur.
Veneris 21. Iunij 1647.

ARGUMENTVM.

Apocha penes aliquen existēs cum aliquâ adnotatione à tergo illius qui per antea dicit cā adnotatione caruisse probare debet. Simulatio scripturæ matrimonialis factæ in maiori summa, & quantitate pro matrimonij honorificentia ex quibus deducatur.

SVMMARIVM.

- 1 Obseruantia veritatem demonstrat.
- 2 Administrator censetur dotasse de bonis administratis.
- 3 Non probatur hoc esse, quod ab hoc contingit ab esse.
- 4 Scriptura penes aliquem existens cum aliqua adnotatione, semper eadem adnotatione penes illum extitisse presumitur, dum de statu præcedenti contrario non constat.
- 5 Probabilitas valdè urget ad presumptionem induendam.
- 6 Confessio simpliciter loquens, recipit declarationem ex verbis præcedentibus, & subsequentibus.
- 7 Copulatio orationis vna pars declarat alteram.
- 8 Capiuli inserti in instrumento dicuntur pars illius.
- 9 Confessio facta in capiulis in instrumento iurato contentis, & ipsa iurata dicitur.
- 10 Præsentia in actu stipulationis instrumenti arguitur ex verbis illius.
- 11 Calculus erroneus non habetur in consideratione.
- 12 Verba quæ aliter verificari non possent, eam admiunt intelligentiam, qua illis adaptantur.

DECISIO CXXVI.

PLacuerunt hodie Dominis fundamenta decisionis in hac causa factæ subdit 15. * Februarij præteriti, in qua fuit resolutum Decretum Rotale esse infirmandum, & sic depositum consignandum Cæsari, ex quo dos primi Matrimonij Hieronymæ realiter fuit scutorum 3150. licet apocha ab ea producta cāntet pro scutis 4000. cum expressio in maiori summa facta fuerit ad honorificentiam, & ad pompam, præsertim stante adnotatione à tergo apochæ per illa verba Nota cbe questo scritto non si deue rendere se non ci è il consenso Geronima; Ludonico, e Mario, & all'incontro di Messer Giuseppe, e Messer Cesare Ridolfini, altrimenti ci rimetteriano della conscientia dell'honore, e della robba, ex quibus verbis apocham esse simulatam deductum fuit, maximè quia primus maritus Hieronymæ erat vir pompaliæ, & in loco aderat consuetudo conficiendi similes apochas ad matrimonij honorificentiam, accedit etiam quod apocha nunquam fuit cōsignata Hieronymæ de cuius interesse principaliter agitur, sed semper fuit retenta tam à Vincentio quam à Ludouico

donico eius fratre, & ac hærede, ex qua obseruantia benè desumitur veritas ipsius adnotationis Surd. consilio 262. num. 26. Gratian. discept. 951. num. 8. & demum concurrunt sex illæ coniecturæ in decisione ponderatæ, quæ Dominiis hodie placuerunt ex rationibus in ea deductis.

Ex eo autem quòd dos constituta Hieronymæ in primis nuptiis realiter fuerit scut. 3150. sequitur, quòd dum Cæsar administrator in secundis nuptiis anno 1573. constituit eidem dotem scutorum 4800. censetur connumerasse in dicta quantitate etiam sortem principalem census scutorum 550. dictæ Hieronymæ assignati vnà cum aliis bonis ab hæredibus primi viri in concordia anni 1592. pro restitutione scutorum 400. primæ paghæ dotis, & pro complemento scutorum 1600. occasione legatorum vsufructus, & aliorum sibi relictorum à primo viro. Administrator enim & censetur dotalle de bonis administratoris ex Bart. in l. uxorem 39. §. Pater naturalis num. 1. ff. de legat. 3. Corn. cons. 124. col. 2. versidem voluit lib. 1. & cons. 316. n. 4. in fine l. 4. Rota in Romana de Cincis 5. Iunij 1604. coram Cardinale Merlino, & in Arimin. dotis 13. Maij 1624. coram R. P. D. meo Merlino, & admittit prima decisio in hac causa facta coram R. P. D. Verosio; ex quibus benè remansit extinctus dictus census scutorum 550. in quo Cæsar fideiusserrat ex latè deductis in decisione, hodie confirmata vers. nec obstat.

Nec obstat dicebant Domini deducta ad excludendam existentiam dictæ adnotationis à tergo apochæ de tempore quo fuit cōfecta, ex eo quia in transumpto obtento per Hieronymam de anno 1620. dicta adnotatio non fuerit appositæ. Quia vltra quod per dictum transumptum non & probatur hoc esse, quod ab hoc contingit abesse l. non hoc, C. vnde legit. cum vulgatis transumptum apparet extraiudicialiter ad hoc, vt Hieronyma habere copiam apochæ, eiusque intererat, quòd adnotatio non transumptaretur. Quinimò cum apocha originalis nunquam exiuerit è manibus Vicentij mediatoris, semperque remansit inter eius scripturas, vsquequò Hieronyma illam habuit, & in hac causa cum dicta adnotatione produxit, vtiq; venit dicendum à principio penes illam extitisse cum eadem adnotatione eodem modo ac forma, provt in præsentia legitur & dum non constat de statu præcedenti contrario, vt post. Oldrad. & Bald. comprobant Ruin. cons. 143. num. 20. vers. in casu autem nostro, & num. 21. lib. 5. Rota decis. 203. num. 5. & 6. part. 5. recentior. & in Pisana Iuris patronatus 14. Iunij 1630. coram bon. memor. Motmanno. Eòque magis, quia nedum & concurrat aliqua probabilitas Bald. in leg. si quis num. 4. ibi Salic. num. 2. Cod. ad Jul. de adulter. Rota in Illerden. Canonicius 24. Februarij 1620. coram Patriarcha Manzano. Sed etiam veritas eius facti elucescit ex litteris à Ludouico scriptis Passarino eius agenti anno 1620. in quibus legitur quòd non poterat Hieronymæ consignare apocham siue consensu aliorum interesse habentium stante prædicta adnotatione à tergo facta per Vincentium eius fratrem; eique iniunxit, vt sumptum confici curaret, eique tradere, cum nil aliud ad eius fauorem facere permissum esset, hòcque etiam remanet comprobatum ex depositione dicti Passarini in vim litterarum monitorialium vt ex sumuario dato, in responsione pro Cæsare.

Minus obstat dixerunt adducta per Hieronymam

num contra quartam coniecturam primæ decisio-
nis, quod confessionis factæ à Ludouico, & D. Ma-
rio eius fratribus in instrumentis cum ipso Cæsare
cantent de solutione, non de constitutione dotis
floreorum 2300. constituentium scut. 3150. Nam
confessio Ludouici clare legitur, quod Cæsar. ad-
ministrato pro nubendis Sororibus præfatorum
Ludouici, & Marij iuxta conditionem familiæ, &
qualitatem temporum fuit coactus constituere Hie-
ronymæ pro eius dote dictos florenos 6300.
Confessio verò D. Canonici Marij, licet cantet de
6 solutione, remanet tamen, declarata ex præce-
dentibus, & subsequentibus verbis, ex quibus colli-
gitur dotis Sororum constituere fuisse à Censore
in eadem summâ persoluto Mant. *decif. 23. n. 3.* Bu-
ratt. *dec. 660. num. 1.* quod comprobatur ex eo quia
confessio eisdem verbis copulatiuè facta legitur
de dote Hieronymus, & Artemisæ, vnde cum in-
dubitatum sit dotem Artemisæ fuisse in summa
expressa constitutam, & solutam eodem modo in
summa expressa constitutam, solutam illam Hie-
ronymus intellexit, cum tamen pars copulatiuæ al-
teram declaret Soccin. in *libr. 1. num. 1. ff. de rubr.*
dub. Surd. decif. 124. num. 9. & quamuis confessio
facta fuerit in articulis, attamen quia articuli
fuerunt exhibiti ad effectum inferendi (provi in-
8 ferti fuerunt) in instrumento tamen dicuntur pars il-
lius Seraphin. *decif. 460. num. 3.* & consequenter
cum in fine adsit obligatio cameræ, & iuramen-
tum continens omnia in instrumento contenta
9 esse vera tamen vtique confessio facta in articulis re-
manet per dictum iuramentum comprobata Alex.
conf. 17. n. 2. lib. 3. Ruin. conf. 137. n. 6. lib. 1. Greg. XV.
dec. 215. n. 2.

Neque aliquid facit responsi data contra quin-
tam coniecturam, quod Hieronyma tulerit in pe-
tendis fructibus dicti census ex quo non interue-
nerit in transactione anni 1592. & ignorauerit si-
bi census fuisse. Quia vltra ponderata in dicta de-
cisione coram me facta, replicatum fuit quid in
prima decif. in hac causa, ad cuius fauorem ema-
nata coram R. P. Dom. meo Verospio vers. Cæ-
10 tera, fuit firmatum se fuisse præsentem tamen dictæ
transactioni, & sic cessione Census, vt pateat ex
illis verbis instrumenti, ibi, *Però adesso essa Madon-
na Geròniua elegge, & esso Miffer odoardo plida, &c.*
ex quibus, & aliis in dicta decisione ponderatis, non
potest controuerti eius præsentia, ac consequenter
scientia cessionis Census.

Tandem non obstat calculus hodie datus per
Hieronymam ad demonstrandum quod in confi-
gnatione secundæ dotis scutorum 4800. non fuerit
comprehensus census scutorum 550. Quia calculus
detegitur erroneus, tamen & captiosus, supponit
enim id de quo disputatur, videlicet, quod fores
principalis dicti census non fuerit, comprehensa
in dicta summa scut. 4800. secundæ dotis, quod
detegitur manifestè erroneum ex quo, siue facia-
mus calculum in genere & ex supra, ac in deci-
sione hodie confirmata ponderatis pater, quod in
dicta quantitate scut. 4800. fuit comprehensa tam
11 prima vera dos scut. 3150. quam legata relicta Hie-
ronymæ à primo viro constituenta scuta 600. &
sic ipsum censum bene remanente extinctum me-
diante compensatione, ac integrali restitutione
scutorum 4800.

Siue faciamus calculum magis specificè, & ap-
paret quod 4. census, nempe census scutorum 550.
de quo agitur, & alij tres scutorum 1050. simul

constituentes scuta 1600. cessi fuerunt Hierony-
mæ in dicta transactione pro infrascriptis partibus,
scilicet pro restitutione scutor. 400. primæ paghæ
dotis solutæ primo viro, & pro scutis 160. defi-
cientibus æstimationi legati vestium, & iocalium
factæ tantummodo in scutis 440. necnon pro scutis
1000. ratione legati vñsfructus ab eodem pri-
mo viro sibi relicti, ac pro scut. 40. pro impensis
funerum, quæ partibus simul calculatæ constituunt
eandem summam scut. 1600. & propterea dum Cæ-
sar in secundo matrimonio pro dote scutor. 4800.
assignauit tam dictos tres census scutor. 1050.
quam integram primam dotem scutor. 3150. ac
etiam vestes, & iocalia pro scutis 600. vtique per
hanc assignationem remanent extinctus dictus cen-
sus scut. 550. in quo ipse fideiussit, cum d. par-
titæ constituant summam scutor. 4800. in qua ne-
cessario comprehenditur pretium eiusdem census
cessi Hieronymæ in transactione pro satisfactione
dictorum scutorum 400. primæ dotis, & scuto-
rum 160. pro supplemento legati vestium, & io-
calium, stante præsertim, quod dicta secunda con-
stitutio dotis (ratificata per Hieronymam, vt in
alia latè deductum fuit) facta fuit cum ea lege,
quod Hieronymæ deberet esse tacita, & contenta
de omni, & toto eo quod præterire possit à fra-
tribus, & à Cæsare patruo, quod venit intelli-
gendum de iure competente Hieronymæ ex dic-
ta transactione, in qua fuerat sibi census dictus
Census; ex quo præter verba generalia, dicta con-
stitutio dotis scutor. 4800. longe excedebat pri-
mam dotem, & sic verba non poterant intelligi
de iure ratione dotis, & dabantur alia habita in dic-
ta tamen transactione, nempe dicti tres Census scu-
torum 1050. vestes, & iocalia, vnde perinde est
ac si de censu fuisset specialiter dictum, cum in
alio non possit verificari. Giurb. *decif. 45. num. 9.*
Castill. *de usufruct. cap. 39. num. 29. & 30 Greg.*
XV. *decif. 90. num. 3.*

Eritia resolutum vtraque parte informante, &c.

R. P. D. GHISILERIO.

Postea Episcopo Tarraconen.

Romana fideicommissi de incoronatis.

Veneris 10. Maij 1642.

ARGUMENTVM.

Disputatur articulus an donatio præce-
dens etiam cum hypotheca præiudica-
re possit creditori posteriori habenti
causam onerosam, & negatiuè con-
cluditur, quoties, vel ille reperitur in
possessione, vel donatio fraudulenta,
& simulata conuincitur.

SVMMARIVM.

- 1 Pater non potest filium grauare in legitima, &
si fuisset grauatus, reijciuntur onus.
- 2 Dispositio generaliter facta non porrigitur ad ca-
sum, in quo quis non habet potestatem.
- 3 Bona super quibus filius elegit legitimam non
continentur sub fideicommissis.
- 4 Donatio, & si anterior, & cum hypotheca, non
præiudicat ementi postea rem donatam, si ille sit
in possessione, & n. seqq. Amplia, vt sub n. 10.
- 5 Donatus potest ante traditionem liberè disponere
de re donata.

6 Clausula,

Ad mat. Labyr. Credit. Dec. CXXVII. 283

- 6 Clausula, constituti & similium effectus cessant
per actualem traditionem postea subsequutam.
- 7 Clausula qua veniunt accessorie ad contractum,
si contractus est simulatus, & ipsa simulata
iudicantur.
- 8 Simulatio probatur ex confessione partium, &
contrahentium.
- 9 Fraus non ita de facili præsumitur, vt simu-
latio.
- 10 Donatiois fraus & simulatio præsumitur ex
immediate donationis, ac conuincione san-
guinis.
- 11 Exceptio detractionis legitima, qua fideicom-
missario competebar, competit etiam emptori
bonorum illius.
- 12 Amplia conclusionem procedere, quamuis ipse
fideicommissarius per præcedentem donatio-
nem omnia bona fideicommissis subiicisset.
ibidem.

DECISIO CXXVII.

Fuit per DD. resolutum tam ex fideicommissis
Marcelli Incononati de anno 1593. quam ex
donatione Francisci filij de anno 1618. factæ inter
vivos Cæsari filio præsentem, & acceptanti, eius-
que filijs, & descendentibus masculis, illisque
deficientibus, Marcello alteri filio, ac descenden-
tibus ex ea, in eorumque defectum proximiori si-
bi in gradu: non esse D. Angelo Incononato dan-
dam immisionem siue agat ex. *l. fin. C. de edict.*
diu. Adr. toll. siue ex remedio vtilis Saluiani in
possessionem Cafalis Aquæ Trauersæ venditi an-
no 1615. Excellentissimo D. Principi Burgesio
pretio scut. 14000. ab eodem Francisco de Inco-
ronatis, sub expressa narratiua approbata per
eodemet Cæsarem, & Marcellum donatarios,
quod sibi deberetur legitima in bonis Marcelli
Paris, & quod ad illius computum elegisset di-
ctum Cafale, illudque ad se spectare pleno iure
dominij, & pertinere, & esse penitus liberum,
& immune ab omni, & quocumque censu ca-
none, & responsione, recognitione, grauami-
ne, aut seruitute, non esse subiectum caducitati,
deuolutioni, restitutioni, vel alicui vinculo in to-
to, vel in parte, minusque fuisse venditum, da-
tum, donatum, censum, atque concessum, aut
alio quouis modo alienatum, alienationibus vo-
cabulo latissimo, nec de eo in totum, vel in par-
tem contractum, distractum, aut aliud quidquam
factum, fuisse promittendo insuper huic vendi-
tioni facere consentire omnem personam ius ali-
quod habentem, seu quomodolibet habere præ-
terdentem ad solam, simplicem, & extrajudi-
ciale requisitionem prædicti excellentissimi D.
principis emptoris.

Non ex fideicommissis Marcelli leuoris; quia
cum Franciscus alius auctor D. principis elegerit
pro sua legitima Cafale, in cuius possessionem
Angelus petit imitari, & pater non possit filium
grauare in legitima, tamen & si grauatus fuisset, onus
reiciatur vt est in casu in *l. quoniam in prioribus,*
C. de inoff. testam. Nec dispositio generaliter fa-
cta porrigatur ad casum, tamen in quo quis non ha-
bet potestatem, ca. nobis in 2. de sent. excomm. no-
tar. Bart. in *l. si quis sub conditione ff. de condit.*
iustit. Bald. in l. fin. §. in computatione C. de iur. de-

lib. cum similibus. Cafale de quibus agitur non con-
tinetur sub tamen dicto fideicommissis, vt decidit *gloss.*
in *l. precibus C. de impub. & aliis subst. & com-*
muniter omnes in *l. ex tribus, C. de inoff. test. &*
in *l. 1. ff. de vulg. & pup. per text. in l. coheredi, §.*
filia, ff. ad Trebell.

Nec ex donatione dicti Francisci, quia cum
Franciscus post donationem factam ad fauorem
filiorum, & descendentium, vendiderit Cafale
D. Principi, cum relatione dominij, & possessio-
nis: asserta donatio, etiam si anterior, & cum
hypotheca, tamen non præiudicat D. Principi habenti
causam onerosam, vt est *text. in l. fin. §. Lucius*
ff. de donat. Vbi Lucius Titius donauerat Menio
fundum, & ante traditionem eundem fundum
post paucos dies, Saio pignori obligauerat, dein-
de dictum fundum tradidit Menio, cui prius illum
donauerat, & cum dubitaretur, an donatio fun-
di esset perfecta: ita vt postea pignori subiici po-
tuerit, respondit Scevola Iurisconsultus perfectam
quidem esse donationem per traditionem, sed cre-
ditorem, licet posteriorem firmam habere pigno-
ris obligationem inductam ante traditionem; at-
que ita donans potest ante traditionem, tamen liberè
disponere de re donata, vt tradit Carocc. *decif.*
125. num. 7. & est ponderand. expositio Barthol.
ad illum text. in §. Lucius Titius in princ. Vbi ver-
bum dicti textus, *donauit* exponit, id est in causa
donationis, obligauit, vel promisit, & sic Bart.
intelligit illum textum, & præsupponit quod fun-
dus ibi fuit expressè obligatus pro donatione ipsi
donatario, vt bene aduertit Gutierrez *de ad lib.*
iudic. in rat. cap. 15. sub n. 22. pro hac eadem opinio-
ne, accedit expositio Bartoli.

Nec dici potest in hac donatione interuenisse
traditionem ex clausulis reservationis vñsfructus,
& constituti, quia vis, & effectus istarum, clau-
sularum, tamen vbi donatio fuisset vera, cessasset per
venditionem à donatore postea factam D. Principi,
& actualem traditionem subsequutam, vt bene
Grat. *conf. 36. num. 38. & 39. lib. 1. Gabriel de*
emp. & vend. concl. 2. num. 28. Carocc. decif. 125.
num. 8. Sed cum donatio DD. viso fuerit simula-
ta, non est de his clausulis curan. cum veniant ac-
cessorie ad contractum, tamen in quo sicut simulatio
fuit adhibita, ita etiam censeri debet adhibita cir-
ca accessoria. Aretin. in *l. 1. §. si vir uxori col. 3.*
ante med. vers. sed hoc esset concedend. de plano, ff.
de acquir. possess. quem sequitur Alciat. ibid. col. 2.
in princ. num. 4. vbi etiam Bologn. num. 65. in
princ.

Simulatio autem huius donationis est euident
ex assertionem venditionis, cui assenserunt etiam
Cæsar, & Marcellus Donatarij, quod de Cafale
vendito nulla præcesserat donatio. Vnde cum
veritas huius assertionis non possit stare cum ve-
ritate præcedentis donationis, necesse est intelli-
gere dictam donationem simulatam, perinde, ac
si partes dixissent nullam ad Cafale præcessisse do-
nationem veram & validam: cum non sit dubium
ex confessione partium, tamen & contrahentium pro-
bari simulationem, Berou. *conf. 17. num. 11. lib. 1.*
Decian. conf. 52. num. 51. & 52. & post num. 65.
vers. 2. conuincitur ista simulatio lib. 3. Angel. conf.
47. n. 2. vers. 5. si post donationem, vbi ponderat
confessionem donatarij ad probationem fraudis,
quæ cum non ita facile sit præsumenda, vt simu-
latio, tamen ex quo hæc est honestior quam illa Cu-
man. *conf. 155. num. 4.* Vtique si ex confessione
donata

donatarij probatur fraus à fortioti, probabitur simulatio, maximè concurrente immensitate huius donationis, quæ continet omnia bona præsentia, & futura, & coniunctione sanguinis ex quibus præsumit fraudem, & simulationem donationis, ut vt propterea non præiudicetur creditoribus posterioribus ex causa onerosa resoluit, & latè probat Carocc. *decis. 1. per totam* quam approbat Anton. de Amat. *var. resolut. 26. n. 7.*

Vltèriùs cùm ex supradictis pateat D. Principem emptorem habere fundatam intentionem in Instrumento emptionis non obstante præcedenti donatione, eo magis censuerunt Domini dicendum esse, ipsum habere intentionem fundatam in detractone legitimæ debitæ donatori, † qui in specie in ipsa venditione dixit eam consequi in Casali de quo agitur, ex allegatis *Per Rotam coram Seyaph. decis. 416. à num. 8. vsque ad finem.* Hæc autem exceptio detractio legitimæ debitæ eidem donatori, & venditori respectu in bonis relictis ab eius ascendentibus suffragatur D. Principi non obstante quod idem donator omnia bona in dictâ donatione præcedenti subiecisset fidei commissio cum prohibitione cuiusvis detractiois. Et ex his duobus exceptionibus vtraque parte auditâ resolverunt Domini immisionem esse denegandam.

R. P. D. PANZIROLO.

Postea S. R. E. Cardinali,

Romana, seu florentina restitutionis in integrum.

Veneris, 10. Maij 1641.

ARGUMENTVM.

Maioribus 25. annis, quantumvis ex capite iustæ Ignorantiæ non soleat concedi restitutio in integrum aduersus aditionem hæreditatis sine iuuentario factam, tamen semoto in tali hærede omni dolo, datur talis restitutio in integrum, quando magnum æs alienum patens, contra communem omnium expectationem, in hæreditate enerfit.

S Y M M A R I V M.

- 1 Filius continuans habitare in domo paterna, & bona defuncti patris possidere dicitur simpliciter adire hæreditatem paternam, & numero 18.
- 2 Statutum Florentinum sub Rubr. 29. de hered. &c. quid disponat.
- 3 Restitutionis in integrum remedium regulariter conceditur minoribus, & non maioribus.
- 4 Maior etiam restituitur in integrum concurrente iusto errore, vel ex ignorantia facti, vel ex noua, & magna causa.
- 5 Maiori succurritur per restitutionem in integrum, si ad sit rationabilis causa.
- 6 Maior iusto errore ductus, vel ignorantia facti lapsus ad eundem hæreditatem primo aspectu lucrosam, si eam deinde reperiat debitis onusis, tunc auditur petendo restitutionem in integrum.

- 7 Vel malit talem hæreditatem creditoribus relaxare.
- 8 Restitutio in integrum, ex qua causa concedatur maioribus, qui hæreditatem adierunt sine iuuentario.
- 9 Maior non restituitur aduersus aditionem hæreditatis sine iuuentario, nisi magna ad sit causa.
- 10 Maiori competit restitutio in integrum ex clausula si qua mihi iusta causa ex dicto minorum aduersus hæreditatem inconsulta aditam.
- 11 Ignorantia regulariter præsumitur in hærede, & maxime in rebus occultis, & numero 12. & 13.
- 14 Factum quando sit occultum, ita vt fallere possit hominem etiam magna prudentia, & sagacem, & num. 15.
- 15 Restitutio in integrum ex iusta causa ignorantia conceditur maiori ad lucrum querendum per aditionem hæreditatis, quam prius repudiauerat.
- 17 Multò fortius concedenda venit maiori, si agat tantum de damno vitando.
- 19 Maior aduersus aditionem hæreditatis sine iuuentario aditam, restituitur ex iusta causa, etiamsi post aditionem fecerit aliquem contractum, dummodo nihil perceperit, vel paratus sit reddere.
- 20 Maioribus 25. annis, etiam in contractibus enormiter læsis, beneficium restitutionis in integrum ex iustis causis conceditur.
- 21 Actus principalis, sic corrumpat, omnes alij actus ex eo dependentes pariter corrumpit.
- 22 Minor an restituatur in integrum, si paterna hæreditati se immiscuit, & maior factas pecunias hæreditarias egerit.
- 23 Maiores aduersus aditionem hæreditatis ex capite iustæ ignorantie non sunt restituendi.
- 24 Contraria tamen opinio est verior, suadente tamen aliqua insigni causa.
- 25 Statutum Florentinum iubet, quod iuuentario non obstante heres creditoribus hæreditariis satisfaciatur.
- 26 Hæredes, dum non possunt iuvari beneficio iuuentarij, æquum non est, vt etiam restitutio in integrum denegetur.
- 27 Quod sanè durum admodum videretur, quod simul, & semel denegaretur iuuentarium, & restitutio in integrum, dum sunt sine dolo enormiter læsi.

DECISIO CXXVIII.

Cum post mortem boni mem. Marchionis Bernardi Capponij sequutam in Ciuitate Florentiæ D. Vincentius eius filius, quamplurima bona, tam in statu Ecclesiastico, quam in ditione Florentinæ in paternâ hæreditate inuenisset, ac inter alia vigere Florentiæ Rationem bancariam magni nominis, ac etiam Romæ accomanditam, credens propterea, tam ex his quàm ex inferius deducendis hæreditatem esse maximè lucrosam, licet super illius aditione nullum fuerit actum expressum † nihilominus continuando in paternâ domo habitare, & bona vt priùs possidere dictus est adiuisse hæreditatem simpliciter, stante Statuto Florentino sub Rubr. 29. de heredib. & hæreditariis debitorum conueniendis, in † quo disponitur, quod hæres masculus maior annor. 18. possidens

possidens, seu detinens bona hæreditaria post 15. dies à die obitus Testatoris hæreditatem simpliciter adiuisse intelligatur.

Verum cum illinc ad quatuor menses super prædicta hæreditate maximum detectum fuisset æs alienum, quod de tempore supradictæ tacitæ aditionis omnino latebat, absorbens nedum totam substantiam, sed superans illius vires in scutis fere ducentis millibus. Idè D. Vincentius, qui huiusmodi debita profus ignorabat omnibus præfatis bonis, vnà cum illorum possessione priùs libere dimissis, obtinuit à Signatura Iustitiæ committit causam restitutionis in integrum, pro vt de iure aduersus creditores Bernardi patris cum rescripto A. C. vt de voto Rotæ procederet cum clausula, si qua mihi iusta causa. Quapropter sapissimè monitis prædictis creditoribus, vt ex fasciculo citationum exhibitarum, & informare negligentibus, tandem hodie proposita causa, resolutum fuit constare de causis restitutionis in integrum.

- 3 Licet enim regulariter hoc † remedium sit pro minoribus læsis, atamen concurrente iusto errore, vel ignorantia facti, vel ex noua, & magna causa competere etiam maioribus 25. annis tradunt Oinotim, in §. extraneis n. 5. vers. vel etiam si maiores iust. de hered. qual. & diff. Qui dicit Prætorum deceptis † succurrere per restitutionem in integrum, etiamsi maiores sint, quoties grande æs alienum latens ab adita hæreditate præter opinionem emerferit, siue sint milites, siue Pagani. Maurit. de rest. in integr. cap. 130. num. 6. vers. sed qui opiner. tract. tom. 5. fol. 145. Vbi dicit posse Maiori succurri † per restitutionem in integrum, si ad sit rationabilis causa vt puta, quia hæreditatis substantiam ab initio scire non potuit, & postea comperit esse debitis onusis, nec longum tempus effluere permisit ab ea traditione, cui opinioni ad stipulantur etiam Rebuffus in consil. Regia tom. 2. tit. de restit. art. 1. gloss. 1. num. 33. Vbi dicit maioribus se vidisse succurrere. Odd. de restit. in integr. part. 2. quest. 62. art. 14. num. 133.
- 6 Vbi dicit quod si maior iusto errore, vel ignorantia † facti lapsus est adeundo hæreditate primo aspectu lucrosam, & quam quilibet oculatissimus paterfamilias talem iudicasset, & audiuisset, sed postea reperitur plena ære alieno, litibus, & periculis, audiendus est, si considerat aduersus dictam aditionem restitui, & malit huiusmodi † hæreditate creditoribus relaxare, & quest. 89. art. 7. num. 52. vers. primo vt procedat, & sub num. 53. Subdit ad hunc effectum magnam causam reputari, si maior post aditam hæreditate casu reperiet ad esse magnum æs alienum, † quod priùs ignorabatur, tunc enim inquit ex capite iustæ ignorantie succurritur etiam maiori per Text. singul. in §. extraneis vers. sciendum tamen iustit. de hered. qual. & differ. Capell. Tolos. decis. 55. num. 7. Gratian. discept. 797. num. 19. & seqq. Vbi de veteri Marches. de commiss. rest. in integr. part. 2. §. 3. n. 154. fol. 185. Vbi dicit quod maior aduersus non confectum iuuentarium, vel eius confessionem non restituitur in integrum, nisi magna subsistente † causa, nempe si adita hæreditate reperiat magna ære alieno constata, quod aditionis tempore ignorabatur.

Et quod generaliter ex clausula, si qua mihi iusta causa, quæ datur ex edicto minorum competit restitutio in integrum etiam maiori aduersus

hæreditatem † inconsulto aditam Cast. consil. 328. n. 3. vers. 3. lib. 2. Corn. cons. 84. sub n. 9. vers. tamen licet l. 3. Menoch. cons. 932. num. 11. Phanua de inuent. part. 1. num. 20. & part. 2. n. 22. & 23. Franciscus March. decis. 291. n. 3. part. 1. Mart. claus. 366. num. 2.

Quod autem in D. Vincentio filio adfuerit iusta ignorantia, non solum ex eo patere visum est, quod regulariter † in hærede illa præsumitur l. qui in alienis vbi doctor. ff. de reg. iur. & in terminis restitutionis in integrum firmavit Rota decis. 43. num. 2. Post Moder. Perus. de cons. in addit. Causal. dec. 141. n. 1. Sed specialiter dum vidit quod Marchio Bernardinus Pater, qui pro viro summæ prudentiæ & alias oculato patre familias communiter ab omnibus reputabatur, vt deponunt testes formiter examinati, nō solu reliquit † quamplurima bona stabilia maximi valoris tam in statu Ecclesiastico quàm in Ditione Florentina, cum ratione bancaria, & accomandata, pro vt supra dictum fuit, sed quod magis est in eius testamento, & codicillis perpetuum fideicommissum ad fauorem descendentium masculorum ordinauit, & de opulentissima hæreditate se disponere supposuit. Vnde nihil mirum, si D. Vincentius filius lucrosam pariter paternam hæreditate credidit † præferat cum ipse longo tempore à Patria abfuerit, & dum in ea permansit, nunquam in rebus domesticis, & multò minus in rationis bancariæ administratione se ingessit, quod pro causa restitutionis in integrum aduersus aditionem etiam Maiori 25. annis sufficere tradit. add. vbi supra question. 62. num. 133.

Accedit quòd idem D. Vincentius mortuo Patre suas adhibuit diligentias cum Ministris per Patrem viuentem retentis, pro habendâ notitiâ virium hæreditatis, † & isti (qui alias communiter pro viris probis, & fide dignis habebantur) firmiter asseriebant hæreditate esse maximè lucrosam, vt etiam super his bene deponunt testes, adè vt cum post 4. menses à die obitus Bernardini Patris in ipsius hæreditate maximum æs alienum † quod antea latebat, emerferit superans illius vires in scutis 200000. negari non potest quin appareat de iusta causa, per quam debeant in integrum restitui iuxta mentem Doctorum supra allegatorum.

Quæ quidem facilius amplectenda sunt, ex quo D. Vincentius nititur maxime æquitate, scilicet ex sola dispositione statuti ultra vires hæreditarias, † soluat scut. 200. mill. ex proprio. Si enim restitutio ex iusta causa ignorantie conceditur Maiori ad lucrum querendum per aditionem hæreditatis, quam prius repudiauerat l. Pantonium ff. de acquir. hered. vbi Bart. Alex. cons. 169. num. 15. in princip. lib. 2. Surd. cons. 232. num. 43. Multò fortius videtur concedenda † D. Vincentio Maiori agenti de damno tantum euitando, inter quos maxima viget differentia teste Alex. d. cons. 169. n. 14. in princip.

Nec releuare visum est, quod post mortem Bernardini Ministri rationis Bancariæ nonnulla cambia † continuauerint, quia aut hæc fecerunt pro ratione bancaria, quæ adhuc cantabat sub nomine defuncti, aut quando etiam id de ordine D. Vincentij filij fecissent, quemadmodum ei succurrendum est aduersus hæreditate aditam, ita pariformiter si post aditionem fecerit aliquem contractum † ex eadem causa aditionis, dummodo

ex eo nihil perceperit, vel paratus sit refundere, si quid perceperit ex adduct. per *Odd. dist. 9. 62. art. 14. num. 133.* Et facit regula quod Maioribus 25. annis etiam in contractibus enormiter et lætis beneficio restitutionis iisdem ex supradictis causis succurritur iuxta l. in contractibus, C. quibus ex causis maior. Cum aliis adductis per *Odd. d. 9. 51. art. 1. num. 4. & seqq.* & quidem si corrumpit aditio, omnes etiam actus et ex eâ dependentes corrumpere debent, l. cum principalis, ff. de reg. iur. et in his terminis est *Textus in l. 3. §. Seio. ff. de minor.* Vbi de minore, qui paternæ hereditati se immiscuerat, & maior factus pecunias hereditarias exerat, et quod nihilominus restituitur, de quo per Angel. in l. damni §. Sabini num. 2. ff. de damn. infect.

Nec aduersari visa fuit opinio quam plurimorum Doctorum, quod scilicet maiores et aduersus aditionem ex capite iustæ ignorantie, non sunt restituendi, ex quo habent beneficium inuentarij, provt iuxta text. in §. pupillis, et in §. quia verò amb. de hered. et falcid. Tradunt Bart. conf. 154. num. 2. et 4. lib. 1. Felin. in cap. quoniam n. 5. de Simon. Alciat. conf. 139. num. 7. lib. 9. Rol. de inuent. quest. 81. col. 2. fol. 59. Petr. Pecch. de testam. coniug. cap. 23. n. 2. Phanuc. de inuent. part. 1. n. 24. Marc. Anton. var. lib. 2. resol. 11. num. 19. in fin. Quia nihilominus alia opinio in præsentis casu magis placuit Dominis. Tum quia res alienum, quod fuit detectum est maximum, et propterea suadente insigni aliqua causa etiam Maioribus, saltem ex æquitate iudicis officio succurrendum esse ultra Doctores allegans, tenet idem Petr. Pecch. d. cap. 23. sub num. 6. vers. ego existimo. Tum etiam quia D. Vincentius beneficium inuentarij, quatenus etiam voluisset, vti non poterat propter Statutum Florentiæ, quod hæres inuentario non obstante creditoribus hereditariis satisfacere cogatur, de quo tradit Phanuc. de inuent. part. 6. num. 138. Quo casu, sicut non potuit vti beneficio inuentarij, ita nec etiam priuari debuit beneficio restitutionis in integrum, vt post Calstr. conf. 322. quod incipit viso puncto n. 3. lib. 1. cum aliis allegatis. In terminis d. Statuti Florentini tradit Phanuc. vbi supra, n. 138. Et certè durum et admodum videretur, quod simul, et semel denegaretur inuentarium, et restitutio in integrum, etiam quando, provt hic semoto in hærede omnidolo, magnum res alienum latens, contra communem omnium civium expectationem, et credulitatem in hereditate emergeret.

Et ita D. Vincentio solum informantem resolutum fuit, &c.

R. P. D. ROYAS.

Postea Episcopo Tarraconen.

Urbevetana restitutionis dotis.

Veneris 31. Ianuarij 1642.

A R G V M E N T V M.

L. hac ædiciali. C. de secund. nupt. disponens quod mulier quæ transiit ad secundas nuptias, non possit plus relinquere secundo viro, quam quod reliquit filio primi matrimonij, ea lex

intelligenda venit, quod siue mulier filium primi matrimonij instituerit hæredem, si non, semper prius est detrahenda legitima filij primi matrimonij, alias, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Text. in l. hac ædiciali C. de secund. nupt. mens qualis sit.
- 2 Bursart. et Bertrand. distinctio refutatur.
- 3 Mauri non est danda ansa fraudandæ dispositionem l. hac ædiciali. C. de secund. nupt.
- 4 Legitima debetur filiis velint, nolint parentes.
- 5 Filius non tenetur miscere cum legitimâ, quod capit ex diuersis principiis.
- 6 Filius quod capit ex substantia matris, tenetur imputare in legitimam.
- 7 Statutum Vrbiſueter. lib. 2. rubr. 18. iubet matri, vt omnia sua bona relinquat filiis.
- 8 Filius, tunc debet imputare in legitimam, quidquid habet ex substantia parentum.
- 9 Quando filius id habuit extra iudicium parentum, alias secum, num. 10.
- 11 Bona debita filio ex substantia matris per dispositionem statuti prohibentis mulieri aliis quam filiis relinquere bona sua.
- 12 Id habet filius ex præcepto statuti, quamuis mater ea bona filio reliquerit in testamento.
- 13 Statutum si prohibeat matri, nec aliis quam filiis relinquat bona sua. Tunc filij tanquam successores vniuersales per conditionem ex statuto, possunt prætere hæreditatem recuſando dispositionem matris.
- 14 Legitima acta per statutum an veniat etiam detrahenda ex alia portione, remanente sub libera dispositione parentum.
- 15 Hodiern. in l. hac ædiciali C. de secund. nupt. quest. 12. & seq. quo casu loquatur, et declaratur, num. 22.
- 16 Statutum aliud est, quod promittat matri, liberam dispositionem, et aliud si omnino inibeat ei, vt possit tantum inter liberos disponere de rebus suis.
- 17 Statuentes ex defectu iurisdictionis ultra territorium non possunt disponere.
- 18 Patrimonia censentur diuersa, respectu diuersorum Territoriorum.
- 19 In Patrimonijs sitis in diuersis Territorijs in vnoquoque patrimonio seruandum est statutum loci in quo degit, & numero 20.
- 21 Mulier transiens cum viro ad eius patriam remanet soluta legibus loci patris sibi odiosis, & num. 22.
- 22 Mulier alibi nupta, in his, quæ ipsam non coniungunt à seruitiis, et obsequiis maritalibus semper reputatur de origine paterna.
- 23 Statutum porrigit vires extra Territorium, quando inhabilitat personam subditam, non secundum quid, sed simpliciter.
- 24 Statutum Vrbiſueter. lib. 2. rubr. 58. non cunctatur in sola prohibitione faciendi testamentum a muliere, sed in faciendi illud cum consensu viri, &c.
- 25 Mulier alibi nupta, quo casu obligetur legibus patriæ, et quocumque vadat, semper remaneat subdita illis.
- 26 Statutum prohibens ne mater non possit aliis quam

quam filiis relinquere bona sua, cedit in publicam utilitatem.

- 28 Statuentium obligatio est, conseruandi bonum publicum sua patriæ.
- 29 Ius, quando alicui fuit questio non potest amplius præiudicari, & num. 30.
- 30 Liberari quis non potest se à nexu proprij status, nec etiam per pactum.
- 31 Statutum non auferens in totum mulieribus facultatem testandi, sed nisi fauore filiorum dicendum est fauorabile.
- 32 Statutum dicitur valdè odiosum, eget confirmatione Principis.
- 33 Statutum Vrbiſueteris lib. 1. rubr. 58. prohibent mulieri disponere de rebus suis, nisi æqualiter inter filios, quare reputandum sit fauorabile, num. 35.
- 34 Statuta illa reputanda sunt fauorabilia, si emanant, ne mulieres decipiantur fragilitate sexus, vel aliorum blanditijs.

DECISIO CXXIX.

Domini dixerunt esse confirmandam sententiam Rotalem mandantem ex scutis duobus millibus legatis desua dote à Lucretia Testaficca Comiti Alberto Ponfrenno secundo viro restituendam, & soluendum fore fratribus de Testaficis hæredibus Iosephi Auimonsij filij dictæ Lucretiæ ex princ. matrimonio noti, tertiam partem pro legitima Iosephi, ac de residuo medietatem ex dispositione l. hac ædiciali, C. de secund. nupt.

Eius enim validitas non controuertebatur, iustitia verò resultat ex luculenter de more deductis à Reuerendiss. D. meo Decano in decisionibus 6. Februarij, & 14. Decembris 1640. ex quibus optime apparet veriorum ac æquiorum esse et sententiam earum Doctorum, qui indistincte tenent mentem d. ædiciali, eam esse quod siue mater filium primi matrimonij instituerit, siue non semper esse prius deducendam legitimam filij ex prius matrimonio procreati, & residuum deinde posse diuidi inter ipsum et Vitricum, & hanc opinionem in prædictis decisionibus plurimum DD. autoritate firmatam, & solidis argumentis munitam denuo amplexi fuerunt Domini reiectaque distinctione Bursart. et Bertrandii eam omnino sequendam, vti melioribus nixam rationibus vnamini consensu commendauerunt, ne alias daretur ansa matri fraudandi filium prioris matrimonij æqualiter res instituendo, sicque declinandam et præfatam dispositionem d. l. hac ædiciali, cuius verba bene ponderata à Rimin. iun. conf. 311. num. 19. et 20. cum seq. et conf. 333. n. 3. cum seq. relato in secunda dd. decisionum sub §. nec est recipienda in omni casu semper præferant legitimam quæ sicut debetur filio, velit, et aut nolit mater §. fin. iustit. de hered. que ab intest. defer. cum concordantibus. Ita nunquam venit in vnum miscenda cum lucro d. l. hac ædiciali debito filio ex diuersis principiis, nempe propter transitum matris et ad secundas nuptias, vt animaduertunt Hodierna ad l. hac ædiciali quest. 7. num. 19. et 24. et alij in dd. decisionibus relati.

Nec erat amplius ambigendum circa alterum principale fundamentum, quod multum inculcabant informationes pro Ponfrenno, nimirum, quod alia senta 2000. Vrbeueteri existentia, à dictâ Lucretia in eodem testamento relicta Iosepho filio, essent ei imputanda in dictam legitimam, vel tanquam percepta ex substantia matris, vel tanquam

sentenda eademmet legitima, virtualiter aucta per statutum Vrbiſueteris lib. 2. rubr. 58. mandans matri relinquere filiis bona sua, vt alias in simili statuto admittit, Rota decis. 588. num. 3. part. 4. recent. et in hac eadem causa, in prima dd. decisionum §. verum nec applicatur, vers. et dicitur virtualiter.

Nam quoad primam partem dicti fundamenti placuit responsio, quod et si filius et debeat imputare legitimam quidquid habuit ex substantia parentum iuxta text. in l. quoniam nouella C. de inoff. testam. et docent Bart. in l. in quartam n. 10. in princip. vers. aut capitur, vbi Ripa num. 148. ff. ad l. falcid. cum similibus. Hoc tamen non esse admittendum et dicebant Domini, quando filius id habuit extra iudicium parentum, ex congestis in terminis d. l. hac ædiciali in prima dd. decis. sub §. penultimo. Ex quo cum Iosephus dd. senta 2. mill. perceperit ex sola dispositione statuti Vrbiſueteris extra iudicium matris (licet ab ea sibi relicta) sequitur per necesse quod non veniant imputanda et in legitimam ad se spectantem in alijs eius bonis non sibi debitis vigore dicti statuti.

Et quod bona debita filio ex substantia matris per dispositionem statuti prohibentis mulieri et relinquere sua bona alijs quam filiis non censentur obuenta ei ex testamento matris, quæ in eo eadem bona filio reliquerat, sed tantum ex præcepto statuti, et magistraliter tradidit Calstr. in conf. 441. part. 1. Vbi per totam materiam plenè examinat et num. 5. vers. vocatur reddit rationem, quia scilicet dd. filij vocantur et ad dd. bona non tanquam hæredes ex testamento, vel ab intestato, sed tanquam successores vniuersales per conditionem ex statuto. Ideoque dicto num. 5. vers. ex quibus, vltius prosequitur posse dd. filiis succedere matri vti successoribus vniuersalibus, recuſando eius hereditatem: quod idem etiam tenuerunt relati per Ruin. conf. 132. num. 8. et 11. lib. 2. Phanuc. de lucr. dot. gloss. 4. num. 11. et seq. Surdus conf. 81. num. 9. et 11. Molphel. ad consuet. Neapol. part. 4. de success. ab intest. quest. 61. et num. 6. per plures seqq. Carol. Tapia decis. Neapol. 56. num. 3. Modern. Forolij. de legitim. lib. 3. tit. 1. quest. 24. num. 15. et alios congestos à Reuerendiss. D. meo Decano in prima dd. decisionum sub §. verum.

Quo verò ad secundam partem Domini dixerunt, quod etiam pro veriori admittâ opinione Molphel. ad consuetud. Neapol. d. part. 4. de success. ab intest. quest. 60. num. 11. Nimirum et quod aucta legitima per statutum, seu consuetudinem, non veniat etiam vltius detrahenda ex alia portione remanenti sub liberâ dispositione matris, adeo vt ex hac ratione inferat. Hodiern. ad d. l. hac ædiciali quest. 22. num. 10. et seq. Quod dictum augmentum sit imputandum filio, ne de residuo libero ad quod concurrat Vitricus possit prætere aliam detractionem vigore d. l. hac ædiciali non tamen prædicta sententia sit applicabilis casui nostro.

Non enim versamur in terminis consuetudinis, seu statuti permittentis matri liberam dispositionem de aliquâ portione, sed in statuto prohibente et omnimodam dispositionem detotâ, et integrâ substantiâ, vnde casus quod filius ultra substantiam sibi delatam à statuto præterdat etiam detrahere legitimam ex alijs bonis matris, non potest

- 17 potest euenire, nisi quando dd. alia bona sint extra Territorium Urbifueris † ad quæ ex defectu potestatis statuentium non possit trahi præfata dispositio statuti, vt euenit in præfenti, ideòque sequitur quòd cum respectu diuersorum Territoriorum, diuersa etiam censeantur patrimonialia ex latè cumulatim in *Narnien. successione coram Reuerendissimo D. meo Decano decif. 177. num. 35. part. 5. recent. & nuper coram R. P. D. meo Cerro in Romana supplementi legitima 18. May 1640.* Sic respectu bonorum, sutorum Vrbeueteri veniat seruanda forma statuti, & respectu bonorum † existen. Perusie, sit seruandum ius commune, nulla habita consideratione d. statuti, sicque legitima debita de iure communi veniat detrahenda ex dd.
- 18 bonis extantibus Perusie remansis sub † libera dispositione matris vigore d. iuris communis, & non ex permissione statuti, prout ita dictam suam opinionem declarat Hodiern. *d. quæst. 22. n. 11. in fine vers. exceptis bonis.*
- 19 Neque obstat quòd cum Lucretia transeundo cum secundo viro ad ciuitatem Perusianam remansisset soluta legibus patriæ sibi odiosis, poterat testari secundum statuta ciuitatis viri, sibi permittere liberam facultatem testandi, & non secundum statuta originis in odium † sui prohibentia dispositionem suorum bonorum.
- 20 Nam vltra duas responsiones datas in dd. decisionibus, prima nempe quòd mulier alibi nupta in illis, quæ illam non seiungunt à seruitiis, & † obsequiis coniugalibus, semper reputetur de origine paternâ iuxta doctr. Bart. in l. fin. §. item rescripserunt num. 6. ff. ad municip. communiter receptam à DD. cumulatim in primâ decisione sub §. non obstat quòd Lucretia, & altera quòd dictum statutum portigat vires suas extra Territorium † cum inhabilitet personam mulieris, non secundum quid, sed simpliciter secundum Theoricam Bart. in l. cumctos populos num. 3. C. de sacrosancto Eccles. quam pluribus relatis sequuta fuit Rota decif. 238. n. 2. & 3. cum pluribus seqq. part. 6. recent. & in specie similis statuti in Mediolanen. hereditatis 11. Martij 1596. coram Cardin. Millino decif. 7. post Feulson. ad stat. urb. Fuit hodie omnino sublatum obiectum aliâ nouâ responsione;
- 21 Et est quod statutum prædictum non cunctatur † in sola prohibitione faciendi testamentum à muliere nisi cum consensu viri, vel nisi cum aliis solemnitatibus, vt statuta de quibus loquuntur Bald. *conf. 418. lib. 4. & conf. 139. lib. 5.* Alii que adducti ab informantibus pro Ponsfrenis, sed vltèrius prosequitur tacite conferendo filiis substantiam matris, quo casu mulier alibi nupta obligatur legibus patriæ, & quocumque vadat, semper remanet mancipata nexu iurisdictionis suæ ciuitatis, vt in puncto perbelle distinxit Bald. *conf. 226. n. 1. vers. solutio vol. 5.*
- 22 Ac meritò, quia cum statutum tunc videatur cedere in publicam vtilitatem municipij, † vt scilicet municipales viri libentius contrahant matrimonia, tunc quòd non aliis quàm filiis relinquunt dotes suas mulieres, per hoc statutum libera à capriosis circumventionum deceptionibus, vt ex Bald. in cap. 1. §. si quis per triginta num. 9. si de feud fuerit contr. inter Domin. & Agnat. Vassal. arguit reuerendiss. Vrgellen decif. 18. num. 4. Non est dubitandum, quin etiam extra Territorium

extendat † effectum suæ dispositionis, qui est obligatio subditorum conseruandi bonum publicum suæ patriæ ad plenè tradita per Ferdinan. à Castro Pal. *oper. moral. tract. 3. disp. 1. punct. 24. §. 5. num. 16. & 22.*

Et tunc cessat omnis scrupulus in præfenti in quo Lucretia, non primas, sed secundas nuptias contraxit extra Vrbeueterem superite Iosepho ex primo viro Vrbeuetano, cui ex D. iure municipali in eius fauorem ab bonum publicum emanato fuerat acquisitum tale ius succedendi in bonis matris iuxta formam ibi descriptam, vt quemadmodum ipsa vigore eiusdem statuti nequisset in præiudicium d. filij aliquid disponere de suis bonis in eius vita, quod potuisset valète post mortem, vt per Castr. *dict. conf. 441. num. 3. ante med. vers. hinc est ipsa, qui sub num. 2. vers. & sic magis,* ideo illorum comparauerat usufructuariæ, cumque ibi sequitur Rota *d. decif. 588. num. 2. vers. ibi dicit, part. 4. recent.* Ita etiam est dicendum quòd non potuit in præiudicium d. iuris filio acquisiti liberare se à nexibus Patrij statuti per transitum ad secundas nuptias extra Territorium Urbifueris, prout non † posse per pactum cum secundo viro tradunt Camill. Med. *conf. 161. num. 12. vers. & quòd tale ius. & Carol. Tap. de decif. Neapol. 59. num. 3. vers. quæ illi præiudicare.*

Ex quâ eadem ratione cum etiam pateat, quòd dictum statutum sit dicendum principaliter fauorabile tanquam non auferens in totum facultatem testandi, sed nisi fauore filiorum in specie Anchar. *conf. 25. num. 3. vers. istud autem statutum Mart. de success. part. 2. quæst. 3. art. 12. in Princ. Camill. Medic. dicto conf. 161. num. 11. Theaurus decif. 270. num. 13. cum aliis relatis in primâ d. Harum decif. coram reuerendissimo D. meo Decano sub §. non obstat,* quod statutum hinc tollitur, & alterum obiectum, quod dictum statutum Urbifueris tanquam odiosum, † vt valeret egisset speciali confirmatione Sedis Apostolicæ.

Vltra quòd Rota coram Puteo decif. 388. lib. 1. in correct. Censuit validum esse hoc idem statutum Urbifueris, prohibens mulieri disponere de bonis suis, nisi æqualiter inter filios, & dictam decisionem sequuta fuit in puncto huiusmodi statuti in d. Mediolanen. hereditatis 11. Martij 1596. coram Cardin. Millino decif. 7. post Fenzon. Idemque etiam censuit in terminis alterius similis statuti Beneuentani dictâ decif. 588. numero 13. vers. respondetur part. 4. recent. Vbi Rota admisit pro indubitato, † hæc statuta esse fauorabilia, & attendenda tanquam emanata, nec mulieres imbecillitate sexûs, & aliorum blanditiis deceptæ aliis suas dotes relinquunt, quam propriis filiis.

Et ita resolutum vtraque parte informante, &c.

R. P. D. GHISILIERO.

Postea Episcopo Terracinen.

Anconitana bonorum.

Luna 12. Martij 1641.

ARGUMENTVM.

Donatio quando conditionaliter est facta

facta, & in casu contrauentionis opposita aperiatur clausula, quod in casu, non adimplenti donatio alias, nec aliter, nec alio modo valeat: tunc eis conditionibus non adimpletis, necesse est vt donatio penitus corruar.

SVMMARIVM.

- 1 Donatio conditionalis, nisi seruentur conditiones in eo apposta, resoluitur.
- 2 Quod multo magis procedit, si ad sit pactum resolutiuum in casu inobseruantia.
- 3 Clausula non alias aliter, nec alio modo quid operetur in donatione conditionalis.
- 4 Clausula non alias aliter, nec alio modo, est tanta efficacia, vt faciat deficere consensum partium.
- 5 Et si non concurrunt omnes qualitates desiderata annullat dispositionem, in qua apponitur, & num. 6. & 7.
- 6 Donatoris intentioni est satisfaciendum.
- 7 Donatio quando dicitur omnino euanuisse.
- 8 Tempus certum, quando fuit præfixum post dictum tempus, censetur denegatum.
- 9 Consensus dicitur deficere mutato rerum statu.
- 10 Donatarium & maxime affinem non presumitur donans voluisse in plus granare quam sit res donata.
- 11 Donatio facta ad finem conferendi lucrum, & vtilitatem donatarij, non debet in eius damnun retorqueri.
- 12 Donans in donatione potest apponere pacta, & conditiones sibi bene visas.
- 13 In donatione valet pactum quod donatarij teneatur ad solutionem debitorum donantis, etiam de proprio.
- 14 Donatio facta sub certis conditionibus, & cum clausula non alias aliter, &c. Censetur donantem noluisse donare, nisi cum dictis conditionibus.
- 15 Acquiescentia, & patientia colligitur mentem donantis esse non renouandi donationem conditionalem.
- 16 Et ex quibus dicitur euacuata dicta acquiescentia, & patientia, & num. 19. & 20.

DÉCISIO CXXX.

Postquam bon. mem. Cinthius Cardinalis Aldobrandinus 31. Iulij 1609. donatione irrevocabili inter vivos donauit omnia sua bona existantia in territorio Senogallie, & Anconæ q. Io. Baptistæ, & Constantino Passaris de Troglionibus cum pacto expresso, quòd si in terminis trium mensium talem donationem cum suis conditionibus non acceptasset, nempe quòd tenerentur ad omne commodum, & quod releuarent ipsum Cardinalem ac omni obligatione, dicta donatio esset nulla, ac si facta non fuisset, &c. Et dicti de Troglionibus eodem anno 11. Augusti prædictam donationem acceptarunt, cum declaratione tamen, quòd nolebant teneri nisi de pretio, valore, & retractu dictorum bonorum donatorum, & non aliter, nec vltra, addentes etiam nolle in plus esse obligatos, &c. Idem Cardinalis Cinthius suum vltimum condidit testamentum, in quo hæredem vniuersalem instituit bon. mem. Petrum Cardinalem Aldobrandinum cum

Salgado Labyrinth. Credit. Tom. 1. l.

expresso onere quòd omne id quod superesset ex sua hæreditate detracto ære alieno distribuere-tur absque aliquâ detractione pro salute suæ animæ, & in remunerationem familiæ: & cum insurrexerit Fabrica S. Petri, & illius Procuratorio nomine D. Guidobaldus Triumphus vt etiam assertus creditor dicti Cardinalis Cinthij prætendens ad se deuolutam dictam hereditatem, ex eo quòd neque Cardin. Petrus hæres, neque eius executores Testamenti partem vllam dictæ hereditatis distribuere pro salute Animæ ipsius testatoris, prout mandauerat sese opposuerunt successores donatariorum prædictorum, prætendentes bona sita in territorio Senogallie, & Anconæ ad se spectare vigore prædictæ donationis. Ideò fuit disputatum An dicta donatio eis suffragetur, & fuit negatiue resolutum ex rationibus deductis per Rotam in propriis terminis istius donationis factæ Authoribus prædictorum, Coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo imer recent. decif. 612. & decif. 644. part. 3. & decif. 338. part. 4. In quibus ob † non impleretur, per Ioannem Baptistam, & Constantinum fratres de Troglionibus modum, & conditionem adiectam in donatione per bon. mem. Cardinalem Cinthium illam fuisse resolutam, & non suffragari fuit firmatum.

Nam cum dicti fratres acceptauerint donationem eodem modo, & sub illis pactis, quibus eius fuit facta donatio ob non adimplementum fuit resoluta, stante expresso pacto resolutiuo in donatione † apposto, quod præcedens donatio sit nulla, & nullus robotis, & momenti, ac si facta non fuisset, quia sic, &c. Cum clausula † & non alias aliter, nec alio modo, quæ operatur, vt dominium rei donatæ retro transferatur in donantem. Ex notatis per Salyc. in l. ex lege C. de condit. ob caus. in vltima oppositione Felin. in cap. cum dilecta col. 8. vers. septimum signum de rescrip. Paris. *conf. 19. num. 18. vol. 2. Dec. conf. 528. in fin. Cephal. conf. 118. num. 13.* Talis enim clausula est tantæ efficacis † & virtutis, vt faciat deficere consensum partium Cephal. *d. conf. 118. numero 14. & conf. 296. num. 11.* & si non concurrunt in actu omnes qualitates præcedentes, talis clausula annullat dispositionem in † quâ proferuntur. Tiraquel. in tract. de vtroque retractu, §. 8. gloss. 6. num. 2. Paris. *conf. 19. numero 10. vol. 192. Rol. à Vall. conf. 63. num. 39. & seqq. lib. 4. Mantic. de tacit. lib. 4. tit. 30. n. 31.* Donationem autem non fuisse acceptatam iuxta conditiones in eadem appostas, patet, quia in donatione fuit expressè cautum, vt donatarij tenerentur infra tres menses Donationem acceptare, † & in seipos assumere, & suscipere omne commodum, & incommodum ex dictis bonis, & iuribus donatis, & promittere ab eis indemnem, & penitus sine fundamento releuare ipsum donantem etiam sub obligatione in formâ Camere, & insuper releuare indemnem Bartholomæum Mafferium, & C. quarum neutrum tantum abest, quòd adimpleuerint: quinimò instrumento acceptationis Donationis 11. Augusti eiusdem anni expressè declararunt, acceptando Donationem quod ad onera, & grauamina, nolle alio modo teneri, nisi de pretio ac valore bonorum donatorum, & non aliter, nec vltra, cum de proprio, nempe in plus nolint, & intendant ad dicta onera, & grauamina esse obligatas, dum autem † ipsi

B b limitatum

limitantur eorum promissionem ad valorem, & retractum bonorum donatorum, & sic noluerunt teneri, quatenus dicta onera excedant, utique non fuit satisfactum intentioni Donatoris, qui voluit esse securus quod non posset vnquam pati aliquam molestiam, & idem voluit quod simpliciter omnia onera assumerentur, & propterea implementum ad hoc, vt suffragetur debet esse liberum, & purum, non autem conditionale, & Donatarij tenebantur se ipsos obligare in forma Camerae tam pro securitate, & idemnitate, & releuatione personæ donantis ab omnibus oneribus impositis super bonis donatis de scriptis, & registratis in fine Donationis, quam personæ Masserij, qui erat obligatus pro scutis 50. mill. Montis fidei quorum cum neutrum ab ipsis in neutro fuerit factum, merito per Rotam in supradictis tribus decisionibus fuit formatum donationem, euanuisse, nulloque modo suffragari posse Troglionibus successoribus.

Secunda acceptatio onerum dictæ Donationis plenariè facta cum declaratione, quod conditio adiecta in acceptatione Donationis antea facta 11. Augusti 1609. secundum eorum intentionem in nullo aduerfabatur acceptationi simpliciter faciendæ per ipsos, & quod se obligabant releuare, & conferuare indemnes, & penitus sine damno dictos donantem, & Masserium reuocando dictam conditionem, quatenus in aliquo defecissent, non suffragatur quod fuerit facta longè post lapsum trium mensium dictæ acceptationi, & obligatione præfixum à Donatore cum dicto pacto resolutio, & clausula, non alias, &c. Mortuo iam Donatore, & Constantino altero ex duobus Donatariis. Nec potuit vnus ex Donatariis altero defuncto, nec non etiam ipso Donante acceptare Donationem, quia mutato rerum statu defecit consensus Donantis, & vnus ex Donatariis, vt tenuit Rota in *Perusina hereditaria* 11. Decembris 1628. cor. bon. mem. Cardin. Virili.

Non obstat quod stante declaratione Donatoris opposita in limine Donationis, quæ declarabat se ad donandum motum fuisse ex fraternali dilectione, qua prosequutus fuerat, & prosequeretur Donatarios fratres Confobrinos quod non sit verisimile quod voluerit eos in plus grauare quam pareretur valor, & retractus bonorum Donatorum, vt voluit Rota in *recentior. decis. 254. numero 12. part. 6.* Ne contingat quod Donatio inducta ad finem quod conferendi lucrum, & vtilitatem retorqueretur in damnum. Quia subsistit responsio data in *decis. 12. numero 3. part. 3. recent.* Ex regulâ quod Donator in contractu Donationis possit apponere conditiones, quod modos, & pacta sibi bene visa, cum valeat pactum inter Donantem, & Donatarium, quod iste teneatur de proprio ad omnia debita Donatoris, quod & sibi imputet Donatarius si tale pactum acceptauit. Vnde in proposito casu Troglioni non poterant Donationem cum certis pactis, & formis factam acceptare, & huiusmodi pacta per modum conditionis apposita recufare stante præsertim pacto resolutiuo cum clausulâ, quod non aliter, nec alio modo, cum semper subsistat Donatorem noluisse donare nisi supradictis conditionibus.

Nec releuat quod cum Donator habitâ scientiâ acceptationis Donationis mediante adeptione, possessionis bonorum donatorum, non so-

lùm non curauerit recuperare bona, & vt pacto resolutiuo sed nunquam contradixerit, quod ex acquiescentia, & patientia quod Donatarij possiderent sequatur declaratio, quod implementum præcesserit iuxta eius intentionem, quia satisfacta dicta *decis. 144. part. 3.* In qua datur particulari dubio. An dicta scientia, & approbatione Donatoris constaret negatiuè fuit resolutum, cum quâ DD. transferunt, & tantum abest quod probetur, quod Donator habuerit scientiam dictæ acceptationis, & illam ratificauerit, quinimò magna resultat verisimilitudo de contrario, ex eo quod post dictam Donationem disponendo de omnibus suis bonis mobilibus, & immobilibus, iniunxit hæredibus eadem onera prius iniuncta Donatariis quod nempe soluendi debita, & conferuandi ipsum Masserium Indemmem, quod verisimiliter non fecisset, si ius Masserij sciuisset saluum fuisse, & nisi existimasset donationem resolutam non disposuisset iterum de bonis iam Donatis, & præsertim in remunerationem familiæ, & salutem eius Animæ.

Superest exceptio retentionis bonorum Donatorum pro debitis solutis à Donatariis de mandato Donatoris, & vigore obligationis impositæ, in Donatione de qua potest particulariter videri.

Et ita vtrâque parte, &c.

R.P.D. CERRO.

Sacrae Rotæ Decano.

Romana Domus.

Luna 25. Februarij 1641.

ARGUMENTVM.

Creditum cum hypothecâ fuit probatum, & possessio debitoris de tempore hypothecæ, & possessio eius, contra quem agitur de tempore litis, tunc non potest denegari immissio vigore Saluiani. Sententia difformis libello, licet inualida sit, tamen id non procedit, quando sumus in iudicio summario, & quare. Instrumento impugnato, quo vsque quis vti valeat.

S V M M A R I V M.

- 1 Immissio vigore Saluiani, quando, non possit denegare.
- 2 Sententia difformis libello, & excessus est valida.
- 3 Sententia non potest dici difformis libello, & excessiua, si aliquid veniat accessorie, & inest virtualiter in petitione.
- 4 Sententia etiam non conformis libello in iudicio summario, quale est Saluianum.
- 5 In iudicio summario non attenditur quid fuerit petitum, si quid in prosecutione iudicij fuit probatum.
- 6 Instrumenti impugnatio non impedit, quominus quis eo vti possit, & petere eius executionem. Donec pendet lis super illius rescissione, num. 6.
- 7 Præstationem annuam existens in quasi, & possessione exigendi, agere potest absolutionem, non obstante pendentia litis.
- 8 Donatione quia non est priuandus, donec non fuerit per rem iudicatam rescissa, & resoluta.

9 Donata

- 9 Donatarius pendente lite manu tenendus est in possessione rerum donatarum.
- 10 Donatarius pendente lite est manutenuendus in possessione rerum donatarum, sic eidem debentur quoque earundem rerum donatarum.
- 11 Retentio pro melioramentis non datur nisi fuerit probatus status anterior rei, & an melioramenta sint necessaria vel vtilia. Melioramenta voluptuaria non rescipiuntur, numero 11.
- 12 Melioramentorum exceptio non est apta ad impediendam immisionem. Et hoc maxime quando in ipsâ sententiâ fuit ordinatum de præstanda cautione; quatenus melioramenta probentur, & veniunt rescipienda, & num. 12.
- 13 Creditor creditorum succedit in eorum locum, ac ius, & habent, ac exercere possunt omnes actiones viles, quas sui debitores exercere valent.
- 14 Iudicium criminale prius incognitum impedit ne interim iudicium civile possit exerceri.
- 15 Retentio nulla potest competere pro credito litigioso, ac illiquida aduersus creditum liquidum, & certum.

DECISIO CXXXI.

Anno 1625. D. Paulus Emilius Vrsinus donauit inter viuos omnia, & singula bona sua, & signanter domum, de qua hodie agitur, D. Clarici Sabellæ, quæ vice versâ eidem Donanti soluere promissit annua scuta 800. Monetæ eius vita durante sub obligatione Camerali, & hypotheca omnium bonorum presentium, & futurorum.

Deficiente postmodum Clarice in solutione dictæ præstationis, D. Vrsinus intentauit coram A. C. Saluianum interdictum aduersus Lucretiam Fedelem super d. domo sibi vendita à Clarice petendo se imitti in possessionem illius, donec sibi satisfaceret de scutis 500. pro aliquibus terminis decursis, & non solutis, ac pro scutis 800. interim decurrendis.

Cum verò A. C. pro Vrsino contra Lucretiam sententiam definitiuam protulisset in gradu appellationis fuit coram me dubitatum, An sententia A. C. esset conforman. vel infirman. & Rota conformam. censuit.

Nam tria extrema in hoc iudicio requisita, nempe creditum cum hypotheca D. Vrsini possessio Claricis debitoris de tempore hypothecæ, & possessio Lucretiæ de tempore motæ litis contra quam hodie dirigitur saluianum, in controuersiam non cadunt, & pars non impugnatur, quibus probatis immissio non quod solet denegari iuxta opinionem quam sequitur Rota Card. Seraph. *decis. 1200.* in princ. san. mem. Greg. XV. *decis. 491.* Reuerend. D. meus Decaius *decis. 135. n. 4. part. 6. rec.*

Nec obstant tria ab informantibus pro Lucretiâ contra sententiam opposita.

Primum enim quod sententia sit diffamis libello, & quod excessiua, cum monitorio petita fuerint solummodo scuta 500. sententia verò condemner in scutis 800. dictum fuit non subsistere, quia petitio non fuit restricta ad sola scuta 500. Sed vltimæ petita fuerunt scuta 800. pro terminis in postero decurrendis, vt in summario Lucretiæ n. 3. & ita cum à die petitionis decurrissent alia sc. Salgado Labyrimb. Cred. Tom. 11.

360. Iudex potuit etiam pro illis condemnare Lucretiam, nec inde sententia dicitur difformis, & excessus, cum venirent accessorie, & inest virtualiter in petitione, Bald. in l. fin. n. 10. C. de fidei-comm. liber. Felin. in cap. licet n. 23. & 25. de simon. Olasch. *decis. 1. n. 24.* Maxime in iudicio quod summario quale est saluianum in quo sustinetur sententia etiam non conformis libello Verall. in *decis. 126. num. 1. part. 3.* Rota *decis. 256. sub num. 2. & num. seq. part. 1. & decis. 44. num. 2. & 3. part. 2. diuers. & in recent. decis. 611. num. 5. part. 1.* Nec attenditur quid petitum fuerit sed quid in prosecutione iudicij fuerit probatum Felin. *ubi supra num. 28.* Paris. *conf. 76. n. 12. conf. 90. n. 10. & seq. conf. 113. num. 3. lib. 1.* Rota, apud Caputaq. *decis. 262. n. 1. & 2. & in recent. decis. 69. n. 15. part. 1.*

Nec refragatur quod pro terminis lite pendente decursis Vrsinus agere non potuerit, cum ad eius instantiam fuerit introducta lis super rescissione donationis, quia quod impugnatio instrumenti non impedit, quominus quis possit eo vti, & petere illius executionem, donec pendet lis super illius rescissione, Felin. in c. capitulum num. 9. & 13. de rescript. Rebuff. ad consuet. reg. tit. de resciss. contrah. n. 7. Franc. *decis. 373. per tot Intrig. singul. 55. lib. 2.* Cartar. *decis. Gemmen. 2. num. 8.* Cum aliis plene adductis per Giurb. *decis. 2. num. 1. & decis. 55. n. 11. & decis. 100. num. 33.* Imò cum Vrsinus reperitur in quasi possessione quod exigendi hanc annuam præstationem agere potest ad solutionem non obstante pendentia litis, quia non est priuandus sua possessione, donec donatio non quod fuerit per rem iudicatam rescissa, & resoluta Bero *conf. 119. num. 1. vers. tertia disput. libr. 3.* Honded. *conf. 17. num. 45. lib. 2.* Gutierrez, de iuram. *confirmat. part. 1. cap. 2. num. 23. versio. Sic etiam si sit instrumentum Franc. d. decis. 373. vers. & sicut reus, Gratian. discept. foren. cap. 796. n. 39. & seqq. Rota, post Censuum de censibus decis. 213. n. 7. & 8. decis. 235. in fin.* Et id suadet maxima æquitas, quia sicuti Clarix non quod obstante lite permansit, & adhuc permansit in possessionem bonorum donatorum; & fructus ex illis percipit, ita etiam omnis ratio postulat; quod teneatur ad solutionem pecuniarum in recompensam quod donationis promissarum ex traditis per Bald. in *lib. 2. num. 7. C. de vsuris, Cagnol. in l. curabit num. 31. & seq. C. de actionibus empti. Dec. conf. 119. num. 5. vers. 6. adduci potest. Natta conf. 384. num. 22. Cephal. conf. 609. numero 3. vers. sed his non obstantibus, & num. seqq. plenè. Surdus conf. 101. numero 23. Gabriel titul. de empr. & vend. concl. 4. num. 9. Couar. var. resol. lib. 3. cap. 4. n. 6. vers. duodecimo hinc adducitur. Borgnin. Cauall. *decis. 5. num. 5. part. 1. Maltrill. decis. 160. num. 13. & seq.**

Secundum verò quod Lucretiæ competat retentio pro melioramentis DD. non placuit, quia cum non fuerit probatus status anterior domus, & an melioramenta sunt necessaria, vel vtilia, quia voluptaria non rescipiuntur, Rota, coram Cardin. Seraph. *decis. 1453. num. 5. & coram Buratt. decis. 834. num. 11.* eorum exceptio non est apta retardare remissionem, Rota *decis. 312. num. 4. part. 2. diuers. & in recent. decis. 610. num. 3. part. 1.* Et in omnem casum Lucretiæ fuit consultum per condemnationem quod in ipsâ sententia factam de præstanda per Vrsinum cautione de illis rescipiendis quatenus probari, & liquidari contigerit, Put. *decis.*

B b 2

decis. 461. lib. 2. in correct. Rot. in recent. decis. 322. sub num. 13. part. 4. & decis. 276. numero 3. & 4. part. 6.

Maiores difficultates videbatur consistere in tertia oppositione, nempe quod cum Honorius, & Lucas de Sabellis ex vna parte sunt debitorum Luctetiae ob fideiussionem, & promissionem de euctione ad eius fauorem præstitam in emptione eiusdem domus, ex alia verò sunt creditores anteriores Vrsini in maiori quantitate occasione census ab eodem imposti vsque & de anno 1623. ad fauorem prædictorum Honorij, & Lucæ, quemadmodum iisdem competeret retentio aduersus Vrsinum eorum debitorem, ita eadem comperere debeat Luctetia, quæ tunc creditrix creditorum succedit in eorum locum, & ius habet, ac exercere potest omnes actiones vtilis, quas sui debitor habere, & exercere possent, l. nomen. C. qua res pignor. alleg. poss. Bart. in l. cum grege §. cum pign. n. 3. & ibid. Salicet. n. 3. ff. de pign. Negul. de pign. 3. memb. 2. part. n. 24. Surd. cons. 4. n. 23. Quos refert & sequitur Thomat. decis. Maccraten. 44. num. 11. & 13.

Sed obiectum hoc visum est facile euitari, quia cum super instrumento census pendeat iudicium criminale, tunc quod ut prius inceptum impedit, nec interim civilis possit haberi ratio eiusdem instrumenti, l. fin. C. de ordine cognit. Dec. in l. edita num. 65. C. de edend. Put. decis. 268. per tot. lib. 1. in correct. Pro dicto credito litigioso, & illiquido nulla potest competere retentio aduersus creditum Vrsini certum tunc & liquidum. Negul. de pignor. 5. part. memb. 1. n. 37. vers. ex quo etiam inferitur. Surd. decis. 184. num. 12. in fin. vers. & dicit. Negul. Maltrill. decis. 88. n. 4. Rota dec. 433. num. 5. vers. & consequenter part. 2. recent. & Reuerendiss. Virgellen. decis. 113. num. 7.

Et ita resolutum vtraque, &c.

R. P. D. CERRO.

Sacrae Rotæ Decano

Romana Censu.

Luna 10. Iunij 1641.

ARGUMENTVM.

Census licet eo ipso extinguatur, quod fundus super quo impostus fuit per anteriores creditores euctus appareat tamen interim, dum reperitur in statu validitatis, debentur fructus. Census dum fuit impostus super diuersis fundis, si aliqui ex eis fuerint eucti, cum illi qui remanent, sunt eius valoris, ut illum sustinere valeant, tunc census non dicitur extinctus.

S P M M A R I V M.

1. Census resoluitur eo ipso, quod fundus censu- alis euincitur, seu auocatur per creditores anteriores.
2. Census quando stat in validitatis statu, ad- huc non dicitur extinctus, & ideo debentur fructus.
3. Census imponi potest, etiam super fundo

obnoxio hypothecis.

Census impostus super fundo obnoxio hypothecis, quo vsque duret, num. 3.

4. Pro Census sufficiencia fundus presumitur donec docetur de insufficiencia.

5. Census, si impostus reperitur super diuersis bonis, si aliqua ex eis euincantur, dum ea, quæ remanserunt, sint capaces illius, non dicitur ex- tinctus.

6. Census, quando fuit impostus bona fide, & fun- dus de tempore impositionis reputatur liber, & euctio eius secuta fuit ignorante creditore, tunc debentur fructus.

7. Census sustinetur in præiudicium imponentis.

8. Fructus census quando fuit bona fide impostus & fundus fuit euctus, debentur ratione dam- norum, & interesse vsque ad integram fortis sa- tisfactionem.

9. Fideiussor census, eo extincto regulariter non tenetur ad damna, & interesse.

10. Fideiussionis materia sanè non patitur exten- sionem.

11. Fideiussor census tunc tenetur ad damna, & interesse, etiam extincto censu, quando se obli- gauit, uti principalis principaliter, & in so- lidum.

12. Compensatio ipso iure intrat ad impediendum cursum vsurarum.

13. In Censibus compensatio non fit ipso iure, sed solum facta congrua oppositione, qua loco abla- tionis est.

14. Census quando est redimibilis ex vtraque parte statim secuta euctione fundi censuati statim agendum est ad restitutionem pretij.

16. Census quando differat ab aliis creditis vsura- riis, in quibus licet liciti sint, datur tamen compensatio ipso iure.

17. Per euctionem fundi quando non dicatur con- tractus census effectum esse redimibilem.

18. Census quando per euctionem bonorum non fuit extinctus, ut quia ad sunt alia bona sufficien- tia ad illum sustinendum.

Et tunc non obstante tali euctione census remanet irredimibilis, sicuti antea, & num. 19.

19. Ignorantia stante cessat omnis negligentia.

21. Compensatio omnis quando excluditur compen- satio tunc solum intrat, quando creditor potest sortem exigere.

22. Compensatio quando euitari non potest, tunc potius admittitur, quoad extinctionem fru- ctuum, quam fortis.

23. Compensatio regulariter non admittitur inter debita diuersarum personarum.

24. Compensatio non admittitur de credito particu- lare ad debitum sociale.

DECISIO CXXXII.

Sententias Rotaes quæ in prima parte decla- rantur censum scutorum 12800. fuisse extin- ctum tantummodo pro scutorum 7000. firmo, & in suo robore remanente pro residuo pretij non restituti vsque ad summam scutorum 5800. In se- cunda verò formant fructus illius rate census in- extincti concurrisse, & currere, & propterea D. Nicolaum, & fratres de Gauottis condemnandos fore, & esse ad soluendum fructus hæctenus decur- sos, & non solutos conformandas esse respon- sum fuit, cum earum validitas non controuertatur, & de iustitia satis constet ex deductis in de- cisionibus

cisionibus huius causæ sub die 2. Decembr. 1639. & 11. Maij 1640. coram R. P. D. meo Merlino, & 4. Febr. præsentis anni coram R. P. D. meo Peutingerio.

Nec visa sunt obitare ea, quæ contra primam partem sententiarum nouiter in contrarium exci- tata fuerunt; Quod enim Dorothea Manfrona vxor Vallati impostoris census ob vergentiam vi- ri ad inopiam obtinuerit anno 1626. Associa- tionem bonorum censui suppositorum super quibus habebat hypothecam anteriorem ratione suæ dotis; Nihil facit, quia licet census resoluatur, & euanciscat statim ac eo ipso quod fundus censua- lis euincitur, seu auocatur per creditores anterio- res, ut aduertit, Aencius de cens. quest. 110. num. 1. & seqq. secundum impress. Taurinen. & sæpius fuit à Rota firmatum, in Romana census 29. Aprilis 1630. & 14. Nouembris 1631. coram R. P. D. meo Dunozeito quæ habentur post eundem Cenc. in ordine decis. 548. & 549. & in firmata census 14. Iunij 1634. coram R. P. D. meo Merlino, & coram Reuerendiss. Virgellen. decis. 449. num. 2. Et in alia Romana census 21. Maij 1635. coram R. P. D. meo Verospio. Pro responsione tamen huius obiecti DD. duo tempore distinxerunt. Alterum à die impositionis census vsque ad an- num 1626. quo prætenditur sequuta euctio, & alterum post d. annum 1626. Pro primo tempore sine tunc vlla hæsitatio dictum fuit censum non fuisse extinctum, sed fructus percipi potuisse tan- quam de censu vero, & valido, quia cum euctio, ut pars aduersa contendit, sequuta non fuerit nisi de anno 1626. quantumvis fundi per prius hypo- thecati ad fauorem Dorotheæ, adhuc pro tempore antecedenti census fuit in statu validitatis, & mini- me defecit, cum etiam super fundo hypothecis tunc obnoxio census imponi possit, & impostus duret quo vsque fundus euincitur ex causa necessaria prioris hypothecæ. Intrigiol. super balla de censi- bus, quest. 29. n. 2. Petr. de Gregor. de cens. quest. 5. num. 9. Cum pluribus quos refert, & sequitur Cenc. de cens. ubi supra q. 19. n. 1. & quest. 44. n. 7. & Rota, post eum cum decis. 6. n. 4. in fin. & ad. dec. 548. & 549. Vtrobique num. 2. Coram R. P. D. meo Dunozeito.

Idemque responsum fuit pro tempore subse- quenti. Cum enim censui subiugata fuerint vinea petiarum 35. in loco nuncupato Rosaro vnum cannetum in eodem vocabulo, tres domus cum apothecis in Platea Iudæorum, ac alia duæ do- mus posite in foro piscium summ. de Gauottis n. 1. Associatio autem fuerit solum concessa su- per vinea extra portam portuensem super vna do- mo, ac duobus apothecis in foro piscium, & su- per apothecis in platea Iudæorum, & petio ter- rare nuncupato il Canneto, summ. num. 7. ideoque ex bonis censitis adhuc remaneant tres domus in platea Iudæorum, & alia domus in foro piscium, quæ suppetere præsumuntur pro sustinendo censu sicut. 5800. donec tunc insufficiencia probetur ab al- legante, ut in his terminis dixit Rot. in recent. de- cis. 350. n. 2. part. 1. Census pro ea rata dici ne- quit extinctus, quantumvis aliqui ex fundis, super quibus est tunc impostus, eucti fuerint, & auoca- ti, cum adhuc remaneant alij fundi capaces pro illius sustentatione ex adductis per Duard. de cens. §. 1. quest. 3. num. 6. & 10. cum pluribus seqq. & num. 30. vers. Nisi pereat in Romana census 14. Ia- nuarij 1602. coram bon. mem. Cardin. Sacratò Salgado Labyrint. Credit. Tom. I l.

impress. per eisdem Duard. & Cenc. vtrouique de- cis. 9. num. 8. & in Romana Censu 1. Iulij 1627. coram R. P. D. meo Merlino post Cenc. decis. 542. n. 7. & in Imolen. Saluiani 11. Maij 1635. coram Re- uerendiss. Ferrarion.

Præterea vbi etiam fuisset sequuta totalis euctio omnium corporum censuialium, quod tamen absolute non potest dici, non idem minus fru- ctus deberentur, quia cum census fuerit impostus tunc bona fide, & fundus de tempore imposi- tionis reputaretur liber, euctio vero sequuta fuerit ignorante creditore, sicut census sustine- tur in præiudicium imponentis, ita certum est deberi fructus saltem ratione damnorum, tunc & interesse vsque ad integram fortis restitutionem. Cenc. ubi supra quest. 9. à num. 41. vsque ad fin. & quest. 42. num. 13. cum seqq. Rota post eum decis. 13. num. 1. & decis. 17. num. 2. & 3. & decis. 59. num. 12. & 13. & coram Card. Seraph. decis. 787. num. 7. & coram Reuerend. Virgellen. decis. 449. num. 15. & in pluribus aliis relatis à Duard. ubi supra §. 1. quest. 5. num. 8. & quest. 7. num. 43. & seqq.

Nec releuat quod agatur contra Gauottum fi- deiussorem, qui regulariter tunc extincto censu non tenetur ad damna, & interesse l. 2. §. sui. ff. qui satisd. cogant. Conclusio enim procedit quando fideiussor restrinxit obligationem dumtaxat ad cau- sam fructuum, tunc quo cacti natura eius obligationis non patitur, ut extendatur ultra causam expres- sam DD. in l. quæro ubi Salicet num. 1. in fin. ff. locati gloss. in l. centum Capua verb. augeri vers. sed opponitur ff. de eo quod certo loco. Secus quan- do proxt hic se obligauit ut principalis, principa- liter, & insolidum tunc pro toto contractu, tunc enim indistincte tenetur etiam ad damna, & in- teresse proxt ipse principalis imponens, ut post Alex. cons. 34. num. 5. lib. 2. Crauet. cons. 45. n. 6. Firmat articulo plenè discussio Bero cons. 193. nu- mero 34. v. aggredior vsque ad n. 56. lib. 1. quem Ro- ta sequitur sic distinguendo in Romana Censu 29. Aprilis 1630. coram R. P. D. meo Dunozeito impress. post Cenc. in ordine decis. 549. n. 6. & 7. & admittit in alia Romana fructuum Censu 21. Maij 1635. co- ram R. P. D. meo Verospio.

Minus contra secundam partem sententiarum refragari dictum fuit, quod Puteobonellus esset creditor Reuerendiss. P. D. Herrerae in summa, ut prætenditur sicut. 1636. Pro quibus proinde sicut, & pro alia quantitate pecuniarum eidem solutarum pro fructibus rate census scutor. 5800. Decursus ab anno 1614. vsque ad an- num 1617. tunc videtur ipso iure inducta compen- satio ad impediendum cursum vsurarum, iuxta. text. in l. si constat, Cod. de compensat. Surd. Qui plures cumulat decis. 117. num. 2. & dictum fuit in Romana computorum 23. Martij 1618. co- ram bon. mem. Coccino. Quia ultra quod exceptio compensationis non est præsentis inspectionis, cum hodie quæretur tantummodo de extinctio- ne census, & de formando credito D. Herrerae, qui verè dici potest creditor ex causa fructuum, quamvis ex alia causâ esset debitor in magnâ quantitate, ut dixit Rota, in Mileuitana expen- sarum 31. Ianuarij 1631. coram R. P. D. meo Ghislerio, quæ est decis. 10. num. 18. part. 6. re- cent. Responsum fuit conclusionem non proce- dere in censibus, in quibus compensatio tunc non fit ipso iure, sed solum facta congrua oppositione,

quæ loco oblationis sit Peregr. *conf.* 107. *num.* 3. *vers.* & ad hoc *exat lib.* 2. Nauarr. *de vsur. quæst.* 40. *n.* 125. Roderic. *de annuis redd. lib.* 2. *quæst.* 18. *num.* 9. & *seqq.* Et ita consultus respondit Dominus Ranuccius, qui in hac causa contrarias partes defendit, in eius *responsio allegato per extensum à Cenc. de cens. quæst.* 88. *sub numero 6. vers. contrarium tamen existimo secundum impress. Taurinens.*

Nec euerit ista responsio ex replicatione, quod hoc procedat & censu vero, & irredimibili ex parte creditoris, secus autem ¶ quando est redimibilis ab utraque parte, prout contenditur fuisse censum, de quo agitur, cum stante euictione fundi ¶ censualis D. Herrera statim, & quocumque agere posset ad restitutionem pretij. *Grat. decis.* Marchiæ 13. *numero 18.* Rota *apud Cenc. decis.* 46. *numero 1. & 2.* Ac proinde cum esset redimibilis ex parte vtriusque, statim & ipso iure inducta fuerit ¶ compensatio, cum isto casu census nihil differat ab aliis creditis vsurariis, in quibus etiam liciti sint, datur compensatio ipso iure. Peregrin. *d. conf.* 107. *num.* 3. & 4. Roderic. *vbi sup. d. quæst.* 18. *num.* 14.

Plures enim fuerunt datæ responsiones, & primo negatum fuit per ¶ euictionem fundi censum fuisse effectum redimibilem, quia cum in facto fuerit iustificatum ex corporibus censitis, remansisse quatuor domus, quæ præsumuntur sufficere pro sustinendo residuo census inextincti, ut supra dictum est, ¶ utique non obstante euictione illorum corporum census remansit in eodem statu validitatis, eiusdemque naturæ, & sic irredimibilis, prout erat antea ex verbis supra allegatis.

Secundo fuit animaduersum dictam replicationem potuisse procedere, si Dominus Herrera sciens agi posse ad repetitionem fortis propter associationem obtentam à creditoribus anterioribus super ¶ fundo censuato, neglexisset agere pro illius consequutione, tunc enim induceretur compensatio, & præsumeretur, quod ideo non exegisset, quia pecunia debitoris penes se retinebat in computum proprii crediti. Verum cum penitus ignorauerit factum associationis, & euictionis ¶ non solum cessat quælibet negligentia, & præsumptio, sed sicuti propter ignorantiam reputatur, perinde ac si sortem exigere non potuisset, l. *annus ibi qui nescit videri facultatem experiendi non habere. ff. de calumniat.* Ita & consequenter excluditur præsentia compensatio, quæ locum solum ¶ habet, quando creditor potest sortem exigere, ut declarando, *text. in d. l. si constat,* tradit Rodericus, *de annuis redditibus quæstione 18. numero 14. vers. & intellige ex eo tempore.*

Tertio cum de eo tempore essent in magnâ quantitate decursi fructus diuersorum censuum pro quibus Puteobonellus vti principalis, principaliter, & insolidum erat obligatus ad fauorem D. Herteræ ¶ in omnem casum, quatenus compensatio euitari non posset, cessisset prius in extinctionem dictorum fructuum, sicuti cessisset ipsa realis solutio iuxta *text. in l. Paul. la 2. §. 1. ff. de solut. & l. cum in sortis ff. de pignorat. act.* *Grat. discept. forens. c. 224. num. 30. & seqq. in puncto,* Roderic. *d. quæst.* 18. *num. 8.* & firmat

uit Rota in *recent. decis.* 403. *num. 16. part. 5.* & fuit dictum in *Mediolanen. censu 17. May,* præteriti coram R. P. D. meo Verospio, & in Senogallien. compromissi 3, huius coram R. P. D. meo Dunozetto.

Quarto & demum cessare visa fuit omnis difficultas, quia debitum census est sociale & commune inter Gauortos, & Puteobonellos, creditum autem scutorum 1636. est proprium, & particulare ipsius Puteobonelli, vnde cum societas sit quid distinctum à sociis in particulari non potest esse locus compensationi, cum ¶ regulariter non admittatur inter debita aduersarum personarum, nec de credito ¶ particulare ad debitum sociale Salicet. in l. *eius num. 2. C. de compensat.* Cuman. *conc.* 172. in *princ.* Soccin. *sen. conf.* 73. *num.* 10. *lib.* 1. Tindar. *de compensat. §. omnem debitorem num. 7.* Gratian. *discept. forens. c. 948. num. 3.* Rota *lanuen. decis.* 26. *n.* 30. & Rota, *nostra dec.* 380. *sub n. 1. part. 3. recent.* & coram Card. Caualer. *decis.* 38. *n.* 5. *cum aliis allegat. per add. ad san. mem. Greg. XV. decis.* 366. *n.* 7.

Et ita resolutum fuit vtraque parte informante.

R. P. D. CORNELIO,

Postea Episcopo Patauino.

Reatina Censu.

Luna 23. Iunij 1642.

ARGUMENTVM.

Clausula constituti licet non transferat Dominium & possessionem in emptorem census, tamen non potest denegari ei associatio pro fructibus census. Censu si remaneat sine fundo, fructus ex eo non debentur.

S V M M A R I V M.

- 1 Dominium, & possessio fundi censuati non transit in emptorem census.
- 2 Verum tamen est quod illi competit associatio in illo pro fructibus eiusdem census.
- 3 Liberatio quando non fuit realis, sed tantum personalis, tunc fundus non liberatur à speciali hypotheca.
- 4 Pactum personale ne scilicet aliquid à persona petatur, non liberat ab hypotheca, sed solum ab actione personali.
- 5 Dictiones solum ipsi sunt personalissima.
- 6 Verba personalia restringuntur ad obligationem ad casum expressum.
- 7 Effectus restringitur ad limites sua causa.
- 8 Censuarius non præsumitur quod voluerit, quod census remaneat sine fundo.
- 9 In Contractibus non attenditur, quod vnus sensit, sed quod ambo vtriusque crediderunt.
- 10 Ex Censu, qui est sine fundo non passus percipi fructus.
- 11 Soluere pro alio quilibet potest.
- 12 Verba quando sunt clara, non est opus coniecturis.

DECI

DECISIO CXXXIII.

POST trinas propositiones fuit sub hac die resolutum esse standum in ultimo loco decisio coram me sub die 17. Februarij præteriti, * quia mandatum de associando ad possessionem prædij, de quo agitur relaxatum fuit ad fauorem Vincentini emptoris Censu impositi à D. Vecchiarello super eodem prædio vigore clausulæ constituti, ¶ quæ licet non trãferat dominium, & possessionem fundi censuati in emptorem census, nihilominus operatur, ¶ ut illi competat associatio pro fructibus eiusdem census, prout sæpè Rota *resoluit & signanter in Bononien. de Zaualis post Cenc. de Cens. decis.* 149. *decis.* 150. & *decis.* 542. *n.* 2. iuxta Modern. *impress. & in Romana Censu 5. Martij 1636. cor. R. P. D. meo Cavillo.*

Neque obstat quod Vincentinus liberauit D. Vecchiarellum, & alios Abundantierios à dicto censu, ex eo, quod Abundantierij successores recognoscentes bonam fidem declarauerint se velle teneri ad solutionem fructuum, ac restitutionem fortis eiusdem Censu.

Quia placuit responsio nimirum dictam liberationem non fuisse solum personalem ¶ non autem realem, & sic fundum fuisse liberatum à speciali hypotheca desuper constituta, cum pactum personale, ¶ ne scilicet à persona petatur non liberet ab hypotheca, sed solum ab actione personali *leg. soluitur, §. ff. quibus mod. pign. vel hypoth. soluitur, & ibidem Oddofred. in principio Angel. in 1. notabil. fulgos. post princip. in Gloss. iste intellige.*

Quod autem dicta liberatio facit solummodo personalis clare colligitur ex verbis in antecedenti decisione ponderatis in principio, & signanter ex illis *ma quæsta serua à loro solamente per non potere essere molestati, & inquietati per nessuno tempo da me detto Censu, quæ dictiones solamente est tanquam personalissimæ restringunt liberationem ad casum expressum iuxta conclusiones in decisione firmatas, atenta præsertim causa ob quam facta fuit liberatio, quia nimirum noui Abundantierij obligarunt pro ¶ solutione d. census, nulla tamen facta assignatione alterius fundi. Vnd apparet Vincentinum voluisse liberare personas Vecchiarelli, & aliorum antecessorum in officio non autem ¶ fundum censuatum, cum effectus restringatur ad limites suæ causæ Bald. in *leg. neque mater, num. 3. Cod. de iur. dot. & in l. sed & si me putem §. cum inter ad fin. ff. de cond. indeb. Castr. conf.* 83. *n.* 2. *lib.* 2. Mant. *de tacit. & amb. lib.* 1. *tit.* 9. *num.* 2. Rota *dec.* 46. *n.* 26. *part. 5. recent.**

Nec releuare videntur coniecturæ ex aduerso ponderatæ pro liberatione fundi. Nam prima de sumpta ex eo, quod non sit verisimile Vecchiarellum finito officio, ratione cuius census fuit impositus voluisse res suas remanere sub periculo, quia nempe etiam ¶ est verisimile Vincentinum voluisse censum impositum ad sui fauorem remanere sine fundo. In contractibus autem non attenditur id quod vnus sensit, sed id quod ambo verisimiliter ¶ crediderunt l. *si repetendâ C. de condit. ob causam l. inter stipulantem, §. si stichum de verb. oblig. Decian. respons.* 21. *num.* 1. *lib.* 2. Crauet. *conf.* 620. *n.* 7. Gabr. *conf.* 168. *n.* 3. *lib.* 1. Mant. *de tacit. lib.* 2. *tit.* 4. *num.* 11.

Secunda verò quod Vincentinus esset tutus propter obligationem factam à nouis Abundantieris

non subsistit, quia si fundus censuatus esset liberatus, ¶ census remaneret sine fundo, sine quo fructus illius sumere non possunt iuxta constitutionem san. mem. Pij V. & ex traditis in decisione.

Tertia ducta ex obseruantia solutionis factis à nouis Abundantieris non concludit liberationem fundi censuati, ¶ cum quilibet possit pro alio soluere l. *solutionem, ff. de solut. & liber. l. soluend. ff. de negot. gest. Roland. à Valle. conf.* 14. *n.* 10. *lib.* 1. Rom. *conf.* 428. *n.* 8. *Surd. dec.* 174. *n.* 27.

Quarta demum quod debitum census vti contractum ratione Annonæ non obliget, nisi ratione officij tollitur ex verbis Instrumenti, in quo Vecchiarellum ne dum propriam possessionem verum etiam propria bona, & proprium fundum obligauit, vbi enim verba sunt clara, non est opus coniecturis. *L. ille, §. cum in verbis, ff. de leg. 3. l. continuus, §. cum ita, ff. de verb. oblig. Mant. de tac. & amb. lib.* 2. *tit.* 4. *num.* 101. Rota *decis.* 106. *num.* 4. *dec.* 583. *n.* 4. & 754. *n.* 3. *p. 2. rec.* Greg. XV. *dec.* 157. *num.* 12.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. CERRIO.

Sacræ Rotæ Donatio.

Romana, seu Neperina Tutelæ.

Veneris 4. Iulij 1642.

ARGUMENTVM.

Tutor si promiserit reddere bonum, & fidele computum alias voluit teneri ad damna, id includit obligationem restitutionem, reliquatam, Tutor, quod remanserit debitor in redditione rationum, ex quibus fati dicatur constare.

S V M M A R I V M.

- 1 Administrator quilibet tenetur reddere rationem, & restituere reliquatam.
- 2 Administrator promittens reddere bonum, & legale computum alias voluit teneri ad omnia damna, quid hoc includat.
- 3 Mandatum executium relaxari potest stante obligatione Camerali.
- 4 Inuentarium tutelare bene probat contra Tutorem.
- 5 Liberi depositaria publica sufficienter probant pro tertio contra tertium.
- 6 Liber priuatus bene probat contra scribentem, & eius heredes.
- 7 Librum priuatum à se scriptum in actis producat, fortius contra ipsum probat, cum censetur illum quoad omnia approbasse.
- 8 Tutor in actis producat librum tutelarem, si ex eo, non potest elici veritas particularum non probat ad sui fauorem.
- 9 Liber tutelaris, vi valide dicatur factus, & tenentis, qualiter debeat confici, & teneri.
- 10 Liber tutelaris si in aliquibus partibus reperitur erroneus, nulla fides in reliqua est adhibenda.
- 11 Tutor administrans gregem, & armenta, non solum tenetur restituere animalia, verum etiam fructus, & factum.

Bb 4

12 In

- 12 *Libris tutelariis dum probatur aliquibus paritatis fuisse erratum, ita etiam in ceteris potuit errari.*
- 13 *Inuentarium plenè probat contra Tutorem scribentem.*
- 14 *Testes aliqui si depontant de maiori summa, & alij de minori in ista minori summa dicuntur omnes concordia.*

DECISIO CXXXIV.

Uim Veronica de Piscibus tanquam filia, & hæres q. Jacobi de Piscibus conuenisset Dionysium de Sanctis ad reddendam rationem administrationis bonorum, & introituum, cæterorumque effectuum hæreditariorum dicti Jacobi, quæ ipse vti eius Tutor, & Curator spatio 14. annorum administravit, ista obtinuit à Sanctissimo huiusmodi causam cognosci ab A. C. de voto Rotæ appellatione remota. Vnde proposito hodie dubio, An, & pro qua summa mandatum sit relaxandum. Domini informantæ tantum Veronicæ dixerunt pro nunc esse relaxandum pro scutis 4587. Necnon pro restitutione animalium descriptarum in Inuentario tutelari sine eorum valore, ac pro rata Vaccarum, aliorumque animalium n. 13. quæ constat remansisse in hæreditate Jacobi, & à Dionysio fuisse retenta in focitam, sine tamen præiudicio residui.

Nam quoad scuta 4587. constat Dionysium esse debitorem scutorum 19233. pro fructibus bonorum hæreditariorum, pecuniis in hæreditate receptis, inditis exactis, ac pro pro frumenti, & animalium, aliorumque fructuum, quæ ad eius manus peruenisse apparet ex partitis registratis in Summario Veronicæ num. 3. cum seqq. Ex quibus demptis scutis 11951. erogatis in emptoribus Censuum, & locorum Montium ad fauorem pupillæ, ac in expensis necessariis, quæ Informantes pro Veronica admittunt esse ponenda in creditum Dionysij, necnon relictis in suspensio quatuor partitis constituentibus in totum scuta 2695. nempe prima scut. 1836. pro rubris 51. fecunda scut. 240. pro rubris decem Ordei, tertia scut. 319. pro tot subus datis, vt dicitur à credenza diuersis personis, & quarta scut. 300. pro sorte vnus census, qui prætenditur extinctus eum Communitate Fornelli, quas Domini censuerunt adhuc non esse sufficienter iustificatas, debitum Dionysij remanet certum, & liquidum in dd. scutis 4587. pro quibus mandatum est relaxandum, tam ex dispositione iuris communis quem quilibet administrator de iure teneatur reddere ꝛ rationem & restituere reliquatum l. i. §. officio. ff. de tutel. & rat. distrah. l. rationes C. de administr. tutor.

Quam etiam vigore eius particularis promissionis, quia ipse sub obligatione Camerali promisit de administratis reddere bonum, & legale computum, alias teneri voluit ad omnia damna, vt in summâ num. 2. quæ promissio ꝛ includit obligationem soluendi reliquatum L. cum seruus ff. de condit. & demonst. l. bonæ. §. fin. & ibi gloss. ff. de verb. signif. Rota coram sanct. mem. Greg. XV. decis. 554. n. 2. & in Romana fideiussoris 21. Iunij 1631. coram Eminent. Dom. meo Card. Verospio. & stante obligatione ꝛ Camerali relaxandum est mandatum executiuum, vt dictum fuit in Imol. Tutela 2. Decembris 1593. coram bon. mem. Card. Pamphilio sen. & in Romana redditionis rationum 9. Decemb. 1598.

coram Litta, & in Arimin. administrationis tutela 24. Nouembris 1625. coram R. P. D. meo Merlino Decano.

Nec dubitari potest de veritate partitarum, ex quibus deducitur debitum Dionysij. Quia plenè iustificatur, partim ex inuentario tutelari quod ꝛ contra tutorem scribentem plenè probat ad trad. 4 in leg. fin. vbi Gloss. & DD. C. arbit. tut. Rotacoram bon. mem. Buratto decis. 557. num. 6. & 7. & decis. 637. num. 6. & in recentior. decis. 301. num. 4. part. 6. & in supracitata Ariminen. administrationis coram eodem D. meo Merlino. Partim ex publicis instrumentis, & ex partitis formiter extractis ex publicis libris depositariæ Sacri Montis Pietatis Vrbis, qui sufficienter probant pro tertio contra tertium Bart. in leg. quædam §. nummulatos n. 4. ff. de edend. Card. Seraph. decis. 1088 num. 4. Rota in recent. decis. 19. num. 1. part. 7. & fuit dictum in Tiburtina administrationis rationis 9. Decembris 1641. coram R. P. D. meo Dunoetto. Partim ex receptis, & notulis manu eiusdem Dionysij descriptis in suo ꝛ libro, qui licet confectus à priuato, probat tamen contra ipsum, eiusque hæredem l. publica 16. §. fin. deposit. specul. in 2. parte tit. de instrum. edit. §. 7. Nunc dicendum num. 5. versic. nisi contra eum; Alex. conf. 84. num. 1. lib. 7. Surd. conf. 439. num. 20. lib. 4. Rota in recent. decis. 195. num. 6. & 7. part. 6. & in supracitata Tiburtina administrationis. Præsertim cum dictus liber fuerit in actis productus eodem Dionysio, qui propterea censetur tacite ꝛ quoad omnia approbatus l. scripturas. C. qui pot. in pign. hab. Boëtius decis. 333. n. 9. vers. & in hac causa Reuerendissimus Urgellen. decis. 352. num. 2. & decis. 368. num. 4. cum pluribus adductis in dicta Tiburtina.

Nec releuat dictus liber, quatenus Dionysius illum exhibet pro sui exoneratione, & ad suum debitum extenuandum. Quia cum appareat confectus de recenti, & in eo fere omnia sint in confuso inordinatè, & in genere descripta sine expressione causæ, & Dici, naut non possit elici veritas, & deprehendi iustificatio partitarum in eo descriptarum, non probat ad eius fauorem, deferuire potest pro redditione rationis, quia ad huiusmodi effectum liber tutelari debet distincte, & singulariter contineri, quid in singulos annos, menses, & dies præceptum fuerit, quibus, & qua de causa datum, & impensum, à quo fundo fructus recollecti, exactaque & integram continere descriptionem omnium datorum, & receptorum, ac introitus, & exitus totius temporis quo continuauit administratio. Bart. in leg. comperimus, Cod. de nauic. lib. 10. & conf. 150. num. 9 in fin. part. 1. Rip. in leg. admonendi num. 116. ff. de iura iur. Escobar. de ratiocin. administr. cap. 10. n. 42. & 43. & n. 47. cum seqq. Roland. à Valle. conf. 49. n. 20 ff. seqq. lib. 1. Gratian. discept. forens. cap. 563. n. 32. Menoch. de arbit. Iudic. casu 208. n. 18 & seqq. & sapius Rota tenuit, & signanter in recentior. decis. 590. num. 5. part. 1. & decis. 111. num. 5. part. 7. & fuit dictum in dicta Ariminen. coram Reuerendissimo D. meo Merlino, & aliis multis relatis in Romana redditionis rationis 15. Decembris 1636. coram bon. mem. Coccino, & in d. Tiburtina coram R. P. D. meo Dunoetto.

Idque multò magis cum in multis partitis dictus liber detectus sit erroneus nempe in septima octaua, & nona ꝛ in quibus Veronica creatur debitor scut. 1512. b. 20. pro expensis in alendo boues,

R. P. D. CARRILLO.

Postea Præsede Vallisolerano.

Romana Successionis.

Veneris 4. Iulij 1642.

ARGUMENTVM.

Compulsoria specialis, vt concedatur, quidnam veniat probandum Epistolæ, vt aliqui probent quid requiratur. Remissoriam Rota solita est concedere etiam super eisdem articulis, sed quid ad hoc sit necessarium Remissoriæ petitio reiicitur quando didicita sunt iustificata, & quando dicantur didicita.

S V M M A R I V M.

- 1 *Compulsoria specialis, tunc datur quando constat de existentia, & releuantiâ scripturae compulsanda.*
- 2 *Scriptura vera existentia ex quo non probetur.*
- 3 *Epistola priuata debent recognosci, & recognitio in actis producere, alioquin nullam meretur fidem.*
- 4 *Copia, & exempla quando prabeant sufficientem funum ad presumendam existentiam alicuius scripturae.*
- 5 *Scripturarum existentia penes hæredes præsumitur, si constat fuisse penes defunctum.*
- 6 *Compulsoria specialis dum petitur oritur uehementis suspitio calumnie, & ad quid.*
- 7 *Compulsoria specialis petitio ob suspitionem calumnie saepe denegatur.*
- 8 *Remissoria denegatur, tum ob uehementem suspitionem calumnie, tum ab timorem subornationis testium.*
- 9 *Calumnia uehementis suspitio in petenda remissoria satis arguitur, ex quo plures testes iam fuerunt examinati, & nihil fuit probatum.*
- 10 *Remissoria super eisdem articulis Rota, quando soleat concedere.*
- 11 *Rota vt concedat remissoriam super eisdem articulis, requirit vt maior explicitus non sit in cortice verborum.*
- 12 *Remissoria quando datur super eisdem articulis, articuli noni quid comprehendere debeant.*
- 13 *Remissoria non conceditur postquam testificata sunt didicita, & n. 14.*
- 15 *Quod procedit etiam si sunt didicita testificata alterius partis solum.*
- 16 *Testificata quod fuerunt didicita non est dubitandum quando utriusque fuit datum summarium examinatum.*
- 17 *Testium exceptiones quando fuerunt discussæ iam circa dicta quam personas, quid ex hoc sequatur.*
- 18 *Testium summarium simplex absque nomine testium quando partibus fuit datum, an dicantur didicita testificata.*
- 19 *Rota benignius agendo, ac sequendo summa stylum facile in Curia admittit novos articulos, & num. 20.*

Vaccas, & cætera animalia, eorumque custodes, quæ tamen non erant ponendæ ad sui debitum, tum quia huiusmodi expensæ spectant ad socium minorem iuxta morem consuetum omnium locorum, & vsum speciale illarum partium, de quo dantur attestations Summario num. 23. tum quia compensantur cum fructibus eorundem animalium, quorum tutor possessionem non fecit provt debebat, cum Tutor administrans gregem, & armenta non solum teneatur restituere animalia, sed etiam fructus, & fœtus l. sed. & si 25. §. fin. cum duobus sequentibus ff. de petit. hered. latè Laderech. conf. 99. num. 9. & 10. Item creatur debitor in quinque partitis constituentibus scuta 2411. ba. 34. pro alimentis præstitis Donato, Veronicæ, & Hortensia de Piscibus, felicique eorum matri, Antinæ, & aliis personis spatio quatuor annorum, hoc est ab anno 1624. vsque & per totum 1628. ad rationem scut. sex pro singulis quolibet mense, & tamen ex testibus datis in Summario num. 21. & 22. probatur Animam nihil habuisse pro victu, Donato verò, Veronicæ, cæterisque personis subministrata fuisse solum scuta tria, vel tria — pro omnibus insimul, multæque aliæ partitæ fuerunt appositæ ad debitum Veronicæ nullatenus apponendæ, & aliæ plures repertæ sunt excessiuæ, quas sigillatim denumerant informantes pro Veronica, & propterea dicto libro ad eius fauorem minimè est standum, nisi omnes partitæ aliundè plenè iustificentur, quia sicut in supra dictis interuenit error, ita etiam in cæteris potuit errari. Gabr. consilio 148. num. 9. lib. 1. Farinac. consil. 100. num. 14. lib. 2. Rota diuers. decis. 743. num. 1. & per tot. part. 4. & coram sanct. mem. Greg. XV. dec. 79. & ibi adden. n. 6. & in recent. d. dec. 111. n. 9. part. 7. & fuit dictum in Papien. bonorum 1. Iunij 1605. coram Ortembergo; & bis in Romana Tutela de Ferratinis, nempe 13. Martij 1595. & 19. Iunij 1600. coram bon. mem. Card. Pamphilio, quæ tres decisiones habentur impressæ apud Marches. de commiss. part. 1. fol. 898. Correcto tamen errore fol. & latè in D. Rom. redditionis rationis 15. Decembris 1636. coram bon. mem. Coccino.

Quo verò ad animalia, pro illis quæ descripta sunt in Inuentario nulla adest difficultas, cum Inuentarium plenè probet contra Tutorem scribentem l. fin. C. arbit. tut. Bart. in Tutor. qui reperiturum n. 12. administr. tut. Paril. conf. 26. num. 55. lib. 2. Rota diuers. decis. 71. num. 3. part. 1. & in recent. decis. 762. num. 1. part. 2. & in dicta Ariminen. administrationis tutela 24. Nouembris 1625. coram Reuerendissimo D. meo Decano. Pro iis verò quæ in societatem retinebat ipse Dionysius dictus numer. 113. animalium iustificatur ex duobus testibus datis in summâ n. 18. quibus non obstat quòd sint in quantitate discordes, ex quo alter deponat de 150. alter de 113. quia in hoc minori numero in quo conueniunt dicuntur contestes, & probant l. diem proferri. si plures ff. de arbit. DD. in l. penult. ff. de in lit. em. & in l. 1. §. si postulanti. ff. de verb. oblig. Rota cor. Greg. decis. 558. n. 2. vbi adden. sub littera A. & coram Buratt. decis. 865. n. 2.

Etita vna tantum, &c.

DECISIO CXXXV.

DVæ in hac causa emanarunt decisiones inter se contrariæ, in quarum altera decisum fuit testamentum Henrici Vicourt sustineri ad favorem Henrici iunioris sui nepotis non obstante quod Cæcilia eiusdem testatoris filia prætenderet testamentum præfatum fuisse conditum ex falsa causa, & sic successorem ad se spectare, quia re vera ex tunc deductis prætenfa falsa causa, concludenter non probabatur, & in altera recessum fuit à primo loco decisus, eo quia ex testibus noviter hunc inde examinatis constitit, testatorem realiter ex falsa causa motum fuisse ad testandum, favore nepotis. Dumque debebat proponi dubium, an esset standum in primo; vel secundo loco decisus; Agentes pro d. Henrico iuniori exhibuerunt in actis quasdam copias epistolarum, (vt prætendunt dicti Henrici testatores) ac iussum articulos pro examinandis testibus in Curia, & extra, ad effectum habendi compulsoriam specialem, & probandi d. testatorem non ex falsâ causâ instituisse nepotem ex fratre, sed ob amorem, quo ipsum prosequeretur, & obtinuerunt ab A.C. Iudice huius causæ dubium, an sit concedenda compulsoria specialis, & admitti debeant articuli ad effectum examinandi in Curia, & extra cum remissoria, super quo hodie consultata Rota responsum fuit, compulsoriam specialem non esse dandam, nec remissoriam, sed admittendos articulos, in Curia duntaxat.

Ratio quæ movit Dominos ad sic respondendum fuit, quia quoad compulsoriam specialem, illa tunc demum datur, & quando constat de existentia, & relevantia scripturæ compulsandæ Vestr. in *prax. lib. 6. c. 1. n. 12.* Mantie. *dec. 216. n. 3.* Buratt. *dec. 555. n. 1.*

In præsentia autem non constat de existentia, quia licet fuerint exhibitæ in actis quædam copiarum epistolarum d. Henrici testatoris, atramen ex quo possibile est, quod illæ fuerint studiose compositæ ab eadem parte, non potest inde desumi vera existentia, & sed debebat examinari testes saltem ad perpetuam rei memoriam super reali existentia, vel debebant eadem epistolæ recognosci, & recognitio produci in actis, & alioquin nullam fidem merentur. *ad notat. in § si quis igitur Auth. de instrum. caut. & fid. Ruin. cons. 61. n. 3. lib. 4.* Afflic. *decis. 181. num. 9.* Franch. *decis. 105. num. 9.* Rota *decis. 1156. num. 1. ad fin. lib. 3. part. 3. divers.* Doctores verò allegati ex adverso, qui dicunt quod copiarum, & exempla præstant sufficientem fumum in hac materia, loquuntur de exemplis, & copiarum alicuius publici instrumenti & transumptati extrajudicialiter à Notario, quod longè differt ab isto casu, & propterea non applicantur, qua quidem existentia cessante, non est opus discutere relevantiam.

Præterea consideratum fuit quod plures ex assertis epistolæ si veræ sunt, vti scriptæ Patri Aduersarij, & præsumuntur originaliter existere penes eundem aduersarium Patris hæredem ad tradit. per Aretin. in *cons. 120. num. 1. vers. de sanctus ergo.* Causal. *decis. 545. num. 1.* & sic non est necessaria alia compulsio; cum ex originaliter in actis exhiberi possunt. Aliæ verò quæ supponuntur scriptæ cuidam nuncupato maiori de Histrant, cum in illis non continetur nisi interesse eiusdem Aduersarij, de facili possunt ab eodem de Histrant

recuperari, & patiformiter originaliter produci, vel saltem negari non potest quin vigore compulsariæ generalis illæ compulsari possint; & vnde dum petitur specialis oritur vehemens suspicio calumniæ; quod hoc fiat duntaxat ad effectum impediendi prosecutionem; & expeditionem causæ, vt fuit in specie dictum in *decis. 376. n. 7. coram Durano inter eius impress.* quo casu passim & denegatur compulsoria specialis Folin. in *cap. de cetero n. 12. de re iud. Castad. decis. 3. de dilat. Caputaq. decis. 169. n. 1. part. 1.*

Quo verò ad remissoriam, dictum fuit, eam esse denegandam, tam ob vehementem suspensionem, calumniæ, & quam ob timorem subordinationis testium, vt fuit seruatum in *Camerin. Pensionis 4. Maij 1640. cor. R. P. D. meo Bichio.*

Vehemens autem calumniæ suspicio deducitur ex eo quod aduersarius plures testes super eadem materia examinavit, & nihil probavit & tamen præsumitur elegisse meliores, & magis informatos. *Aym. cons. 134. num. 3.* Rotam coram sanct. memor. Greg. XV. in *decis. 211. n. 6. & dec. 23. num. 2. & 3. coram Buratto,* & fuit dictum in *Corduben. Decimarum de Lucena 5. Iulij 1638. coram me.* Et quamuis Rota soleat concedere Remissoriam & super eisdem articulis, quando continent materias magis explicitas, Greg. XV. *decis. 191. num. 3.* hoc tamen procedit, dummodo, prout hic maior explicitas, & distinctio non sit in cortice verborum, Rota *decis. 467. n. 7. coram Greg. XV. & decis. 266. num. 14. part. 6. rec.* Antiqui enim articuli continent idem, quod moderni, vt patet ex eorum lectura, & ideo non debet super eis concedi remissoria, & cum ad hunc effectum requiratur, quod articuli antiqui tacite idem non comprehendant, quoad necessitatem facti, & probationis, sed solum quoad necessitatem facti, non autem probationis, vt bene explicat Abb. in *cap. fraternitatis num. 8. de testib. Aym. dicto cons. 139. num. 47.* Rota *dec. 235. n. 15. part. 5. rec.*

Timor tandem subornationis, resultat ex eo, quod iam tria processerunt testium examina in hac causa, super quibus duæ emanarunt decisiones Rotales, qua occasione fuerunt publicatæ, attestations, & didicita testificata, tunc enim ne vtiquam conceditur remissoria super eisdem articulis, vel de directo contrariis per textum expressum in *dicto cap. fraternitatis vbi Doctor. omnes de testib. Clem. fin. eod. tit. Auth. At qui semel,* vbi Bartol. in *princ. & n. 1. C. de probat.* Greg. XV. in *decis. 497. n. 1.* quod procedit etiam, quod fuerint dicta testificata alterius patris, d. *Auth. at. qui semel in princ. ibi, Auth. ab Aduersario, &c.* sequitur Glass. *verb. didicita cum ceteris scribentibus, C. de probat.* Marian. Socc. in *d. cap. fraternitatis n. 46. & 62. in fin.* & fuit resolutum in *Cremonen. Pensionis 4. Maij 1635. coram bon. mem. Coccino.*

Quodque in proposito fuerint didicita testificata, hæsitari non potest, quia vtrique parti fuit datum integrum testium summarium, illorumque dicta plenissime percunctata, & in informationibus hinc inde datis in disputatione dubiorum, recensita sunt nomina propria testium, ac in dec. 2. emissâ sub die 21. Iunij superioris anni fuerunt discussæ omnes acceptiones allegatæ tam circa dicta, quam circa eorum personas, & sic perinde est, ac si patres, siue eorum procuratores penes se haberint processum originale, illumque perlegerint, & per consequens testificata dicuntur didicita

ad text. in §. quia vero vers. vero ibi, aut omnino pro eo agens *Auth. de testib. latè Farin. de testib. q. 75. num. 86. Greg. XV. in dec. 497. & 583. vtrouque n. 1.* & fuit in specie dictum in dicta *Cremonen. Pensionis coram bon. memor. Coccino sub vers. quod autem fuerint didicita,* quidquid sit, & quando fuit datum simplex testium summarium absque eorum nominibus, & cognominibus, in quibus terminis procedunt decisiones, & doctrinæ, quæ in contrarium allegari possent.

Quæ omnia licet forsan essent quoque sufficientia pro exclusione admissionis articulorum in Curia. Attamen Domini benignius agendo dixerunt illos esse admittendos sequendo stylum huius Tribunalis, de quo in *decis. 24. de testib. in antiq. & in decis. 47. part. 7.* apud Caputaq. vbi quod articuli in Curia passim admittuntur.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. ROYAS.

Postea Episcopo Tarracon.

Romana Situs.

Luna 15. Decembris 1642.

ARGUMENTVM.

Vendens aliquid in quo ipse nullum habet ius afferens esse suum, dum postea non reperitur esse tale, tenetur emptori ad interesse, cum sumus in contractibus onerosis, Capitulis contrahentium, quando magis standum est, quam instrumento, & è contra.

SUMMARIVM.

- 1 Situs quando fuit venditus cum domo, si reperitur quòd d. Situs est publicus, venditor tenetur ad interesse emptori, *amplia n. 2.*
- 2 Venditoris assertio dum reperitur erronea in contractibus onerosis, semper obligat afferentem ad illius iustificacionem, & alias ad interesse.
- 3 Quod maximè procedit stante peculiari promissione de præstando interesse in euentum contrarij.
- 4 Obligatio Cameralis habet executionem paratam.
- 5 In contrahentibus si capitula discordent ab instrumento potius standum Capitulis quam Instrumento.
- 6 Capitula contractuum sunt à partibus, instrumenta verò à Notariis.
- 7 Capitulis quod potius sit standum, quam in instrumento, id intelligitur, quando statim fuit celebratus contractus.
- 8 Secus verò si post temporis intervallum, quia censetur recessum à Capitulis, & intrat præsumptio nouæ voluntatis n. 9. & 10.
- 9 Partes quando dicuntur recessisse à Capitulis datis Notario.
- 10 Declaratio nihil de nouo addit.
- 11 Instrumentum magis venit attendendum, quam Capitula, quando instrumentum magis clare acquiritur.

- 14 Vendere quis non potest id, in quo nullum ius habet.
- 15 A Restitutione pretij succedentis loco interesse, quando venditor excusari non possit.
- 16 Ex pretij quantitate arguitur quantitas rei.
- 17 Pretij argumentum potest denegare ex causa melioramentorum, & n. 18.
- 19 Valor bonorum immobilium ex varietate temporum, varietatem pretij recipit.

DECISIO CXXXVI.

Virginus Pontinus vendidit domum, vna cum iuribus, Situs controuersi, sub die 15. Ianuarij 1591. Dominico Harroño pretio scutorum 3300. de qua venditione fuerunt sub eadem die conficta capitula, & pro arrha, & parte pretij recepit scuta 100. monetæ, alia verò scuta 1200. fuerunt promissa solui in actu stipulationis instrumenti, quod fuit stipulati Decretum per totum mensem Martij sequentis, cum pacto quod pro assècuratione dictorum scutorum 1200. se obligarent, tam Virginus, quam Angela vxor, quò verò ad alia scuta 200. fuit conuentum, quod emptor deberet ea penes se retinere, donec, & quovisque sibi fuisset sufficienter cautum pro euictione scutor. 250. cum hoc, quod interim emptor teneretur soluere fructus compensatiuos, ad rationem scutorum sex pro Centenario successiue sub die 22. Februarij sequentis fuit confectum instrumentum venditionis, in quo non fuerunt vendita iura situs, sed absolute vendita dicta domus, vna cum dicto situ existente ante eam, vti ad venditorem pleno iure spectante, fueruntque soluta scuta 1200. absque aliqua assècuratione, vt in Capitulis prius fuerat expressum; fuit deinde eadem domus vna cum iuribus situs vendita de anno 1616. bon. memor. Cardinal. Pignatello pretio scutorum 4000. & deinde ab hæredibus D. Cardinalis Abbati Pompilio Zuccarino, qui cum tentasset ædificare in situ prædicto, insurrexerunt vicini, qui reperta antiqua sententia lata de anno 1587. per Magistros Viarum, cum voto Eminentissimi Camerarij contra eundem Virginium primum venditorem, in qua fuerat declaratum dictum situm esse publicum, indeque fabricari prohiberant.

Vndè Pompilius sic exclusus, tanquam cessionarius hæredum Cardinalis Pignatelli, Iudicium intentauit contra D. Comitum Arconatum Harroño hæredem, coram R. P. D. meo Caballetto, & æstimato Situ in scutis 703. mandatum executionum pro dicta summa reportauit, & addita signatura fuit rescriptum sine præiudicio, cuius vigore comes fuit coactus soluere, qua solutione sequuta actum fuit ad eius instantiam coram eodem D. Caballetto pro repetitione doctorum scutorum 703. contra hæredes Virginij Pontini primi venditoris eadem via, qua fuerat conuentus, super quo articulo consultata Rota, & deputato Eminentissimo Cardinali Verospio, in cuius locum ego subrogatus, proposui hodie dubium, an Hæredes quondam Virginij tenerent restituere D. Comiti Arconato, & liti confortibus scuta 703. per ipsos soluta Abbati Pompilio Zuccarino, & fuit affirmatiue resolutum.

Ex quo si attendatur instrumentum venditionis res caret omni scrupulo, dum in eo iste Situs reperitur absolute venditus simul cum domo. Vndè cum venditor non certiorauit emptorem de sententia

- 1 tentia prædicta contra eum lata per Magistros Viarum in iudicatum transacta, declarante Sitem esse publicum; tenetur ad interesse, & loco illius ad restitutionem scutorum 703, iuxta æstimationem Petitorum, præsertim dum iam primi & emptores solvere coacti fuerunt, præcedente litis intimatione, iuxta leg. 1. §. venditor iuncta leg. in venditione, & leg. c. editor, §. 1. ff. de action. empt. leg. ex iis prædictis, Cod. de emitt. Ciriac. controu. 383, num. 10. Surd. conf. 13, num. 9, 17, & 18. & per tot. Rota decis. 46, post Cenc. de Cen. lib. 2, quæ assertio ventoris & dum remanet erronea in contractibus onerosis, semper obligat asserentem ad illius iustificationem, & alias ad interesse l. Iulianus 14, ff. de act. empt. l. si plus 74, §. quæ nomen vers. ali. quas, ff. eodem tit. stante præsertim peculiari & promissione Virginij de præstando interesse in euentum contrarij Butsat. conf. 184, n. 29. Surd. conf. 13, n. 23. Ofasc. decis. 129, num. 1. nec non obligatione & Camerali, quæ habet executionem paratam Gabr. conf. 67, n. 8. & 9. lib. 1. Gratian. discept. 978, n. 11. Rota dec. 866, n. 1. p. 2. rec. Durand. dec. 383, n. 3.
- 2 Non obstat quod in contractibus & si Capitula discordent ab instrumento, potius standum sit Capitulis, quam instrumentum; ex quo Capitula fiunt à partibus & instrumentum verò à Notario per textum in l. Titia §. 1. ff. de verb. oblig. l. item quia §. ult. ubi communiter DD. ff. de pact. Alex. conf. 56, num. 8. lib. 6. Surd. conf. 101, num. 19. & decis. 71, n. 4. Add. ad Greg. XV. decis. 168, n. 8. & in rec. dec. 59, num. 12, part. 4. & 250, num. 18, part. 6. quia fuit responsum conclusionem præfatam limitari in præ-
- 3 senti casu; dum instrumentum & fuit celebratum post temporis interuallum, nempe vnus mensis, & ultra; indè censendum esse contrahentes in ea parte recessisse à Capitulis, & intrare præsumptionem nouæ voluntatis, dum contrarium, & eo quod in Capitulis fuerat conclusum disertis verbis reperitur in instrumento expressum Dec. consilio 195, num. 3. versic. sed tamen prædictis, Paul. de Mont. Pic. conf. 62, num. 17. ad med. & seq. Toruicell. consil. 49, num. 35, cum aliis per Rotam d. decis. 250, num. 16, part. 6. recentior. Eoque magis, quæ ex ratione Capitulorum solui debebant scuta mille in partem pretij sub cautione, & obligatione etiam scuta mille fuerunt ab emptore libere soluta, absque aliquâ obligatione, seu cautione, & sic in instrumentum fuit etiam executum contrarium, quod in Capitulis extrabat determinatum; propterea in hac parte venit & dicendum contrahentes nouasse, & à Capitulis voluisse credere per text. in l. pacta nouissima, vbi Dec. n. 2. C. de pactis Amat. Panorm. resol. 50, num. 4. Greg. XV. dec. 90, n. 15. & dec. 168, num. 6.
- 4 Dicebant etiam Domini quòd licet in Capitulis dictum fuerit, quòd vendebantur iura Situs; Nihilominus dum in instrumento specificatum fuit ius vtilis Dominij, non videntur discordare Capitula ab instrumento cum tantum in eo declararetur pertinentia Situs ad fauorem dicti Virginij, quæ in capitulis offuscata remanebat propterea magis venit attendendum instrumentum, in quo & fuit dicta qualitas Dominij dilucidata. Rom. conf. 53, n. 4. Alex. conf. 158, n. 4. & 5. lib. 5, cum aliis per Mant. de tacit. lib. 3, tit. 3, n. 18. Put. decis. 265, num. 2, lib. 2. in correct. Et stante prædicta sententia lata per Magistros Viarum in iudicatum transacta non poterat Virginij vendere iura Situs, & cum

15 nullum ius haberet; Vnde siue attendatur instrumentum, siue capita, utroque casu Virginij non potest excusari à pretij & restitutione succedentis loci interesse l. si plus §. finali, ff. de emitt. Eug. conf. 93, n. 2, lib. 2. Surd. decis. 288, post n. 28. vers. ad id autem.

16 Nihil obstat quòd dicta domus primo loco fuerit vendita de anno 1591. Pretio scutor. 3300. Postea verò de anno 1616. Pretio scur. 400. & sic cum secunda venditio excedat in pretio primam in scutis 700. censendum esse in prima non fuisse venditum prædictum Sitem, sed bene in secunda facta Cardinali Pignatello, ob dictum excessum, præsertim dum in secunda & venditione expresse venditur Situs de quo agitur, Quia fuit responsum dictum augmentum pretij potuisse provenire tam ex melioramentis factis in domo & per Hattonen Durand. decis. 153, n. 15. Quam etiam quia de anno 1591. illa Regio erat fere inhabitata, & ideo pretium domus minus æstimabitur, quòd sufficit ad excludendam intentionem Pontini, vt inter vnam, & alteram venditionem effluerit spatium 25. annorum, & valor bonorum stabilium ex varietate temporum varietatem pretij recipiat iuxta leg. pretia rerum 63, §. fin. ff. ad l. falc. Rota decis. 241, n. 2. & 4. vers. quia de qualitate part. 4. & dec. 46, n. 10, part. 6. rec. & fuit in puncto resolutum in Romana fideicommissi de Feuschis 2. Decem. 1641. post med. §. nec reuenat quòd prædicta domus coram Reu. D. meo Decano.

Et ita resolutum vtraque parte, &c.

R. P. D. GARRILLO.

Postea Præfide Vallisoleitano.

Romana Successionis.

Mercurij 11. Martij 1643.

ARGVMENTVM.

Scripturarum recognitio, licet de iure rigorosè fieri debeat per testes, qui fuerunt præsentis, quando illæ fuerunt scriptæ. Attamen talis cessat rigor, quando scribuntur epistolæ missiue, vel similes, quæ scribi solent sine alicuius præsentia, & qualiter tunc fiat talis cognitio.

SVMMARIVM.

- 1 Littera missiua regulariter solent scribi sine alicuius interuentu.
- 2 Litterarum missuarum recognitio etiam fieri potest per testes habentes notam manum scribentis, quamuis non viderint eas scribere.
- 3 Recognitio illa rigorosa, quæ fieri solet de scripturis priuatis per testes; qui fuerunt præsentis, dum illa scribebantur.
- 4 Cessat quando sumus in epistolis missiuis, & schedulis mercatorum, quæ scribi solent sine nullo interuentu.
- 5 Admnicula, quæ requiruntur, dum fit recognitio scripturæ per recognitionem habentes notam manum scribentis, non requiruntur in recognitione epistolarum missuarum.
- 6 Scripturarum recognitio rigorosa fieri debet in scripturis, in quarum conscriptione solent adhiberi testes.

7 Secus

7 Secus dum testes non requiruntur, nec solent adhiberi, dum scribitur.

8 Ab arbitrio iudicis pendet materia recognitionis manus scribentis.

9 Recognitio manus scribentis, quando fit per testes habentes notam manuum scribentis, quando etiam coniunctim fit facienda per comparationem.

10 Scripturarum recognitio per comparationem, quando fit prius debet constare de certitudine alicuius scripturæ, ad quam est facienda comparatio.

11 Fraudibus vt occurratur in materia recognitionis scripturarum, est adhibenda omnis diligentia.

DECISIO CXXXVII.

Agentes pro Henrico Iuniore postquam viderunt Rotam respondisse non esse dandam compulsoriam specialem pro compulsandis litteris missiuis (vt aiebant) conscriptis ab Henrico seniore, quibus probate intendunt dictum Henricum Seniozem non ex falsa causa instituisse dictum Henricum Iuniorem nepotem, sed ob amorem, quo ipsum prosequeretur exhibuerunt in actis eadem litteras originaliter, & eorum recognitionem procurabant. At quia pro parte Ioannis Thomæ heredis Cæcilie filie eiusdem Testatoris impugnabatur modus faciendi dictam recognitionem; dubitavi an, & quomodo sit facienda recognitio, & Domini eam esse faciendam responderunt modo prout infra exprimendo.

- Agitur enim de recognitione litterarum missuarum, quæ regulariter & scribi solent absque interuentu alterius personæ, & propterea iudicatum fuit eam fieri posse per Testes, qui habeant notam manum scribentis, & viderint eum alias scribere iuxta distinctionem factam per Soccin. in leg. si ita scripsero column. penultim. in fin. ff. de demonstr. bene Ruin. conf. 70, num. 4. & sequitur Rota in terminis epistolarum in decis. 570, num. 2, p. 2. diuersimod. vbi formatur rigorosam & illam recognitionem faciendam de scriptura priuata per testes, qui fuerint præsentis, dum ipsa scriptura scriberetur, & recognoscant manum scribentis cessare in & Epistolis, & schedulis mercatorum, quæ scribi solent absque alterius interuentu, idemque declarat Salust. Tiber. in praxi A. C. lib. 1. cap. 34, numer. 10. & 11. & esse de stylo Rotæ dictum fuit in decis. 150, num. 2. coram Seraphin. & in dec. 173, num. 3. coram Coccino, & in decis. 450, num. 4. coram eodem.

5 Addo, quòd in isto casu nec minus videantur necessaria admnicula, & quæ alias cum testibus habentibus notam manum scribentis concurrere debent, vt firmatur in decis. 61, num. 8, part. 5. recentior. & in aliis relatis per Add. ad Gregor. XV. in decis. 389, numer. 6. quia tam d. decis. 61. quam omnes alie in contrarium obligatæ loquuntur in recognitione scripturæ priuatae, & in cuius conscriptione solent adhiberi testes, vt patet ex earum littera, secus verò est dicendum, quando testes non sunt necessarii, nec solent adhiberi, vt colligitur ex allegatis in præcedenti §. & ex decis. 452, num. 4. coram Caualer. & decis. 354, num. 7, part. 5. recent.

8 Veruntamen ex quo versamur in materia qua omnis ratio suadet, vt & exuberet officium Iudicis, à cuius arbitrio pendet releantia recognitionis Salgado Labyrinth. Credit. Tom. II.

nis, Trentacinq. variat. resol. vol. lib. 2. tit. de fid. instrum. resol. 7. sub n. 6. vers. 2. est opinio. Scacc. de iudic. lib. 2. c. 11. n. 1044.

Ideo existimatum fuit, vt non attenda recognitione hæctenus facta rursus & alia fiat, non solum per testes habentes notam manum, sed etiam coniunctim per comparationem iuxta tradita per Caspar. Anton. Thesaur. question. forens. lib. 1. questione 24. numer. 14. & 18. & per Scacc. de iudic. lib. 2. cap. 11. num. 1105. & seqq. & per Caball. in conf. 150, num. 7. lib. 1. constituto prius de existentia & certitudine alicuius scripturæ manu dicti Henrici Senioris conscriptæ, ac seruatis aliis requisitis enumeratis à Menoch. de arbitrat. lib. 2. cas. 114, num. 25. & seqq. Caball. d. consil. 150, numero 5. & 6. lib. 1. & vt fraudibus obuietur in quantum fieri possit voluerunt Domini, vt prædicta recognitio fiat cum interuentu alicuius procuratoris de Collegio.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. CARLEO.

Postea Præfide Vallisoleitano.

Anconitana Cambiorum.

Mercurij 1. Iulij 1643.

ARGVMENTVM.

Pecunias accipiendi ad cambium, vbi alicui conceditur facultas in certis casibus, vt cambia debeantur, probari debet, & conditionis euentus, & quod ille fuerit debitori intimatus.

SVMMARIVM.

- 1 Cambiandi, & recambiandi facultas in certis casibus concessa, illis non euentibus nihil operatur.
- 2 Facultas accipiendi pecunias ad cambium conditionaliter alicui data, vt suum operetur effectum, quæ probari debeant.
- 3 Denuntiatio conditionis euentus, sub qua fuerat concessa facultas accipiendi pecunias ad cambium probari debet maximè respectu fidei iussoris.
- 4 Cambia vt licite debeantur de realitate illorum cum effectu constare debet, per partitas nempe librorum, aut litteras nuncupatas, de spacci.

DECISIO CXXXVIII.

Consules Mercatorum Ciuitatis Anconæ pro definienda controuersia, quæ coram eis vertitur inter Ioannem Sturanum administratorem deputatum ab Angelo Grimaldo in appatu olei dictæ Ciuitatis ex vna, & Darium Scalamontem releuatorem eiusdem Sturani ex altera, consuluerunt nostrum Tribunal super dubiis sequentibus, nempe.

An D. Ioan. Sturanus fideiussor, & administrator appatus reddiderit rationem de doctis, & receptis D. Angelo Grimaldo principali ipso viuente, & posito quod non, An possit hodie consequi suum creditam contra D. Darium Scalamontem, & an debeantur cambia, & recambia.

Cc

Cum

Cum autem in positione habita sub die 28. Novembris 1641. Domini mandassent, quod Sturani redderet rationem citato etiam Scalamonte, fuerunt in partibus eo citato exhibiti libri administrationis, & postea iterum posita causa sub die 24. Aprilis anni currentis, quia visum fuit ex datis summariis utriusque partis non constare de realitate crediti dicti Sturani responsum fuit eligantur petiti, verum ex quo Consules prædicti referuando sibi hanc cognitionem verificationis crediti supplicarunt, ut credito supposito decideretur, an cambia, & recambia debeantur hodie propofui hoc dubium, & negatiue fuit resolutum, scilicet cambia, & recambia non deberi.

Ratio resolutionis fuit, quia licet Angelus principalis conductor appellatus dederit prædicto Sturano administratori facultatem accipiendi pecunias ad cambium, attamen hæc facultas restricta fuit ad duos casus tantum, scilicet quatenus pecuniæ retractæ ex pretio olei sibi consignati non sufficerent pro soluendo partito olei, tunc empti à Betis, & quatenus idem Angelus non prouideret de oleo necessario in futurum, quo fit, ut non constato prædictos duos casus euenisse dicta facultas cambiandi, uti conditionalis nihil operetur ad leg. *cedere diem. ff. de verb. signif. leg. necessaria §. quod si pendente. ff. de peric. & commod. rei vendit. l. pecuniam quam, & ibi Alex. n. 4. ff. si cert. pet. Paris. consil. 8. n. 2. lib. 3. Crauet. conf. 170. n. 8. Mant. cec. 343. n. 1. Greg. XV. dec. 428. n. 3. Rota dec. 173. n. 1. par. 6. recent.*

Quinimò quatenus etiam purificata fuisset conditio, sub qua concessa fuit facultas accipiendi pecunias ad cambium, & deberet ostendi Sturanum accepisse re vera pecunias ad cambium in d. causam, & eidem Angelo denuntiasse conditionis euentum, ad effectum, ut certè sciret debitum esse sub vfuris, & ab eis se liberare posset in futurum si voluisset soluendo quòd debebat, ut in specie dixit Rota in *decis. 52. num. 2. & 3. part. 1. recent.* vbi allegat concordantes. Quod eò magis venit dicendum & quoad Scalamontem fideiussorem Rota *decis. 19. & 20. impress. apud Cenc. post addit ad tract. de cens.*

Præterea aduerterunt Domini quòd in Summario non apparet de realitate assertarum cambiorum, provt apparet debet, & quidem per partibus librorum, & per litteras Nuncupatas spacci verè transmissas ad nundinas, ad hoc vt cambia licitè debeantur. *Lup. in tract. de vsur. conf. 3. §. 2. n. 23. Azor. moral. instit. part. 3. lib. 10. tit. de cambiis c. 10. vers. 1. quando. Scacc. de camb. lib. 1. g. 7. p. 3. limit. 5. num. 1. Rot. decis. 559. num. 2. p. 2. recent.* & fuit dictum in Romana Cambiorum 4. Iulij 1642. coram Reuerend. P. Dom. meo Peutingerio.

Ecita vtraque, &c.

R. P. D. ROYAS.

Postea Archiepiscopo Tarracon.

Romana depositi.

Sabbati Romæ Martiniana 23. Ian. 1644.

ARGUMENTVM.

Pecunias quas recepit creditor vigore ordinis sui debitoris alicui banco directi, nullatenus ille restituere tenetur,

quamuis appareat pecunias solutas debitoris minimè fuisse, idque nec in subsidium locum habere potest, quoties soluenti contra dirigentem ordinem remanet actio.

SVMMA RIVM.

- 1 *Creditor, qui vigore ordinis sui debitoris ab alio quo pecunias recepit simpliciter, & absque conditione condemnari non potest restitutioni.*
- 2 *Depositarius, qui vigore ordinis debitoris pecunias creditoris soluit, valet tantum contra facientem ordinem per suas actiones dirigere, non contra recipientem pecunias.*
- 3 *Repetitio non datur contra eum, qui suam recepit, quantumvis ab alio, quam à suo debitore pecunias recipiat.*
- 4 *Repetitioni locus esse debet, si solutio ex falsa causa emanauit.*
- 5 *Solutio facta de ordine creditoris, perinde est ac si ipsi creditori facta fuisset.*
- 6 *Pœna incurri non potest stante bona fide.*
- 7 *Pecunia alicui soluta incontinenti fit accipientis, ita vt nullatenus condici, aut vendicari possit.*
- 8 *Venditor recipiens pecunias vigore ordinis sui debitoris, que tamen illius non erant, quando in subsidium illas restituere tenetur, & num. 9.*
- 10 *Remedium subsidiarium non datur, quoties competit ordinarium, & n. 11.*
- 11 *Actio extraordinaria non conceditur, vbi alicui competit ordinaria, & supra n. 10.*
- 12 *Actio extraordinaria ab restitutionem pecuniarum non datur aduersus eum qui recepit, quod sibi verè debebatur, & bona fide consumpsit.*

DECISIO CXXXIX.

Post plures decisiones in hac causa emanatas coram Reuerendiss. Domino meo Decano ita quibus solutum fuit Sac. Mont. Pietat. teneri ad restitutionem depositi scutor. 15000. facti per bon memor. D. Ioann. Anton. Vrsinum Ducem S. Gemini, & successiuè lata sententia, quæ fuit coram me confirmata, & referuatum videre An Mons posset dicta scuta 15000. repetere ab hæredibus q. Flaminij Razzantis, cui fuerunt soluta de ordine DD. de Aquauia debitorum Razzantis, & ad quorum fauorem cantabat depositum. Dubitauit hodie An hæredes dicti q. Flaminij Razzantis teneantur reportare in Banco Sac. Mont. Pietat. dicta scuta 15000. per eundem Flaminium extracta, & DD. negatiue resoluunt.

Quia cum Razzantes dictas pecunias exegerit à DD. de Aquauia eius debitoribus pro extinctioe proprii crediti, & sic titulo oneroso, nec vllum vinculum reperitur appositum in mandato reportato, & inde ad aliquam restitutionem non potest Razzantes condemnari, vt probant text. *expressim leg. 51. l. 1. vbi DD. communiter l. qui hominem 34. in princ. ibi (non Titio, sed tibi partem hominis condicer) vbi Gloss. & in l. si alicui 78. ff. de vsur. Dec. in l. singularia n. 6. ff. si cert. pet. Ioseph. Ludou. decis. Lucen. 25. n. 4. Buratt. decis. 2. n. 1. cum seqq. cum aliis per Rotam decis. 77. n. 3. p. 6. recent.*

Indu

Indubitatum est enim Montem Piet. purè, & simpliciter acceptasse ordinem illi directum à præfatis DD. de Aquauia, ad hoc vt Razzanti solueret dicta scut. 15000. depositata ad eorum fauorem, per quam acceptationem venit dicendum Montem voluisse sequi fidem illorum, vnde si Mons male, vel indebite soluit, & valet tantum actionem dirigere aduersus præfatos DD. de Aquauia ordinem facientes, non autem contra Razzantem l. si procurator in fin. ff. de condit. indeb. Surd. conf. 4. n. 10. & conf. 528. n. 18. vers. si igitur soluerunt, & n. 29. Gratian. discept. 304. num. 1. Menoch. conf. 300. num. 30. cum repetitio non datur contra eum, qui suum recepit & licet ab alio quam à suo debitore pecunias recipiat. l. reperit. 44. ff. de condit. indeb. vbi optimè Faber in rationabili Cauat. decis. 260. num. 4.

Nec obstat quòd Ministri Sac. Mont. soluerint dicta scuta 15000. indebite, siue ex falsa causa, pro vt remanet iustificatum ex decis. emanatis aduersus eundem Montem coram Reuerendissimo D. meo Decano ad fauorem Excellentiss. D. Ferdinandi Vrsini Ducis S. Gemini propterea & esse locum repetitioni Argum. text. in l. eleganter 23. ff. de condit. indeb. quia Ministri Sac. Montis soluerunt ex falsa causa DD. de Aquauia aduersus quos competit actio repetitionis indebiti, non autem contra Razzantem verum, & legitimum creditorem DD. de Aquauia, de quorum mandato fuit q. Flaminio Razzanti facta solutio, & quo fit vt perinde habeatur siue reputetur, ac si præfatis DD. de Aquauia siue eorundem procuratori persolutum fuisset, leg. vero procurator, leg. qui hominem, §. si Titium, ff. de solut. add. ad Greg. XV. decis. 139. num. 7. versiculo ad exigendum, Rota decis. 227. num. 1. part. 6. recent.

Remanet etiam indubitatum Razzantem etiam ignorasse solutionem faciendam per Montem de scutis 15000. fuisse indebiti factam & qua bona fide stante non valuit aliquam in pœnam incurtere argum. text. in l. quicumque vbi gl. in verbo incurfare, C. de seru. fugit. l. si quis absentis supr. v. longè magis ff. de action. & obl. l. si procuratorem, §. si ignorantes ff. mandat.

Dicebant etiam Dominini, quòd cum solutio facta Razzanti non fuerit facta nomine proprio Montis, sed nomine debitorum Razzantis, & ad effectum dictum debitum extinguendi, ita vt dicatur sequuta commixtio pecuniarum bona fide, & successiuè consumptio facta rei propriæ inde ad restitutionem pulsari nullatenus posse, cum pecunia statim alteri soluta & incontinenti fiat accipientis ita, & taliter condici, aut vendicari non potest leg. si alieni nummi 78. ff. de solut. l. singularis, ff. de rebu. credit. & si cert. pet. vbi Bart. & Ang. n. 7. Menoch. consil. 300. num. 32. Surt. conf. 4. num. 10. & conf. 528. n. 16. & 29. Rota decis. 77. num. 31. p. 6. recent.

Nec dicatur Razzantem teneri ad restitutionem pecuniarum, saltem ex æquitate, & in subsidium & iuxta text. in l. si me, & Titium, ff. de rebu. vendit. & si cert. pet. quia obiectum procederet si Razzantes dicta scuta 15000. recepisset titulo lucratiuo, quo casu contra eum fortasse daretur dicta actio subsidiaria, sicut verò dum dictas pecunias recepit titulo oneroso in extinctionem proprii sui crediti præcedenti quietantia, ac iurium cessione, quo casu nulla de iure competit actio subsidiaria, Alex. conf. 92. num. 6. lib. 1. Menoch. Salgado Labyrinth. Credit. Tom. II.

de recup. remed. 4. n. 2. & 4. Costa de remed. subsid. remed. 12. n. 4. versiculo secundum est, Surd. consil. 528. num. 21. Rota decis. 77. num. 23. cum tribus sequent. part. 6. recentior. Buratt. decis. 874. num. 9.

Sed in presenti cum detur remedium ordinarium aduersus DD. de Aquauia ad fauorem Montis cessat vtique subsidiarium, quod non datur, nisi quando quis reperitur destitutus omni alio iuris auxilio, & aliunde parti consulere non possit d. l. si me & Titium, vbi Socc. Rimin. & Alex. Costa de remed. subsid. pralud. 7. n. 9. & remed. 12. n. 5. Surd. consil. 528. n. 19. & 20. Giouagn. conf. 72. n. 38. lib. 1. Rota in recent. decis. 351. n. 9. part. 5. & decis. 77. n. 27. p. 6. & in Anconitana censuum 24. Februarij 1643. coram me.

Nihil obstat quòd Monti veniat tanquam minori concedenda restitutio in integrum aduersus solutionem perperam factam, quia cum vt supra dictum est habeat actionem ordinariam aduersus mandantes, quibus solutio facta fuit, non autem Razzanti habenti causam ab illis, cessat inde quæcumque restitutio siue extractio extraordinaria Menoch. conf. 244. n. 56. Odd. de rest. in integr. g. 17. art. 2. n. 1. & art. 1. n. 48. cum ea non detur aduersus eum qui recepit, quod sibi verè competebar, & bona fide consumpsit Rot. quæ alios refert. d. decis. 77. n. 30. & 31. part. 6. recent.

Et ita resolutum vtraque parte, &c.

R. P. D. CERRO.

Sacra Rotæ Decano.

Ælina Censur.

Mercurij 27. Aprilis 1644.

ARGUMENTVM.

Tertius redimens censum pro alio cuius intentionis esse dicatur, & an actiones in eum transeunt translatiue, vel extinctiue. Verba cessit, concessit, & transtulit, licet importent veram translationem, tamen secundum subiectam materiam sunt intelligenda.

SVMMA RIVM.

- 1 *Census tertius redimens pro alio potest acquirere iura translatiue, etiam si inscio debitore soluat.*
- 2 *Sed non potest acquirere iura extinctiue.*
- 3 *Ad census redemptionem, inuitum cogi non potest debitor ad redimendum, & numer. 4.*
- 4 *Verba, cessit, concessit, & transtulit important veram dominij translationem, & n. 13.*
- 5 *Clausula ponens in suum locum, quid importet.*
- 6 *Clausula non sunt indicanda inutiles, n. 6.*
- 7 *Tertius soluendo pro alio censum extinguit.*
- 8 *Rota decisio 368. & 369. post Cenc. quo casu loquantur.*
- 9 *Debitor, & creditor eiusdem census quis esse non potest.*
- 10 *Tertius soluendo pro alio censum, cuius intentionis esse dicatur, & n. 21.*

C c 2

11 Tertius

- 11 Tertius solvens infcio debitore, & stipulans ad sui favorem cessionem, qualiter censetur facta.
- 12 Contra census naturam est, quod sit perpetuum.
- 14 Verba sunt intelligenda secundum subiectam materiam, & n. 15.
- 16 Contrabentium mens potius est attendenda quam verborum formula.
- 17 Observantia subsequuta deseruit pro interpretatione.
- 18 Observantia subsequuta plurimum deseruit in materia extinctionis iurium.
- 19 A Proprietate verborum, quando sit recedendum. Ad voluntatem declarandum ea, quæ deducuntur, suffragantur, licet ex intervallo deducantur.

DECISIO CXL.

Annuum perpetuum Censum scutorum sexdecim, quem Ludovicus Bondulus anno 1616. imposuerat super quodam eius prædio Æsino, & pretio scutorum 200. venderat Hieronymæ Ridolphinæ, eadem Hieronymæ anno 1621. retrouendit eidem Bondulo absentem, & pro eo Scipioni Baldassino præfenti, cui eiusque Hereditibus, & successoribus quibuscumque omnia iura, & privilegia prioritaris, & potioritatis cessit, & concessit, transiit, & renuntiavit ad habendum, &c. ponens, &c. constituens, &c. declaramus hanc retrouenditionem, & cessionem facere, eo quia manualiter habuit, & recipit à d. Scipione præfente, solvente, & solvere declarante de suis propriis pecuniis pro habendis supradictis iuribus, & actionibus, & non alias, aliter nec alio modo, scuta bis centum pro sorte principali, &c. ut latius habetur ex instrumento retrouenditionis *Summario Baldassini n. 1.*

Decessit Ludovicus census impositor, eique successit Isabella Germana soror, cui pariter decedenti heres remansit Ioanna Vrsina; Scipioni vero census redemptori successit Petrus Nicolaus Baldassinus nepos, inter quos orta controversia super extinctione dicti census, & moto iudicio coram Iudice Æsino fuit ab eo pronuntiata censum fuisse extinctum, eiusque sententia fuit ab A.C. in gradu appellationis confirmata, sed obtenta per Baldassinum commissione restitutionis in integrum aduersus præsentem rem iudicatam, fuit me proponente dubitatum: An constet de re iudicata, seu potius de causis restitutionis in integrum, & DD. negativè quoad primam, affirmativè verò quoad secundam partem responderunt, ob evidentem iniustitiam sententiarum.

Si quidem retrouenditio facta fuit à Scipione nedum absque mandato Bonduli, debitoris, sed eo infcio, & absente, & quod plus est, pecuniæ fuerunt soluta non ad effectum liberandi debitorem ab obligatione census, sed ad effectum acquirendi cessionem iurium, contra eundemmet debitorem census ibi, solvente, & solvere declarante de suis propriis pecuniis pro habendis supradictis iuribus & actionibus & non alias, aliter nec alio modo. Vnde videtur facta translativè, non extinctivè, quia tertius redimens censum pro alio potest quidem acquirere iura translativè, etiam si infcio debitore soluat, ut latè probat Rod. de ann. redd. lib. 2. quæst. 17. num. 1. cum seqq. & plures relati per Modern. Hispan. de iudic. tom. 2. disp. 35. n. 23. Hector.

Capic. Latro decif. 16. n. 28. & 29. Sed non potest acquirere iura extinctionis, cum debitor inuitus cogi non possit ad census redemptionem, & extinctionem, ut expressè cautetur in Bulla Prima, & de veriori tradunt Roderic. ubi sup. quæst. 16. n. 7. cum seqq. quem sequuntur Auend. de censib. cap. 106. n. 6. Felician. eodem tract. tom. 1. lib. 4. cap. 1. num. 11. vers. verum, cum aliis adductis à Cincio q. 105. n. 13. & seq. & dixit Rota in Romana Saluiani interdicti coram bon. memor. Pirouano, quæ est decifio 368. num. 5. post eundem. Cinc. Alias cessio quam Scipio tantopere desideravit, foret inutilis, ex quo extincto tertio censu fructus amplius non deberentur, & fors principalis à debitore inuito extorqueri non posset.

Idque manifestè deducitur ex Verbis cessionis ibi, cessit, concessit, & transiit, quæ cum veram dominij translationem importent, acquisitionem potius tertio translativam, quam extinctivam significant, ut ad propositum notant Hector. Capic. Latro d. dec. 16. n. 14. 34. & 45. & Rota in dec. 368. n. 2. post Cenc. & ex clausula ponens tertio in locum suum quæ idem operatur Capic. d. decif. 16. n. 55. nec non ex clausula constituti, quæ alias esset inutilis, ut aduertit Cenc. q. 103. n. 17. vers. mentem autem.

Nec aduersantur Authores, & Rotæ decisiones formantes posse tertium tertio soluentem pro alio censum extinguere, quia vel loquuntur in solvente de consensu, & mandato debitoris, vel quando solutio fit ab Accollatario census, in quibus terminis tertio loquitur d. decif. 368. & 369. post Cenc. Hoc enim casu cum Accollatarius sit verus debitor non potest ad sui favorem acquirere iura translativè propter incompatibilitatem, tertio quod idem sit debitor, & creditor eiusdem census, ut aduertit eadem decifio 368. num. 2. 3. & 4. & clarius declaratur in decif. 559. num. 18. 19. & 20. penes eundem Cencium, vel demum loquuntur, quando tertius intendit solum liberare tertio debitorem, in quibus terminis loquitur decif. 271. num. 2. & 3. post eundem Cenc. & consonans tradita per Roderic. lib. 2. quæst. 17. num. 1. cum seqq. Vbi vero tertius soluit infcio debitore, & stipulatur ad sui favorem cessionem iurium, tertio cessio non potest censeri facta extinctivè, sed translativè, ne vel remaneat inutilis, vel debitor inuitus cogatur ad sortis restitutionem contra naturam census tertio de sui forma perpetui, & contra mentem expressam Bullæ, ut supra dictum est.

Hinc nullum potest fieri fundamentum super illis verbis, retrouenditio, retrocessit, quæ tertio videntur importare veram census retrouenditionem, & extinctionem, Quia cum hæc, sicut omnia alia, sint intelligenda secundum subiectam materiam, possent tertio quidem operari extinctionem in redemptione census facta per debitorem, vel extraneum, qui in se censum Accollasset, vel qui non fuisset sollicitus de cessione iurium, sed curasset solum debitoris liberationem; Sed in redemptione facta, pro ut hic per extraneum soluentem de propriis pecuniis ad effectum in specie tertio reportandi cessionem contra debitorem, non possunt intelligi de extinctione, sed de translatione, ut inferunt menti contrahentium, quæ potius attendi debet, tertio quam verborum formula ut ad propositum arguunt in terminis Cenc. quæst. 103. n. 17. vers. Etiam quoad Antonin. de Amat. var. resolut. resol. 7. s. b. n. 34. Modern. Hispan. d. disp. 35. n. 45. tom. 2. Hector. Capic. Latro d. decif. 16. n. 33. & 34. Rota decif. 366. n. 8. & 9. post Cenc.

Compro

- 17 Comprobatur hæc interpretatio ex observantia subsequuta, Isabella enim hæres Ludouici Impositoris, & auctrix Vrsinæ. agnovit censum non fuisse extinctum, sed translatum in Baldassinum obligando se ad fructuum solutionem ad ipsius favorem. Observantia autem plurimum deseruit in hac materia, ut in terminis admittit Rot. d. dec. 368. num. 4. Vbi quod hoc casu recedi potest à proprietate verborum; Iuncta præfatum declarationem Hieronymæ cedentis, quod intellexit censum transferre, non extinguere Summ. n. 3. quæ cum adducatur tantummodo ad probandam, & declarandam eius voluntatem, suffragatur licet ex intervallo facta fuerit, ut distinguendo tradit Bart. in l. non solum, §. morte in prima specie protestationes, ff. de non. oper. nuntiati. quem sequuntur Ruin. conf. 149. num. 14. in fin. vers. & est satis lib. 3. Merlin. de legit. lib. 2. tit. 2. quæst. 25. n. 45. & 6. Virisimilius enim est tertium soluentem de propriis pecuniis cum supradicta declaratione voluisse potius acquirere censum, & fructus lucrari, quam illum extinguere, & simplicem pecuniæ creditorem effici, ut dixit Rota d. decif. 366. num. 8. & 9.
- 18 Et ita utraq. &c.

R. P. D. CECCHINO.

Postea S. R. E. Cardinali.
Romana pecuniaria, seu locorum montium.
Veneris 13. Maij 1642.

ARGUMENTVM.

Administrator tenetur reddere rationem suæ administrationis, & restituere reliquam, aliàs potest condemnari ad restitutionem rei vna cum fructibus, quamvis ipse eos non perceperit. Epistola plenè probat contra contententem, quando est recognita manus.

SVMMARIVM.

- 1 Epistola plenè probat contra scribentem.
- 2 Bona alicuius quando quis administravit, potest conveniri ad reddendam rationem administrationis.
- 3 Administrator si aliquid non fecit ad quod tenebatur, ad id poterit condemnari vna cum fructibus.
- 4 Quod procedit siue ipse fructus perceperit, siue non.
- 5 Epistola quod sit scripta manu alicuius, quando non possit controuerti. Epistola quod sit manu alicuius scripta, bene probatur per duos testes habentes notam manum scribentis. Quod procedit licet testes non viderint scribere scripturam, quam recognoscunt, si sint de illis scripturis, in quibus non adhibentur testes.
- 6 Epistola, est de illis scripturis, quæ dum scribuntur, non adhibentur testes.
- 7 Scriptura bene recognoscitur per testes habentes notam manum scribentis secundum observantiam Rotæ, & maxime concurrentibus adminiculis.
- 8 Actus sequens declarat præcedentem. Salgado Labyrinth. Credit. Tom. II.

- 9 Epistola ab aliquo subscripta probat contra eum perinde ac si ab ipso esset scripta.
- 10 Testium contrarietates quando non sunt contra substantialia non attenduntur.
- 11 Testium dicta non sunt cavillanda, sed potius adinuanda. Testes repentes super recognitione manus alicuius, sat est, quod omnibus simul iunctis obarteribus, deponant de ea n. 11.
- 12 Testes ut à falsitate, & mendacio solvantur faciendi est omnis interpretatio.
- 13 Referens non probat sine relato.
- 14 Verba enuntiatiua, & ad alium probata non releuant. Limitatur tamen id, quando tenor scripturæ habetur in referente n. 14.
- 15 Verba quando dicantur dispositione, & deliberatè prolata.
- 16 Numerus pluralis saltem duo comprehendit.
- 17 Loca montium notorium est, quod estimantur ad rationem scutorum.
- 18 Locorum Montium fructus quales sint. Fructus quando taxentur absque alia liquidatione.

DECISIO CXLI.

Sententiam Rotalem R. P. D. mei Cerri, in qua D. Abbas Paulus de Angelis condemnatus fuit ad restituendam D. Episcopo Pactensi loca duo Montium, seu scuta ducenta, pro eorum valore, & scuta centum pro eorundem fructibus, confirmandam esse Domini dixerunt. Patens est enim assertio Abbatis in Epistola ad Dominum Episcopum scripta, quoad ipsius curram, & equos venderat, & ex pretio emerat loca Montium: Ex qua quidem Epistola A. sicut oritur plena probatio contentorum tertio in præiudicium Abbatis, leg. Publica §. fin. ff. de pos. leg. cum tabernam, §. idem quæsit in fin. ff. de pignor. Couariuu. pract. quæst. cap. 2. num. 7. Rota apud Cardin. Cauat. decif. 248. num. 3. & apud Buratt. decif. 266. n. 4. & decif. 360. num. 4. cum aliis relatis in decif. Reuerendiss. P. D. mei Cerri in hac causa facta. Ita potuit Abbas actione mandati, vel negotiorum gestorum conveniri tertio ad reddendam rationem in ea confessorum Bartol. in leg. decem in fine, ff. de verb. oblig. Iac. in l. certi conditio, §. si nummos num. 34. ff. si cert. pec. Surd. conf. 28. n. 50. & insuper condemnari ad præstanda loca montium, siue illorum pretium, vna cum tertio fructibus, siue loca montium emerit, siue non, l. idemque §. si procurator, & ibi Doct. ff. mandat. Menoch. de arbitr. cas. 209. n. 32. cum aliis allegatis in d. decif. R. P. D. mei Cerri, & iure tertio fructus perceperit, siue non. Card. Seraph. decif. 1245. n. 6. Rota decif. 69. num. 2. part. 1. recent. & coram sanct. mem. Greg. decif. 50. n. 2. ubi addent. littera B. allegant concord.

Quod autem Epistola fuerit scripta manu Abbatis, non tertio videbatur posse controuerti, cum fuerit plenè recognita per duos testes habentes notam manum: B. quod sufficit, licet non viderint illum scribere, cum sumus in iis in quibus testes adhiberi tertio non solent, ut præter alios in eadem decif. R. P. D. mei Cerri allegatos de observantia Rotæ testatur Card. Seraph. decif. 150. num. 2. Rota diuers. decif. 343. num. 4. & decif. 570. n. 2. part. 1. & decif. 303. num. 1. part. recent. Card. Mant. decif. 25. num. 2. Cardinal. Caualer. decif. 452. num. 4. iunctis tertio præcipuè adminiculis Rota diuers. decif. 124. n. 3. part. 2.

C c 3 part. 2.

part. 2. & apud Buratt. *decif. 475. num. 7.* & in Tiburtina Castrorum 4. Julij 1608. coram bon. mem. Cardin. Marquemontio. Quæ adminicula satis hic verificantur ex præcedenti mandato D. Episcopi facto in persona Abbatis & præsentis, & acceptantis ad vendendum equos, & currum, & ex sublequuta venditione equorum plene probata ex partita libri Gabellæ, vt fituratur in eadem *decif. R.P.D. mei Cerri.*

Nec fides dictæ Epistolæ minuitur, quia non scripta, sed subscripta fuerit & manu Abbatis. Sola enim subscriptio operatur, vt omnia in Epistola contenta ab ipso actualiter scripta dicantur, Ias. *in autb. si quis in aliquo n. 3. vers. sed cave, & num. 4. C. de edend. Nat. conf. 287. num. 4. Cephal. conf. 272. num. 85. Surd. conf. 61. num. 31. Rota decif. 603. sub n. 2. part. 2. recent. & apud sanct. mem. Greg. dec. 454. num. 5.*

Provt nec eandem fidem minui visum fuit ex his, quæ obiiciebantur contra dicta testium. Nam contrarietates, seu potius varietates ab informantibus pro Abbate consideratæ, non sunt circa substantialia recognitionis, super qua deponunt Roman. *conf. 30. num. 2. Natta. conf. 96. num. 4. Rota apud sanct. mem. Greg. decif. 194. num. 9. & dec. 248. num. 13. & decif. 351. num. 29.* Et sat est quodd omnibus characteribus simul iunctis habuerint notam manum Abbatis & testium enim dicta non sunt cauillanda, sed potius coadiuuanda Bart. *in l. de etate n. 7. circa med. vers. sed contrarium. ff. de minor. Corn. conf. 119. num. 6. ante finem lib. 3. Alex. consil. 185. sub n. 5. lib. 7. Rota apud sanct. mem. Greg. decif. 252. num. 11. & d. dec. 351. v. 37. & decif. 487. num. 6. & 7.*

Nec ex eo quodd primus testis dicat se nescire fuisse delectum ex albo Contratum Nationis siculæ, & tamen constet fuisse delectum, potest argui ipsum fuisse mendacem, & falsum. Possunt enim simul stare, quodd re vera fuit delectus, & tamen & illud ignorauerit, & sufficit, quodd hæc interpretatio fieri possit, vt testis à mendacio, & falsitate saluetur. Felin. *in ca. cum tu num. 13. de test. Alex. conf. 101. num. 21. lib. 7. Bertazzol. conf. crim. 8. num. lib. 1. Surd. conf. 530. n. 13. Rota apud sanct. mem. Greg. d. dec. 252. n. 11.*

Non obstat quodd dicta Epistola sit relatiua ad aliam epistolam & antea scriptam, ideoque non probet non exhibito relato. Quia cum relati tenor circa venditionem, & emptionem respectiue adsit in & referente, non est necessaria exhibitio relati ex allegatis in eadem *decif. R.P.D. mei Cerri,* quibus addi possunt Felin. *in cap. inter dilectos n. 7. de fid. instr. Dec. concif. 63. n. 6. Paris. conf. 33. n. 9. lib. 1. Ruin. conf. 31. n. 7. & conf. 231. n. 5. & 6. lib. 1. & fuit dictum in Romana locorum Montium 15. Maij 1611. coram bon. mem. Vbaldo Seniore, & gratis dicitur verba Epistolæ fuisse & enuntiatiua, & prolata ad alium effectum: cum in eo dispositiue & deliberatè reputant id quodd latius in præcedenti Epistola continebatur.*

Nec denique obstat videntur, quæ dicuntur de liquidatione, quia respectu locorum montium cum Epistola loquatur & in numero plurali, & sic duo saltem loca montium includat, vt ultra citatos in eadem decisione Reuer. P. D. mei Cerri tradit Cardin. *in clem. 1. §. præmissa num. 1. de supplenda neglig. Prælat. Rota apud Buratt. decif. 161. n. 8.* Quatenus Abbas recuset præstare loca montium, bene potuit fieri liquidatio iuxta & notorium illo-

rum pretium ad rationem scutorum 100. pro loco, Bald. *in leg. si fundum in fine, Cod. de rei vendic. Achill. decif. 2. de restit. spoliat. Card. Cauat. dec. 17. num. 1.*

Respectu verò fructuum, illis calculatis à data Epistola 13. Martij 1631. ad rationem minimi redditus locorum montium, scilicet scut. 4. $\frac{1}{2}$ quolibet anno pro vnoquoque loco montium, & satis iustificatur condemnatio Abbatis absque alia liquidatione. Card. Cauat. *decif. 323. n. 4. Rota in recent. decif. 58. n. 26. part. 6.*

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. BICHIO.

Marficen Jurisdictionis

Veneris 3. Iunij 1644.

ARGUMENTVM.

Subtrahens aliquam scripturam oritur mala præsumptio contra occultantem, qualiter tamen veniat faciendâ talis probatio deputatus ad custodiam talis scripturæ, si ea fuerit amissa, vt deputatus liberetur, sufficit probare fuisse amissam non culpa sua.

SVMMA RIVM.

- 1 Subtrahere non induit presumptionem pro aduersario.
- 2 Subtrahitio cum arguat dolum, & sic non præsumatur, ideoque plene, & concludenter est probanda.
- 3 Factum ipsum cum non præsumatur, ideoque probandum venit.
- 4 Ad Episcopum spectat deputatio Notarij Curie Episcopalis.
- 5 Ad Notarium, & non ad Episcopum spectat custodia actorum Curie Episcopalis.
- 6 Doli præsumptio intrat illam, qui iudicialiter requisitus aliquid producere, & recusat producere.
- 7 Ad custodiam deputatus Scripturarum liberatur probando casum emissionis, absque sua culpa.
- 8 Scriptura aliqua an sit originalis, necne quando sit superfluum querere.
- 9 Scriptura amissio ex quo datur iustificata.
- 10 Abb. in cap. accipimus sub num. 5. de fid. instr. refutatur.
- 11 Episcopus an occultando aliquem processum, oritur sinistra præsumptio contra Ecclesiam.
- 12 Probatio incerta, & non concludens, non releuat.
- 13 Probationes superflue non sunt attendenda.

DECISIO CXLII.

Rota confirmavit vltimam decisionem * pro Reuerendissimo D. Episcopo Marficensi non obstantibus iterum ex aduerso deductis, quæ referendo ad olim Episcopum Parisium culpam subtractionis processus compilati de anno 1578. inter Episcopum Marficensem, & Archipresbyterum Terræ Saponariæ super controuersia Jurisdictionis conabantur exinde elicere præsumptionem, & quod in eodem processu probata esset intentio Archipresby

presbyteri, etiam in præiudicium successorum in Episcopatu, iuxta, *Doctrinam Abbatis in cap. accepimus sub numero 5. vers. aut non potest de fide instr.*

Verum hæc præsumptio non applicatur casui nostro, quia non constat processum fuisse ab Episcopo Parisio dolose subtractum & quod ex aduerso probandum esset plene, & concludenter; nam licet præsumptionem probare non oporteat, quia ius illam inducit, tamen factum ipsum ex quo & resultat præsumptio, probare necesse est *cap. cum inter, de elect. cap. 3. loco de probat. cap. illud de præsumpt. & in his terminis notat Henricus Boych. in cap. peruenit id primo n. 2. de testib. cogen. quem sequitur Bellam. ibid. n. 2. & est textus in l. testium in fin. ubi gloss. in verb. probantibus C. testib. gloss. fin. in l. de possess. C. probat.*

Huiusmodi autem probatio nullatenus educi potest ex eo, quodd processus in Archiuo Curie Episcopalis non reperitur, quia exinde non sequitur culpa, vel dolum Episcopi, cum ad ipsum spectet & solum deputate Notarium actuarium, *cap. statutum §. Notarium de rescript. in 6. Bero in cap. quoniam, contra n. 46. de probat. Bald. conf. 137. n. 1. lib. 3. Afin. in praxi §. 14. cap. 8. num. 2. cap. 20. num. 2.* Ad quem, non autem ad & Episcopum spectat custodia actorum, & scripturarum Curie Episcopalis Abb. *in cap. quoniam, contra n. 3. & 4. de probat. Rota decif. 97. numero 1. & 4. decif. 339. numero 1. inter impress. post conf. Farinac. & in puncto, coram bon. mem. Cardin. Cauat. decif. 542. num. 1. & 2.*

Et quatenus testes examinari ad instantiam Archipresbyteri deponunt, quodd processus transmissus ad Archiepiscopum Salernitanum, ac deinde de ordine Sacre congregationis super negotiis Episcoporum ad curiam Romanam, rediit tandem ad manus Episcopi Parisij, qui ad hunc effectum, Nuntium specialem miserat ad Procuratorem, penes quem reperiebatur. Obiectum facile tollitur, tum quia iidem testes addunt plura folia originalia ex dicto processu retinuisse eundem procuratorem, eaque mediante opera Galeotti consignata, deinde fuisse Archipresbytero Cloffo, provt etiam alias factus fuit idem Archipresbyter, vt ponderat prima decisio §. primum adiniculum, & cum illa exhibere recusauerit, & quamuis ad id monitus iudicialiter fuisse, in ipsum doli præsumptio retorquetur, Menoch. *presumpt. 91. n. 4. lib. 2. cum aliis allegatis in prima decif. §. quartum.*

Tum quia testes examinati ad instantiam modernæ Episcopi testantur de visu, ac certa scientia, quodd statim mortuo Episcopo Parisio, Cæsar eius nepos processum subripuit è quodam scrinio Episcopi, & vltro quodd illum consignauit mediante pecunia Archipresbytero Cloffo. Et esto quodd in hæc secunda parte non bene concluderent, remanet saltem probata prima pars subtractionis factæ à Cæsare, quodd sufficeret, etiam si ipsemet Episcopus processum custodire debuisset quia obligatus & ad custodiam scripturarum liberatur probando casum amissionis absque sua culpa Barr. *in l. si quis ex argentariis §. an hæc heredi n. 2. & 4. & Castr. in §. prator ait n. 5. & 6. Alberic. in §. probetur in fin. ff. de edend. Grat. conf. 23. n. 19. lib. 1. Gozzadin. conf. 17. n. 11. Surd. conf. 109. sub n. 10. vers. idem.*

Non dubitari potest, quin processus vt supra subtractus à Cæsare nepote esset originalis, quia

quintus testis deponit in specie de originali, & de eo intelligendi sunt alij testes genericè loquentes; præsertim quia vnicus tantum processus probatur peruenisse ad manus Episcopi Parisij, qui sine originalis esset, sine copia subtractus fuit à nepote, licet verius sit fuisse originale, vt pluribus comprobatur prima decisio. Igitur superuacaneum est querere, an processus transmissus ad Curiam Romanam esset & sumptus ex originali, qui remansisset in Archiuo Marfici, an ipsemet originalis, nam præter quodd illum fuisse originale comprobatur prima decisio §. præter quodd, nec non *decif. Buratti 278. Ad fauorem aduersarij emanata num. 13. in omnem euentum, data etiam distinctione processuum satis est moderno Episcopo probasse per testes amissionem eius, quem antecessor habuerat; alterius verò, qui in Archiuo dicitur remansisse, cura cum ad actuarium spectaret, probatur, & amissio quoad Episcopum eo ipso quodd factis diligentis in Archiuo non reperitur Felin. *in cap. sicut col. 7. vers. quinta declaratio de re iudic. Aretin. in cap. fin. in 3. notab. de probat. Bart. in l. 15. post. num. 20. ibi, sed opinio est ff. de acquir. heredit. per text. in l. 3. §. nerua, ff. acq. possess. Surd. conf. 109. sub numero 6. versiculo dicit; Aretinus.**

Atque ita corruunt omnia fundamenta decisionum pro Archipresbytero, quia supponunt culpam Episcopi in occultando processum, aut negligentiam in perquirendo in Archiuo, & cogendo actuarium, vt exhibeat, quæ ex probationibus postea factis, & aliis supra deductis minimè vrgent. Eoque minus vagent contra Modernum Episcopum successorem mediatum illius, à quo processus occultatus asseritur quicquid & dixerit Abbas initio allegatus, cui non assentitur Felin. *in eod. cap. accepimus sub num. 15. de fid. instr. & pro successione in Episcopatu spondit Rota, coram Reuerendissimo Vrgellen. decif. 166. per tot. Quando vt in casu nostro successor non venit ad causam prosequendo factum occultationis processus, sed pro defensione iurium Ecclesie.*

Cum præterea hodie strictè agatur de concedenda necne audientia moderno Episcopo in quæ art. satis est quodd non constet de contumacia Episcopi in exhibendo processu. An verò ex quo processum antecessor occultasset, resultaret præsumptio & mali iuris Ecclesie, & quodd ibidem probata esset memorabilis ad fauorem Archipresbyteri respicit aliam quæstionem particulari si opus fuerit dubio discurrendam quam pluribus declarat Farinacc. *de testib. quæst. 78. num. 139. & segg. Boer. decif. 192. sub n. 9.* Et probandum ex aduerso esse tenorem scripturæ à Reo subtractæ; quia alias probatio & esset incerta, & non concludens, necessario tradit Bald. *in l. sic de possess. n. 2. C. de probat. post Cyn. ibid. sub n. 2. Felin. in cap. sicut n. 7. de re iudic.* Sed hæc vt dicebam, vel superflua sunt, quia non probatur processus occultatus ab Episcopis antecessoribus, vel suo loco, & tempore discutienda erunt.

Et ita decisum vtraque parte informante;

R.P.D. LEONE VEROSPICO.
Rheginen. Manutentionis.
Luna 27. Iunij 1644.

ARGUMENTVM.

Alienatio facta lite pendente licet tanquam laborans vitio rei litigiosæ, subsistentiam non habeat, attamen quando reperitur facta ex causa necessaria antecedenti valet, & tenet. Iudex quando non priuet aliquem sua possessione. De liberatio bonorum, facta sine citatione partis, & termino ad reluendum, tanquam nulliter facta non sustinetur. Clericus non potest conueniri à Laico Iudice.

SVMMARIVM.

- 1 Possessio anterior est manutenenda.
- 2 Cum titulo possidens eo magis veritè manutendū.
- 3 Alienatio, seu datio in solutum facta lite pendente impugnari potest, tanquam affecta vitio litigiosi, quod tamen limitatur.
- 4 Iudex potest priuare aliquem sua possessione, tam ciuilitè quam naturalitè.
- 5 Iudex nullitè, & iniuste procedens, non transfert possessionem manutenibilem in aliquem.
- 6 Possessionem animo retinens potest obtinere manutentionem aduersus possidentem naturalitè.
- 7 Possessio capta post interpositam appellationem excusari non potest à vitio attentatorum.
- 8 Clerico permissa vt appellatio de iure canonico in possessorio.
- 9 Iudicium factum sine citatione subsistentiam non habet.
- 10 Deliberatio bonorum facta sine citatione partis, non tenet.
- 11 Deliberatio bonorum, antequam fiat, debet concedi terminus parti ad reluendum.
- 12 Clericus non potest conueniri ex sententia Iudicis Laici.
- 13 Clericus non arctatur ex instantia cæpta contra Laicum suum principalem.

DECISIO CXLIII.

Elar Cannizzonus, vt Opeditor Olimpiæ in summa scutorum 900. iudicium assistentiæ intentauit contra illius bona coepta ab Anna eiusdem nepta, ac hærede, in eoque sententiam fauorabilem reportauit à Iudice, Vicariæ, quam contra Clericum Hieronymum de Capua vt possessorem eorundem bonorum exequi curauit impetrando Vicario Capitulari Rheginen. decretum de illa vendendo, seu deliberando Carolo de Capua, tanquam vltimo, & maiori oblato, qui etiam ab eodem Vicario immisionem impetrauit. Cum vero ab eo deliberatione, & subsecuta immisione appellasset Hieronymus coram A. C. & decretum manutentionis obtinisset, vt anterior possessor ex causa dationis insolutum sibi factæ ab Anna pro anteriori credito, quod eidem soluere tenebatur ex causa Dotis Auæ maternæ; Commissa

mihî causa appellationis cum facultate manutentionis, quem de iure, dubitari cui concedenda esset inanuentio, resolutum fuit ad fauorem Hieronymi quia de sui & anteriori possessione docet in qua manuteneri debet iuxta textum in cap. licet causam de probat. Bart. in l. vnic. num. 8. vers. si vero uterque probauit, Cod. vii possidetis, Menoch. de retin. remed. 3. num. 725. Aretin. in §. retinenda num. 9. in finit. de interd. dum maxime eadem possessio & corroboratur ex legitimo titulo dationis in solutum; vt notant communiter Doctores in l. vnic. Cod. vii possidetis idem Menoch. de retinend. remed. 3. numer. 733. Bouar. in interd. vii possidet cap. 2. num. 99. Rot. coram Greg. dec. 412. num. 2. vbi latè addunt. num. 5. & in Bononien. possessionis 14. Martij 1622. coram bon. mem. Merlino, & Vincenzina administrationis 16. Decembris 1624. coram Remboldo, quæ datio, seu alienatio licet sequuta fuerit pendente lite impugnari non valet tanquam affecta & vitio litigiosi, dum facta fuit ex causa necessaria, anterioris scilicet crediti, quod ab eadem Anna conserui debuerat Hieronymus iuxta text. in l. alienationis, ff. famil. hercisund. Lancellot. de atten. 2. part. cap. 4. lim. 8. num. 1. & 12. Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. glossa 14. n. 16. Roderic. de ann. redd. lib. 2. g. 15. n. 81. cum aliis adductis in Rom. Finea. 27. Iunij 1640. cor. bon. mem. Merlin.

Non obstat quòd Carolus Aduersarius immisionem impetraverit à Iudice in bonis controuertis, quæ antea ex eiusdem autoritate, tanquam vltimo, ac maiori oblato, deliberari obtinuerat: à quo propterea & Iudice tunc tam ciuili, quam naturali possessione priuatus fuerit Hieronymus iuxta textum in l. clam possidere §. qui ad nudum. ff. de acquir. possess. & l. qui vniuersus §. item prator. ff. eodem tit. & notant vtrouque Doct. Rot. decif. 634. part. 1. rec. & in Squillacen. Abbacia 21. Maij 1623. cor. bon. mem. Merlino.

Quia cum Iudex nullitè & iniuste processerit, nec transtulit possessionem manutenibilem in personam Caroli, nec Hieronymum anteriori possessione priuauit, dum se non habuit pro spoliato, qui ideo ratione ciuili, quam animo retinuit, debet contra Carolum occupantem naturalem, manuteneri, vt tradit Angel. de acquir. possess. quest. 18. artic. 2. num. 97. & 101. Boccac. de interd. vii possid. cap. 3. num. 13. Honded. conf. 20. num. 19. lib. 1. Rota coram Put. decif. 409. num. 4. lib. 2. & coram Gregor. decif. 46. num. 5. & 9. & in decif. 106. num. 2. & 3. & decif. 135. num. 3. part. 1. recent. dum maxime eadem possessio Caroli excusari & non valet à vitio attentorum, tanquam capta post interpositam appellationem ab Hieronymo iuxta textum in cap. de atten. part. 2. cap. 12. in prefato num. 78. Cui tanquam & clerico de iure canonico permissa erat appellatio in iudicio assistentiæ, licet possessorio. ex not. in Clem. 1. de caus. poss. & propr. & in Clem. 1. de sequestr. possess. & fruct. vbi Cardin. n. 10. & in cap. cum ad sedem vbi gloss. not. in verb. inter dictum circa finem vers. & not. de rest. spol. Couarr. peract. q. cap. 23. n. 9. vers. prima conclus. Afflict. decif. 169. n. 2. Rota decif. 391. n. 3. part. 1. recent.

Nullitas verò processus visa fuit concludi, tum ex ommissa citatione Hieronymi possessoris & tam in Iudicio subhastationis, quam subsecutæ immisionis, sine qua nec consistere potuit dictum Iudicium, nec Hieronymus in eo sua possessione priuari iuxta textum, in l. vltim. C. si per vim vel

alio modo, & in cap. licet Episcop. de preb. lib. 6. Hond. eodem. conf. 20. num. 19. lib. 1. Menoch. conf. 1073. num. 13. Rot. decif. 802. num. 7. part. 1. & dec. 179. num. 5. & decif. 187. num. 3. part. 4. diuers. & in his terminis & Iudicij deliberationis est textus in l. creditor C. de distract. pign. notat. gloss. in l. à D. Pio §. 2. in verb. videatur ff. de re iudic. Mangil. de subhast. q. 147. num. 10. & quest. 180. n. 1. Rota, coram Seraphino decif. 103. n. 3. & coram Gregor. decif. 416. num. 1. Tum ob non concessum terminum & ad reluen. post decretum deliberationis necessarium, in extra tradita per Salust. Tibici in prax. lib. 1. cap. 41. n. 5. Rota, coram Gregor. decif. 416. num. 2. & in V. beneuolentia domus, 15. Decembris 1594. cor. bon. mem. Card. Pampilio post Mangil. eodem tract. de subhast. dec. 5. n. 15. Tum demum, iudicium eadem sententia lata coram iudice & laico in iudicio assistentiæ contra bona possessa ab Anna exequi non poterat contra Hieronymum, in quem eadem bona transferantur, cum ille tanquam clericus, & possessor conueniri non potuisset ex sententia Iudicis Laici, iuxta not. in cap. At si clerici, cap. cum non ab homine, & in cap. qualiter de iudic. & in cap. Sanctæ Mariæ de constit. & in aub. statutus C. de Episc. & Cler. Abb. in cap. quoniam frequenter §. sunt & alij num. 28. vers. conclude ergo. vt lit. non contestata. Soccin. Sen. conf. 91. num. 13. & 14. lib. 3. Dec. conf. 700. num. 7. Purpurat. conf. 26. n. 1. Gaaf. de effect. Cleric. effect. 1. num. 906. Nec arctetur ex instantia cæpta contra laicum suum autorem. iuxta reg. traditam in cap. Nullus Clericus, & in cap. Clericus 11. quest. 1. notant Doct. in cap. quia V. de iudic. vbi Batr. & Abb. num. 12. Imol. num. 3. Dec. num. 3. Add. ad fel. num. 3. vers. & istam partem puto veriore Rota, coram Seraph. decif. 957. n. 9. & in dec. 5. n. 1. de for. comp. in antiq. Et ita vtraque, &c.

R.P.D. ROYAS.

Postea Episcopo Tarraconen.

Perusua Spolij.

Luna 27. Ianuarij 1643.

ARGUMENTVM.

Subhastatio quando nulliter fuit facta, tunc emens tenetur ad restitutionem rei, vnà cum fructibus quoad procedit etiam si talis subhastatio fuerit facta instante fisco, cum Fiscus, quidquid nonnulli perperam senserint, non reperitur in hoc priuilegiatus, vt in subhastatione faciat fructus suos.

SVMMARIVM.

- 1 Spoliatus debet in primis restitui, nec admittitur retentio.
- 2 Fructus habitus lite pendente sine dubio veniunt restituendi.
- 3 Per litis contestationem remanet sublata bona fides.
- 4 Debitum illiquidum non potest impedire reintegrationem.
- 5 Emens sub hasta à Fisco, ob cuius priuilegium

facit fructus suos, nec tenetur imputare in sortem, & an id sit verum, num. 18.

- 6 Emens sub hasta à Fisco, non amouetur à possessione, nisi restituit ei pretio.
- 7 Fructus rei subhastate debent restitui, quando subhastatio fuit nulla, etiam ab eo qui emit instante fisco, & num. 12.
- 8 Text. in l. 1. C. de fid. instrum. & iur. subhast. fisc. lib. 10. in quibus casibus loquatur.
- 9 Verba omni ordine peracto, quid inducant.
- 10 Ad fructuum acquisitionis effectum requiritur vel dominium, vel bona fides possessoris.
- 11 Priuilegium fisci non operatur vt qui nullitè emit sub hasta, dominium acquirat.
- 12 In subhastatione presumitur mala fides eo ipso quod non fuerunt adhibita solemnitas necessaria.
- 13 Litis contestatio sine dubio, & indistinctè inducit malam fidem.
- 14 Fides mala bene causatur ex venditione longè ultra dimidium iusti pretij, facta.
- 15 Emptor post litem contestatam, & secutam sententiam tenetur restituere fructus, si aliquid nullitè fuit emptum sub hasta.
- 16 Titulus dum non reducit ad non titulum, ex cuius defectu quis tenetur ad restitutionem fructuum.
- 17 Fisco in casibus in quibus ipse non reperitur priuilegiatus à iure communi, vitur eodem iure, quo alij.
- 18 Subhastatio, quando fuit nulla ob imperitiam iudicis, durius agitur contra fiscum, quam contra priuatum.
- 19 Fisco competit priuilegium; vt sibi eligere Iudicem.
- 20 Iudicem imprudentem, & ignarum, si quis sibi elegerit, sibi id imputare debet.
- 21 Bona quando nullitè subhastantur, emens facit fructus suos, dum ei non fuit restitutum pretium declarata, num. 24.
- 22 Subhastationem impugnans, tenetur ad restitutionem pecuniarum vnà cum usuris.
- 23 Text. in l. vsura C. de præd. minor. contra quem loquatur.
- 24 Mangil. de subhast. quest. 91. per tot. in quibus terminis loquatur.
- 25 Fructus soluere si quis nunquam promiserit nec ad illos soluendos fuit interpellatus, non tenetur illos soluere.
- 26 Censuræ est quid diuersum à credito.
- 27 Retentio pro credito non competit nisi pro eadem causa, & pro eodem credito, pro quo subhastatio nullitè fuit facta.
- 28 Retentio nunquam datur, quando creditum est illiquidum.

DECISIO CXLIV.

Is fuit coram me resolutum DD. Comites de Bvbaldis esse reintegrandos ad possessionem bonorum sancti Mariani, & Beltrignana, sicutque per A. C. traditum votum ad hoc vt ad expeditionem causæ deueniret, cui placuit iterum consulere Rotam, & dato dubio, an DD. de Chrispoltis competeret retentio in dictis bonis, hodie discussio, Domini negatiuè responderunt. Tum quia versamur in spolio Iudiciali, in quo retentio non datur pro prætenso credito scutorum 400. solutorum per Martiam matrem eorum de Chrispoltis in subhastatione sequuta, nisi in casu

in quo possessio fuit omiffa ob contumaciam, siue ob culpam spoliati, quæ cessat in præfenti, cum constet comites citatos semper comparuisse, & subhastationi, & deliberationi se opposuisse, secus verò ubi spoliū fuit commissum per Iudicem nulliter procedentem, vt in hoc casu proxi in prioribus decisionibus comprobatur fuit, & sic 1
† spoliatus debet in primis restitui, nec admittitur retentio Alex. in l. 3. §. ultimo num. 27. cum seqq. ff. de acquir. possess. Negulant. de pign. part. 5. membr. 2. n. 20. 21. & 22. Grat. discept. 734. n. 48. & 49. Causal. decis. 539. n. 10. & 543. num. 4. & in Romana domus coram Vbaldo post Mangil. de subhast. decis. 54. num. 6. & 7.

Tum etiam quia aut obstat Chrispoltis exceptio satisfactionis, cum illi possederint bona subhastata per 20. annos enumeratum tempus ante motum litem, vel post intentatum Iudicium quod 2
fuit de anno 1634. per nouennium † à quo tempore indubitanter fructus annui veniunt restituendi Cap. grauis de restit. Spoliat. Verall. decis. 28. num. 2. part. 2. Coccin. dec. 439. n. 2. Causal. decis. 586. ad fin. Duran. dec. 454. num. 6. Qui fructus ascendunt ad annua scuta 3000. vt testes comprobant, sunt ideo compensandi cum dicto credito scutor. 4000. quia ex tunc per contestationem litis sublata † remansit bona fides, aut saltem venit dicendum remanere proflus illiquidum creditum illorum de Chrispoltis, ita vt illius vigore non valeant † impedire reintegrationem, 3
Gratian. discept. 734. n. 13. Surd. decis. 46. num. 16. Rota, decis. 433. num. 2. part. 2. recent. & 411. n. 24. part. 5. & dec. 54. sub num. 11. post Modern. Perul. de Manut. Causal. decisione 539. n. 5. & fuit dictum in Auximana census 10. Maij 1636. coram R. P. D. Meo Chiflerio.

Nec obstat quoddam Domini de Chrispoltis præteritum ex perceptione fructuum non fuisse extintum, nec redditum illiquidum eorum creditum, ex † quo emerint subhastata à fisco, ob cuius 5
privilegium fecisse fructus suos, nec teneri imputari in sortem per text. in l. fundus qui ff. de rescind. vendit. in l. 1. Cod. si aduers. fisco. in l. si minor C. de iur. fisco. in l. 1. & 2. C. de fid. instr. lib. 10. Peregr. de iur. fisco. l. 6. tit. 4. n. 21. Quia fuit per Dominos responsum in præfatis iuribus nullibi reperiri scriptum, quod emptor non amoveatur † nisi 6
restituto pretio soluto, aliud autem est pretium, aliud vero fructus ex bonis emptis percepti, quos restituendos esse, quando subhastatio † est nulla, etiam ab eo qui emit instante fisco disponit ad iteram text. in l. 1. C. de fid. instrum. cum fructibus. & text. loquitur non solum quando fuit facta subhastatio, & deliberatio nomine fisci à non persona 8
legitima, sed etiam, quando deficiunt alie solemnitates, ibi, neque omni ordine peracto, iuducant necessitatem aliarum solemnitatum copulariue, ita vt vna deficiente intret dispositio dicti text. vt declarat ibid. gloss. in verb. in omni ordine.

Vltra quod ad effectum acquisitionis fructuum requiritur vel dominium, vel † bona fides possessoris, l. fructus, & l. ex diuerso iuncta l. in fundo ff. de rei vendic. l. Herennius, ff. de usur. At privilegium fisci non efficit, vt qui nulliter emit subhastata, dominium, † acquirat optimè, gloss. in d. l. fundus, verb. satisfactum esse in fin. ff. de rescind. vendit. ibi, & ideo dicitur esse non statim, in bonis actoris, scilicet vt possit petere cum effectu, 11
suis tamen est, & esse non desit. Hinc Curt. iun.

conf. ultimo num. 4. lib. 2. Adducitur per Peregrin. de iur. fisco. lib. 6. tit. 4. num. 21. Ad comprobandum priuilegium fisci, ait, † Emptorem retinere rem loco pignoris propterea fructus suos non facere.

Nec priuilegium fisci efficit, vt emptor constituitur in bona fide, imò in mala, † quæ præsumitur eo ipso, quod in subhastatione non fuit seruatus ordo, gloss. in d. l. 1. verb. mala fide instr. & iur. bast. fisco. lib. 10. Præsertim stante litis † contestatione, quæ indistincte malam fidem inducit Bart. in l. sed & si lege §. si ante num. 1. ff. de petit. hered. Surd. consil. 293. num. 9. Busat. decis. 130. num. 8. in fin. & 714. n. 9. Quæ etiam caufatur ex venditione † longe vltra dimidium iusti pretij facta Castr. conf. 156. n. 1. vers. 1. quia lib. 2. Vbi adducuntur alia iura, cum testes deponant bona valere scuta 12000. Et ita post litem contestatam, & sequutam sententiam tenetur † emptor restituere fructus, vel eos in sortem imputare, quia nulliter subhastata emit ad instantiam creditoris, l. prima C. si vendit pign. agat. hocque etiam expresse disposuit, imperator in d. l. 1. C. de fid. instrum. & iur. bast. lib. 10. Gratian. discept. 206. n. 15. Causal. decisione 409. n. 1. Cum titulus reducatur ad † non titulum, ex cuius defectu possidens 17
tenetur ad restitutionem fructuum, Rot. dec. 693. num. 1. post med. part. 1. recent. Nec fiscus in hoc aliquo † in loco reperitur priuilegiatus à iure Gamm. decis. 77. sub n. 1. vers. nec est speciaie. Fiscus autem in casibus in quibus † non reperitur 19
à iure priuilegiatus, vtitur eodem iure, quò alij, l. quod placuit ff. de iur. fisco. gloss. communiter approbata in l. item veniunt, §. in priuatorum ff. de pet. her. Dec. conf. 331. num. 3. Peregr. de iur. fisco. lib. 7. tit. 7. per tot. Fontanella decisione 221. n. 4. Durand. decis. 380. num. 7. & 8. Imò quando vt in † præfenti subhastatio fait nulla ob imperitiam 20
iudicis durius agitur contra fiscoem, quàm contra priuatum, quia cum subhastatio † facta cum iudice electo per fiscoem, vel habente ab eo causam, † cui eligendi sibi iudicem competit de iure facultas, sibi imputari debet fisco, vt iudicem imprudentem, & ignarum elegit, si in terminis subhastationis Caballin. de enit. §. 5. n. 227. Fontan. decis. 221. n. 23. & 24.

Minus obstat, quòd dum non fuerunt oblata dicta scuta 4000. Chrispolti fecerint fructus suos per text. præfatos in d. l. fundus, & l. ex diuerso, & 23
l. in fundo ff. de rei vendic. ibi, oblata pretio. Quia fuit per DD. responsum, Vbaldo non fuisse obligatos ad obligationem præfatorum scutorum 4000. antequam non fuisset oppositum de retentione pro dictis scutis 4000. vt in puncto respondit Olaf. 24
decis. 160. n. 16. & 17.

Nec pariter obstat, quòd fructus percepti ex istis bonis veniant compensandi cum fructibus cuiusdam census impositi per Martiam præfata matrem eorum de Chrispoltis occasione huius subhastationis, & pro soluenda pecunia fisco, vnde impugnans subhastationem, tenetur ad restitutionem pecuniarum cum usuris l. usura, & l. si prædium, C. de præd. minor.

Quia fuit sublata difficultas, tum ex eo, quod fructus prædij longè maiores sint, quàm fructus census. Tum etiam quia text. in d. l. usura. Loquitur contra debitorem, qui pretium rei venditæ receperat, & in sui vtilitatem conuerterat, vnde æquum videbatur, vt pretij à se nulliter recepti

pti soluere legitimas vsuras, dum reperebat fructus fundi ab emptore, à quo pretium receperat, in quibus terminis loquitur Modern. Pisaur. de subhast. 9. 91. per tot. Allegando præfata iura; At in casu nostro cessat dicta æquitas, quia non agit debitor, sed totius ex fideicommissio maiorum ad bona vocatus, quique nullum ex subhastatione commodum fenterat, imò in hoc casu nec ipse debitor ad vsuras teneretur, cum nunquam eas promiserit, nec interpellatus fuerit à Chrispoltis, quando pecunias ad census acceperunt, vt requirebatur ad hoc vt Vbaldi tenerentur ad restitutionem fructuum. Gratian. discept. 85. n. 14. & 15. Rot. decis. 52. n. 3. part. 1. rec. & in Romana pecuniaria 24. Aprilis 1637. coram bon. mem. Merlino.

Quinimo cum census sit quid diuersum à credito, neque subhastata fuerint bona pro censu, sed pro pœna pecuniaria fisco debita ob contrauentionem Paroli, non potest pro fructibus census retinere bona, cum retentio non competat, nisi pro eadem causa, & pro eodem credito, pro quo subhastatio facta fuit, Surd. decis. 46. n. 2. Causal. decis. 539. n. 4. & 543. n. 3. & post Mangil. de subhast. decis. 54. num. 5.

In omnem casum cum pretium oblatum subhastata per Martiam ascendat tantum ad scuta 4000. pro quibus in se accolluit censum ad dictam summam ascendentem, & fructus bonorum de quibus agitur longe excedant intersurtia præfati census, inde non potest negari quin creditum præfatorum de Chrispoltis remanserit saltem illiquidum, quo casu nunquam datur retentio ex supradictis.

Et ita resolutum vtraque, &c:

R. P. D. CERRO.

Sacra Rotæ Decano.

Bononien. fideicommissi de Pancaldis.

Veneris 23. Ianuarij 1643.

ARGUMENTVM.

Filius quidquid habet à patre, tunc multò magis prouenisse præsumitur, quando bona sunt in eo loco, quo à Patre possidebantur, quia nisi doceatur de noua acquisitione, præsumuntur paterna. Aliqua habes circa probationem identitatis, & maximè si sumus in antiquis.

S P M M A R I V M.

- 1 Filius quidquid habet à Patre, prouenisse præsumitur.
- 2 Bona possessa à filio in loco, ubi pater eius possidebat, præsumuntur esse illa eadem quæ à Patre possidebantur.
- 3 Intellige dum non exhibetur alius titulus, nec appareat de acquisitionibus filij amplius, numero 4.
- 5 Identitatis probatio ex quibus reddatur indubitalis.
- 6 Ad Bonorum identitatem probandam sufficiunt duæ demonstrationes.
- 7 Identitatis probatio ex quibus satis iustificatur.

- 8 Identitas facilius probatur, quando sumus in materia antiquissima, tunc probetur solis coniecturis, & præsumptionibus.
- 9 Identitatis probatio personam percutiens, qualiter veniat probanda, & n. 10. 11. & 12.
- 13 Testes examinari inter alias personas, non probant inter diuersos.
- 14 Testes probant pro & contra hinc inde, & successores tam particulares, quam vniuersales.
- 15 Tertius admissus ad causam in statu, & terminis, in quibus reperitur, omnia acta facit sua.
- 16 Tertius admissus ad causam in statu, & terminis, in quibus reperitur, dicitur ratificasse omnia gesta in l. te.
- 17 Identitatis probatio est: quibus non remaneat offuscata.
- 18 Ins idem est de parte, quam de toto.
- 19 Summa minor, inest in maiori.

DECISIO CXLV.

Supposita existentia fideicommissi ad fauorem Thomasiæ de Pancaldis in omnibus aliis decisionibus huius causæ latè deductis & præcipuè 18. Iunij 1642. coram me, pro obrinenda immisione super prædio tornaturarum 30. de quo agitur contra fratres Beatæ Mariæ charitatis Bononiensis possessores, Domini etiam hodie steterunt in decisio, quoad identitatem prædicti prædij, super qua fuit resolutum ordinatum, vt strictè informantes insisterent.

Nam quod istud prædium de quo agitur fuerit possessum à Berto Testatore de tempore obitus, & eo benè deducitur, quòd idem Testator possedit in communi Longatiæ multas petias terræ aratias, arboratas, & vitatas, iuxta bonailorum ab oleo; & alios confines, vt apparet ex eius Testamento, & post eius obitum Ioannes Baptista eius filius in eodem loco, & vocabulo possedit terras, de quibus hodie agitur ab eo peruentas ad Fratres Charitatis mediante Abbato Balzano, vt infra probabitur, habentes easdem qualitates, & eosdem confines. Vnde præsumuntur illæ eademmet, quas Bertus Testator in dicto loco possedit, non solum hoc suadente illa generali præsumptione, quod quidquid habet filius à patre prouenisse præsumitur, l. 2. C. de patr. potest. Menoch. conf. 207. num. 17. Marzar. in epit. de fideicommissis. 58. v. & pro fideic. Rota, in Montisfalsi fideicommissi, 10. Aprilis 1628. coram Eminentissimo Cardin. Vbaldo. Sed etiam ex alia magis stricta, & vrgenti præsumptione, quòd bona † possessa 2
à filio in loco, in quo eius pater possedit, præsumuntur illa eademmet, quæ ibidem pater possidebat, dum non exhibetur alius titulus, nec appareat de acquisitionibus † filij iuxta vulgatum. conf. 3
Fulgos. 145. sub n. 2. quod sequuntur Peregr. de fideic. art. 44. n. 22. Citiac. controuers. Forens. contr. 204. n. 15. Rot. cor. san. mem. Gregor. XV. dec. 575. n. 9. & 11. & decis. 131. n. 5. part. 1. & decis. 42. num. 4. & dec. 129. num. 2. part. 5. Et passim in aliis.

Quod efficacius procedit in casu nostro, cum hic non habeamus solummodo præsumptiones, sed vlrerius concurrant qualitates, & demonstrationes † identitatis probationem concludentes, nempe qualitas prædij aratiui, arborati, & vitati, ac etiam conuenientia consinium, cum identitatis

6 tificentur confinia ꝛ viæ publicæ, stradelli, & bonorum illorum ab oleo, cum tantum sufficiant duæ iuxta doctr. Bart. in l. demonstratio falsa, ff. de condit. & demonstrat. Quæ qualitates, & demonstrationes iunctis cum supradictis præsumptionibus, non est dubium, quod plenè probant identitatem accedentibus præsertim depositionibus testium examinatorum in hac causa de anno 1579. deponentium, quod bona hæreditaria Berti Testatoris peruenerunt ad Ioannem Baptistam eius filium, vt patet ex datis in Summario vltimæ positionis n. 19. maximè cum versetur in materia adeo antiqua vltra 100. annos, quo casu identitas probatur etiam solis coniecturis, & præsumptionibus, iuxta cap. cum causam, de probat. Soccin. Sen. conf. 116. num. 2. lib. 1. Riminali. iun. conf. 254. num. 11. Rota, in rec. decis. 81. num. 20. & 360. num. 10. part. 5. & dec. 58. n. 14. & 164. numero 38. part. 6. cum aliis in decis. allegatis.

9 Quod autem Ioannes Baptista possederit terras de quibus hodie agitur, & quod ex eo deueniant ad Fratres Charitatis, pro vt probandum est ad effectum, vt probationes identitatis percutientes personam Ioannis Baptistæ afficiant etiam dictos fratres tanquam illius successores, & ab eo causam habentes clarissimè patet. Nam mortuo dicto Ioanne Baptista, Albertus Ballanus eius ex Francisca filia nepos adiuit eius hæreditatem, & cæpit possessionem omnium eius bonorum, & signanter terrarum, quas ille possidebat in comuni Longariæ habentes eandem qualitates, & eodem confines quantitatis tornaturarum 120. vt apparet ex petitione eiusdem Alberti iudicialiter facta, nec non ex mandato de immittendo ad eius fauorem expedito, & demum ex Instrumento possessionis illius vigore adeptæ, vt in eodem Summario, num. 19. Ex quibus terris postea Fratres Charitatis acquisuerunt istas tornaturas 30. quæ hodie controuertuntur, mediante mandato de associando, quod ipsi obtinuerunt contra Albertum pro quodam eorum credito, cuius vigore in possessionem dictarum tornaturarum 30. immitti obtinuerunt, vt in dicto Summario n. 21. Ex quo transitu bonorum Testatoris de illo in Ioannem Baptistam eius filium, & successiuè de isto in Albertum, & de Alberto in Fratris incertissima redditur identitatis probatio, non solum respectu ipsius Ioannis Baptistæ Testatoris, sed etiam respectu dd. Fratrum, & aliorum quorumcumque illius successorum, & alias causam ab eo tam mediata, quàm immediata habentium, tam titulo, & nomine vniuersali, quàm particulari, Castr. conf. 94. in fin. lib. 2. Barbat. latissimè conf. 37. per tot. lib. 3. Crauet. conf. 29. n. 1. Marzar. in epitom. fideic. quæst. 60. Peregrin. de fideicomm. art. 44. n. 22. Fusar. de substit. quæst. 628. n. 50. Rota in recentior. decis. 706. n. 2. part. 2. & decis. 160. num. 1. parte 5.

13 Nec obstant ea, quæ ad infringendam identitatis probationem in contrarium excitata fuerunt. Et primo quod Testes deponent ꝛ super successione Ioannis Baptistæ in bonis paternis fuerint de anno 1579. inter alios examinati, quia vltra quod vis probationis non desumitur ex solis testibus, vt patet ex iam dictis, respondetur quod dicti Testes fuerint ser. examinati ad instantiam, Petri aui, Thomasiæ, & aliorum de Pascaldis, qui tunc agebant contra tertios pos-

14 sseores pro istis, & aliis bonis vindicandis ab Authoribus fratrum, & ab aliis, ac proinde probant pro & contra hinc inde successores, tam particulares, quàm vniuersales, Arc. conf. 36. n. 3. vers. secundo dico, Soccin. sen. conf. 82. num. 4. lib. 3. Peregrin. de fideicomm. art. 47. num. 27. in fin. Rota coram Gregor. decis. 535. num. 1. cum aliis in decisione coram me allegatis, vers. qua verò obiciebantur.

15 Eoque magis, quia Thomasia post mortem parentum obtinuit admitti ad prosecutionem causæ per eius auctores motæ in statu, & terminis, in quibus ea reperiebatur, & ad eandem Fratres quoque postea vocati venerunt, quo casu colligentes dicuntur fecisse omnia acta sua, & ratificasse ꝛ omnia antea gesta, Inuoc. in cap. cum super n. 6. vers. si autem hæc tertia persona, & ibi Butr. n. 18. Felin. n. 17. de re iudic. Pat. decis. 32. num. 2. lib. 3. Rota, in Cesaraugustana distributionum, 4. Decembris 1634. coram R. D. meo Patriarcha Panzirolo;

17 Minus obstat secundo, quod prædium adiudicatum Fratribus sit tornaturarum 30. & prædium quod Albertus habuit ab hæreditate Ioannis Baptistæ esset tornaturarum 20. quia dum ex præcedentibus constat, quod Fratres non acquisierunt totum prædium, sed solummodo ex eo tornaturas 30. hinc nulla potest prætendi diuersitas, nec offuscari identitatis probatio, sed imò magis elucescit, quia dum non controuertitur, nec controuerti potest, quod totum integrum prædium fuerit possessum à Testatore, ita etiam dicendum est de his 30. tornaturis ab eo detractis, cum idem ius sit de parte, quod de toto, l. quæ de tota ff. de rei vind. l. cuius effectus ff. de regalis iuris, & vtrouique DD. & regulariter minor summa inest in maiori, vt in his terminis, pro saluanda identitate respondet Rota, decis. 87. num. 8. part. 5. recent.

Et ita decisum vtraque parte informante.

R. P. D. CERRO.

Sacrae Rotæ Decano.

Romana Saluiani.

Veneris 17. Aprilis 1643.

ARGUMENTVM.

Saluanum interdictum quibus concurrentibus intret. Bona quantumuis sint prohibita striete alienari, & hypothecari, &c. nihilominus immisso potest concedi super commoditate percipiendi fructus donec, & quo vsque, &c.

SVMMARIVM.

- 1 Creditum cum hypotheca, probandum venit in iudicio Saluiani.
- 2 Stipulatio nostra releuationis indemnitates, quando dicatur commissa.
- 3 Possessio de tempore obligationis probanda venit, vt obtineatur in iudicio Saluiani.
- 4 Item possessio aduersarij de tempore mota litis, qua probatur ex ipsa litis sustentatione.
- 5 Domus si sit prohibita quoquomodo vendi, aut alienari

alienari irrequisito proprietario sub pœna caducitatis, tunc super ea non potest restitui hypotheca.

6 Alienatio etiam latissimè sumpto vocabulo, hypothecam etiam comprehendit.

7 Venditio, & alienatio quid comprehendat.

8 Per hypothecam simplicem bona non alienantur, sed remanent in bonis hypothecantis.

9 Immissio potest concedi super commoditate percipiendi fructus.

10 Commoditas percipiendi fructus venit in generali obligatione, & semper remanet hypothecabilis, quamuis omnis hypotheca prohibita fuerit.

11 Quod procedit etiam in materia feudali.

12 Fructus percipiendi, qui habet facultatem, & commoditatem, alienare non dicitur obligando illos.

13 Saluanum etiam intrat, ratione commoditatis percipiendi fructus cadentis, seu obligatione generali.

14 Et conceditur immisso creditori, in possessionem rei prohibita alienari, & ad quem effectum.

15 Immissio, quando conceditur super commoditate percipiendi fructus, non tangitur substantia rei, aut vile dominium.

16 Domino directo nullum præiudicium inferatur, si alius habeat vile dominium, & iste alteri fructus consignet, vt sibi satisfaciatur de suo credito.

17 Fructus percipiendi facultas, quando non sit perpetua, nec ad hæredes extraneos transitoria.

18 Emphyteusis quando est hereditaria, tunc primus acquirens potest illius fructus, ne de eius vita durante, sed perpetuo etiam hypothecare in præiudicium emphyteute, & quarumcumque hæredum, & successorum.

19 Emphyteusis acquisitio, quando fuit facta ex titulo oneroso, tunc sane primus acquirens potest præiudicare cæteris, & num. 21.

DECISIO CXLVI.

ANNO 1586. Vincentius de Vetera super vna eius domo dotali imposuit annuum perpetuum censum scut. 35. sortis principalis scutorum 500. ad fauorem filiorum, & hæredum bonæ mem. Hieronymi Verospij sub fideiussione q. Lutij Liliij, quem dictus Vincentius impositor releuare, & indemnes seruare promisit sub obligatione Camerali, Summar. illorum de Vetera, numero 1.

Decessit postmodum d. Lutius fideiussor instituto sibi hærede vniuersali Torquato de Vetera eius nepote, cui quandoquomque decedenti substituit primum filium maculum Valerij, si vocabitur Lutius Lilius, sin minus secundum, seu illam, qui huiusmodi nomen, & cognomen habuerit, cum facultate illud assumendi, eodem Summario, num. 3. Vnde cum per obitum Torquati factus fuerit locus substitutioni præfate in fauorem Lutij Vincentij Liliij secundo geniti dicti Valerij, & ab Ersilia Zimenes cessionaria creditorum census fuisset euicta vna domus hereditaria in dicti Lutij Liliij fideiussoris, fuit pro releuatione indemnitates introducum iudicium Saluiani à Lutio Vincentio filio substituto contra Petrum Paulum Rosciolum detentorem vnus do-

Salgado Labyrint. Credit. Tom. II.

mus olim spectati, ad q. Vincentium principalem debitorem dicti census, & sententiam fauorabilem immisionis super commoditate fructuum à Iudice ab A. C. deputato obtinuit, à qua commissa tantum in deuolutio causa appellationis in Rota, dubitanti, an immissio sit reuocanda, vel confirmanda, & Domini confirmandam esse dixerunt.

Quia cum de validitate dubitari non possit, & legitimatio personarum iustificetur in actis ex fide obitus Torquati primi hæredis instituti, & ex testibus deponentibus Lutium Vincentium Liliium esse filium secundogenitum Valerij, eiusque cognomen assumpsisse statim, ac notitiam habuit de obitu Torquati, primogenitum verò dicti Valerij ante obitum d. Torquati ingressum fuisse Religionem Canonicorum lateranen. ibique professionem emittendo dimississe nomen, & cognomen Testatoris, quod habebat. Iustitia patet ex consensu viam extremorum ad obtinendum in hoc iudicio, Creditum enim ꝛ cum hypotheca probatur ex Instrumento census, in quo Vincentius sub obligatione Camerali promisit releuare indemnem Lutium fideiussorem iuncto alio Instrumento immisionis obrentæ ab Ersilia pro fructibus d. census super domo hereditaria Lutij, per quam fuit commissa stipulatio releuationis. Rota in recent. decis. 456. numero 2. part. 2. Possessio verò domus de qua agitur ꝛ de tempore obligationis probatur ex Instrumento acquisitionis factæ per Vincentium ab illis de Naris, à quibus fuit inuestitus de d. terreno, super quo domum postea fabricauit, dicto Summario, numero 6. Iunior autem possessio Roscioli satis probatur ꝛ ex litis sustentatione Caputaq. decisione 369. part. 2. Casar. de Grass. decisione 4. de restitut. spoliat.

Non obstat defectus hypothecæ, ex eo quod doctus hæc sit emphyteutica prohibita quoquomodo vendi, aut alienari irrequisito proprietario sub pœna ꝛ caducitatis, quia præter quod non fuit expresse prohibita hypotheca, nec alienatio latissimè sumpto vocabulo, quæ hypothecam etiam comprehenderet gloss. in l. final. verbo, vel hypothecam C. de rebus alien. non alienand. Soccin. conf. 75. num. 2. lib. 1. Sed solum venditio, & alienatio, ꝛ per quam scilicet ius illud emphyteuticarium, in alterum transferatur, quæ nullo modo capit simplicem hypothecam, per quam bona non alienantur, sed remanent ꝛ in bonis hypothecantis, l. pignus C. de pignor. Mantie. de tacit. & ambig. lib. 22. tit. 28. num. 51. cum duobus sequentibus, Rota, diuers. decis. 426. num. 6. & 7. part. 1. Immissio ꝛ fuit solum concessa super commoditate percipiendi fructus, quæ venit in generali obligatione, & semper remanet hypothecabilis, quantumuis omnis ꝛ hypotheca prohibita fuerit, vt post Bartolum in l. si is qui, §. vsus fructus, num. 2. ff. de pign. tradit Negul. eo titulo 2. membr. 5. part. num. 9. ante med. vers. Tamen hoc non obstante, Aym. conf. 213. num. 2. Menoch. conf. 1022. numero 6. vers. tertia est dubitatio, & num. 7. & 2. cum pluribus seqq. Gratus conf. 54. num. 14. & seqq. lib. 1. Giurba, ad consuetud. Messan. cap. 1. gloss. 2. part. 1. num. 110. Gratianus discept. forens. cap. 43. numero 1. cum seqq. Rota, coram Put. decis. 111. lib. 3. in correct. Quod idem in materia feudi tradunt.

D d Ioann.

Ioann. Faber. §. Item seruiana n. 26. vers. sed fructus inst. de action. Isernia in cap. imperialem n. 3. ibique Aluarot, & cæteri communiter de prohib. feudi alienan. per Federicum, Alex. conf. 18. n. 4. ante med. vers. sed hanc obligationem lib. 5. Clarus attestans de communi §. feudum quest. 31. num. 9. Rosellat. de feudis cap. 9. conclus. 10. num. 4. vers. hoc omnibus placet Scader eodem, tract. part. 8. cap. 1. num. 25. ad fin. vers. licet feudum, Coler. de process. execut. part. 2. cap. 3. num. 295. Kapper. Dec. German. n. 12. cum seqq. Qui enim habet facultatem, & commoditatem percipiendi fructus alienare non dicitur illos obligando, Molin. de primogeni. Hispan. lib. 1. cap. 20. num. 10. cum sequentibus.

Et ratione huius commoditatis cadentis sub obligatione generali intrat Saluianum, † & conceditur immisio creditorum in possessionem rei prohibita alienari ad effectum, vt immisus tandiu fructibus, & commoditatibus † fruatur, donec sibi de suo credito satisfiat, Specul. de pignor. §. 1. n. 30. in fin. vers. creditor tamen, Coler. dicta part. 2. cap. 3. num. 29. cum seqq. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloss. 7. num. 49. cum seqq. & dixit Rota in Romana Saluiani 15. Apr. 1622. coram bon. mem. Melino impress. apud Cencium de censibus in ordine 403. num. 7. 8. & 9. Non enim modo immisio datur in ipsa re, vt tangatur † eius substantia, aut vtile dominium, ad hoc vt Dominio directo inuito alteri introducat, sed ad effectum duntaxat percipiendi commoditates, ex quarum perceptione nullum Domino directo præiudicium inferat Coler. vbi sup. cap. 3. num. 297. Kopper. d. dec. 39. num. 11.

Minus obstat quod huiusmodi facultas percipiendi fructus non sit perpetua, † nec ad extraneos transitoria, sed restringatur ad vitam obligantis: obiectum enim † procedit in emphiteusi ex pacto, & prouidentia, secus innuere hæreditaria, provt hæc acquisita à Laicis pro se, & hæredibus, in hac enim primus acquirens potest illius fructus ne dum eius vita durante, sed perpetuo obligare, & hypothecare in præiudicium emphyteutæ, & quarumcumque hæredum, & successorum, & ab eis causam habentium, vt distinguendo tradunt Ruin. conf. 176. num. 13. & 14. lib. 1. Alexand. conf. 173. num. 3. & 4. lib. 2. Roland. conf. 55. num. 39. cum seqq. lib. 3. Caldas. de emphyt. extint. lib. 4. cap. 5. num. 75. Scapucci. de Saluian. lib. 2. quest. 10. num. 3. Gratian. disceptat. forens. cap. 43. num. 15. Rota in Calanaten. emphyteutæ 14. Decembris 1635. coram bon. mem. Melino. Præsertim quia acquisitio fuit facta titulo oneroso, dum Vincentius non solum promisit pro situ fructifero annuum canonem soluere, sed domum suo proprio arte fabricare, quo casu reputatur, sicut reliquum patrimonium, & primus acquirens potest absque difficultate hæredibus successoribus, & ab eis causam habentibus præiudicare, Marefc. variar. resolut. lib. 1. cap. 74. num. 3. & 4. Rota in Perusina de Alphanis 4. Decembris 1624. & 2. Maij 1625. coram bon. mem. Coccino.

Et ita vtraque, &c.

R.P.D. CERRO.

Sacræ Rotæ Decano.

Ciuitatis vetulæ dotis.

Mercurij 29. Aprilis 1643.

ARGUMENTVM.

Dos constituta primo viro, licet etiam censetur constituta quoque secundo viro, ita vt si vir secundus administrauerit bona extradotalia præsumatur de sua dote sibi satisfecisse tamen id non procedit, quando dictus secundus vir ignorauit quantitatem dotis datam primo viro, quæ tamen ignorantia non præsumitur, in viro sagaci, & industrioso, & præsertim cum in hoc soleant esse soliti mariti ad sciendam quantitatem dotis. Hæres, quando dicatur particularis.

SVMMARIVM.

- 1 Dos constituta primo viro, censetur dari quoque secundo. limita, num. 3.
- 2 Maritus si administrauerit bona extradotalia vxoris, præsumitur sibi satisfecisse de sua dote.
- 3 Maritus quando est sagax, & industriosus, non est verisimile, quod per longum tempus non inuestigauerit quantitatem dotis sibi promissa.
- 4 Maritus dum est informatus de bonis extradotalibus vxoris, multo magis censetur informatus de bonis dotalibus, quorum fructus ad eam spectant.
- 5 Ignorantia dum est iusta, & probabilis excusatur, secus vero si sit crassa, & supina.
- 6 Fructus bonorum extradotalium, quando spectant ad maritum, tunc cessat præsumptio, quod maritus sibi satisfecerit de sua dote.
- 7 Fructus bonorum dotalium, quando de voluntate vxoris percipiuntur à marito, & fuerunt consumpti in eius utilitatem, vel communem usum, & tunc cessat præsumptio satisfactio- nis dotis.
- 8 Secus vero si ad hunc extent, & maritus factus fuit locupletior.
- 9 Fructus bonorum extradotalium maritus non lucratur, sed omnino restituendi sunt vxori, vel eius hæredibus.
- 10 Debitor si sit institutus hæres vniuersalis à creditore, tunc actiones remanent confusa, & extinctæ.
- 11 Hæres vniuersalis, quando quis non potest dici, sed potius particularis, & legatarius.
- 12 Institutio generalis in hæredem, quando restringitur ad certa bona particularia, non ideo dicitur hæres generalis, sed particularis.

15 Institui

- 15 Institutio semper reputabitur particularis, si non sit de integra hereditate, vel quota.
- 16 Institutus in re certa bene colligitur, quod sit hæres particularis, si postea alius hæres vniuersaliter fuerit nominatus.
- 17 Hæres vniuersalis, quando est institutus, proculdubio institutus in re certa remanet particularis, & legatarius.
- 18 Institutus in re certa particulari, tunc habetur pro hærede vniuersali, quando alius hæres vniuersalis non fuit datus.
- 19 Institutus in re certa particulari non dato alio hærede vniuersali, tunc per ius accrescendi tota hereditas, defertur instituto in re certa.
- 20 Defunctus quando non potest dici, quod decedat pro parte testatus, & pro parte intestatus.
- 21 Institutus in re certa particulari semper remanet hæres particularis dato vniuersali hærede.

DECISIO CXLVII.

Iterum placuit DD. respondere pro confirmatione sententiæ Rotalis ex eisdem fundamentis, cum enim negari non possit Io. Pilippo primo viro, dotis nomine vltra scuta 900. in mobilibus, stabilibus, & lapidibus pretiosis soluta fuisse per Veronicam scuta 300. constituentia in totum scuta 1200. eademque ex præsumptione l. dotem 31. & l. Diuus 41. ff. de iur. dot. Fuisse tradita Marino secundo viro, vtiq; hæredes illius tenentur ad restitutionem, cum ex administratione bonorum extradotalium, ipse præsumatur sibi de sua dote satisfecisse, vt latissime firmatum fuit in decisione huius causæ emanata §. 17. Martij 1642. coram Reuerendissimo D. meo Dunoetto Decano vers. quod autem, & in alia 27. Februarij præteriti coram me vers. solutio verò.

Et licet hæc conclusio limitetur, quando secundus vir ignorat quantitatem dotis primo viro traditam iuxta distinctionem Ruini communiter receptam, rubr. ff. sol. matrim. num. 207. quem refert, & sequitur, Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 6. num. 43. Huiusmodi tamen ignorantia non potest allegari à Marino, cum matrimonium inter ipsum, & Veronicam durauerit per 15. annos, & vltra; ipseque esset Physicus, vir sagax, & industriosus, vt deponunt testes, verisimile enim non est, eum fuisse adeo supinum, & negligentem, vt tanto tempore quo habuit vxorem, & sustinuit onera matrimonij, nunquam inuestigauerit dotem primo viro traditam, sibiq; debitam, de quo quilibet solet esse valde sollicitus, eoque magis dum administrauit † bona extradotalia Veronicæ; vnde sicut ex eorum administratione notas habuit facultates extradotales mulieris, in quibus nullum habebat interesse Honded. conf. 66. numero 88. lib. 1. Rota, in Bononien. denegationis audientis 24. Nouemb. 1636. coram Reuerendissimo D. meo Decano. Multo magis præsumi debet informatus de bonis dotalibus, quorum fructus ad ipsum spectabant, l. dotis fructuum ff. de iur. dot. l. pro oneribus Cod. eodem, & in quibus agebatur de proprio interesse, ad trad. in l. quamque ff. ad Velleian. Limitatio autem superius adducta recipitur solum, quando ignorantia est probabilis, † ac iusta, secus vbi crassa est, & Salgado Labyrinth. Credit. Tom. 11.

sapina, tunc enim non excusat, Rom. conf. 340. in fin. Arct. conf. 15. pariter in fin. Roland. conf. 59. num. 21. lib. 4. Rot. cor. bon. mem. Buratto decis. 134. num. 7.

Non obstat fructus bonorum extradotalium spectare ad maritum, ideoque non cessasse in dotis satisfactionem, hoc enim procedit vbi fructus de voluntate vxoris à marito percepti, fuerunt consumpti in eius utilitatem, vel in communem vsus ad honorem † matrimonij, & communium liberorum, secus quando provt hic adhuc extant, ex eisq; maritus fuit effectus locupletior emendo 17. loca montium, † aliæque ad sui fauorem, vt apparet ex datis in Summario Veronicæ num. 7. Hos enim maritus non lucratur sed omnino restituendi † sunt vxori, vel eius hæredibus, vt distinguendo tradunt Bart. in leg. penult. in princ. ff. ad l. falcid. Bald. conf. 276. in fin. lib. 3. Soccin. sen. conf. 83. sub num. 8. post med. vers. circa primum casum lib. 4. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 9. lib. 6. Latè Fontanell. de pact. nupt. claus. 6. gloss. 2. part. 7. num. 18. The-saur. dec. 187. num. 3. Virill. ad Afflic. decis. 44. num. 7.

Minusque iustificatur alterum suppositum in quo valde hodie insistebant informantes pro altera parte, Veronicam scilicet fuisse institutam hæredem vniuersalem, indeque † actiones fuisse confusas, & extinctas per text. in l. debitori C. de pact. quia vt aduertebatur in alia decisione coram me vers. quatenus verò. Veronica fuit solum instituta hæres in certis bonis sitis in ciuitate Vetula, vnde dici non potest hæres vniuersalis, sed particularis, seu legataria ex adductis per DD. in l. quoties C. de hæred. instit. Cuius actiones non confunduntur, nec extinguuntur vt probat Fontanell. de pact. nupt. claus. 7. gloss. 3. part. 7. n. 53. cum seqq. cum aliis in dicta decisione adductis d. vers. quatenus verò.

Nec contrarium suadent verba vniuersalia, quibus institutio non concipitur, ibi, & in his omnibus, & aliis bonis in ciuitate Vetula ad ipsum spect. hæredem instituit vniuersalem, cum enim hæc vniuersalis institutio fuerit restricta ad bona certi loci nempe † Ciuitatis Vetulæ, non ideo desinit esse particularis, vt probat. text. in l. vbi autem §. illud ibi sed qui vinum, aut oleam, vel triticum, quod in Horreo est stipulatur certum stipulari intelligitur, ff. de verb. oblig. Sufficit enim constitutionem non esse de integra, † aut de quota hæreditatis, vt semper reputetur particularis, & de certa. DD. omnes in d. l. quoties C. de hæred. inst. Bald. in l. cura à Matre numero 3. vers. aduerte C. de rei vindic. Alex. conf. 175. in princ. & num. 1. lib. 6. Molin. de primogen. Hisp. lib. 1. cap. 8. num. 13. vers. vt autem cum seqq.

Idque sine difficultate cum subsecuta fuerit hæredis vniuersalis institutio ad fauorem alterius, ibi, in omnibus autem suis bonis nobilibus stabilibus, semouentibus, iuribus, actionibus vbi-cumque vndecumque, & qualitercumque ad ipsum testatorem spect. exceptis bonis Ciuitatis Vetulæ re-bi-tis suprad. Veronica hæredes suos vniuersales, instituit, & ore proprio nominauit Dominum Stephanum, & Cathernum Augustini, quando enim alter est institutus vniuersalis hæres procul dubio institutus in re certa remanet particularis, & legatarius, vt distinguendo tradunt Dd. Alex.

Alex. in d.l. quoties sub n. 5. vers. quod videtur intelligendum, ibiq. Alberic. num. 3. vers. si verò instituit. Molin. de primog. Hispan. d. lib. 1. c. 14. n. 8. vers. aut instituit fuit Couart. var. resol. lib. 2. cap. 18. sub num. 5. §. 11. in vers. modo alius, Menoch. de adipisc. rem. 4. q. 19. & 20. Grassus in §. hereditas quest. 7. num. 7. Franc. decis. 285. n. 3. Gregor. decis. 495. num. 3. & 4. Reuerendissim. Vrgellen. decis. 224. num. 18.

- 18 Et proinde non aduertantur † Bertrand. conf. 808. lib. 8. nec Bellon. de iur. accresc. c. 7. quest. 10. n. 2. cum seqq. Probantes institutum in re certa reputari heredem vniuersalem, loquuntur enim, quando nullus alius datus est hæres vniuersalis, vel datus deficit, quo casu ne hereditas remaneat in suspenso, vel defunctus partim remaneat testatus, partim intestatus, tota hereditas perius accrescendi defertur ad institutum in re certa, vt claris verbis docet Bellon. vbi supra in princ. Secus verò alio dato vniuersali herede, tunc enim hereditas non est in suspenso, nec defunctus † remanet pro parte intestatus, cum integra hereditas deueniat ad heredem vniuersalem, ideòque non recedend. à communi conclusione supra firmata, sed sic institutus † semper remanet hæres particularis, vt probant omnes supra adducti, & optime explicat Surd. conf. 439. num. 1. §. cum seqq.

Quæ repetebantur ad inducendam compensationem cum legato DD. non habuerunt in consideratione, cum abundè fuerint sublata in aliis decisionibus huius causæ, adeo vt superuacaneum sit illis denuo respondere.

Et ideo vtraque, &c.

R. P. D. CORNELIO.

Postea Episcopo Patavino.

Romana reintegracionis.

Luna 27. Iunij 1642.

ARGUMENTVM.

In Saluiano tunc datur retentio, quando sumus in claris, quod procedit quamuis immixtus ex aliâ causâ fuerit ingressus possessionem, intellige tamen nisi ab initio prohibetur, quòd ingressus fuerit vitiosus. Locator præsumitur exegisse pensiones. Locationes tacite renouantur. Mandatum habens ad creandum censum, an possit illum accollare.

SVMMARIVM.

- 1 Sententia transit in iudicatum si appellatio infra biennium non fuerit prosecuta absque prorogatione fatalium.
- 2 Rota non exequitur sententias aliorum tribunalium, nisi gustata earum iustitia, & validitate.
- 3 In Saluiano, retentionis exceptio admittitur, quando res est clara.
- 4 Quod procedit, quamuis ex aliâ causâ, quis fuerit possessionem ingressus.
- 5 Quidquid veniat dicendum, si ab initio fuerit vitiosus ingressus.

6 Possessio alicuius bene probatur, ex quo contra ipsum fuit obrenta associatio.

7 Possessione bonorum locatorum data, pensiones præsumuntur à locatore exactæ.

8 Ita vt sufficiat semel locata fuisse domus, nisi ex aduerso probeatur, deinde domum remansisse vacuam.

Locationes tacite renouantur, quando prima locatio euannit, num. 8.

9 Locationes quando sunt finita tacite renouantur, pro eadem tamen pensione.

10 Ex Locationum fructibus demendum venit id quod probatur impensum, in reaptatione, & restauratione rerum locatarum.

11 Accollatio nihil aliud est quam obligationis aliena in se susceptio.

12 Mandatum habens ad imponendum censum, an possit illum, sibi accollari.

13 Mandatum habens ad accollendum censum super bonis principalis, multò magis illud habebit imponendi super bonis alienis.

14 Procurator potest melius, & pinguis meliorem faciendo conditionem principalis, adimplere mandatum.

15 Procurator habens mandatum imponendi censum super bonis ipsius principalis, multò magis potest agnoscere bonam fidem censûs iam impositi super rebus alienis.

16 Censum sibi obuenum in diuisione, ex quibus dicatur in totum illum agnouisse, & n. 17.

18 Ex fructuum solutione bene arguitur ratificatio contractus.

19 Censum non potest dici extinctus, quando verba sunt præcisa translative, & non extensiuè, & sub promissione euictianis.

DECISIO CXLVIII.

Cum q. Antonius Burius de anno 1601. annuum perpetuum censum scutorum 22. cum dimidio super quâdam domo, & apothecis existentibus in foro Piscium imposuerit, illudque Barbaræ Rectaræ pretio scutor. 300. vendiderit cum fideiussione q. Cæsaris Sanctotij, quarum apothecarum, & domus q. Anna Projidia Mater Michælis, & Ioannis de Buriis pro restitutione suæ dotis assecuta fuit possessionem, & Ioannes Tarditus filius, & hæres supradictæ Barbaræ creditor fructuum dicti censûs de anno 1625. vigore clausulæ Constituti associationem obtinuit ad possessionem dictarum domus, & apothecarum, donec, & quo vsque, &c. Et de eodem anno D. Maria Cherubina Sanctoria Monialis in Monasterio Sancti Ambrosij filia, & hæres d. q. Cæsaris Sanctotij fideiussoris in dicto censû, ne Tarditus contra bona hereditaria sui patris ageret, soluit fructus decurios, & expensas vsque ad mensum Iulij prædicti anni, pro quibus reportauit iurium cessionem tam mandatorum, quam possessionis, vt in Summ. de Buriis num. 1. Cuius cessionis vigore d. Monialis Sanctoria, dum vixit, & post eius obitum Monasterium possederunt, domum, & apothecas, illarumque pensiones exegerunt, & prætendentes dicti de Buriis de anno 1638. Moniales esse de eorum credito integre satisfactas, nec non maiorem quantitatem, & summam recepisse. Idcirco Iudicium Reintegracionis intentarunt ad possessionem domus, & apothecarum coram A. C. & sub die 2. Decembris 1639. Sententiam Reintegratoriam obtinuerunt vt in Summ. num. 2. Causâque

Causâque appellationis commissa bon. mem. Cocchino, in cuius locum cum fuerim subrogatus, & dicti de Buriis afferentes sententiam supra dictam fecisse transitum in iudicatum, † ob non profectam appellationem infra biennium absque prorogatione fatalium, iuxta c. cum sit, Rim. de appell. l. fin. cap. de temp. oport. Clem. sicut eod. tit. Rota coram Mantic. decis. 176. n. 2. & in rec. decis. 233. num. 3. part. 7.

2 Sed quia Rota sententias aliorum † Tribunalium non exequitur, nisi cognita earum iustitia, & validitate † vt ex decis. 69. num. 4. & decis. 159. num. vltimo part. 6. rec. Bur. decis. 31. num. 1. Idem decis. 650. n. 3. & decis. 746. num. 20. etiam si fuissent in iudicatum transactæ Durand. in dec. 71. n. 2. cum aliis per adden. ad San. mem. Gregor. decis. 208. num. 5. Ideòque dato dubio an constet de re iudicata, quæ veniat exequenda in casu, &c. Illòque bis proposito, quia iustitia sententiæ vixit fuit pendere à calculo faciendi DD. in resolutionem sub hac die iusserunt vt fieret calculus ad rationem infra exprimentandam, cum in Saluiano exceptio † retentionis admittatur, quando est clara Negul. de pign. membr. 2. part. 3. quest. 10. n. 20. Rota in recent. decis. 743. num. 11. part. 3. decis. 411. num. 24. part. 5. Quamuis ex alia causâ quis fuerit possessionem ingressus † ex allegat. per Gratian. in discept. 16. num. 36. & 356. num. 27. Surd. decis. 46. num. 7. & 14. Caualer. decis. 539. num. 8. Gregor. XV. decis. 254. num. 2. & ibi adden. n. 7. Quidquid dicendum esset, si ab initio fuisset

3

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

20

21

22

23

24

25

26

27

28

29

30

31

32

33

34

35

36

domus, & Apothecarum, & successuæ Moniales tanquam cessionariæ dicit Tarditi, etiam respectu possessionis fuerunt consequutæ fructus huc vsque decurios censûs cessio; de quo credito certum est Moniales esse satisfactas.

Sed vltra id voluerunt Doctores ad creditum Monialium calculari annuum censum scut. 24. in forte vero scutorum 300. accollatum à Fabricio Burio proprio nomine Antonij fratris, vt publica documenta testantur, de quibus in Summar. Monialium, num. 3. 4. & 5. quia per accollationem Antonius fuit subrogatus in locum principalis debitoris, & impositoris † cum accollatio nihil aliud sit quam obligationis alienæ in seipsum susceptio; Costa de rem. subisd. rem. 54. n. 2. Greg. dec. 386. n. 1. cum aliis in Auximiana Alimentorum 6. Febr. 1640. coram Reuerendissimo D. Dunozeo Decano.

Neque obstat, quòd Fabricius † non haberet mandatum ad accollandum, sed tantum ad imponendum.

Tum quia datur potestas Procuratori imponendi censum super bonis Antonij, ergo multò magis accollandi † census in bonis alienis impositos, adeò vt Procurator accollando mandatum pinguis, & vtilius impleuit, & meliorem fecit mandantis conditionem, vt facere potuit, l. diligenter

5. fin. & ibi Bart. ff. mandati §. is qui exequatur in fin. inflit. eod. tit. Ialon. in l. qui quantam §. primo ff. de leg. 1. & in l. 1. §. si stipulanti col. 2. vers. sed istum ff. de verb. oblig. Tiraquell. de retract. lignag. ff. 36. gl. ff. 2. n. 59. Rota dec. 32. part. 2. diuers. Bur. decis. 561. num. 1. & decis. 287. num. 12 & 13. part. 7. recent. & in puncto, quod Procurator habens facultatem † imponendi censum super bonis mandantis multò magis agnoscere possit bonam fidem censûs impositi super bonis alienis Rota in decis. 194. n. 5. part. 6. rec.

13

14

15

16

17

18

19

20

21

22

23

24

25

26

27

28

29

30

31

32

33

34

35

36

37

38

39

40

funt præcisâ translatiuè, non extensiuè, & sub promissione cuiusdionis Gratian. *discept.* 885, n. 25. Rota *decif.* 278, n. 19, *part.* 5, *recens.* & per adden. ad Buratt. *decif.* 645, n. 16.

Et ita fuit resolutum vtrâque, &c.

R. P. D. VEROSPIO.

Romana Pecuniaria.

Luna 11. Maij 1643.

ARGUMENTVM.

Controuersa licet valdè sit in iure quæstio, an compensatio de quantitate ad quantitatem ipso iure admittatur absque alia oppositione, vel potius admittatur ex partis exceptione, attamen prima opinio palmam reportat, eamque amplectitur Rota, & maxime quando sumus in causis Mercatorum, cum & hoc sit de stylo inter eosdem. Aliqua etiam habes iura literas cambij.

SVMMARIVM.

- 1 Compensatio de quantitate ad quantitatem, an ipso iure inducatur, vel potius ex partis oppositione in iure controuersum est.
- 2 Compensatio de quantitate ad quantitatem quod ex iuris ministerio admittatur, multi DD. id tenent.
- 3 Compensatio de quantitate ad quantitatem non admittitur, nisi à parte fuerit opposita secundum aliquos DD.
- 4 Compensatio secundum stilum Mercatorum, & consuetudinem inter eosdem admittitur ipso iure, licet creditum, & debitum procedat ex causa diuersa.
- 5 Compensatio admittitur ipso iure inter Mercatores, licet credita, & debita sint diuersa, & in diuersis libris descripta.
- 6 Mercatorum testimonio plena fides est habenda circa materiam probationis styli.
- 7 In Mercatorum causis semper eorum stylus est seruandus.
- 8 Compensatio inter credita, & debita, si inter mercatores non admittitur, sequentur multa incommoda.
- 9 Compensatio, quando ipso iure admittatur, licet alias admittatur partis oppositio, & numero 10.
- 11 Litera cambij, licet sint acceptata à Mercatores, quibus directè fuerunt, non liberant tamen scribentem à debito, nisi, donec cum effectu soluta erunt, & n. 11.
- 13 De Mercatorum stylo est, quod per solam acceptationem literarum cambij non liberatur scribens literas cambij, nisi cum effectu ille soluta fuerint.
- 14 Literarum cambij acceptatio fit sub spe numerationis future, nec fit contractus nouus, sed pars contractus literarum cambij.
- 15 Per Literarum cambij acceptationem videtur facta nouatio, cum contractu depositi.
- 16 Contractus cambiorum, & depositi sunt inter se diuersi.

- 17 Depositarius presumitur soluisse penes se depositum.
- 18 Contractus literarum cambij dicitur nominatus, cum reputetur exceptionis, & venditionis.
- 19 Pœnitentia non est locus, quando sumus in contractu nominato, etiam si res sit integra.
- 20 In contractu literarum cambij acceptatio literarum fit pro pecuniâ solvendâ, non autem soluta.
- 21 Nouatio non potest dici facta, nisi contractus effectum fuerit sortitum.
- 22 Nouatio requirit implementum contractus, in eo qui illius exceptionem opponit.
- 23 Donatio donec effectuatur remanet iura prima obligationis.
- 24 Cambij contractus non potest dici impletus, ob non solutionem pecuniarum.
- 25 A contractu, quamuis nominato, quis potest recedere, dum adimplementum ab alterâ parte faciendum est impossibile.

DECISIO CXLIX.

OB defectionem rationis Bancariæ Roberti primi mercatoris in Vrbe illius creditores, in quos transfuerant omnia eiusdem rationis iura, iudicium intentarunt contra Philippum Costam vti successorem alterius Rationis Bancariæ DD. de Herrera, & Costa pro duabus partibus, altera scilicet scutorum 3307. auti, cuius illa fuerat descripta debitorum in libro Roberti vulgò listæ nuncupato, altera verò scutorum 3879. monetæ, cuius etiam constituta fuerat debitorum ipsa ratio in libro vulgò quadermo capse appellato. Cum verò idem Philippus Rationem ostenderet descriptam creditricem ipsius Roberti in eodem libro listæ ex causa depositi pro summâ longè maiori, quam esset debitum, quod cum ipso Roberto contraxerat, cuius causa ipso iure fuisse indutam compensationem inter vtrâque partitas assereret ad petitionem Eminentissimi Cardinalis Pamphiliij, qui Iudex in hac causa deputatus voluit Rotam consulere, propositi dubium, an vtrâque partita solui debeat à Philippo creditoribus Roberti, an potius illa fuerint compensata cum credito, quod rationi competeat ex causâ depositi, & DD. non esse soluendas responderunt, licet enim controuersa sit in iure opinio, an compensatio de quantitate ad quantitatem ipso iure inducatur, an potius ex partis oppositione admittatur, & opinionem affirmatiuam quod scilicet ex iuris ministerio procedat tueatur Martinus antiquus Glossator retatus à gloss. in l. si constat, & in l. vltim. C. de compensat. quem sequitur Tindar. de compens. art. 6. num. 47. & 51. Trentacinq. var. lib. 3. tit. de compens. resolut. 1. num. 24. Molin. de contract. disput. 560. num. 3. Scaccia de cambiis §. 2. gloss. 5. numero 244. Afflict. *decif.* 121. numero 1. Rota Ianuensis. *decif.* 4. num. 22. Negatiuam vero sententiam, quod compensatio fit scilicet tunc solum admittatur, cum à parte opponitur illius exceptio, tenet Bart. in l. verum ff. de compens. num. 1. Vbi etiam Bald. n. 1. post gl. in verb. male peto gl. in l. si quid in verb. eligere ff. de compens. & in §. in bona fidei, in verb. compensatio inst. de act. Vbi etiam Aret. n. 8. & 9. & notant DD. in l. si constat. C. de compens. vbi Cyn. Bart. & Bald. n. 1. Salicet. num. 2. post

post gloss. in verb. ipso iure. & de communi testatur Viu. opin. 114. num. 1. Trentacinq. var. lib. 3. & n. 24. Surd. *conf.* 246. num. 27. & in *decif.* 17. num. 4. eâ potissimum ratione, quia antequam compensatio fuerit opposita ius compensandi solum in potentia existit, non autem in actu. Primam tamen opinionem affirmatiuam amplexi fuerunt Domini hoc casu, quia est conformis consuetudini, & stylo mercatorum, ex cuius dispositione admittitur ipso iure inter eius compensatio, licet debitum, & creditum procedat ex causis diuersis, & in diuersis libris fuerit descriptum, qui stylus, cum iustificetur ex plurium Mercatorum attestacione pro parte Philippi exhibita, quorum testimonio plena fides in hac materiâ styli adhiberi solet, vt pluries censuit Rota vt in *decif.* 368. num. 12. & *decif.* 416. num. 8. coram Reuer. Vrgellen. & coram Buratt. *decif.* 298. num. 14. & coram Gregor. *dec.* 126. n. 2. & 3. & alias fuerit à Rota approbatus, vt in *decif.* 331. num. 4. part. 3. & *decif.* 137. num. 15. part. 5. *recens.* & in Romana pecuniaria 13. Ianuarij 1642. coram bon. mem. Pirouano, in illorum casus semper debet admitti, vt tradit Soccin. iun. *conf.* 27. num. 22. Corn. *conf.* 319. num. 12. lib. 3. Bald. in leg. 1. in fin. Cod. qua sit long. consuet. Rot. coram Gregor. *d. decif.* 126. num. 3. & in Romana liberationis, seu pecuniaria 6. Februarij 1643. coram Reuer. P. D. meo Ghislerio.

In eadem etiam sententiam affirmatiuam inclinauerunt Domini propter detrimentum, quod Philippo contingeret, si ex iuris ministerio fuerit opposita compensatio inter credita, & debita ipsius Roberti, cum idem Philippus teneret soluere creditoribus Roberti debitum Rationis Herrera, & Costæ, & tamen propter eiusdem Roberti decoctionem consequi non posset creditum, quod dictæ Rationi competeat ex causa depositi, & debitum excedebat, quo casu admitti compensacionem ipso iure, licet alias requireretur partis exceptio probat text. in d. leg. si constat, C. de compens. & notant ibi communiter Doctores & in l. cum cum alteri, ff. de tit. gloss. in l. si quod in verb. eligere ff. eod. Soccin. iun. in l. Iulianus, num. 9. ff. de condit. & demonstr. & in *conf.* 130. n. 20. lib. 4. Ioann. Faber. in §. in bona fidei num. 12. vers. unde credo inst. de action. vbi etiam Aret. num. 9. Alex. *conf.* 74. num. 4. lib. 5. Sebast. Medic. in tractat. de compens. part. 1. q. 22. num. 3. Tiraquell. de reuact. lignag. §. 3. gloss. 3. n. 8. & 9.

Quod verum creditum Philippi ex causa depositi superest illius debitum ex causa cambij visum fuit iustificari ex calculo ab eodem exhibito, ex quo si detraharur partita scut. 15000. auti descripta ad debitum Herrera, & Costæ, & proneniens ex litteris cambij, quæ non fuerunt solutæ, sed redderunt protestata, apparet illius creditum excedere in summa scut. 11000. quam partitam detrahendam esse ex eodè calculo Domini censuerunt. Quia dictæ litteræ cambij, licet fuissent acceptatæ ab iis mercatoribus, quibus directæ fuerant, non potest nihilominus liberant Robertum scribentem à debito, quod cum Ratione Herrera, & Costæ habeat, donec cum effectu solutæ fuissent, vt probat text. in l. si litterarum, C. de solut. vbi post gloss. in verb. non impleto tradit Bald. & Salicet. num. 1. Cagnol. in l. singularia num. 161. vers. sed contraria, ff. de reb. credit. & ibi etiam Soccin. Sen. n. 18. Bologn. num. 8. vers. sed in contrarium, vbi testatur de communi, & pluries formauit Rot. in vnâ Ro-

mana litterarum cambij 12. Maij 1595. coram Saciato, & in Venetiarum litterarum cambij 28. Maij 1583. coram Gypso, & coram Buratto *decif.* 486. num. 4. & coram Greg. *decif.* 217. num. 1. & de consuetudine mercatorum, quod scilicet per solam acceptationem non liberetur scribens literas cambij, nisi cum effectu illæ solutæ fuerint testatur Rota Ianuensis. *decif.* 1. num. 2. & 21. & *decif.* 8. num. 17. & 18. cum talis acceptio fiat sub spe futuræ numerationis, & nec sit contractus nouus, sed pars contractus literarum cambij, vt consuluat Bald. in *conf.* 348. num. 1. volum. 1. Rota Ianuensis. *decif.* 2. num. 10. Scacc. de camb. §. 2. gloss. 5. num. 323.

Non obstat quod per eam acceptationem litterarum videatur facta nouatio cum contractu depositi, quod habebat Ratio Herrera, & Costæ cum Roberto, dum vtrique contractus erant inter se incompatibiles, vt considerauit Menoch. de presumpt. lib. 3. pres. 184. n. 39. Card. Mant. de tacitis & ambiguis lib. 17. tit. 3. n. 13. & 14. cuius vigore nouationis cum præsumatur facta solutio à Roberto pecuniarum penes se depositarum, vt probat text. in l. rem, §. si duo ff. de nouat. & in l. quamuis, §. inter dum, ff. ad Velleiam. Card. Mant. eod. lib. 17. lib. 7. n. 5. non videtur in contractu nominato, qualis reputatur contractus litterarum cambij, qui dicitur emptionis, & venditionis, vt testatur Bald. in adducto *conf.* 348. n. 5. & 6. Bero. *conf.* 195. n. 37. lib. 1. Rota Ianuensis. *decif.* 1. n. 41. potuisse locum esse pœnitentiæ post sequutum adimplementum ex parte vnus ex contractibus, sed solum Philippo competere potuisse viam executionis contra Robertum pro adimplemento contractus nominati, vt probat text. in l. ciuili, C. de rei vindic. & l. non idcirco, C. de contrab. empe. & firmavit Rota *decif.* 177. n. 5. part. 1. diuers. & coram Seraph. *dec.* 1275. n. 1. & 2.

Ad hoc enim obiectum responsum fuit, quod in contractu cambij acceptio litterarum fit pro pecunia soluenda, non autem pro soluta, vt tradit Salicet. in l. si litter. n. 1. & 2. ff. de solut. & in l. filius n. 2. ff. ad Maced. Rota Ianuensis. *dec.* 2. num. 11. Scacc. de camb. §. 1. gloss. 5. n. 323. & ita donec cum effectu dictæ pecuniæ solutæ non fuerint, dici non potest facta nouatio, vt plenè tradit Mastrill. *dec.* 221. n. 17. Rota *decif.* 629. n. 2. part. 1. *rec.* dum illa requirit implementum contractus in eo, qui illius exceptionem opponit, vt tradit Gozz. *conf.* 39. n. 9. Socc. Sen. *conf.* 21. n. 11. lib. 1. Surd. *conf.* 385. n. 21. sed remanent iura primæ obligationis, vt notat Bald. in l. si litterarum n. 1. C. de solut. vbi etiam Salicet. n. 2. & in l. si pro debito num. 4. circa fin. C. de bon. auth. iud. possid. Marc. Anton. de Amat. *dec.* Ferrar. 2. n. 12. Rota cor. Greg. *d. dec.* 217. n. 2. Et ita cum ob non solutionem pecuniarum dici non possit adimpletus contractus cambij ex parte Roberti, poterit Philippus ab eo contractu quamuis nominato recedere, dum præferrimale adimplementum per decoctionem Roberti redditur impossibile, vt notat Castr. in l. bona fides n. 2. ff. de act. empt. Soc. Sen. *conf.* 26. n. li. 3. Surd. *conf.* 381. n. 6. Rota coram Buratt. *dec.* 106. n. 7. & in Senogallien. prædij 5. Iunij 1617. coram Andrea, & in his terminis consuluit Bald. *conf.* 348. quem sequitur Marant. *inspec. part.* 6. in n. de restam. product. n. 52.

Et ita vtrâque, &c.

R. P. D. CARRILLO.

Postea Præfide Vallisfortano.

Rheginen. seu Salernitana bonorum.

Veneris 19. Iunij 1643.

ARGUMENTVM.

Obligatio carcerati ad fauorem sui creditoris facta, si pro illo carceratus detinebatur, nullius est roboris, vel momenti, quod procedit vbi carceratio detegitur iniusta, vel inualida, secus si valida, & iusta. Sententia quando possit ferri extra diem cadentis citationis. Absolutio à iuramento, an sit necessaria in obligatione facta in carcere, & an plures requirantur absolutiones, vbi plura interuenerunt iuramenta.

SVMMARIVM.

- 1 Manutentio illi conceditur, de cuius anteriori possessione constat.
- 2 Clausula constituiti transfert possessionem in constitutarium etiam ad effectum manutentionis.
- 3 Obligatio facta in carcere ad fauorem creditoris, ad cuius instantiam debitor detinebatur carceratus nullius est roboris, vel momenti. Intellige conclusionem procedere, vbi debitor iniuste carceratus detinebatur, secus si iniuste, & valide, n. 4. & 5.
- 4 Carceratio iniusta dicitur, vbi iuris ordo seruatus non fuit.
- 5 Sententia lata sub die, in qua non cadebat citatio, perinde est, ac si sine citatione lata fuisset.
- 6 Sententia potest ferri etiam post aliquot dies cadentis citationis, absque eo quod illa reiteretur, vbi in die, quâ cadit citatio accusator Rei conueni contumacia. Et in hoc attendatur stylus loci circa tempus, quo illa promulgari potest, num. 8. sed vide num. 11.
- 7 Consanguineus, aliâque persona coniuncta admittitur in iudicio civili, etiam sine mandato.
- 8 Reus attentâ comparitione persone coniuncta non dicitur contumax, vbi agitur in iudicio civili.
- 9 Sententia licet ferri possit etiam post diem, in quâ cadit citatio, hoc tamen procedit, vbi tantum die immediatè sequenti illa promulgetur.
- 10 Stylus tantum attenditur, quantum secundum consuetum ille seruetur, ita quod nihil ultra solitam obseruantiam suppleri possit, & numer. 3.
- 11 Ritus magna curie Vicaria Regni Neapolie non habet locum contra clericos, & num. sequent.
- 12 Stylus, seu consuetudo repugnans immunitati Ecclesiasticæ, nullo vnquam tempore prescribitur.
- 13 Corruptela dicitur consuetudo, quæ est con-

tra immunitatem Ecclesiasticam.

Constitutio Synodalis non sufficit aduersus Ecclesiasticam immunitatem, n. 17.

18 Absolutio à iuramento non est necessaria vbi agitur de obligatione in carceribus facta.

19 Absolutiones à iuramento tot esse debent, quæ sunt iuramenta.

20 Absolutio à iuramento, vbi plura sunt iuramenta, sufficit quòd verbis generalibus fuerit concepta.

21 Absolutio à iuramento obtenta post sententiam suffragatur, vbi antea de eâ non fuit oppositum.

22 Creditori cui fuerunt per debitorem data bona in solutum, licet manutentio non competat ob inualiditatem dationis in solutum, competit tamen retentio.

Intellige conclusionem procedere, vbi creditum est omnino liquidum, alias secus n. 23.

DECISIO CLI.

Concessa coram R. P. Dom. meo Peutingerio manutentione in bonis, de quibus agitur, ad fauorem Ioannis Thomæ contra D. Principem Satriani, iste adiuit Signaturam, & causam mihi committi obtinuit cum facultate manutentendi, quem de iure, quamobrem dubitavi, cuiquam sit danda manutentio, & eam esse dandam Ioanni Thomæ fuit responsum, quia tam ex instramento dationis in solutum horum bonorum factæ per ipsum ad fauorem Principis, quam ex depositionibus duorum testium nouiter examinatorum constat de eius anteriori possessione, ob quam conceditur manutentio, cap. licet causam, de probat. Bart. in leg. si duo in princ. n. 4. ff. vti possid. Conart. præf. q. 16. vers. 1. 2. in hac controu. latè Menoch. retinend. remed. 3. n. 723.

Non obstat quòd à dictâ possessione Ioannes Thomas ceciderit factio proprio, dum bona huiusmodi dederit in solutum D. Principi suo creditori cum clausula constituti, quæ transfert possessionem in constitutarium etiam ad effectum manutentionis, l. quod me, l. inter dum, ff. de acq. poss. Rota dec. 55. n. 4. part. 2. recent. & fuit dictum in Romana Palatii 16. Nouemb. 1639. coram me, quia cum instrumentum dictæ dationis in solutum fuerit factum tempore quo prædictus Io. Thomas prætenfus debitor detinebatur in carceribus ad instantiam eiusdem Principis, nullus est momenti, vt expresse decidit text. in l. qui carcerem, ff. quod met. caus. l. si quis Sempronium, ff. de hac. inst. Gutt. de iuram. confirm. part. 1. c. 57. & segg. part. 6. recent. & in terminis fuit dictum in Neapolitanâ domorum 13. Maij 1641. coram Eminentiſſ. D. meo Cardinali Hieronymo Verospio.

Et quamuis hoc non procedat, quando is qui obligationem fecit in carceribus erat validè, & iuste carceratus, vt aduertunt Bart. in d. l. qui in carcerem num. 1. ff. quod met. caus. & ibid. Bald. prima lectura vers. item, Albert. num. 2. Less. de inst. & iur. lib. 2. cap. 17. dub. 6. n. 36. in fin. & num. 41. Rot. dec. 122. num. 7. par. 6. recent. in præsentem tamen clare constat de inualiditate carcerationis, & ob non seruatum iuris ordinem, Cuman. cons. 157. per tot. Guttier. de iuram. confirmat. d. cap. 57. num. 7. vers. dicitur, Farinac. iur. de carceribus tom. 2. part. 1. q. 35. num. 28. Afflic. dec. 149. num. 1. Rota dec. 26. n. 7. part. 6. recent. Actum enim fuit vigore litterarum executi

executorialium relaxatarum in vim sententiæ late sub die, quâ non cadebat citatio, & sic perinde est, ac si sententia prolata fuisset sine citatione Bartol. in leg. aut qui aliter, in princ. & in leg. vlt. §. fin. ff. quod vi aut cap. Vanc. in tit. de nullis ex defect. citat. num. 73. Rota dec. 252. num. 2. & dec. 340. num. 1. part. 1. recentior. & dec. 546. num. 6. coram Greg. XV.

Quæ quidem nullitas non tollitur ex eo, quòd acculata Rei conueni contumacia in ipsa die, quâ cadebat citatio, & possit sententia ferri post aliquot dies absque aliâ citatione Bald. in leg. cum in eo die num. 1. vers. ego contrariam consului quando prouoc. non est necess. Doctot. in cap. consului & præcipue Felin. num. 4. vers. & vota de offic. de legat. Decian. consil. 18. num. 212. lib. 1. attentato maximè stylo Curia illarum partium de pronuntiando per triduum, post & acculatam Rei conueni contumaciam, Rota dec. 141. num. 3. coram Durano.

Quia hoc non procedit quando tempore cadentis citationis nomine Rei conueni legitime comparitum fuit, prout in casu nostro factum fuit per coniunctam personam, & sicut fieri potuit in iudicio profano ad defensionem etiam sine mandato ad text. in leg. sed & ha persona. ff. de procurat. Rota dec. 6. num. 1. vers. in profana tamen de procurat. in nouis ibid. Add. & dec. 34. num. 1. eod. tit. in antiq. quâ comparitione attentâ reus conueni non potest dici contumax, cap. 2. vbi gloss. vers. contumaciter de dol. & contum. leg. contumacia in princ. & §. 1. vbi etiam gloss. ff. de re iud. & in terminis dixit Rota in dec. 409. num. 2. in fin. part. 1. recent. Imo hunc modum profertenti sententias in contumaciam post lapsum diei, quæ cadebat citatio Rota alia reprobat, & nisi quando probata fuisset sententia die immediatè sequenti, vt de magis communi testatur in dec. 265. num. 4. part. 1. recent. sententia verò in præsentem fuit lata post 10. dies, aded quòd quatenus etiam adesset contumacia, & stylus ex aduerso allegatus profertenti sententiam per triduum post acculatam contumaciam esset legitime probatus, adhuc non posset suffragari ultra triduum, tantum enim stylus haber de potentia, & quantum de vsu, sicut dicimus de consuetudine Bald. in l. final. vers. vnum aliud scias C. communis vtriusque iudic. Cephal. cons. 6. n. 17. Roland. cons. 94. num. 17. vol. 2. Surd. consil. 414. num. 43. Rota dec. 288. in fin. part. 1. recent. nihilque debet in eo suppleri & ultra solitam obseruantiam, vt inquit Bald. in cons. 175. in fin. volum. 2. Surd. consil. 371. num. 3. Osafch. dec. 19. num. 16.

Præterea executorialia prædicta quidquid ex aduerso dicitur relaxata fuerunt vigore ritus magnæ Curia, vt patet ex lecturâ sententiæ, & tamen ritus magnæ Curia & non poterat habere locum contra dictum Ioann. Thomam Clericum, articulo maturè discussio firmatum fuit in Baren, seu Neapolitanâ pecunia 24. Maij 1641. coram R. P. D. meo Royas, & in Hidruntina pecuniaria 26. eiusdem mensis, & anni coram bon. mem. Merlino allegatis in decisione huius causæ emissa sub die 13. Iunij superioris anni coram Reuerend. P. Domino meo Peutingerio, & in hac sententiâ residet & Rota, vt bene examinâtâ materiâ deducitur in præcatis Baren. & Hidruntina, quidquid ex abundantia fuit dictum in Neapolitanâ pecuniaria 5. Iulij 1632. coram Eminentiſſimo Domino meo Car-

dinal. Hieronymo Verospio, ibi, & dabat præterea &c.

Nec releuat assertus stylus illarum partium dandi viam executiuam ritui magnæ Curia etiam Clericos, quia quatenus esset legitime probatus non esset attendendus tanquam repugnans immunitati Ecclesiasticæ contra quam penitus exemptam à potestate laicali nullo tempore poterit aliquis stylus induci, seu præscribi, cap. ad audientiam de consuet. cap. inter cap. causam qua de elect. Carol. de Grassis effect. 1. n. 377. & segg. vbi quod est corruptela, & imò nec sufficere constitutionem Synodalem fuit declaratum in d. Boren. seu Neapolitana coram R. P. D. meo Royas.

Prout non officit exceptio perituri, quia ultra quod in hoc casu vbi agitur de iuramento opposito & in obligatione facta in carceribus non videtur esse necessaria absolutio per ea, quæ tradunt Roland. à Valle cons. 2. num. 76. & segg. & præcipue n. 82. lib. 1. Guttier. de iuram. confirmat. part. 1. cap. 57. num. 19. vers. sed pro contraria, & sentit Rota in dec. 26. num. 49. part. 6. recentior. cessat penitus difficultas ex absolutione obtentâ, de qua in hodierno Summario num. 5. & quidem omnium iuramentum ibi petit, & obtinuit à iuramento, seu iuramentis in dd. instrumentis præfiteo, seu præfiteo, tot quos cuiusvis generis, & speciei ad effectum agendi tantum absolui, &c. aded quòd dubitari non possit quin adsint tot absolutiones, & quor iuramenta, prout requiritur ex Felin. in cap. constitutus num. 14. de rescript. Paris. consil. 99. num. 8. lib. 1. Roland. cons. 240. num. 5. lib. 1. Rot. penes Zacchum post tractat. Gallef. de obligat. Cameral. dec. 29. num. 3. & 4. & quod sufficiat absolutio & verbis generalibus concepta tenet Mareſcot. var. resolut. lib. 2. cap. 84. num. 6. & segg. & licet absolutio obtenta fuerit post latam sententiam ab A. C. super inualiditate carcerationis, & obligationis in carceribus factæ, adhuc tamen Io. Thomas est audiendus, & quia nunquam fuit appositum de perituri ante absolutionem obtentam, ex bene ponderatis per Surd. cons. 299. n. 21. & 22. Crauet. cons. 199. n. 12. vers. tertio respondeo, facit Mareſco. loco supra citato n. 16. & sequitur Fontan. de pact. nupt. claus. 7. gloss. 2. part. 7. n. 7.

Denique non facit, quòd principi nisi competat manutentio ob inualidam carcerationem, & obligationem sui debitoris & competat saltem retentio pro suo credito ex allegat per Surd. in dec. 46. num. 11. & 13. quia quidquid sit an hac exceptio possit admitti in hac disputatione certum est, quòd creditum D. Principis non est omnino liquidum, imò est impugnatum, ac litigiosum, cum reus conueni obtinuerit ab A. C. sententiam reuocatoriam litterarum executorialium, quas pro credito prædicto Princeps reportauerat, quando creditum non est ita liquidum, vt contrarium non possit probari in petitorio tunc non competit retentio, & decidit eadem decisio Surdi 46. in fin. & dec. 184. num. 6. sequitur Gratian. dicept. 774. num. 13. & seg. Rota in dec. 1455. num. 1. coram C. d. Seraph. & in dec. 539. n. 5. & 6. coram Card. Auualerio.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. GHISILIO.]
Postea Episcopo Tarracinen.
Romana Palatij.
Veneris 22. Aprilis 1644.

ARGUMENTVM.

In Spolio, vt quis obtineat ad effectum
obtinendi reintegationem, primum
extremum exactissimis, & concluden-
tissimis probationibus venit iustifican-
dum, & quando illius nullatenus di-
catur iustificatum mandatum de deli-
berando, quando dicatur nulliter re-
laxatum. Pro validitate sententiæ stat
presumptio.

SVMARIVM.

- 1 In spolio, vt obtineatur, quid sit necessarium.
- 2 De Ratificatione mandati procuræ, quando dica-
tur constare.
- 3 In Spolio primum extremum requirit exactissimas
probationes.
- 4 Et quidem concludentissimis probationibus iusti-
ficari debet.
- 5 Possessio ex actu nullo non potest validè acquiri,
& n. 6.
- 6 Possessio legitima in iudicio attendenda venit.
- 7 A terminis, vel confinis designantur bona sta-
bilia.
- 8 Periti circa solidationem computorum, quid agere
debeant, & n. 9. & 10.
- 11 Mandatum de adiudicando non inseruit pro ad-
iudicatione.
- 12 Possessio capta vigore mandati de adiudicando,
non est valida, si non fuerit seruatis seruandis
obtentum.
- 13 Mandatum de adiudicando, quando agitur de
re stabili non debet interponi, nisi infra men-
sem.
- 14 Possessio quando non dicatur considerabilis, ad
effectum obtinendi in spolio.
- 15 Possessio si sit incerta ratione loci, & quotæ, non
potest dici valida.
- 16 Et maxime ad effectum obtinendi aliquam re-
integationem.
- 17 Possessor, medijs sententiis contra eum pro-
latis, spoliatur omni possessione.
- 18 Possessionem quam quis acquisiuit auctore Præ-
tore, non dicitur spoliata.
- 19 Remedium reintegratorium non competit contra
possidentem auctore Prætore.
- 20 Sententia nulliter, & iniuste prolata non pro-
fuit.
- 21 Pro sententiâ iniustâ, & validitate stat præ-
sumptio.
- 22 Sententia ex processu debet iustificari.
- 23 Sententia nullius, & iniusticia, à quo sit iusti-
ficanda.
- 24 Pro actu, validitate stat presumptio stante cur-
su longissimi temporis.

DECISIO CLII.

Rota coram me sub die 29. Aprilis anni præte-
riti, * censuit Dominis de Catanais hæredi-

bus ex testamento Liuia, & aliarum hæredum Ni-
colai Pallauicini creditoris vnâ cum Daniele Spi-
nola, Petri Francisci Pallauicini, Episcopi Alerien-
non esse concedendam reintegationem ad posses-
sionem medietatis Palatij, de quo agitur, eo quia
non probantur possessionem Nicolai Pallauicini,
eorum auctoris, provt necessariè requiritur ad ob-
tinendum in spolio iuxta gloss. in l. 1. in verb. filium
esse circa med. vers. in dic. C. quorum bonorum, cum
alijs allegatis in decis.

Reptoposita causa super eisdem, Domini steter-
runt in decisis, quia quidquid sit de sufficientiã man-
dati procuræ Thefei de Rubeis Procuratoris con-
stituti à Nicolao Pallauicino, & Daniele Spinola,
etiã nisi ex deductis ab informantibus pro Catanais
& possit dici constare saltem de ratificatione pos-
sessionis patris Palatij, de quo agitur, per The-
seum capta eodem Nicolao facta. Tum ex partibus
eiusdem Nicolai manu descriptis in eius proprijs
libris, tum ex publicis instrumentis. Altero scilicet
30. Maij 1577. quo eandem partem Palatij assigna-
uit pro fundo dotali Luia de Nigris eius vxoris,
eãque se illius nomine possidere constituit cum
expressâ mentione, & relatione ad instrumentum
possessionis captae per dictum Theseum. Altero
verò 28. Iunij 1578. ex quo constat dictum Nico-
laum eiusdem partis Palatij pensione exegisse, ni-
hilominus ex supra dictis Domini censuerunt non
constare sufficienter de primo extremo ad fau-
orem dicti Nicolai, scilicet de illius possessione de
anno 1590. quo tempore & pretenditur de facto
spoliatus à Marchionissâ Montoria, quod quidem
extremum præcipue de stylo Rotæ, quæ in hoc re-
quirit probationes exactissimas, & indubitatas,
Rota coram Seraph. dec. 302. in princ. dec. 952. sub
n. 1. & 2. cor. bon. mem. Buratto, & dec. 768. n. 7. p. 2.
rec. plenè iustificari debet elatissimis, & euidenti-
ssimis probationibus iuxta supradictam gloss. in l. 1.
Cod. quor. bon.

Siquidem considerabant Domini Palatium de
quo agitur, siue illius partem non fuisse delibera-
tam supradictis Nicolao, & Danieli tanquam in li-
tigatione plus offerentibus, sed illis immixtionem
fuisse decretum ibi in portione, & parte medietatis
Palatij in executione captae, seu partium dicto
D. Episcopo, & illius hæreditati competentium pro
concurrenti quantitate, & crediti infrascriptorum
DD. instantium, & pariter fuisse & executam iuxta
eiusdem decreti, & mandati tenorem nullâ præ-
cedente æstimatione, separatione, atque ad iudica-
tione, ex tali & autem actu nullo non potuit acqui-
ri possessio legitima, quæ in iudicio attendi debeat
iuxta text. in l. 3. §. incertam. ff. de acquir. poss. l. Marcius
§. duobus. ff. de legat. 3. Bero. conf. 159. sub n. 19. vers.
præmissa etiam lib. 1. in his terminis probat Surd.
conf. 225. sub num. 12. vers. accedat, & firmavit Rota
coram bon. mem. Buratto dec. 952. sub n. 4. & 5. vbi
aliæ concordantes referuntur. Nam incerta peni-
tus fuisse constat pars dicti Palatij, quæ spectaret
ad prædictos Pallauicinum, & Spinolam, Tum ra-
tione quotæ, nam illis non fuit concessa immixtio
in possessionem medietatis, vel alterius quotæ dicti
Palatij, sed tantum in portionem, & partem dictæ
medietatis pro concurrenti quantitate illorum cre-
diti. Cum ratione loci, quia stante communionem
eiusdem Palatij inter Episcopum Alerien. eorum
debitorum, ac alios eius fratres, quilibet eorum
habebat partem in qualibet parte, ita vt discerni
non possit locus, ac & pars propria singulorum an-

re factam partium separationem, cum nec aliquis
fuerit expressus terminus, vel confinis, à quo ea
portio designari possit, vt late explicat Rota in Ma-
ceraten. hæreditatis 13. Iunij 1588. coram bon. mem.
mor. Card. Pamphilio, quæ est dec. 161. part. 4. di-
uers. stante autem tali incertitudine, necessarium
omnino erat, cum non interuenerint oblatores, &
ipsi Nicolao asserto creditori facta fuerit talis adiu-
dicatio, tam ex verbis decreti supra relatis, quàm ex
8 ipsius rei & qualitate eligere Peritos, qui æstima-
rent, & separationem eorum coræqualem credito Pal-
laucini, & Spinolæ, eãque subinde illis ad iudicare-
tur, iuxta tradita per Afflict. decis. 338. n. 5. & seqq.
vers. quarta ratio, & sequitur Rota coram Seraph.
dec. 984. n. 2. vbi firmatur, quod ea verba in sen-
9 tentiâ, & vt decreto Iudicis apposita pro concurren-
tenti quantitate crediti, &c. Important, vt res non
censetur tota adiudicata in solutum pro credito,
10 sed tantum & pro rata iustæ æstimationis, idem fir-
matur cor. bon. mem. Buratto dec. 524. sub n. 6. & 7.
dec. 725. p. 2. rec. & in Spolitana bonorum 1. Iulij
1615. cor. Remboldo, quæ est dec. 226. post Scail.
de Salu. interdicit.

Vltimus considerabant Domini non apparere
nisi de solo mandato de adiudicando, quod non
sufficit, dum non constat de actuali adiudicatione
11 per curforem factâ, & vt necessariè requiritur, co-
quia mandatum de adiudicando non inseruit pro
adiudicatione, nisi doceatur de effectuatiõne subse-
cutâ. Rota in Romana Sylæ 28. Iunij 1628. coram
Emin. Card. Verospio, in quâ spoliatiua declarata
fuit possessio capta vigore mandati de adiudicando
12 expectata adiudicatione, & non seruatis omnibus,
quæ in ipsâ erant necessaria sequendo in istis termi-
nis resolutionem Rotæ cor. Car. dec. 171. post n. 4.
vers. similiter non prouabunt & cor. Burat. dec. 124. n.
12. Eoque magis, quia fuit deuentum ad decretum
supradicti mandati de adiudicando, nisi ad primam
diem, & & tamen cum ageretur de re stabili, debe-
bat fieri, nisi infra mensẽ de stylo Curia, de quo
testatur Salustius Tiber. in praxi R. C. lib. 1. c. 43.
n. 2. & n. 12. Vnde quamuis ex supradictis inferri
posset ad ratificationem possessionis adeptæ per
14 Theseum, attamen & non ex hoc sequitur acquisi-
tam fuisse Nicolao aliquem considerabilem posses-
sionem, pro obtinendâ reintegatione in hoc iudi-
cio spolij. Quoniam fat est, quod ex mandato de
deliberando appareat non fuisse concessam, nisi
possessionem pro indiuiso cum alijs tunc possesso-
15 ribus, ac alijs creditoribus, & sicque fuerit incerta
ratione loci, & quotæ, vt eã mediante non fuerit
16 acquisita aliqua considerabilis possessio, quæ & de-
seruire valeat pro reintegatione assequendâ l. 3. §.
incertam vbi gl. Bart. & alij de acquir. poss. cum mul-
tis adductis per Surd. conf. 168. n. 48. conf. 125. n. 12.
lib. 2. & conf. 423. n. 38. lib. 3. Rota d. dec. 151. sub n. 2.
& seqq. part. 4. diuers. & in puncto ad exclusionem
spolij Pont. de spol. lib. 2. c. 14. n. 131.

His omnibus accedit quod supradicti Pallauici-
nus, & Spinola, quibus prætentitur adiudicari
fuisse partem Palatij, fuerunt eã priuati per sen-
tentiam Fulcherij, qua eadem medietas Palatij cita-
to, & comparante eodem Theseo fuit adiudica-
ta omnibus creditoribus Episcopi Alerien. in ea
descriptis pro concurrenti quantitate eorum credi-
ti, non autem solis Nicolao, & Danieli, quæ senten-
tia fuit executioni demandata, cum illius vigore
fuerint expedita mandata, & facta locatio medie-
tatis dicti Palatij, nec non exactæ pensiones per

Salgado Labyrinth. Credit. Tom. II.

Augustinum Iustinianum. Post dictam sententiam
Fulcherij superuenit sententia Rattæ, qui eandem
confirmavit redacta ad iudicationem proprietatis eius-
dem Palatij ad fructus, ac pensiones illius. Propter
eã non est habenda ratio possessionis captae per di-
ctum procuratorem, stantibus prædictis sententijs
successiue prolatis, quarum vigore prædicti Palla-
uicinus, & Spinola fuissent eã priuati, si quam le-
gitimam acquisiuisent. Angel. in l. clam possidere
§. qui ad mundanas, sub num. 2. in fin. ff. de acq. poss.
quem ibi sequitur Alex. sub n. 2. in fin. vers. dicit ta-
men. Imol. Roman. Iason. & alij adducti per Rot.
dec. 802. n. 7. vers. potest enim iudex part. 1. diuers. &
in Romana Vincæ 7. Februarij 1620. coram bon.
mem. Reuerend. Seleucien.

Ad exclusionem petita reintegationis facit,
quod vsque de anno 1590. Marchionissa Hiero-
nyma Montoria assecuta fuit possessionem huius
Palatij, quam in præfenti retinet auctoritate Iudi-
cis, tam ex persona propriâ, quam Annæ de Flo-
res matris, vt ex & pluribus sententijs & manda-
tis etiam Rotalibus ad eorum fauorem emana-
tis, quæ cum possideat auctore Prætore non di-
citur supradictos spoliasse, nec aduersus illam com-
19 perit intentatum remedium reintegationis, l. in-
iuste possidet ff. de acq. poss. Angel. qui vniversas §.
item cum Prætor ff. eodem. Bald. in l. fin. in 1. art.
C. vnde vi. Rota in Romana præfenti spolij 2.
Iunij 1634. coram Reuerendiss. Vrgellen. decis.
454. ac alibi, & licet Catanei prætendant sen-
tentias prædictas tanquam nulliter, ac iniuste pro-
latas, & & non citatis eorum auctoribus illis non
20 obesse, neque excludere de ductam remedium pro
eorum parte, hoc tamen vbi agitur, vt in hoc ca-
su de spolio iudiciali, debent plenè, ac conclu-
denter probare, nec sufficienter duo extrema soli-
ta, sed actor testium quoque tenetur concluden-
ter probare, scilicet iudicem nulliter, ac iniuste
21 processisse, nam aliàs præsumitur pro iustitiâ, &
validitate sententiæ, atque decreti, vt late probat
Rota dec. 7. num. 16. & seqq. & dec. 454. num. 4. &
seqq. coram Reuerendiss. Vrgellen. & coram san.
mem. Gregor. XV. decis. 485. n. 3. & decis. 668. sub
num. 1. part. 3. recent. Vbi quod nullitas, vel iniu-
sticia hoc casu debet esse aded patens, vt nullo pa-
cto colorari possint.

Demum non obstat quod pro parte Marchonif-
sæ non fuerint exhibiti processus, ex quibus dictæ
22 sententiæ iustificentur. Quia cum illa possideat,
& conueniatur in hoc iudicio, sententiæque ad
decreta prædicta iam à 50. circiter annis emana-
uerint, & executionis complementum vsque ad
tempus huius litis motæ habuerint, inde resultat
efficax presumptio sufficiens ad eius defensionem,
& vt propterea ad eam non spectet illas, iustifica-
23 re, sed Catanais, quorum est onus, nullitatem, at-
que iniusticiam probare, eisdemque processus te-
nentur exhibere, vt plenè fuit firmatum coram Re-
uerendiss. Vrgell. d. dec. 7. n. 16. 21. & 24. & compro-
batur, decis. 223. n. 8. part. 7. recent. vbi & ad præsu-
24 mendum omnia fuisse ritè, ac rectè facta considera-
tur cursus 40. annorum.

Ex quibus vtrâque parte informante iterum
fuit deductum non constare de primo extremo, &
sic Catanais non esse dandam reintegratio-
nem, &c.

R. P. D. CORRADO.
Poſtea S.R.E. Cardinali,
Romana Pecuniaria.
Veneris 19. Ianuarij 1646.

ARGUMENTVM.

Creditum quando est plenè, & concludenter probatum, quæritur tunc in casu impediri, seu retardari eius executio propter compensationem crediti illiquidi, & turbidi. Sententia lata pendente termino probatorio, quando dicitur nulla, & quando valida.

SYMMA RIVM.

- 1 Sententia validitas bene colligitur ex resolutione actorum.
- 2 Crediti probatio facta per confessionem partis adversæ superat omnem probationem.
- 3 Inter Mercatores, Auditor Camera, procedit summarie de plano, ac manu regia.
- 4 Salarij creditum, ex quo reddatur turbidum.
- 5 Creditum quando dicitur illiquidum.
- 6 Creditum liquidum non potest compensari cum illiquido, & turbido.
- 7 Ad creditum liquidandum est assignandum congruum tempus.
- 8 Crediti oppositio quando fuit dilata, postquam sunt lapsi termini substantiales, tunc Iudex longiorem dilationem dicernere non tenetur, & num. 8.
- 9 Compensatio ubi fuit opposita ante sententiam, non assignantur novæ dilationes, sed si quod superfit ad agendum, id remittitur arbitrio Iudicis circa dilationes.
- 10 Sententia in causa principali, quando non possit retardari ob novas oppositiones partis, & num. 11.
- 11 Exceptio quando requirat altiore, vel breviorē indaginem, id remittitur arbitrio Iudicis.
- 12 Crediti probatio quando dicitur requirere ampliorem indaginem.
- 13 Exitus acta probat.
- 14 Creditum illiquidum non debet admitti ad impediendam sententiæ prolationem super debito liquido, & claro.
- 15 Sententia lata pendente termino concesso ad probandum est nulla.
- 16 Decretum quando est conditionale, si non appareat de non adimplemento conditionis evanescit.
- 17 Decretum, quando remaneat suspensum, & inane.
- 18 Termini substantiales, quando fuerunt servati, & reiterati, censentur reuocata omnes dilationes probatorie antecedentes.
- 19 Iudex parte instante, si iam plenè fundavit suam intentionem, potest reuocare dilationes probatorias concessas.
- 20 Sententia quando non possit dici nulla, si fuerit lata pendente termino concesso ad probandum.
- 21 Iudex ex causâ potest tollere dilationes concessas

- ad probandum, & id facere solent Notarij in Curia etiam absque partis instantia.
- 23 De Sententiâ Iustitiâ quando constat, ea venit confirmanda, etiam si sit nulla, quod procedit etiam si pars contradicat.
 - 24 Quod tamen procedit si obiecta nullitas non implicet totalem iurisdictionis defectum, vel non subsistens, vel saltem dubio probetur.
 - 25 Sententia, quæ iusta dignoscitur, confirmari debet.
 - 26 Constitut. sanct. mem. Innoc. VIII. 13. in Bull. tom. 1. quando conveniat.
 - 27 Creditum, si dicatur quod non est liquidum, non ex hoc dicitur reprobatum.
 - 28 Creditum, quando erit liquidatum, tunc de eo habenda erit ratio.

DECISIO CLIII.

Censuerunt Domini sententiam A.C. esse confirmandam, nam illius validitas probatur ex inspectione processûs, & ex quo constat illam fuisse prolatam servatis servandis iuxta dec. Verall. 262. p. 2. & penes sanct. mem. Gregor. dec. 228. ac bon. mem. Buratt. dec. 812. n. 1. & bon. mem. Coccin. decif. 429. Iustitia verò ex partitis librorum DD. de Siris propriâ manu D. Francisci conscriptis, legitime extractis, & habitis pro recognitis, quibus apparet illorum debitor de aureis 8238. 19. 9. stamp. (ad quorum restitutionem fuit condemnatus) pro residuo maioris summæ. Vnde ipsius resultat & confessio, quæ omnes alias probationes præcellit, & paratam adversus illum habet executionem c. tuas extr. de prob. l. cum te. la. 2. C. de transf. Rota in Rom. pecuniaria 9. Decembris 1644. in §. Iustitia pariter cor. R.P.D. meo Bichio, & Modern. Rom. discept. 183. à 10. & seqq. vers. quibus adde, & c. præsertim inter mercatores, inter, & contra quos idem A. C. procedere & potest summarie, simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figurâ iudicij, ac manu regiâ, ut legitur in Bullâ S.M. Greg. XIII. Dat. pridid. Decembr. anni 1590. in §. 10. eas videlicet, & seqq. & fuit ponderatum in dec. 446. sub num. 1. vers. nam inter, & c. part. 2. rec. & in d. Romana pecuniaria 13. Maij 1644. in §. post hæc, & 9. Decembr. eiusd. anni in §. nam validitas cor. præfato R.P.D. meo Bichio. Neque redargui potest ob non admissam compensationem Salarij per eundem Franciscum præfati pro spatio 11. circiter annorum, quibus ministerium, ac operam suam impendit in negotiis dd. de Siris, & participationis lucrorum ex nonnullis cum eo communicatis. Quia cum illi impugnent præfensum eius creditum, non solum ratione qualitatis servitij, ac quantitatis Salarij, quod non fuit inter eos conuentum, verum etiam in substantiâ prætendentes ipsum suscepti muneris partes ex æquo non præstitisse, & deductam participationem negant, ut apparet ex eorum responsionibus ad positiones pro parte d. Francisci productas. Hinc certè dubium redditur, & illiquidum eius creditum Rota dec. 520. sub n. 2. vers. nam instrumenta, & c. & seqq. p. 1. dimerf. atque ideo non erat compensandum cum credito actorum certo, ac indubitato ex dictis partitis probato l. fin. ibiq; gl. & Cyn. n. 2. vers. secundò nota, & c. Odostr. in princ. vers. & primus est, & c. Bart. n. 4. vers. quæro dicitur hic, & c. Bald. n. 4. vers. secundò nota, & c. Alber. sub n. 1. vers. & quod de non liquido, & c. Ang. sub n. 1. Salic. sub num. 1. vers. item nota quod compensatio, & c. & alij DD. C. de compens. Rota penes bon. memor. Card.

Card. Seraph. dec. 1455. n. 4. vers. tamen hoc procedit, & c. & in recent. dec. 194. sub n. 3. vers. & per consequens part. 1. & dec. 380. sub n. 3. vers. Quantum ad compensationem, & c. p. 3. ac dec. 125. n. 5. vers. non obstat, & c. part. 4. & dec. 305. num. 4. & seqq. vers. cum itaq; & c. part. 5. ac penes Coccin. dec. 326. n. 3. vers. nec exceptio, & c.

6 Nec obstat quod & ad liquidandum huiusmodi creditum assignanda esset congrua dilatio Francisci.

7 Quia cum ipse distulerit illud deducere postquam lapsi erant termini substantiales in causâ principali servati, non tenebatur Iudex & longiorem dilationem statuere, sed bene potuit (ut fecit) illius iuribus, ut maiorem expolcentibus diffusionem referuatis super actoris instantia & iam plenè probatâ sententiâ definitivam proferre iuxta text. in d. l. fin. Cod. de compens. ubi ita declarat Bart. in lecturâ antiq. sub num. 8. vers. ad hoc respondeo, & c. dicens, quod ubi compensatio fuerit opposita ante sententiâ, non & assignantur novæ dilationes, sed si quis superfit agendum, in causâ principali, admittitur intra eundem terminum eius probatio, si minus est in arbitrio Iudicis illam admittere, vel referuare, ad hoc & ut sententia in ipsâ principali causâ non impediatur & sequitur Castr. in l. in ea sub num. 2. vers. vel dic melius, & c. Cod. eod. dicens hanc & probationem esse faciendam intra terminum principalis instantiæ, ita quod ex eâ causâ suspendi, vel prorogari non sit necesse post Azor. in summ. eiusd. tit. sub num. 12. vers. si vero maiorem, & c. id enim eius arbitrio remissum est, quando scilicet huiusmodi exceptio & altiore, vel breviorē requirit indaginem, & dilationem, ac proinde admitti, vel referuari debeat, ut probatur ex d. l. fin. ibique no. gl. in verb. indaginem vers. vel officio Iudicis, & c. Cyn. sub n. 18. vers. alij dicunt, & c. Bald. sub n. 9. vers. secundò oppono, & c. & alij DD. communiter, & rursus idem Bald. in d. l. in ea sub n. 4. C. de compens. & alij relati per Modern. Roman. decif. 129. à num. 16. & seqq. vers. præsertim quahdo, & c.

8 Iustè arbitratus fuit Iudex in proposito casu deducta pro parte Francisci ampliorem exposcere indaginem, quippe vndique etiam in substantiâ (ut dictum est) controuersa ad sui perfectam liquidationem & exactiores facti probationes, & iudiciallem declarationem requirebant Bald. in l. item, quia in secundâ lecturâ sub num. 3. vers. nec potest dici, & c. ff. de pact. & sequitur Rot. penes bon. memor. Card. Mant. decif. 221. sub num. 8. & 9. quæ non nisi longo cum temporis intervallo perfici poterant, & ut exitus comprobavit, cum adhuc elapso iam ferè anno post introductam causam in Rota minus completa fuerint, Ideoque merito ad retardandam sententiâ super credito liquido admittenda non erant, ut bene probat Surt. conf. 246. à n. 4. vers. & quamvis, & c. & seqq. Rota penes Cæsar. de Grass. dec. 2. sub n. 2. vers. vnde cum non appareat, & c. ac seq. de solut. & sanct. mem. Greg. dec. 220. n. 5. vers. & denique, & c. p. 1.

9 Minus visa fuit releuans obiecta nullitas eiusdem sententiæ ex defectu iurisdictionis, quia scilicet postquam Iudex admiserant articulos pro parte eiusdem Francisci productos, mandaueratque super eis recipi testes ad primas, & 30. sequentes dies, nihilominus eâ dilatione pendente sententiâ protulit contra text. in l. sine pars, C. de dilat. c. consiluiis cur. de off. deleg. cap. Significante de appell. Salgado Labyrinth. Credit. Tom. II.

Quia (quidquid sit de effectu illius Decreti) Domini existimârunt cessare difficultatem. Tum quia & non fuit simpliciter factum, sed sub conditione, nisi tamen pars adversa hinc ad primam & c. aliquid releuans deduxerit cum inuentione prius d. parti adversæ legitime faciendâ, & c. quæ cum ex processu non appareat subsecuta, & ideo decretum ipsum suspensum, & inane remansit Grat. conf. 138. sub n. 7. vers. quod apertius demonstratur, & c. lib. 1. Ofasc. decif. 145. sub n. 5. ad fin. vers. & idem dicendum est, & c. Rota in recent. decif. 90. sub n. 4. vers. nec tertium Decretum, & c. p. 3. & primus dec. 17. sub n. 3. vers. non obstat, & c. & decif. 167. sub num. 7. vers. secundo, & c. ac decif. 725. num. 8. ac seq. vers. secundo principali-ter, & c.

10 Tum quia deinde instantibus prædictis de Siris fuerunt per eundem Iudicem citatâ parte, reiterati termini substantiales, & facta conclusio in causâ, & cuius vigore censentur reuocata omnes dilationes probatorie antecedentes, iuxta text. in cap. cum dilectus, ibique gloss. in verb. conclusum & DD. extr. de fid. instr. Alex. conf. 77. in causâ accusationis n. 9. vers. quia respondetur lib. 1. Cephal. conf. 51. sub num. 19. Præterea Gail. obseru. 108. num. 2. lib. 2. tum aliis adductis per Modern. Rom. de iudic. lib. 2. cap. 12. num. 16. & sig. Quod quidem Iudex facere potuit, & dum pars instabat pronunciatâ super eo, quod iam plenè liquebat ad leg. quod insit, ubi Bald. sub num. 5. vers. veniamus, & c. & alij DD. ff. de re iudic. gloss. pen. in d. leg. sine pars & ibi Bald. sub num. 1. vers. nisi Iudex, & c. Cod. de dilat. & successivè sententiâ proferre, & quæ ex hoc capite nulla dici non potest Vestr. in praxi lib. 7. cap. 1. à num. 15. vers. carerem & seq. dicens sub n. 17. vers. mos iudiciorum inoleuit, & c. quod in Romana Curia huiusmodi stylus adeò receptus est, quod solent & Notarij absque aliâ partis expressâ petitione prædictam reuocationem extendere tanquam clausulam solitam Grat. conf. 77. sub n. 16. & seqq. vers. non obstat lib. 2. Gabr. com. concl. lib. 2. tit. de dilat. concl. 1. n. 9. vers. Tertio limita, & c. Lancelot. de attent. part. 2. cap. 7. n. 10. & 11. v. Primò nisi Iudex, & c. Myfinger. obseru. 10. lib. 1. & Rot. penes Put. decif. 65. lib. 1. in correct. & Card. Seraph. decif. 155. ubi agitur de sententiâ A. C. n. 4. vers. stante autem, & c. part. 2.

11 Et in omnem casum cum ex deductis coram Rotâ iam constet de iustitiâ & prædictæ sententiæ, illa potest confirmari Bart. in l. si expressim sub numer. 14. vers. & dico quod Iudex Nullitatis, & c. ff. de appellat. Alex. conf. 111. viso themate supra scripto per tot. lib. 5. & conf. 73. in casu appellationis sub n. 11. vers. Tertio respondeo lib. 6. & adducti per Vant. de de nulli. lib. fin. à n. 129. vers. erit etiam consilium, & c. & plur. seqq. Rimini. iun. conf. 591. à n. 16. vers. sed ulterius, & c. & seqq. & alij, etiam si pars contradicat, quia cum in proposito casu eiusmodi obiecta & nullitas non implicet totalem iurisdictionis defectum, ut firmavit Rota penes Puth. d. dec. 65. à num. 2. vers. fuit conclusum, & c. lib. 1. nec clara dici possit, quin imo ex prædictis, vel non subsistens, vel saltem dubia probetur, Ideo illius oppositione non attentâ, confirmari potest sententia, & quæ iusta dignoscitur. Rota penes sanct. mem. Gregor. decif. 131. sub num. 1. & num. 8. vers. præsertim, & c. & in recent. decif. 474. sub n. 11. vers. nisi nullitas cadat in dubium, & c. & decif. 572. sub num. 5. vers. tertia est, & c. part. 2. Gabr. conf. 28. n. 2. vers. si nullitas non sit clara, & c. lib. 2. quod etiam con-

uenit et constituit. sanct. mem. Innoc. VIII. incip. *fi-
nem litibus*, §. 10. & *si prima, vel secunda sententia*.
Constit. 13. Bullar. part.

- Licet autem Domini ex prædictis non potuerint habere rationem prætenſi crediti Francisci tanquam adhuc non liquidus, non tamen intendunt illud reprobare, sed ipsi salua esse iura, quæ competunt, vt fecit etiam D. Iudex, à quo iuxta text. in l. *si autem* §. *final. de neg. gest.* & in l. *quod in diem*, ff. *si rationem*, ff. *de comp.* Ant. Fab. *def. 5. de compens.* quod si in vltiori processu fuerit sufficienter liquidatum et habebitur de eo ratio, pro vt iuris consonum erit ad l. *si cum militi*, §. *cum intra diem* ff. *eod. tit.* Bald. in d. l. in eâ sub n. 4. C. eod. Modern. Roman. *discept.* 445. sub num. 22. *vers. nam si Iudex*, &c.

Et ita fuit conclusum vtrâque parte, &c.

R. P. D. BICCHIO.

Bononien. Pecuniaria.
Veneris 19. Ianuarij 1646.

ARGUMENTVM.

Confessio mariti in publico instrumento emanata circa administrationem bonorum extradotalium cum consensu ipsius vxoris, & pacto reddendi rationem eorum fructuum, sane probat contra contententem, eamque approbare tenetur, & quando ex dictis fructibus præsumatur, maritum soluisse debita propria.

SVMMARIVM.

1. *Hæres, quatenus suppetunt vires hereditaria tenetur soluere debita defuncti.*
2. *Notarius successor potest extrahere instrumenta rogata per antecessorem.*
3. *Hæres bonis hereditarijs Ptons censetur adire hereditatem.*
4. *Notarij successoris assertioni quod instrumentum fuerit repertum inter rogatus Notarij defuncti, an standum sit, vel faciendâ sit recognitio. n. 5.*
6. *Notarij negligentia non debet præiudicare veritati.*
7. *Verba temporis presentis functionem temporis præteriti non recipiunt.*
8. *Contrarietas, vt euitetur, faciendâ est interpretatio.*
9. *Repugnantia, vt euitetur capiendâ est omnis interpretatio.*
10. *Notarius postquam fidem fecit de instrumento si deinde fuerit deperditus rogatus existens in folio volanti, hoc partibus nocere non debet.*
11. *Confessionis error, vt probetur ad hoc requiruntur probationes omnino concludentes, ac necessaria.*
12. *Confessio, quando est multis adminiculis suffulta, tunc pleniores probationes requiruntur ad probandum eius errorem.*
13. *Bona Extradotalia vxorum, mariti de consuetudine solens administratore, vii procuratores.*
14. *Mandatam maritus non habet à lege pro administratione bonorum extradotalium.*
15. *Testium depositionibus super interrogatorijs potius est standum, quam super articulis.*

16. *Testes examinati in iudicio criminali probant etiam in iudicio civili, si agatur de eadem re, & inter easdem personas.*

17. *Testes examinati in iudicio criminali tunc probant etiam in iudicio civili, quando fuerint examinati parte citata, secus si pro informatione Curia sine citatione.*

18. *Maritus si falsus fuerit conuertisse fructus bonorum extradotalium in proprios vsus modo si testes asserant, quod vxor administrabat a bona, qualiter id interpretandum veniat.*

19. *Administrare ille dicitur, qui per alium administrat.*

20. *De fructuum perceptione in genere, quando constat, tunc quantitas eorum coniecturis probatur.*

21. *Maritus quando possit deduci quod soluerit debita propria ex fructibus bonorum extradotalium vxoris.*

22. *Donatio inter maritum, & vxorem est prohibita.*

23. *Infirmatio non requiritur vbi donatio est roborata iuramento.*

24. *Donatio inter virum, & vxorem morte confirmatur.*

25. *Hæres tenetur stare factis defuncti.*

DECISIO CLIV.

Instante Carolo Beccadello fuit hodie reasumpta disputatio super decisio 16. Maij 1645, coram me, * & non obstantibus ab ea longâ ferie deductis, Domini steterunt in decisio, respondendo constare de re iudicata, non autem de causis restitutionis in integrum, nam ipsa fuisse tempore ad appellandum non negatur, iustitia verò sententiæ residet in publico instrumento continente confessionem Laurentij Bonfignorij de administratione bonorum extradotalium Gesæ vxoris ipsâ consentiente, præuio tamen pacto, quod fructuum perceptorum rationem reddere teneretur, ac de quantitate dd. fructuum in summâ librar. 32400. in proprios vsus viri conuersa, quam confessionem in instrumento publico probatam, & roboratam iuramento Beccadellus, cum sit hæres contententis, tenetur et approbare, saltem quatenus vires hereditariæ ferunt Menoch. *conf.* 86. n. 43. Honded. *conf.* 3. n. 53. lib. 1. Rota in *rec. dec.* 61. n. 4. *dec.* 256. num. 5. part. 2.

Nec releuant sæpiùs allegatæ exceptiones, vel contra fidem instrumenti, vel contra veritatem confessionis, visæ enim sunt elidi ex deductis in primâ decisione huius causæ edita 27. Aprilis 1644. coram Reuerend. P. D. meo Royas; & in alterâ coram me, cum instrumentum ex rogibus Laurentij Ciocchæ de eo rogati et fuerit extractum à Ioanne Baptista illius Patre, vt potuit etiam absque patris citatione vigore statuti Bononiæ concedentis hanc facultatem Notarij defuncti hæredi, qualem Ioann. Baptistam constat, quia est Pater, ac tanquam hæres hoc instrumentum è rogibus filij vigore dicti statuti in publicam formam redegit, omnesque alios filij rogibus retinet, Retinendo enim, & vtendo rogibus filij defuncti probatur illius hereditatem adiuisse, cum sint bona hereditaria fructifera, & spectatiua ad hæredem Azened. *ad nouam recop.* lib. 4. tit. 25. lib. 4. num. 1. Guid. Pap. *decis.* 19. num. 6. *ex text.* in §. *quæ verò aguntur* *Auth. de defensor. Civil.* cum aliis

aliis allegatis per Borell. in *summ. decis.* 16. n. 235. & 275. & 76.

Et gratis opponitur de non recognitione instrumenti, cum illa nec deficiat in instrumento compulſato ad instantiam Beccadelli, quo Gesa non vtitur, nec in originali, quod Gesa produxit, nam vt rogitus filij fuit recognitus, ac transumptus à Patre pariter et Notario, cui cum statutum Bononiæ det facultatem trãsumptandi, statuit illius assertioni, quod instrumentum fuerit repertum inter rogitus filij defuncti, quâuis (quod tamen est falsum) cor. Iudice et compulſorialis nulla deinde fuisse facta recognitio Seraph. *dec.* 1028. n. 8. vbi hoc ampliatur quando aduersarius eodem instrumento vltus fuit, qui est casus noster, quia Beccadellus instrumentum produxit, neque tunc impugnavit ex capite non recognitis, sed solum, quia non fuit protocollatum, aut registratum, vt statutum Bononiæ requirit, aut in aliquo libro descriptum, quæ non tollunt fidem instrumenti, quia registratio abiit in disſuetudinem, & omisso Notarij rogati in protocollando, ac describendo instrumentum in libro, siue prouenerit à casu, vt verius est, quia paulo post et rogitus decessit, siue à negligentia, eiusdem Notarij, veritati instrumenti non detrahit Castar. *conf.* 307. num. 1. *vers. breuiter ergo libri.* Caualer. *decis.* 122. n. 11. *vbi allegantur concordantes.*

Non obstat quod idem Ioannes Baptista Pater Notarij rogati declarauerit sub die 20. Decembris 1639. se in protocollis, rogibus, & scripturis filij non inuenire instrumentum, de quo agitur, quia inde non sequitur, quod non inueniret de mense Aprilis præcedentis, quo instrumentum tanquam repertum inter filij rogitus reasumpſit, et cum verba temporis presentis functionem temporis præteriti non recipiant, vt notant DD. in *leg. si vsus fructus*, ff. *vsus fruct. leg.* Bald. in *cap. licet* sub num. 2. *vers. tu dic. contra de suppl. neglig. Pralar.* Rimin. iun. *conf.* 203. num. 92. præsertim ad euitandam contrarietatem, quæ vt euitetur intelligenda est dicta declaratio de tempore et diuerso Felin. in *cap. trãstato num.* 8. *circa med. de const.* Ruin. *con.* 130. num. 6. lib. 3. Rota *decis.* 147. num. 18. part. 1. *recent. decis.* 351. num. 31. coram Sanct. Mem. Gregor. XV. de rogibus, ac scripturis descriptis in protocollo, vel in libro, non autem existentibus in folijs volantibus, inter quæ aderat præſens rogitus, maximè quia ipse Ioann. Baptista de anno 1640. affirmavit et instrumentum reperisse in fasciculo rogitarum filij, & omnis interpretatio sumenda Alex. *conf.* 185. n. 4. & *seqq.* lib. 7. Rot. *dec.* 167. num. 51. & *seqq.* p. 1. *rec.* vel in omnem euentum esto postquam instrumentum de mense Aprilis fuerat reasumptum, deperditus et fuisse rogitus existens in folio volanti, hoc partibus non noceret Corn. *conf.* 210. num. 4. & 5. lib. 4. Aym. *conf.* 121. sub num. 11. *vers. alibi scribit.* il. 1. Paris. *conf.* 104. num. 62. & 63. lib. 1. Gratian. *discept.* 468. n. 41. & 42.

Quo verò ad errorem confessionis quamuis allegari possit, probandum tamen est per probationes et omnino concludentes, ac necessarias, & quæ excludant etiam per possibile veritatem confessionis Rota inter *recent. dec.* 261. d. 25. p. 7. *dec.* 337. n. 34. & *seq.* cor. R. Vrgellen. & in aliis allegatis in 1. *dec.* cor. me §. & *vxori*, maximè quia confessio emanauit pro exoneratione et conscientia, & fulcitur adminiculis ibidem ponderatis, quibus concurrentibus

Salgado Labyrinth. Credit. Tom. II.

tibus solidior euadit, vt per Bald. in l. *si n. 3. v. ex quibus verbis*, C. *probat.* Grammat. *dec.* 8. sub n. 9. & *dec.* 72. n. 4. Boër. *dec.* 163. n. 17.

Tales autem non sunt probationes, quæ eliciuntur ex locationibus bonorum factis communi nomine vxoris, & viri ex mandato Procuræ vxoris personam eiusdem viri ad petendam associationem ad bona caducata, & similibus, quia benè se compatiuntur, quod maritus Gesæ etiam nomine vxoris locauerit, & alias actus fecerit, & tamen administratio fuerit et penès virum, cum etiam vigeat consuetudo, quod viri bona extradotalia administrarent vxorum nomine tanquam Procuratores Aym. *consil.* 91. num. 7. Rot. *dec.* 529. num. 8. part. 5. *recent.* dictoque mandato Procuræ ad exigendum iudicialiter ad bona caducata opus fuerit, quia in bonis extradotalibus et qualia sunt ista maritus, nec de iure communi habet mandatum *leg. maritus* vbi Bart. num. 2. *Cod. Procur.* cum aliis allegatis in *prima decis.* §. *non etiam*, nec de iure municipali Bononiæ, quo bona dotalia, & extradotalia æquiparantur solum respectu acquisitionis fructuum faciendæ per virum ex præsumptâ voluntate vxoris.

Minus vrgent testes, quia examinatorum in partibus. Primus super interrogatorijs deposuit se nescire, quod Gesa administrauerit ante annum 1620. sed solum post infirmitatem viri, qui inceperat anno 1621. & et inherendum est depositioni super interrogatorijs, potius quam super articulis Rota *dec.* 774. n. 3. part. 3. *recent.* secundus non percussit tempus ante annum 1621. vt ponderat prima decisio §. *assertum* vbi vltra soluntur depositiones testium examinatorum in Curia, tam in iudicio civili, et quam in criminali, & quatenus additur, quod examinati in criminali probant in civili, si agitur de eadem re, & inter easdem partes ex allegatis per addent. ad Baratt. *dec.* 118. n. 15. respondetur hoc procedere, quod testes fuerint examinati parte citatâ et secus verò si pro informatione Curia sine partis citatione, vt per allegat. per Add. *ibid.* n. 14. & alios quos refert, & sequitur Rota inter *impress. post conf.* Farin. *dec.* 89. n. 2. *dec.* 150. num. 1.

Cum præterea stante confessione viri, quod bona administravit, & fructus in suos et conuertit, testes deponentes de administratione dependente à viro, vt explicat primus testis Gesæ examinatus in prætenſo iudicio criminali, adeo quod semper verum est dicere, quod vir fructus consumpsit, & bona administravit, cum administrare et dicatur, qui per alium administrat *leg. res iurores* §. *non solum*, *leg. ita autem* §. *gestisse*, ff. *de administr. iur. leg. vero Procuratori*, ff. *solut. gloss. in leg. quicumque* §. *non tamen verb. duntaxat*, ff. *instit. arb. Grat. discept.* 677. n. 23. & *seqq.* Rot. Ianuen. *dec.* 14. num. 2. & 3.

Tandem error circa quantitatem fructuum perceptorum tollitur ex de iudicis in *Primâ decis.* §. *penult.* maximè quando et constitit de perceptione fructuum in genere quantitas etiam coniecturis probatur Menoch. *pres.* 9. num. 26. lib. 3. & solutio aris alieni ad vxorem spectantis eo magis præsumi debet facta de bonis ipsius vxoris, quia alioquin maritus non se constituisset successiuè debitorem totius summæ librarum 32400. Vnde concurrentibus adminiculis, nempe quod maritus bonorum administratorum inuentarium non confecit, quod non reddidit ratione de bonis mobilibus, quæ

in dantibus tam urbanis, quam rusticis adfuisse patet ex testamento Patris Gesiæ, & aliis, resultat saltem possibilitas, quod maritus æs alienum non soluerit de proprio, aut si fuerit aliis bonis vxoris reimpulsatus *l. in l. si quidem n. 3. C. rranfact. Aym. conf. 129. n. 9. Hond. conf. 47. num. 3. lib. 1. C. conf. 39. n. 66. lib. 2.*

- 22 Et in omniem euentum si confessio viri esset excessiua, quod negatur, & sic aliquo modo præsumi possit facta in fraudem prohibita donationis, vt latè probat Guttier. *de iuram. confirm. p. 1. c. 15. n. 2. & penult.* quæ tanquam vallata iuramento, si propter quod cessat necessitas insinuationis ex allegatis in Auximana *fideicommissi 28. Ian. 1641. §. nec dicatur* coram R. D. meo Decano morte viri confirmata fuisse *l. cum hic status 33. in princ. ff. donat. inter vir. & vxor. l. donat. 25. C. cod. Itavt Beccadellus*, quia est hæres viri, si sine confessioni, siue donationi stare teneatur *l. cum à matre 14. C. rei vendicat. cum vulgâr.*

Et ita resolutum vtraque parte, &c.

R. P. D. BICHIO.

Romana alimentorum.

Mercurij 30. Iunij 1642.

ARGUMENTVM.

Socer, & maritus, licet pro virili teneantur præstare alimenta nurui, tamen tunc socer potest condemnari ad totam sustentationem, quando constat de inexigibilitate filij, nam, & quando plures tenentur aliquem alimentare, eo casu si aliqui ex eis sint difficilis exactionis, cæteri ad id licitum est condemnare reliquos.

SVMMARIVM.

- 1 Socer videtur in subsidium obligatus tradere alimenta nurui.
- 2 Maritus & socer pro virili videntur condemnandi ad præstanda alimenta nurui, n. 1.
- 3 Super Matrimonij validitate licet agens socer tenetur præstare alimenta nurui, non secus ac filio.
- 4 Quod procedit etiam si filius duxisset uxorem sine consensu patris.
- 5 Socer tenetur in solidum præstare alimenta nurui, si filius iam diu versatur in longinquis partibus.
- 6 Inexigibilitas debitoris probatur ex relatione executorum.
- 7 Alimenta plures, quando alicui præstare tenentur, & difficilis est ab aliquo ex eis rata exactio.
- 8 Tunc licet vnus ad totam summam condemnare, ne alimentarius ob minutam exactionem damnari possit.
- 9 Alimentarius ne ob non facilem exactionem totius summe necessaria sue sustentationi, fama pareat, & plures sint obligati, quid sit faciendum.
- 10 De filij inexigibilitate, quando constat, quoad præstationem alimentorum vxori, tunc socer actione subsidiaria potest condemnari ad totalem subministracionem.

DECISIO CLV.

PEtronilla, cui præstanda esse alimenta à Francisco viro, & Nicolao focero validitatem matrimonij iudicialiter impugnantibus decifum pluries fuit, instetit in relationibus causarum, vt mandatum executioni mitteretur contra focerum pro integra summâ.

Ad quam Soceram non teneri informantes ex aduerso deducebant, siue quia Socer videatur obligatus tantum in subsidium, siue quia, cum teneantur si ad præstationem alimentorum Socer & Vir quilibet pro virili videtur condemnandus, *l. 1. C. si plur. vna sent. l. si quis separatim §. quoties, ff. de appell. Bertrand. conf. 260. n. 1. lib. 3. Surd. conf. 50. sub n. 35. Cost. de por. rat. q. 3. n. 3. Milanens. decis. 14. n. 86. lib. 1.*

Sed nihilominus Domini dixerunt, quod saltem præuis diligentis contra Virum pro rata ad illum spectante, Socer nedum ad suam ratam, sed etiam filij, & sic ad integra alimenta tenetur, fuit enim per alias decisiones in causâ emanatas declaratus alimentorum debitor, non solum in subsidium, sed etiam tanquam principalis, quia eodem nomine licet agat super matrimonij validitate, & debet de alimentis providere Nurui, non secus ac filio, vt præter allegatos in *d. decif. tradit Petrus Barboza in l. maritum n. 59. vers. & facit, ff. solut. matr. R. imin. iun. conf. 133. n. 46. ex text. in l. si quis à liberis §. non tantum, ff. de liber. agnos. Menoch. de arbit. cas. 348. n. 14. vers. & quemadmodum cent. 4. Cost. de remed. subsidiar. remed. 105. sub n. 3. Viu. dec. 523. n. 1. & 5. vbi si ampliat quamuis filius exorem duxisset sine consensu Patris lib. 4.*

Vndè cum difficile sit ratam à filio exigere, vt patet, tum quia ille iam diu si moraliter in longinquis partibus Hispan. ad text. in *Amb. presense & ibi Cyn. n. 3. C. de fideiuss. Alexand. conf. 100. sub n. 10. vers. nam quando lib. 5. Grat. conf. 28. n. 17. lib. 1. Henric. de fideiuss. c. 27. p. 1. n. 62. Guid. Pap. dec. 57. n. 1. & segg.* Tum quia est filius familias peculio carens, & patebit clarior ex relationibus executorum, & citationibus Soceri ad indicandum bona filij, si per quas illius inexigibilitas probatur, iuxta theoreticam gloss. in *l. à Dino Pio §. in vend. verb. capiuntur, ff. de re iud. quam sequitur Ang. Pacian. & alij allegati à Citriac. contr. 5. n. 142. & segg.* Rota in Bonon. pecuniaria 17. Iun. 1641. cor. R. P. D. meo Carrillo.

Potest executio fieri contra Socerum pro totâ summâ, ita mandante iudice, cui vbi plures ad alimenta alicui præstanda tenentur, & difficilis est ab altero ex illis eius rata exactio, licet vnus ad totam summam condemnare, ne alimentarius ob minutam exactionem incommodum pariat, si sine ob non facilem exactionem totius summæ necessaria sue sustentationi fame pereat, vt est text. express. in *l. solent. in princ. de alim. & cibari. l. & ex hoc textu notat Bart. in l. cum §. vlt. igitur n. 6. ff. de transact. Fulgos. ibid. n. 4. in fin. l. n. 12. Ruin. conf. 81. sub n. 4. vers. quia plurib. lib. 2. Anch. conf. 254. circa fin. vers. nisi ad ipsorum Surd. de alim. tit. 5. q. 9. n. 22. Grat. in addit. ad dec. March. 107. n. 55.*

Præter quod constituto de inexigibilitate filij intrat, quatenus opus sit, etiam si actio subsidiaria contra Socerum Ruin. conf. 144. n. 6. vers. vel. si non potest lib. 5.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D.

R. P. D. CARRILLO.

Postea Præside Vallisoletano.

Eugubina Erroris Calculi.

Luna 10. Iunij 1641.

ARGUMENTVM.

De veritate quando constat, & clarè appareat, de eâ, tunc non obstantibus quibuscumque attendenda venit, & quando dicatur de errore constare. Ratio semel reddita licet amplius reddi non debeat, tamen quando id non procedat.

SVMMARIVM.

- 1 Veritas vbi constat non est attendendus error.
- 2 Negativa bene probatur ex inspectione rei.
- 3 Partita error, ex quo, satis dicatur constare.
- 4 Computa, & epistola bene probant contra eas conscientias.
- 5 Error probatur eò ipso, quod docetur, rem aliter se habere.
- 6 Ratio semel reddita non debet amplius readdi.
- 7 Periti relationis acceptatio, confitio de notabili errore non peiudicat.
- 8 Computa sapius reuideri possunt, & denuò tractari confitio de causa erroris.
- 9 Contractus à conuentione partium legem accipiunt.
- 10 De veritate aliqua non potest dici constare, dum de contrario apparet.

DECISIO CLVI.

SENTentiam Rotalem confirmatoriam alterius A. C. quâ Michaël Angelus Zeccadorus hæres Francisci fratris condemnatus fuit ad restituendum Conuentionis duas partitas, nempe vnam ducatorum 216. aurei de Camera, & alteram scutorum 700. moneta, dixerunt DD. esse confirmandam attentâ eius validitate, & Iustitiâ.

Validitas enim non impugnatur, & Iustitia elucet ex tribus decisionibus in Causâ factis coram Reuerendissim. P. D. meo Pironano Decano sub diebus 27. Februarij, 22. Iunij, & 16. Nouembris anni præteriti, in quibus luculenter fuit discussum, & ostensum partitas præfatas adhuc deberi d. Zeccadoro non obstantibus instrumentis solidationis computorum, & acceptationis calculi facti ad si relationem Periti de communi partium consensu electi, attento manifesto errore in prædictâ relatione calculi detectu *l. vnica C. de error. Calcul. & tradunt communiter scribentes in l. 2. C. de iur. fisco. empior §. de pact. Roland. conf. 49. numero 44. lib. 1.*

Error autem quoad primam partitam ducatorum 216. clarè probatur, ex eo quod d. Franciscus Zeccadorus vt Procurator Murij Conuentini exegit eandem summam à depositariis officij Plumbi, & tamen Peritus in d. calculo non posuit eam ad creditum eorundem Conuentinorum, vt patet ex eius inspectione, qui si est bonus modus probandi negatiuam Bart. in *l. fin. C. de reb. credit. Nat. conf. 45. num. 3. & conf. 377. num. 9.*

Roland. conf. 1. num. 72. & conf. 2. numero 131. volum. 1.

Quo verò ad secundam scut. 700. pariter error patet, quia Peritus faciens debitorem d. Mutium Conuentinum d. Zeccadori in scut. 2167. & b. 57. subiunxit, annullando la Poliza di scudi 700. per esser compresa in vn pagamento di scudi 1130. per il banco de Doni Sotto li 22. Settembre 1601; & tamen in computis postea transmissis ab eodem Francisco de anno 1602. prædicto Mutio, idem si Mutius describitur creditor in scutis 42. pro fructibus dd. scut. 700. iuxta pactum inter eos conuentum in sapradictâ Apochâ à Perito annullatâ in suâ relatione calculi, signum euidentis, quod si re vera d. scut. 700. fuissent restituta, & comprehensa in d. partitâ scutorum 1130. soluta de anno 1601. anno subsequenti non descripsisset Zeccadorus Conuentinum creditorum pro fructibus, qui ex debito extincto prouenire non possunt.

Idemque comprobatur tam ex aliis computis manu dicti Michaëlis Angeli scriptis, ac eadem Mutio transmissis, quam ex epistolis eiusdem Francisci, & etiam Michaëlis Angeli, in quibus respectiue apparet d. partitam scutorum 1130. fuisse contra distinctè positam à d. partita scutor. 700. hæcque enunciatam vti existentem, non autem extinctam, quæ quidem confessio ex dd. computis, & epistolis resultans si sicut plenè probat contra scribentes *leg. pública, ff. de polit. Felin. in cap. 2. de fid. Instr. Crauet. de ant. temp. 1. part. n. 4. & in computis, & epistola dixit Rota Ianuen. in decif. 18. numer. 8.* ita quoque ad oculum demonstrat errorem, si qui probetur eo ipso, quod cum constet rem aliter se habere *leg. si post diuisionem, Cod. de iur. & fact. Ign. Soccin. conf. 25. num. 3. volum. 4. Crau. conf. 188. num. 9. vers. probatur autem.*

Non obstat quod Instrumentum solidationis computorum fuerit factum per viam transactionis, si quo casu ratio semel reddita amplius reddi non debet, vt notat in *d. l. vnica. ibi, si res iudicata non sunt, vel transactio non interuenit, Cod. de error. calcul. Bart. in l. 2. Cod. de iur. fisco.* Quia transactio non fuit facta super computis solidatis, imo in eâ fuit explicitè reseruata reuifio computorum per Peritum facienda, in d. Instrumento *vers. & nihilominus*, acceptio verò relationis calculi d. Periti post eâ secuta minus si præiudicat, confitio de errore in considerabili quantitate, vt consuluit Soccin. in *conf. 190. incipien. nemini colum. 3. v. ex quibus patet lib. 2. & ex pluribus author. firmat Munoz. de ratiocin. admin. cap. 41. num. 5. & 2.* Cum aliis reuifis in *1. decif. causa §. attamen in fin. & ratio est quia nemo debet locupletari cum alienâ iacturâ l. nam hoc natura ff. de cond. indeb.* Maxime cum super calculo nulla lis præcesserit, tunc enim acceptatio calculi cum pacto de non conueniendo non impedit, quominus ex si causâ erroris ratio etiam sapius computata reuideri, & denuò tractari debeat, vt per Text. in *d. l. vnica. C. de error. calcul. declarat Ruin. conf. 134. ante fin. lib. 1.* Quem in terminis sequitur Tob. Non. *conf. 63. n. 19. & 20. & dixit Rota in Romana, seu Camerin. pecuniaria 16. Febr. 1626. coram bon. mem. R. emboldo.*

Demum non aduersatur, quod d. partita scutor. 700. asseratur remissa dict. Michaëli Angelo conuentione remissionis honorarij præteriti ob pa-

Ee 4 tROCINIA

trocinia præstita à d. Francisco per annos 20. in litibus eorundem Conuentinorum defendendis, & propterea inducta sit compensatio in præteritâ transactione.

Quoniam ex lecturâ eiusdem Instrumenti tollitur obiectum, dum apparet, partes post mutuaam compensationem vtriusque præteritionis subiunxisse, ibi, & nihilominus non obstantibus supra expressis, ut veritas circa præmissa habeatur conuenire dicta partes per pactum expressum, quod computa inter eas tam facta, ut asseruere de datis & receptis iterum fiant, & reuideri possint, & debeant, &c. Provt etiam conuenire dictum Michaëlem Angelum teneri ad præcisius docendum, & ostendendum scuta 700. esse comprehensa in computis, seu pecuniis d. Mutio Vincenti restituis per d. Franciscum, provt dict. Michaël Angelus restituta esse asseruit. Vnde patet, quod non obstante remissione præteriti honorarij idem Zoccardus se obligauit aliud docere præcisâ restitutione dd. sext. 700. & propterea cessat compensatio ex pacto appposito in eiusdem transactionis contractu, † qui à partium conuentione legem accipit, l. contractus §. sed hoc ita ff. de reg. iur. lib. 1. §. si conueniat. ff. de pof. l. legem C. de pact. Manr. de contract. lib. 1. tit. 14. num. 5. Tantum enim abest, quod docuerit de verâ restitutione dd. scut. 700. quin potius † contrarium constet ex superius deductis, & fuis ponderatis in decisionibus emanatis coram R. P. D. meo Decano, in quibus fuit plenè satisfactum cæteris omnibus obiectis, quæ contra prædicta replicabantur pro parte Zoccardoti.

Et ita decifum vtrâque tantum parte in formam, alterâ tamen pluries citatâ.

R. P. D. PANZIROLO.

Postea S. R. E. Cardinali.

Romana fructuum dotis.

Luna 29. Aprilis 1643.

ARGUMENTVM.

In Instrumento dotali, si fuerit promissa magna dos ad pompam, & honorificentiam matrimonij, si postea inter partes fuit declarata verè dotis quantitas, tunc quoad illud plus, quod fuit expressum non debentur fructus dotalis.

SVMMARIVM.

- 1 Dotis fructus debentur ei, qui onera matrimonij sustinuit.
- 2 Socer quando dicatur præstitisse alimenta filio, & nurui.
- 3 Per errorem quando constat, quod aliquid fuit factum, non attenditur.
- 4 Apochâ si quis vii intendit ad sui fauorem, debet etiam stare ei, in eis, quæ sunt contra se.
- 5 Epistola si sit comminatoria, & fiat in simplicibus terminis comminationis non reletuat.
- 6 Fructus dotis constituta ad maiorem pompam, non debentur quoad excessum.

- 7 Renunciare iuri quæsto, & nolle acquirere paria non sunt.
- 8 De iure tertij quis dare non potest, & quando id cesset.
- 9 Homini specialis prouiso facit cessare prouisionem legis.
- 10 Dotis quantitas illa est attendenda, quæ ab initio fuit constituta, non autem ea, quæ fuit expressa ad maiorem pompam.
- 11 Declaratio ex interuallo facta non potest præiudicare ei, cui medio tempore fuit ius quæsitum.
- 12 Veritatis actus ab initio dum ex post factus fuit declaratus, tunc ille est attendendus.
- 13 Filiis non est præsumendum, quod parentes voluerint præiudicare.
- 14 Iactare suum nemo presumitur tenere velle. Actus geminati eo magis attendendi sunt.
- 15 Simulationis causa quando adest, tunc facilius presumitur simulatio.
- 16 Simulata ea omnia presumuntur quæ fiunt in executionem actus simulati, & numero 17.

DECISIO CLVII.

Octavius Costa nuptui tradidit D. Aureliam filiam de anno 1616. D. Carolo de Aste cum dote, provt fuit asseritum, & Ioann. Baptistam Caroli patrem scut. 16. mil. auri, quam promisit soluere infra quinquennium, vel Carolo, vel Ioanni Baptistæ, & deinde ad omne eorundem beneplacitum, & interim teneri voluit ad fructus ad rationem duntaxat scutorum quinque pro centenario, & anno.

Post aliquos menses à die celebrationis prædicti instrumenti Ioann. Baptista, & Octavius median- te apochâ priuatâ ab eisdem subscripta declararunt ad pompam, & pro maiori honorificentia matrimonij dotem fuisse promissam in summâ scutorum 16000. auri, sed re vera illam ab initio constitutam solum fuisse in scutis 14000. auri, & idem Ioann. Baptista tam suo proprio nomine, quàm dictorum coniugum promisit, & se obligauit nihil fore petituros præter dictam summam scutorum 14000. auri, quam postea sub die 22. Aprilis 1622. recepit ab Octauius, eamque esse asseruit pro integrâ, & finali solutione dotis promissæ, reliqua verò scuta 2000. dixit relaxasse iuxta formam prænaratæ declarationis.

Verùm D. Carolus post obitum Ioann. Baptistæ patris coram A. C. petit interuersura dictorum scutorum 2000. vt supra non solutorum decursa à die promissionis vsque ad obitum dicti Ioannis Baptistæ ad rationem scutorum quinque pro quolibet centenarij, & anno, & post obitum vsque ad præsens ad rationem taxatum à statuto vrbis, videlicet septem cum dimidio constituentia in totum scuta 2425. auri, pro quibus obtinuit ab A. C. relaxari mandatum contra bona hæreditaria Octauij, & fuit vsque ad summam scutorum 710. auri pro fructibus decursis post obitum Ioann. Baptistæ ad rationem scut. septem $\frac{1}{2}$ pro centenarij executioni demandatum, à quo interpofita pro parte D. Philippi Costæ hæredes Octauij appellatione, causâque per Signaturam mihi commissa propofui dubium, An mandatum A. C. esset confirmandum, vel infirmandum, & Domini responderunt esse infirmandum, quoniam quoad fructus decursos viuente Ioann. Baptistâ patre non

non poterat relaxari ad fauorem D. Caroli cum dicti fructus patri, † qui onera matrimonij sustinuit, siue eius hæredes non autem Carolo, qui non sustinuit, nec est hæres deberentur, l. 5. is qui sitibum §. 7. sibi dos ff. de iur. dot. Bald Nouell. de dot. part. 7. priuil. 2. n. 2. vers. si autem ipse filius Rol. de iur. dot. quest. 110. num. 2. Alex. Galuan. conf. 26. num. 24. & plur. segg. Barb. in l. si cum dorem §. transgrediamur num. 41. ff. solut. matrimo. Fontanella de pati. nuptialib. claus. 6. gloss. 1. part. 1. num. 42.

Quod autem pater sustinuerit dd. onera patet ex articulis medio iuramento pro parte Caroli productis vbi factur se fuisse semper sub cura, & potestate patris in illiusque domo, vna cum vxore, filiis, & familiâ † in habitasse, & congrua alimenta recepisse, cum aliis ponderatis in Romana Legitimæ 22. Iunij præteriti coram R. P. D. meo Dunozetto.

Non obstat, quod in apochâ prædictæ declarationis legantur hæc verba percho intanto il Sig. Carlo sostenia il peso del matrimonio, pero il d. Sig. Ottania s'obligha per detti cinque anni pazarii cinque per cento per detti scudi 14. mila in loco d'alimentari, quia vltra quod ex antecedentibus, & subsecquentibus verbis dictæ apochæ apparct illud nomen, Carlo, erroneè fuisse appositum loco di Gio. Baptista, & hæc rei veritas conuincitur ex propriâ, & explicitâ ipsius Caroli confessione in dictis articulis emanata, si Carolus vult vii enuntiatina † circa sustentationem onerum matrimonij contenta in dictâ Apochâ tenetur ei stare contra se in eo, quod ibidem particulariter disponitur nimis, quod verè dos fuerit constituta in scutis 14000. auri duntaxat l. 1. queritur ff. de admin. tut. Tiraquell. de retract. conuent. ad fin. tit. n. 4. versic. ex quibus, & segg. Rota decif. 184. num. 3. part. 2. recent.

Nec etiam obstat epistola minatoria patris Carolo directâ, quod cogitaret † se & vxorem alere ex fructibus dotis, quia stat in simplicibus terminis minarum, & adhuc eâ non obstante pater sustinuit onera matrimonij, vt latè in d. Romana Legitimæ firmatur, nec aduersatur, quod Ioann. Baptista noluit acquirere fructus dd. scutorum 2000. dum illa per d. declarationem renunciauit, & perpetua quod debeantur Carolo, quia declaratio Ioann. Baptistæ, quod dos ab initio † fuerit constituta, in scutis 14000. est vera, & certè fructus istorum scutor. 2000. de iure non debentur, aut declaratio non est vera, dum ipse fecit amplissimum pactum, de non petendo ad fauorem debitoris dici non potest noluisse fructus acquirere, † sed renunciaffe iuri iam quæsito, quod facere poterat, nec de hoc Carolus potest conqueri, ex quo non sustinuit onera matrimonij.

Non obstat quod hæres Octauij videatur dare de iure Tertij, quia cum † ipse sit reus, & possessor bonorum contra quæ agit D. Carolus potest se, & suam possessionem defendere etiam allegando ius Tertij exclusiuum iuris Agentis, Surd. conf. 415. numero 16. Menochi. de adipisc. remed. 4. num. 595. Gratian. discept. 855. num. 24. Caputaq. decif. 133. num. 2. part. 3. Gregor. decif. 415. num. 4. & ibi Addent. num. 6. versic. fallit 2. regula.

Quo verò ad fructus decursos post mortem Ioann. Baptistæ vsque ad diem petitionis Caroli

mandatum apparet excessiuum, ex quo fuerunt taxati iuxta dispositionem statuti Vrbis ad rationem scutorum septem cum dimidio pro quolibet centenarij, & anno; cum tamen illi posito, quod deberentur, essent potius taxandi ad rationem scutorum quinque iuxta pactum expressum in instrumento dotali, quod cum sit speciale hominis facit cessare prouisionem legis, l. fin. de pact. conuent. Cephal. conf. 156. num. 45. Surd. conf. 156. num. 21. & in terminis Rota Romana alimentorum 25. Iunij 1632. coram bon. mem. Motmano.

Præterquam quod duo ex Dominis dicebant expressionem dotis in scutis 16000. auri fuisse simulatam vt factam ad pompam, ac pro maiori honorificentia matrimonij, cum re vera illa ab initio fuerit constituta solum in scutis 14000. auri, vt constat ex prædictâ declaratione facta per ipsos contrahentes parentes dictorum coniugum, & consequenter illam maiorem quantitatem 10 scutorum 2000. haberi pro non adiectâ, vt in specie trad. Valasc. consuli. 251. num. 11. Butart. decif. 775. num. 1. Reuerendiss. Vrgellen. dec. 98. num. 10. ad med. & segg. Rota in Romana penuniaria 25. Iunij 1632. coram Reuerendiss. D. meo Decano, & in Romana dotis de Puliaschis 10. Decembris 1639. coram R. P. D. meo Dunozetto.

Nec obstat videbatur, quod dicta declaratio vt facta ex interuallo non potuerit præiudicare Carolo, cui fuerat ius quæsitum ex instrumento dotali, Peregrin. conf. 80. num. 7. cum aliis allegatis.

Quia cum illa patefaciat veritatem rei ab initio gestæ, ac sit verisimilis, & corroborata pluribus adminiculis suadentibus dictam dotem fuisse scutor. 14000. auri tantum videtur attendenda in præiudicium D. Caroli quamuis facta ex interuallo Griuell. decif. 48. num. 11. & segg. quem sequitur in his terminis Fontanella de pact. nupt. claus. 7. num. 3. part. 12. num. 61. Surd. decif. 55. num. 3. & per tot. Rota decif. 496. num. 1. part. 1. diuers. & in Tudertina Societatis 21. Iunij 1638. coram me.

Verisimilitudo hinc autem est, quia res gesta fuit à parentibus, quos non est præsumendum voluisse præiudicare filiis, pro adminiculis verò concurrunt quantitas notabilis scutor. 2000. auri, qualitas personæ D. Ioanni Baptistæ viri maxime prudentis, qui non passus fuisset dotem diminui, si verè fuisset scutorum 16000. ne aliàs videretur temerè voluisse iactare suum, geminatio prædictæ declarationis, nam prius emanauit mediante apochâ, & postea in instrumento quietantiæ totius dotis fuit ratificata, & similis constitutio dotis scutorum 14000. auri facta per Octavianum aliis filiabus, quæ iuncta causâ simulandi videlicet, vt matrimonium honorificentius appareret sufficienter videbantur probare simulationem ex bene deductis in his terminis in Maceraten. Censûs 25. Februarij præteriti coram R. P. D. meo Royas.

Nec aduersari dicebatur, quod Octavius in precibus porrectis Sanctissimo pro derogatione Constitutionis Sixti Quinti super excessibus dotibus, narrauerit Dotem D. Aureliæ esse scutorum 16000. auri, quia † huiusmodi preces vii factæ in consequentiam promissionis dotis in summâ scut. 16000. retinent qualitatem eiusdem simulationis, adeo

ad eodẽ modo quo promissio facta in instrumento detegitur simulata, & sic etiam dicatur narratiua facta in dictis precibus ex deductis per Farin. de falsit. & simulat. quæst. 162. n. 3. 2. Rot. in dict. Maceraten. census coram R.P.D. meo Royas in §. nec coniectura.

Et ita parte vtraque, &c.

R.P.D. VEROSPIC.

Romana Saluiani.

Veneris 15. Iannarij 1646.

ARGUMENTVM.

Immissio vigore Saluiani in vanum datur stante defectu crediti, & hypothecæ, & quando dicatur illud adesse. Et aliqua habes circa præsumptionem leg. Quintus ff. de don. inter vir. & vxor. Vidua sumens tutelam filiorum sine debitis solemnitatibus, an transiens ad secunda vota teneatur postulare tutorem filiis apud Iudicem.

SVMMARIVM.

- 1 Aggidiana non intrat stante iniustitia sententia.
2 Immissio in iudicio Saluiani stante defectu crediti, & hypotheca perperam datur.
3 Bona mulieris, presumuntur esse mariti, ad hoc ut in dubio excludatur presumpcio turpis quæstus.
4 Sententia lata contra tertium possessorem, eo non citato illi non officit.
5 Presumpcio l. quintus ff. de donat. inter vir. & vxor. cuius fauore intrat.
6 Dec. opinio in cons. 137. refutatur.
7 Presumpcio l. quintus ff. de donat. inter vir. & vxor. an intrat in iudicio possessorio.
8 Paupertas alicuius ex quibus probetur.
9 Bona presumuntur vxoris, & non viri, quando mulier præstitit consensum in alienatione eorum.
10 Hypotheca cessatio, quando legitime fieri possit per mulierem.
11 Mulieri dos restitui debet, si ipsa sibi eam constituit.
12 Hypotheca tacita legalis regulariter pro dotis restitutione contrahi solet in bonis mariti.
13 Mater, dum legitime non suscepit tutelam filiorum, an transiens ad secunda vota teneatur illam dimittere.
14 Mater dum non seruatis iuris solemnitatibus administrauit bona filiorum non censetur administrasse, & num. 15.
16 Facto alterius nemo debet prægrauari.
17 Lex non debet ultra casum expressum extendi.
18 Mulier illa non debet esse prioris conditionis, quæ seruato iuris ordine filiorum tutelam suscepit, quam illa, quæ de facto administrauit.
19 Hypotheca non admittitur nisi in casibus à iure expressis, amplius, num. 20.
21 Mariti obligatio fortior est, dum legitime tutelam suscepit, ac expresse spondit iudici non

nubere, quam illa alterius matris, quæ de facto administrauit.

22 Mater quæ legitime suscepit tutelam filiorum, antequam transcat ad secunda vota, rationem reddere, & reliquatam soluere tenetur.

23 Promittens aliquid non facere, fortius id tenetur seruare, quam ille, qui non promisit.

DECISIO CLVIII.

Immissionem obtinuerant in iudicio saluiani ab A. C. fratres de Ciambrotis super Vineâ per Parisanum possessa, quam antea in bonis Sanctij secundi viri Dignameritæ matris extitisse probauerant, & onere affectam hypothecæ contendebant ex generali obligatione bonorum eiusdem Sanctij contracta pro restitutione dotis consistens in pluribus iocalibus, ac mobilibus pretiosis, quorum illa nullam rationem reddiderat post administratam filiorum tutelam, à qua sententia interposita per eundem Parisanum appellatione, iuxta rescriptum commissionis, proposui dubium, an sit locus Aggidianæ, & Domini negatiuè responderunt ob iustitiam sententiæ, quæ eius constitutionis effectum impedit, vt in dictâ constitutione sancitur inter alias impressis lib. 6 cap. 2. & aduertit Menoch. de adipisc. remed. 4. num. 490. Rota coram Mant. dec. 33. num. 2. & coram Gregorio decif. 491. num. 5. & in decif. 221. num. 7. part. 4. recent. & deducitur ex defectu crediti, & hypothecæ, sine quibus corrui immissio in iudicio saluiani decreta, l. 1. ff. de saluian. Cont. in l. vnica C. si de momento. possess. limit. 1. 4. num. 11. Aretin. in §. item seruiana, n. 31. inf. de action. Menoch. de adipisc. remed. 3. n. 163. cum alijs per Honded. cons. 17. n. 1. & 13. Rota coram Seraphino, decif. 1290. num. 5. & 775. num. 1. part. 5. recent.

Et licet prædictum creditum deducerent idem Ciambroti ex sententiâ ab eodem A. C. super eius veritate obtenta contra matrem, ob plura iocalia, ac pretiosa mobilia Sanctio secundo marito tradita in dotem, quæ t̄ tanquam in domo Dominici primi viri reperta eiusdem fuisse censentur, ad euitandam turpis quæstus præsumptionem iuxta Textum in l. Quintus Mutius de donat. inter vir. & vxor. l. etiam C. eodem tit. vbi gloss. in verbo merito, & in l. cum oporteat. C. de bon. que liber. vbi gloss. verb. eius substantia, & Bald. num. 12. Alciat. de præf. reg. 3. præsumpt. 26. num. 1. Marefc. variar. lib. 2. c. 82. n. 1. Non tamen visa fuit eadem sententia iustificate prædictum creditum contra Parisanum t̄ tertium possessorem in eo iudicio non citatum Text. in l. sep. ff. de re iud. & in cap. quamuis eodem tit. & in l. si vnus §. ante omnia ff. de pactis, & notant vtrobique DD. Barr. in l. si superatus num. 1. ff. de pign. Couar. præf. quæst. cap. 16. num. 1. Surd. decif. 256. num. 4. Contra quem tanquam extraneum, nec t̄ militat ea legis præsumptio solum inducta contra vxorem fauore mariti, & illius hæredum, vt notant Bald. in l. si vxorem suam, C. de cond. insert. num. 8. Alex. in l. qui iure n. 5. ff. de acq. poss. & in cons. 101. num. 3. lib. 7. Et reprobata contrariâ opinione Dec. cons. 237. tradit Rim. iun. in § primo inf. 6 per quas perf. nob. acquir. num. 202. Burfatt. cons. 209. num. 23. Marefc. var. lib. 2. cap. 82. num. 7. Maxime in hoc iudicio possessorio, t̄ in quo illa non admittitur, vt notat idem Bald. in d. l. vxorem C. de

C. de cond. insert. num. 8. Gabr. de præf. concl. 16. num. 2. quos secuta fuit Rota decif. 209. num. 7. part. 2. diuers. & dum concurrat paupertas Dominici primi viri, quem ex testium dispositione constat ex modico Extractitæ lucro sibi victum comparasse, & ad vxoris domum post contractum matrimonium fuisse t̄ traductum, quia propriâ carebat, & hanc habitationis indigentiam ad excludendam præsumptionem, d. leges ponderauit Salic. in d. l. ab maritorum, num. 4. C. ne vxor. pro marito, Socc. sen. cons. 128. num. 2. vers. pro hoc accedat vol. 1. Aym. cons. 61. num. 7. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præf. 51. num. 4. Gabr. eod. tit. concl. 15. num. 21.

Expressæ defectus hypothecæ ostenditur in hac Vineâ, tum ex consensu solemniter præfesto per Dignameritam, dum eam Sanctius alienauit vt sancitum est in l. inuenus C. ad Velleian. & in l. vnica, §. & cum lex, vers. licet enim. C. de rei vxor. action. Petr. Barr. in l. 1. §. part. num. 59. solut. matrimon. Anton. Fabr. in C. iur. ad Senat. Consult. Velleian. def. 15. in princ. Negul. de pign. 4. membr. 2. n. 84. ad med. & n. 88. Rota coram Gregor. dec. 67. num. 7. & coram Reuter. Vigellen. decif. 141. num. 5. Tum etiam ex transactione per eandem initâ cum Parisano post obitum Sanctij, in qua venditionem Vineæ iterum approbavit, & cassationi hypothecæ consensu, quæ cassatio legitime fieri potuit ab eadem Dignameritâ, t̄ etiam in præiudicium crediti filiorum antequam per denunciationem interdicta fuisset, vt probat Text. in l. 3. ff. de nou. & l. nomen C. qua res pign. oblig. poss. vbi post gloss. in verb. certus tradit Cyn. n. 1. Bart. n. 2. & 5. Alber. num. 5. Megus de pign. 3. membr. 3. part. n. 26. Pacific. de saluian. in spect. 3. cap. 2. num. 206. Rota decif. 364. num. 6. p. 4. recent. Et non obstante stipulatione pro restitutione dotis alternatiuè conceptâ ad sui fauorem vel eius cui de iure, dum ex iuris dispositione t̄ prius ipsi mulieri dos restitui debet, quæ sibi dotem constituerat, & alternatiuè se posuerit in primâ parte stipulationis, vt notat DD. in l. Caius. ff. solut. matrimon. & ibi Bart. & Castren. num. 5. Rom. num. 19. & 24. Gomel. ad l. Tauri § 1. 52. & 53. num. 28. in fin. Surd. cons. 206. num. 25. Bald. nou. de dot. priuil. 28. numero 2. Macerat. var. lib. 2. resolut. 59. casu 26.

Neque concurrat tacita legalis, quæ regulariter pro dotis restitutione contrahi t̄ solet in bonis secundi viri, quoties mater ad secundas conuolet nuptias ante postulatam à Iudice tutorem filiis, eisque redditam administrationis rationem iuxta Text. in l. 2. §. ne sit facilis C. qui mul. tut. offic. fung. poss. & in §. si autem tutela. Auth. de nupt. & aduertit Negul. de pign. 2. part. membr. 4. num. 156. Pacific. de saluian. in spect. 3. cap. 4. num. 500. Gabriel de secundis nuptiis, concl. 9. num. 4. & 6.

Quia ipsa Dignamerita filiorum t̄ tutelam legitime non suscepit, provt ad hunc effectum expresse requirit Text. in l. si mater C. in quib. caus. pign. vel hypoth. tac. contr. & in d. l. 2. C. qui mul. tut. offic. fung. poss. & voluit Bald. in l. cum oportet §. vlt. num. 4. vers. modo incidenter C. de bon. liber. Dec. cons. 591. num. 1. Surd. cons. 460. num. 7. Vrfill. ad Afflic. decif. 75. num. 4. Gabr. de secund. nupt. conclus. 9. num. 27. Montan. de tut. cap. 15. num. 98. Mant. de tac. lib. 1. tit. 16. num. 5. vbi licet num. 4. In bonis matris legalem hanc hy-

pothecam constituat, eam tamen negat in bonis secundi viri. Dum enim t̄ mater non seruatis iuris solemnibus administrat, non censetur administrasse, vt tutrix, vt tradit Martha. de successione legati part. 2. quæst. 4. art. 4. sub n. 13. vers. quamobrem. Fachinenf. cons. 66. num. 25. circa finem lib. 1. Rota decif. 543. num. 4. part. 3. diuers. & coram Pur. decif. 141. num. 1. lib. 1. Provt administrare debuisset, vt priuignis tacite t̄ hypothecata sint bona secundi viri, vt voluit Gutierrez. de ruselis part. 1. cap. 9. num. 30. Bologn. in l. penult. C. in quibus casibus pignus, vel hypotheca contrahatur in prima interpr. Boët in consuetudines Bituricensis de iure personarum §. vlt. col. 2. Bac. de decim. cap. 7. num. 17. vers. sic licet.

Alia à DD prædictis adducitur ratio, quod obligatio mariti propter vxoris debita à iure communi exorbitat, ex cuius dispositione nemo t̄ alterius facto debet prægrauari, vt in l. si quis in suo §. legis autem C. de inofficioso testamento l. crimen ff. de panis l. sancimus C. eod. tit. & improbat, in tot. tit. ff. ne vxor. pro marito conueniatur, nec ided extendi debet ultra expressum casum legis, videlicet si mulier tutelam legatione suscepit, t̄ sicut nec etiam extenditur priuatio successionis contra matrem tutricem inducta, si illa solum pro tutricis officio fungatur est in l. vltim. C. de interd. mair. Bald. in l. omnem num. 9. C. ad Sen. Cons. Terrull. Bell. iun. cons. 110. numero 19. & reprobata contrariâ opinione Cast. latè prosequitur Surd. cons. 175. numero 38. & 49.

Et licet ab hac opinione dissentiant Ioann. de Garron. in aub. eisdem n. 9. C. de 2. nupt. Brun. de form. limit. 15. vers. & mulier. Adden. ad Dec. d. cons. 591. littera A. Cast. cons. 154. n. 2. Trentacinq. var. lib. 2. tit. de arb. resol. 2. num. 20. vers. ego concurro, ex eâ potissimum ratione quod melioris conditionis esse non t̄ debeat mulier, quæ seruato iuris ordine tutelam assumpsit, quamque de facto administrat. Hæc tamen ratio non visa fuit vigere in hypothecâ legali, quæ non admittitur, nisi in casibus t̄ in iure expressis, vt notat gloss. in l. 2. in fin. ff. de priuil. creditum. Ripa in l. 4. §. si quis cum tutor, numero 9 post Bart. num. 9. ff. eod. tit. Aym. cons. 692. num. 2. Pacific. de saluian. in sp. 3. cap. 4. num. 55. Surd. decif. 31. numero 9. præsertim t̄ in præiudicium viri, qui ex facto vxoris conuenitur, vt respondet Dec. d. cons. 595. num. 5. & 6. Alique prioris sententiæ sectatores.

Diuersitatem præterea inter vtrumque casum ponderat Bald. in d. l. cum oporteat §. vlt. num. 4. ff. de bon. que liber. quia t̄ fortior est obligatio matris, quæ tutelam legitime assumpsit, dum expresse sponderat Iudici non nubere, & ante transitum ad secunda vota rationem reddere, ac reliquatam restituere t̄ statim ac sibi tutelam decreuit, ea verò quæ de facto administrat hanc obligatione non se adstrinxit, & ided tutelam spreuit, t̄ nec contra fidem officij ad secundas nuptias conuolauit, & sequitur Io. de Garron. in d. aub. eisd. nam. 9. C. de secund. nupt. Surd. cons. 136. num. 98. in fin. Pacific. de saluian. d. in sp. 3. cap. 4. num. 498.

Et ita vtraque, &c.

Pisaren Repetitionis
Fructuum.

Luna 14. Decembris 1643.

ARGUMENTVM.

Empta, si sit aliqua res, cum pacto soluendi fructus recompenfatiuos per aliquod tempus, si appareat fructus taxatos excedere quantitatem fructuum, qui ex ipsa re percipiuntur tunc excessus vel potest reperi conditione indebiti, vel computari in sortem principalem, atque venditori agenti ad pretium, emptor opponere valebit, illud fuisse diminutum ex causâ de quâ suprâ. Remissoria facile conceditur super omnibus articulis data releuantia vnus articuli, & maxime si finis in prophanis.

SVMMA RIVM.

- 1 Remissoria sine dubio conceditur, quando materia articulata est releuans.
- 2 Emptor non tenetur vltra quantitatem perceptam soluere venditori fructus recompenfatiuos.
- 3 Emptor si soluat venditori fructus recompenfatiuos vltra quantitatem perceptam, an excessus vadat in sortem.
- 4 Solutionem factam in causam indebitam lex interpretatur in causam debitam.
- 5 Condicio indebiti semper habet locum in repetitione vsurarum.
Qua conclusio procedit, siue solutio sit facta scienter, siue ignoranter.
- 6 In vsurarum solutione presumitur in soluente coacta voluntas, ne scilicet astringatur ad solutionem sortis principalis.
- 7 Venditori agentis ad solutionem pretij rei vendita poterit opponi diminutio sortis, si emptor soluerit fructus recompenfatiuos vltra debitum.
- 8 Conuentio fructuum recompenfatiuorum ad rationem septem pro centenario, quando potest esse licita.
De conuentionis excessu quoties constat, toties ea redditur illicita, & num. 10.
- 11 Exceptio illiquida non potest impedire executionem obligationis cameralis.
Gratian, discept. forens. 864. num. 19. in quo casu loquatur, num. 11.
- 12 Remissoria super omnibus articulis conceditur stante releuantia vnus articuli.
- 13 Remissoria datur in materiâ prophanâ in quâlibet instantiâ, etiam sine fumo.
- 14 Remissoria non conceditur quando materia articulata tendit ad probandum delictum, & quando id non sit verum.
- 15 Fructus bonorum stabilium non presumuntur excedere quinque pro centenario.
- 16 Manuentio non potest denegari existenti in possessione.
- 17 Manuentio, quod vni concedatur alteri verò

- remissio, Rota passim seruat, & tunc.
Remissoria conceditur sine retardatione executionis, num. 17.
- 18 Iurisdictionis defectus quando perperam opponatur.
 - 19 Computatio legalis fructuum in sortem, ipso iure extenuat sortem.
 - 20 Compensatio opponi potest etiam in secundâ instantiâ, imò etiam post rem iudicatam.

DECISIO CLIX.

Mastini emerunt à Ioann. Maria Cauca, & Lauinia Carriola coniugibus quædam bona, & pro parte pretij non soluti promiserunt soluere fructus recompenfatiuos ad rationem 7. pro quolibet centenario, & anno; Independentes nunc Mastini probare fructus ab ipsis solutos excessisse perceptos in dictis bonis insteterunt pro remissoriâ, quam Domini concedendam esse dixerunt.

Nam pactum soluendi fructus recompenfatiuos ad summam scut. 7. pro centenario non controuertitur inter partes, & constat ex instrumento conditionis summ. illorum de Caucahis num. 1. de releuantia materiæ articulatæ non videtur dubitari posse, quia si probabitur fructus perceptos, & qui percipi potuerunt non ascendere ad summam conuentam, non sustinebitur pactum prædictum, nam emptor non tenetur vltra quantitatem perceptam solvere venditori fructus recompenfatiuos Alex. conf. 69. num. 4. lib. 1. Crau. conf. 105. n. 1. Cephal. conf. 290. n. 14. Gratian. discept. 716. num. 1. Rota coram sanct. mem. Greg. XV. decif. 347. num. 4. & seq.

Si verò dictos fructus soluerit, et statim ministerio legis imputantur in causam fortis, si non sortem 26. in princ. & ibi Bart. num. 4. ff. de condit. indeb. l. & post rem iudicatam 7. §. 1. vers. si tamen ff. de transact. Surd. dec. 328. num. 14. & 17. quamuis expressè fuissent soluti in causam fructuum, quia solutionem factam ex causâ indebitâ lex interpretatur in causam verè debitam Roman. conf. 238. num. 1. quem sequitur Castill. dec. 99. n. 1. Viu. dec. 373. n. 1. Ioann. Franc. Ant. Costa conf. 73. num. 58. Rota in Romana Cambij 17. Febr. 1642. cor. R. P. D. meo Bichio.

Vnde vel repeti possunt contradictione indebiti, quæ semper et locum habet in vsuris, siue scienter, siue ignoranter fuerint solutæ, quia in omnem casum presumitur et in soluente coacta voluntas, ne videlicet astringatur ad solutionem sortis principalis, Bart. in d. l. si non sortem 26. §. si quis falsâ ff. de condit. indeb. Menoch. conf. 300. num. 13. Rimin. iun. conf. 399. num. 70. Rota decif. 301. num. 29. & seq. part. 5. recent. & in Auenion. pecuniaria 10. Februarij 1640. coram R. P. D. meo Bichio; Siue per viam imputationis in sortem et adeò vt creditori agenti ad sortem opponi possit eam esse diminutam, quatenus solutum fuerit vltra quantitatem fructuum verè debitam, vt in dictâ Romana Cambij suprâ allegatâ.

Neque obstat quod in casu nostro adsit expressa mentio fructuum recompenfatiuorum ad rationem septem pro centenario, quæ et licita est, tanquam sit quædam transactio inspecto futuro euentu, vt tollatur difficultas probationis Gratian. discept. 864. num. 19. Quia quoties et constat de excessu conuentionis ea redditur illicita, Aymon. conf. 189. num. 5. & seqq. Syluan. conf. 10. num. 46.

- & seqq. Rimin. iun. conf. 218. numero 86. & seqq. Burfatt. conf. 320. num. 53. Sicut è conuerso licita redderetur, si ex probationibus faciendis probaretur correspondens et fructibus. Cagn. in l. curabit 5. num. 58. C. de act. empt. Dec. conf. 39. num. 5. Burfatt. d. conf. 320. num. 54. Surd. conf. 485. sub num. 6. Denecitaque probationes fiant, esto, quòd non possit per exceptiones et excessus tanquam adhuc illiquidi retardari executio obligationis cameralis, in quibus terminis loquitur Gratian. d. discept. 864. numero 19. totum tamen reuocabitur factis probationibus iuxta prædicta.
- 10
 - 11

- Data autem releuantia vnus articuli circa excessum conuentionis et concedenda est remissoria super omnibus Mant. decif. 312. num. 1. & seq. Coccin. decif. 149. num. 3. Greg. decif. 403. in fin. Cauca. decif. 289. num. 2. Buratt. dec. 246. num. 10. Duran. dec. 61. num. 8. in recent. decif. 661. num. 4. part. 2. & dec. 212. n. 3. part. 6. Maxime in materiâ prophanâ, et in quâ datur remissoria in quâlibet instantiâ, etiam sine fumo Caputaq. decif. 68. num. 1. part. 3. Coccin. d. decif. 149. num. 1. Gregor. d. decif. 403. num. 3. in recent. decif. 36. numero 1. & sequent. part. 3. & decif. 266. num. 1. part. 6.
- 12
 - 13
 - 14

- Non obstat quòd materia articulata tendat ad probandam vsurariam prauitatem, quia cum principaliter et non petatur remissoria ad probandum crimen, sed quòd fructus rei venditæ non ascendunt ad valorem taxatum, non potest ex isto capite denegari remissoria, Felin. in cap. cum causam 37. num. 23. de testib. Soccin. iun. conf. 60. num. 13. lib. 2. Menoch. de recup. remed. 15. numero 361. Maxime accedente verò, pro quo sufficit verisimilitudo, quæ consistit in eo quòd et fructus stabilium presumuntur non excedere quinque pro centenario, gloss. in auth. perpetua verb. pensio ista. C. de sacros. Eccles. quam Rota sequitur, vt coram Gregor. decif. 553. numero 8. & in recent. decif. 448. numero 3. part. 2. & decif. 135. num. 18. part. 6. & decif. 94. num. 56. part. 7.
- 15
 - 16

- Ad illud verò obiectum, quòd si concedatur remissoria Mastinis, et videatur controuerti manuentio, quæ illis de Cauca denegari non potest ob possessionem, in quâ reperiuntur exigendi istos fructus quolibet anno iuxta conuentionem ab initio inter ipsos initam, fuit responsum, et quòd Rota passim seruat, vt vni concedatur manuentio, alteri vero remissoria, quæ datur sine retardatione executionis Seraph. decif. 294. num. 1. & sequent. Cauca. decif. 610. num. 2. in recent. decif. 142. numero 10. part. 7.
- 17
 - 18

- Minus releuat defectus iurisdictionis, quia emptor non egit iudicio conditionis indebiti, sed cum et in primâ instantiâ fuerit condemnatus ad restitutionem sortis, vult in secundâ instantiâ reuocari, aut reformari hanc condemnationem imputando in sortem et fructus excessiuè, et indebitè solutos, vel per viam imputationis legalis, quæ ipso iure sortem extenuat ex suprâ allegatis, vel per viam compensationis, quæ opponi potest etiam in secundâ instantiâ, imò et post rem iudicatam l. 2. et ibi DD. C. de compens. Afflicti. decif. 121. numero 3. Surd. decif. 191. numero 7. Rim. iun. conf. 451. numero 37. Salgado Labyrinth. Credit. Tom. II.
- 19

Gratian. discept. 660. numero 29. Citiac. controu. 224. numero 6. & Rota coram Gregor. decif. 342. num. 2.

Et ita vtrâque, &c.

Maceraten. Saluiani.

Mercurij 27. Inuij 1646.

ARGUMENTVM.

Immissio in Saluiano conceditur, constituto de credito cum hypothecâ, concessione debitoris de tempore contractæ obligationis, vel post, et possessione Rei conuenti de tempore moræ litis, eaque immissio competit hæredi, sicut competebar eius Authori. Censur dicitur extinctus per actum retrosimilem, dum fuit retrouenditus pro eodem pretio.

SVMMA RIVM.

- 1 In Saluiani iudicio creditum cum hypothecâ iustificari debet.
- 2 Et probari debet possessio rei controuersa, quoad debitorem, de tempore contractæ obligationis.
- 3 Possessio rei conuenti in iudicio Saluiani probari potest ex liti sustentatione, iunctis adminiculis.
- 4 Immissio in Saluiano conceditur, constituto de credito cum hypothecâ, possessione debitoris de tempore contractæ obligationis, et possessione recentis rei conuenti.
- 5 Hæredi competit immissio, quæ competebar eius authori, num. 4.
- 6 Crediti anterioris exceptio frustra allegatur contra creditum posterius, si illud appareat satisfactum.
- 7 Censur censur aliud est, et aliud retrouenditio, et extinctio.
- 8 Censur quando retrouenditur pro eodem pretio, cum interueniat actus retrosimilis, censetur extinctus.

DECISIO CLX.

Pronunciavit A. C. per sententiam definitiuam vigore Saluiani interdicti dandam esse immiſſionem Ludouico de Vliſſis Hieronymi filio in possessionem bonorum, de quibus agitur, solutis prius per ipsum scutis 688. monetæ Francicæ Cotæ Guidonæ pro credito competente Laurentio eius viro, quam sententiam hodie in gradu appellationis Domini confirmarunt.

Constat enim de extremis in hoc iudicio Saluiani requisitis, nam creditum et cum hypothecâ Ludouici Filij, et hæredis Hieronymi de Vliſſis iustificatur ex publico instrumento impositionis, et venditionis censur, de quo agitur factæ per Hieronymum de Guidonibus Cæsari Pellicano de anno 1590. 8. Ianuarij sumario Ludouici numero 1. Qui censur postea venditus fuit præfato Hieronymo de Vliſſis Patri

Patri eiusdem Ludouici de anno 1577. 10. Octobris eodem Summario numero 2. Quod verò Hieronymus de Guidonibus de tempore impositionis censûs ꝑ̄ possederit bona super quibus concessa fuit immisso Ludouico apparet ex testibus datis in Summario numero 5. Ex aliis verò ibidem relatis numero 6. Probatur eadem bona nunc possideri per Franciscam ream conuentam, ꝑ̄ de cuius etiam possessione constat ex ipsa litis sustentatione, quæ iunctis adminiculis probat possessionem Rota coram Cæsar. de Grass. *decision. 4. numero 2. de restitu. spoliat. & decision. 220. numero 3. part. 5. recent.* & in Romana Saluiani 15. Iunij 1643. & 4. Martij 1644. coram R. P. D. meo Verospio. His autem concurrentibus rectè ꝑ̄ concessa fuit immisso Ludouico, qui est hæres Hieronymi de Vlissis, & Dominus dicti censûs, Alexand. *conf. 185. numero 4. lib. 6. Soccin. Sen. conf. 112. numero 6. lib. 4. Roland. conf. 14. num. 13. lib. 1. vers. secundo quaritur, Afflict. decis. 383. num. 4. Rota coram S. M. Gregor. decis. 491. numero 6. & in recent. decis. 294. num. 3. & decis. 307. numero 4. part. 1. & decis. 308. num. 1. & sequent. part. 5. recent.*

Nec prædicta immisso retardari debet propter exceptionem retentionis per Franciscam oppositam ratione crediti anterioris competentis Laurentio de Guidonibus. Quia cum idem Laurentius iam fuerit consecutus scuta 512. in causam dicti crediti, vt in Summar. numero 7. & pto residuo eiusdem crediti Aud. Cam. mandauerit eidem solui scuta 688. Antequam Ludouicus consequatur possessionem, vt legitur in sententia, Summar. numero 4. Vtique ꝑ̄ exceptio huius crediti anterioris, quod ex prædictis remanet satisfactum, non potest impedire immisionem Ludouici posterioris creditoris iuxta Text. in l. & quest. 15. §. qui res suas ff. de pignor. Ronchegall. in lege eadem 9. sub numero 282. vers. si vero ff. de duobus reis. Statil. de Salman. interd. inspect. 3. capis. 2. numero 438.

Minus obstat prætensa retertio, seu compensatio ratione alterius censûs per Hieronymum Pellicanum super eius bonis impositi ante factam cessionem Hieronymo de Vlissis ad fauorem illorum de Angelellis à quibus deinde celsum fuisse prætenditur Hieronymo Guidono: quia ꝑ̄ ista non fuit cessio, sed retrouenditio, & extinctio, vt apparet ex instrumento inter eos celebrato de anno 1604. 4. Decembris Summario numero 8. quo mediante census non fuit simpliciter cessus, ꝑ̄ sed retrouenditus, pro eodemmet pretio, ideoque dum actus retrouenditio intercessit, census extinctus censetur, Rota post Modern. de cens. *decisione 369. & 396. Vrbique numero 1. Giurba decision. 24. numero 11.*

Fuit itaque resolutum, sententiam A. C. esse confirmandam, Ludouico tantum de Vlissis informante, citatâ tamen alterâ parte.

Viterbien redditionis

Rationis.

Veneris 13. Maij 1644.

ARGVMENTVM.

Administrator si reportauerit generalem quietantiam omnium administratorum in vim rerum redditarum, non potest iterum cogi ad eas reddendas, cum in dubio censeantur benè, & validè redditæ, & sic sine errore & dolo, & quatenus pars instaret, vt ad id cogereur, teneretur ipse petens prius, probare dolum certum, clarum, & euidentem, cum habeat contra se præsumptionem Iuris.

SVMMARIVM.

- 1 Ratio semel reddita amplius reddi non potest.
- 2 Quietantia duæ, quando reperiuntur circaredditionem rationis, tunc eo minus quis potest cogi ad eam denuò reddendam.
- 3 Reuisioni computorum iudicialiter petita renunciari potest cum iuramento.
- 4 Renuntiatio reuisionis computorum redditur nulla, si renunciatus sit minor 25. annorum.
- 5 Statutum Vrbs lib. 1. cap. 47. disponit, quod completo vigesimo anno, minor habeatur pro maiori.
- 6 Statuta Vrbs habent locum in toto districtu non existente alio statuto particulari.
- 7 Quietantia redditionum rationum habent statum validitatis, donec non datur de earum inuoluntate.
- 8 Dolus in dubio non præsumitur.
- 9 Ad rationes iterum reddendas, vt quis cogi possit, debet constare de dolo certo, & euidenti.
- 10 Ad rationes reddendas tunc iterum, quis cogi non poterit, dum non tantum constat de dolo certo & euidenti.
- 11 In Rationum redditione, quando censeatur sublati omnis error, & quacumque suspicio falsitatis.

DECISIO CLXI.

Postquam Ascanius Collemodius dispunctis omnibus debitis, & creditis tutelariis, quietauit in amplâ formâ, & sub duplici iuramento Capitaneum Terentium Collemodium suum in pupillari ætate tutorem, iterum instetit coram A. C. & obtinuit mandatum pro nonâ redditione rationis, à quo cum appellasset Capitaneus Terentius & causa fuisset mihi commissa, cum clausula si quid exequendum, dubitauit an mandatum A. C. esset exequendum, & fuit per Dominos negatiuè responsum; Quia cum Capitaneus Terentius reportauerit ab Ascanio nepote generalem quietantiam omnium administratorum in vim tutelæ susceptæ de anno 1623. intrat regula, quod amplius non veniat cogendus

Romana Fideicommissi.

De maximis.

Mercurij 20. Nouembr. 1647.

ARGVMENTVM.

Liquidationis fructuum materia admittit leuiore probationes, & in ea superabundat probatio desumpta ex locationibus effectiatis bonorum, quæ fuerunt in lite.

SVMMARIVM.

- 1 Lis dicitur mota quoad reum, à die quo monitorium fuit reproductum.
- 2 In liquidationis fructuum materia non requiruntur exacta probationes.
- 3 In liquidationis fructuum materia leuiore probationes sufficiunt, num. 2.
- 3 Ex locationibus effectiatis resultat certa, & sufficiens probatio pro liquidatione fructuum.

DECISIO CLXII.

Atis tribus sententiis conformibus ad fauorem Petri, & aliorum de Maximis super immisione in possessionem quatuor partium cum dimidia casalis nuncupati Brauo, cum condemnatione in fructibus à die motæ litis dubitauit. Ad quam summam fructus sint liquidati.

Vt verò rectè procedi posset in calculo peragendo DD. firmarunt, quod calculus erat inchoandus à die 17. Nouembris anni 1642. quæ fuit reproductum monitorium, vt apparet ex Summario Petri num. 1. quia tunc dicitur lis mota, quoad reum, vt dixit Rota in Casalen. Canonicaus 16. Nouembris 1609. coram Marchese. impress. per Marches. de commission. part. 3. fol. 76. numero 3. Et in Romana diuisionis Societatis, coram Buratto inter eius impress. *decisione 652. numero 2.* & progredi debet usque ad actualem immisionem, quæ concessa fuit 2. Aprilis 1647. vt in eodem Summar. numero 3.

Visa etiam fuit indubitabilis probatio ad effectum liquidationis huiusmodi ea, quæ resultat ex locationibus factis Petro Zaccono de integro Casali Prauo pro summa annua scutorum 830. Ad hunc enim effectum ꝑ̄ non requiruntur probationes exactæ, sed sufficiunt leuiore; & proinde cum locationes prædictæ durauerint toto tempore litis pendentis ꝑ̄ sequitur quod ex illis sic effectiatis resultat certa, & sufficiens probatio Rota coram Reuerendissimo Virgellen. *decision. 307. sub numero 4.* in Neapolitana liquidationis fructuum 21. Iunij 1610. coram Lancelloto Marches. de commission. part. 1. fol. 104. numero 3. In Bononiensis de Bonignoribus 16. Februarij 1632. coram Motmano in Nouariensis Decimarum 5. Iulij eiusdem anni coram bon. memor. Pirouano, & in Camerinen. Spolij 4. Iulij 1646. coram me.

Prædicta verò summa scutorum 830. redacta

Ff 2 ad

cogendus ad reddendam rationem, dum ratio semel reddita fuit *l. semel 2. C. de apoch. public. lib. 10. Ioann. Monac. in cap. unico n. 9. de Cleric. agror. lib. 6. & ibid. Archidiacon. num. 11. Ioann. Andr. n. 3. Rota decis. 184. num. 1. part. 2. & decis. 256. numero 4. part. 4. recent. Gregor. decis. 536. num. 2. cum aliis relatis in Romana computorum 23. Ianuarij 1640. coram R. P. D. meo Cerro, §. ex quibus.*

Quod eò magis procedit, quia ꝑ̄ in casu proposito sunt duæ quietantia, & in secunda quietantia ratificatur prima, & renunciatur cum iuramento reuisioni computorum ꝑ̄ iudicialiter petita, cui renunciari potest vt ex text. in l. Lucius 13. in fine ff. de liber. legat. Thefaur. *decis. 260. n. 7. & seqq.* Rota in d. Romana computorum 23. Ianuarij, & 20. Aprilis 1640. coram R. P. D. meo Cerro.

Neque talis renunciatio redargui potest de nullitate ob defectum solemnitatum ꝑ̄ statuti vrbs lib. 1. cap. 151. quia Ascanius de tempore renunciationis esset minor, nam existente Ciuitate Vetula intra districtum vrbs ꝑ̄ intrat statutum 47. disponens, quod completo 20. anno minor habeatur pro maiore, statutum enim vrbs habet locum in toto districtu non existente alio statuto particulari Bartol. in l. 1. num. 41. C. qua sit longa consuet. Rota coram Greg. *decis. 269. num. 2.* & in Sabinen. seu Farfen. fideicommissi. 2. Martij 1640. coram R. P. D. meo Bichio, & Terracinen. fideicommissi 14. Decembris 1643. coram me §. addebant insuper. Et in omnem partem, quia Ascanius ꝑ̄ hodie non dat de nullitate secundæ quietantia, eo tacente, illa habet statum validitatis Roland. *conf. 100. num. 71. lib. 4. Surd. decis. 70. num. 23. & seqq.* Gratian. *discept. 122. num. 15.* Rota *dec. 62. n. 19. & decis. 119. num. 25. & decis. 165. num. 37. part. 7. recent.*

Minus dici potest quietantiam esse ꝑ̄ dolosam, quia ultra quod dolus non præsumitur maximè, vt ex illius capite iterum rationes reddendæ sint, quo casu requiritur dolus certus, clarus, & euidentis, vt tradunt Menoch. *de arbit. lib. 2. casu 209. num. 40. & conf. 22. num. 20.* Escobar. *de ratiocin. cap. 41. n. 28.* Rota *decis. 184. n. 4. part. 2. recent.* & in Meliten. reuisionis computorum 30. Octobris 1595. cor. bon. mem. Card. Pampilio seniore, quæ est *decis. 101. num. 4. post. 2. volum. consil. Farinac.* In hoc autem casu non solum dolus non probatur, sed euidenter apparet contrarium, quia ex computis factis constat, ad manus Terentij peruenisse scuta 314. è conuerso ipsum erogasse pro pupillis nepotibus scuta 376. vt in *summ. num. 3.*

Accedit quodd in *Summ.* Terentij num 9. datur declaratio Ascanij, quæ fatetur litem motam coram A. C. pro reuisione computorum fuisse calumniosam, eique propterea in amplâ formâ cessit, & renunciavit, ex qua etiam declaratione videtur sublati omnis error, & quacumque suspicio falsitatis ad text. in l. vnica C. plus petit. Roman. *conf. 391. num. 6.* Menoch. *conf. 22. n. 22. & conf. 214. num. 41.*

Et ita fuit resolutum informante Capitaneo Terentio tantum, Ascanio pluries citato.

ad quatuor partes cum dimidia ex duodecim totius Casalîs constituit summam scutorum 311. b. 25. singulis annis, quæ pro annis quatuor, & mensibus quatuor cum dimidio ascendit ad summam scutorum 1361. 72. in quâ summâ DD. fructus liquidarunt.

Neque huic liquidationi obstare potest, quod affectus non fuerint exacti ab Horatio, & auctoribus illius, sed insimul etiam à creditoribus Innocentij Dominici, & Valerij de Maximis.

Quia hodie Petrus & consortes non agunt pro repetitione fructuum, vel affectuum exactorum sed solum pro illorum liquidatione, etiam adversus prædictos creditores, qua firmata intendunt affectus exactos repetere proportionabiliter à dictis creditoribus, iuxta formam sententiarum, quæ proinde condemnant, nedum Horatio, sed omnes etiam præfatos affectos creditores ad fructuum restitutionem.

Fuerunt itaque fructus liquidati in summâ scutorum 1361. 72. Vtrâque parte informante, &c.

Fitmana Prædij.

Veneris 3. Iunii 1644.

ARGUMENTVM.

Subhastatio quando est nulla, tunc non discutitur validitas deliberationis. Creditor speciei licet possit super ea facere executionem absque aliâ liquidatione, tamen secus erit si ipsa species amplius non extet, & in diuersa re facienda sit executio, quia tunc requiritur liquidatio. Sententia corrui, quoties lata est ex causâ, quæ non subsistit. Calculatorum relationi est standum, dum à Iudice fuerunt deputati, & ab illorum relatione non fuit appellatum.

SVMMA RIVM.

- 1 Subhastatio quando dicatur evidenter nulla.
- 2 Creditor speciei potest speciem ipsam vindicare, vel super eâ executionem facere, quantum extet.
- 3 Si verò species non extat, & super aliâ re fieri velit executio, tunc procedere debet liquidatio speciei.
- 4 Debitor speciei non extante speciei tenetur ad interesse.
- 5 Interesse quando est incertum, tunc omnino requiritur liquidatio.
- 6 Pretia rerum quotidie variantur, non solum ex tempore, sed etiam ex loco, aut ex aliis accidentibus.
- 7 Speciei valor quando omnino sit liquidandus.
- 8 Retentio ratione hypothecæ in spolio datur solum pro vero credito, quando possessio fuit amissa ob culpam rei conueni, alias secus, & num. 9.

- 9 Reintegratio competit quando Index nulliter procedit. Index nulliter procedens dicitur spoliare, numero 10.
- 11 Mantentio etiam ei competit, qui fuit reintegratus factò Iudicis ritè & rectè procedentis.
- 12 Deliberatio ex quibus reddatur inualida, & num. 13.
- 14 De subhastationis inualiditate, quando constat, tunc non venit discutienda validitas.
- 15 Calculatoris relationi standum est, quando à Iudice ad id fuit deputatus. Calculatoris relationi à Iudice electi nunc maxime est standum, si ab eâ partes non appellauerunt, num. 15.
- 16 Sententia reintegratoria facit reintegratos veros possessores, & sic sunt mantentendi.
- 17 Sententia corrui, quando causa propter quam fuit lata, denent ad non causam.
- 18 Sententia si fundetur super suppositis evidenter nullis, ipsa etiam sententia erit iniusta.
- 19 Sententia notorie iniusta nunquam transit in rem iudicatam.

DECISIO CLXIII.

Octavianus Rosellus, & Ioannes Angelellus Creditores q. Baptistæ de Matthæucciis scutorum 434. pro consequenda mantentione prædij; de quo agitur aut fundant eorum intentionem in subhastatione sequutâ vsque de anno 1622. aut in concordia de anno 1627. & neutram suffragari eidem Rosello, & Angelello, Domini resolverunt, & ideò persiste runt in decisio coram R. P. D. meo Carillo Præfide Vallisolerano sub die 26. Iunii præteriti.

Visum enim fuit primum fundamentum decisionis solidissimum, & irrefragabile, nempe nullitas subhastationis, quia cum mandatum ad instantiam Roselli, & Angelelli fuerit relaxatum pro quatuor milliaribus olei, ante executionem, subhastationem, & deliberationem prædij omnino erat necessaria, & præcedere debebat liquidatio pretij ipsiusmet olei, Bald. in l. 2. numero 7. & 8. C. de execut. rei iudic. Alexand. conf. 115. numero 10. lib. 7. Crauett. conf. 131. numero 8. & 9. Surd. decis. 27. numero 6. & sequent. Rota coram Andrea, decis. 42. num. 4. in recent. decis. 340. num. 5. p. 1. In Faentina hæreditatis coram bon. mem. Manzanedo impress. apud Modern. de subhast. decis. 49. num. 4. & in terminis similis subhastationis factæ pro frumento, quod erat in obligatione Gregor. decis. 485. num. 8.

Cuius rei ratio est apertissima, quia licet verum sit, quod creditor speciei possit speciem ipsam vindicare, vel super eâ executionem facere, si extat iuxta theoric. gloss. in l. qui restituere 68. verb. condemnandus ff. de rei vindicat. Attamen si super aliâ re fiat executio, & speciem debitam præstare debitor non possit, tunc omnino necessaria est liquidatio speciei debitæ, quia hoc casu debitor solum tenetur ad interesse Barr. in l. stipulationes non diuidantur 72. numero 38. ff. de verb. obligat. Addent. ad Alex. conf. 214. littera

littera L, libro 7. Interesse verò est incertum non liquidato valore, etiam si species sit certa, quia pretia rerum quotidie variantur, non solum ex tempore, sed etiam ex loco, aut ex aliis circumstantiis, vt est text. in l. pretia rerum 63. §. nonnullam ff. ad l. falcid. Cephal. conf. 719. numero 14. Ciriac. contr. 261. numero 15. Greg. decis. 101. num. 3. & consequenter speciei valor omnino prius liquidari debuisset Couar. var. resol. lib. 2. cap. 11. num. 1. vers. in summa Ofalch. decis. Pedem. 129. numero 6. Surd. decis. 27. numero 4. & seg. Rota in Romana domorum in Burgo coram Vbaldo impress. apud eundem Modern. de subhast. decis. 70. numero 4.

Neque hodie Rosellus, & consortes possunt prædium, de quo agitur retinere pro vero eorum credito, quia hoc procederet si possessio fuisset amissa culpa rei conueni ob eius contumaciam, vt declarat Alex. in l. 3. §. fin. num. 27. & 28. ff. de acquir. poss. Secus verò quando reus comparuit, & se opposuit deliberationi, vt hic fuit factum per Matthæucios Gratian. discept. 734. numero 48. & 49. Canal. decis. 539. num. 10. & decis. 543. num. 4. Cum aliis relatis in Personâ spolij 19. Ianuarij 1643. coram R. P. D. Meo Royas. Et ideò Matthæucciis competit, non solum reintegratio, cum Index nulliter procedens dicatur spoliare ad text. in l. meminere 6. C. unde vi. Abbas in cap. cum causa 22. in 4. notab. de offic. delegat. Caput. decis. 186. part. 3. Cæsar. de Grass. decis. 1. num. 4. iii. de consil. Greg. decis. 362. num. 4. Cum aliis allegatis in Anconitana Spolij 9. Iunii 1610. coram bon. mem. Cardin. Sacrato impress. apud Marches. tom. 2. fol. 235. num. 1.

Sed etiam mantentio, quæ competit, ei, qui fuit reintegratus factò Iudicis ritè, & rectè procedentis l. iuste possidet 11. ff. de acquir. poss. Gregor. decis. 582. numero 2. in recent. decis. 173. num. 1. & dec. 513. num. 2. part. 2. & dec. 305. n. 2. p. 6. & dec. 199. num. 1. part. 7.

Circa secundum, & tertium fundamentum decisionis R. P. D. Carilli, nempe quod sub vnica oblatione ad deliberationem fuerit deuentum, & quod deliberatio facta fuerit per imaginariam personam licitatoris, Domini hodie nihil firmare voluerunt, & quicquid sit deductis conclusionibus, præsertim in hoc casu, cessat hodie earum discussio, quia satis apparet de nullitate subhastationis ex supradictis.

Concordia verò anni 1627. Rosello, & Angelello suffragari minimè potest, quia cum in eâ fuerit expressè stabilitum, Cheli sudetti Rosello, & Angelello siano obligati all'hora, quando saranno sodisfatti delli detti scudi 434. rilassar libera tutta la detta possessione (de qua agitur) a detti heredi tanto nel possessorio, quando nella proprietâ, cum dicti consortes sint satisfacti iuxta formam concordia ex relatione calculatoris à Iudice deputati, cui standum est, præsertim cum ab illius relatione appellatum, aut reclamatum non fuerit, Paris. conf. 96. numero 32. lib. 1. Rot. decis. 531. numero 1. part. 1. & decis. 393. num. 2. part. 4. recent. Gregor. decis. 220. num. 4. Buratt. decis. 419. num. 9. & decis. 913. num. 3. Meritò reintegrati debuerunt, & sententia reintegratoria facit reintegratos veros possessores, ita vt illis sit debita mantentio, l. qui vniuersas 30. §. item cum Prator ff. de acquir. poss. Gregor. de Salgado Labyrintih. Credit. Tom. II.

cif. 9. numero 4. & decis. 582. numero 2. & dec. 305. numero 2. part. 6. recent. Cum aliis supra allegatis.

Non obstat sententia contraria prolata anno 1633. à Reuerendiss. Capuano ad fauorem Roselli, & Angelelli cum impositione perpetui silentij, quia de eo tempore non constabat dictos consortes fuisse satisfactos ex fructibus prædij iuxta formam concordia, hodie verò, cum ex relatione Calculatoris ad oculum demonstratur non solum sufficiens satisfactio, sed excessiua, corrui vis dictæ sententia, quia causa propter quam fuit lata sententia, deuenit ad non causam stante satisfactioe dd. consortium ex fructibus prædij iuxta concordia præscriptum Felin. in cap. suborta 21. numero 10. & sequent. de re iud. Ruin. conf. 89. numero 15. lib. 1. Surd. conf. 268. numero 14. & sequent. Cum aliis relatis à Gratian. discept. 408. numero 2. & fuit optime responsum in decisione, quæ confirmatur.

Si verò dicta sententia fundatur in subhastatione, & deliberatione, cum subhastatio sit evidenter nulla, sententia quoque erit notorie iniusta, quæ nunquam transit in iudicatum, Rota decision. 427. numero 2. lib. 3. part. 3. diuers. & decisione 594. part. 2. recent. & aliis passim.

Et ita vtrâque, &c.

Romana Sequestri.

Luna 11. Decembris 1645.

ARGUMENTVM.

Inter Mercatores, ac in eorum libris passim sit contrapositio partiarum crediti, & debiti, eaque mediante inducitur compensatio, solutio, & debiti extinctio, ac iidem libri legaliter tenti, & adminiculati probant etiam pro scribente contra tertium. Hypotheca generalis non impedit mercium venalium alienationem, nec ex eâ datur auocatio ab eis, in quos translata sunt, ne commercium impediatur. Debitor potest ante diem soluere, & creditore volente quælibet satisfactio est vera solutio.

SVMMA RIVM.

- 1 Mandatum non potest relaxari contra sequestrarium, qui non reperitur debitor.
- 2 Ex contrapositione debiti, & crediti in libris Mercatorum inducitur compensatio, & debiti extinctio.
- 3 Libris fundacalibus plena fides adhibetur, quando legaliter sunt tenti.
- 4 Libris Mercatorum concurrentibus adminiculis plene probant pro ipso scribente contra tertium.
- 5 Libris Mercatorum maior fides est adhibenda.

- benda, quando pars aduersa eorum partibus usa fuit.
- 6 Libris Mercatorum si quis declarauerit velle stare pro & contra, illos deinde impugnare non valet.
 - 7 Creditor hypothecarius in re ipsa hypothecata est preferendus aliis creditoribus.
 - 8 Hypotheca generalis non impedit mercium venalium alienationem.
 - 9 Commercia impediuntur, si vigore hypotheca generalis merces vendite auocentur ab emptoribus, & num. 19.
 - 10 Creditor ante diem solutionis non potest agere contra debitorem vigore obligationis ad eius fauorem factæ.
 - 11 Debitor potest quandocumque etiam ante tempus satisfacere sua obligationi creditore volenti.
 - 12 Creditore volente qualibet satisfactio est vera solutio.
 - 13 Compensatio habet vim solutionis.
 - 14 Mandatum excessiuum non est exequendum.
 - 15 Excessus mandati nullum reddit ipsum mandatum, adeo ut exequi nullo modo possit.
 - 16 Obligatio de aliquid agendo ad omne mandatum iudicis, intelligitur de mandato iusto, & valido.
 - 17 Mandati excessus non excusatur eo, quod fuerit relaxatum ad effectum deponendi, & per modum provisionis.
 - 18 Dominium transfertur ex venditione rei, vel datione in solutum.

DECISIO CLXIV.

GREPPIUS, & SPARAPANIUS Mercatores præfecerunt proprio fundaco penes Dohanam existentem Bernabeum Benignum, qui anno 1643. transmiserunt Iulio Chiriaco à Mathelica lanam, & pecunias ad effectum recipiendi ab eodem tot petias panni, provt habuit vsque ad concurrentem quantitatem pretij lanæ & pecuniarum transmissarum. Verum de mense Nouembris eiusdem anni, cum Anthonius Ferretus Mercator allegeret de mense Aprilis præcedentis Chiriaco vendidisse illam quantitatem lanæ cum reservatione dominij etiam super pannis ex eâ conficiendis, cepit præterdere petias 14. Bernabeo transmissas fuisse ex eius lanâ confectas, & à R. P. D. Præside Dohanarum obtinuit, illas describi modo quo tunc erant. Adit deinde Ferretus A. C. qui mandauit illas restitui, dimissâ tamen particulâ vniuscuiusque petiæ penes Paschalem Paternum Mercatorem apud quem de illius mandato fuerunt exhibitæ; Idem Ferretus, iurato de metu dilapidationis bonorum, & tanquam asseruit creditor Chiriaco petiit ab A. C. sequestrum, quod exequi fecit contra Benignum, contra quem vi sequestratum, mutato deinde iudicio, instetit pro consignatione scutorum 2403. 90. ad quam summam ascendit pretium 42. petiarum panni Bernabeo transmissarum, & obtinuit mandatum pro pretio petiarum 22. ad effectum deponendi. Commissa mihi à Signatura causa appellationis cum clausula, si quid exequendum, & clausula quam, & quas, ac cum eo toto negotio principali, dedi dabitum, An Mandatum A. C. esset exequendum pro pretio 22. petiarum, & respectiue aliud relaxandum pro pretio aliarum 20. petiarum panni;

& fuit per Dominos resolutum mandatum non esse exequendum, nec de nouo relaxandum.

Cum enim Bernabeus Benignus conuentus uti sequestrarius nullo modo appareat t debitor Chiriaci prætensi debitoris Antonij Ferretti, mandatum contra eum relaxatum exequi non potest l. 1. C. de probib. sequestr. pecun. Gratian. discept. 487. num. 1. Buratt. decis. 595. num. 1. Ex libris verò fundacalibus Benigni, in quibus descriptæ sunt partitæ dati, & accepti inter Benignum, & socios ex vnâ, & Chiriacum ex alterâ, constat, Benignum non esse debitorem, cum sit contrapositum debitum, & creditum vtriusque partis, ex quâ quidem contraposicione partitarum bene inducitur compensatio, & solutio, ac debiti extinctio, vt passim sit inter Mercatores Alex. conf. 85. num. 5. lib. 3. Soccin. sen. conf. 65. num. 5. lib. 4. Rota Ianuen. decis. 16. num. 7. & 8. Menochius conf. 121. n. 43. Rota coram S. M. Greg. XV. decis. 366. n. 3. & coram Card. Cauat. dec. 165. n. 1. & in rec. dec. 321. n. 1. & seqq. p. 2. & dec. 33. n. 5. part. 5.

Libris autem t fundacalibus prædictis plena fides est adhibenda, quia sunt legaliter habitæ, & plura concurrunt adminicula, cum iustificentur in aliquibus litteris Cambij, & quietantiis exhibitis in Summatio Benigni num. 3. quibus t concurrentibus omnimodè probant etiam pro ipso scribente contra tertium Bartol. in l. admonendi 31. num. 27. vbi etiam Iason. & alij ff. de iur. iur. Surd. dec. 199. num. 11. & per tot. Cauat. dec. 552. n. 1. Buratt. dec. 344. num. 9. in rec. dec. 650. n. 4. p. 1. dec. 321. n. 2. part. 3. & decis. 246. num. 13. part. 5. Et præsertim cum Ferretus vsus fuerit dictis libris extrahendo t ab illis partitas, per quem vsus ab ipso approbati censentur Crauetta, conf. 275. num. 2. Surd. d. decis. 599. num. 6. cum alijs adductis per S. M. Greg. dec. 238. num. 5. & ibi Addent. n. 15. Sed etiam quia t ipsemet Ferretus declarauit, se velle iis stare pro, & contra, adeo vt hodie illos impugnare non possit, l. Pomponius scribit 10. ff. de negot. gest. Mantica decis. 363. num. 2. & in recent. decis. 223. num. 9. part. 7.

Nec compensatio ante dictâ ex libris fundacalibus resultans impediti, aut tolli potest, eò quod Ferretus vigore hypothecæ generalis t ad eius fauorem contractæ super bonis aut pannis Chiriaci esset in istis petiis panni præferendus, tanquam creditor hypothecarius, quia nullo modo probatur, quod petiæ panni Benigno transmissæ ex lana Ferretti confectæ fuerint, & t hypotheca generalis non impedit mercium venalium alienationem, nec eius vigore t possunt auocari ab eis, in quos translata sunt, aliàs impediuntur commercia, l. cum tabernam 34. vbi omnes DD. ff. de pign. Bartol. in l. si constante 25. num. 73. ff. solut. matr. Couart. var. resol. lib. 2. cap. 5. num. 2. Strac. de mercat. tit. mandati §. vlt. num. 7. inter tract. diuers. de mercat. fol. 428. Puteus decis. 289. lib. 2. & fuit dictum in Romana pecunia. 9. Iunij 1573. coram S. M. Clem. VIII. & in Romana pecunia 24. Aprilis 1598. coram Gyphio & 24. Maij 1600. coram Card. Millino penes Statil. de saluan. in rec. decis. 125. & 126. & 205.

Non obstat quod Benignus non esset creditor Chiriaci pecuniarum, sed dederit illi lanam

Romana Domus.

Mercurij 27. Iunij 1646.

ARGUMENTVM.

Manutentio datur locatori docenti de instrumento locationis, & perceptione fructuum, nec subconductor potest interuertere possessionem locatoris, cum pro eo censeatur possidere. In iudicio summarissimo manutentionis leuiiores probationes sufficiunt, & reiciuntur ea, quæ requirunt altiore indagationem.

SVMARIVM.

- 1 Manutentio datur locatori, quando constat de instrumento locationis, & subsequente perceptione pensionum.
- 2 Ex locationibus, & solutionibus pensionum alicui factis, probatur eiusdem possessio manutentibilis.
- 3 Quod multo magis procedit iunctis alijs adminiculis.
- 4 Probationes leuiiores sufficiunt in summarissimo iudicio manutentionis.
- 5 Possessionem domus accipiens titulo subconductionis, non potest interuertere possessionem locatoris, cum pro eo censeatur possidere.
- 6 In Manutentionis summarissimo iudicio non discutiuntur ea, quæ requirunt altiore indagationem.

DECISIO CLXV.

FUIT per Dominos resolutum, Matthiæ & Plautillæ Coniugibus dandum esse mandatum de manutenendo in possessione superioris appartamenti domus; de qua agitur: quia ex publico Instrumento relato in Summario dd. Coniugum num. 1. constat, huiusmodi appartamentum fuisse datum in dotem Terentiæ matri Plautillæ, & ab illa fuisse possessum, deponit testis examinatus ad instantiam Victoriæ, quæ etiam hoc fatetur in suis positionibus contra Terentiam datis, vt in eodem Summario numero 7.

Vnde cum postea Terentia assignauerit idem appartamentum Plautillæ eius filie pro sua dote, vt in dicto Summario, num. 4. Et ex iuribus ibidem datis num. 5. appareat Matthiam, & Plautillam illud pluries locasse cum t perceptione pensionum, sequitur quod illis concedendum sit mandatum de manutenendo, cum ex prædictis locationibus, & solutionibus pensionum dictis Coniugibus factis t probetur eorundem possessio manutentibilis, vt firmavit Rota coram Seraphino decis. 896. num. 1. in recent. decis. 171. num. 1. & decis. 649. num. 2. part. 2. & in impress. penes Modern. post tract. de manus. decisio 130. num. 1. Accedentibus præsertim instrumentis assignationum dotis, & alijs t adminiculis superius consideratis, quæ iuncta cum prædictis locationibus superabundant ad probandam possessionem dd. Coniugum in hoc summarissimo iudicio manutentionis, in quo t sufficere leuiiores

Ff 4 proba

lanam ad pannos conficiendos, qui de tempore transmissionis petiarum panni, de quibus agitur non adhuc confecti esse potuerint, atque ideo t cum nondum venisset dies illorum traditionis, nec etiam poterat agere vigore obligationis ad eius fauorem factæ l. necessario 8. §. quod si pendente ff. de peric. & commod. rei vendit.

Quia (quicquid sit de hoc) certum est, quod Chiriacus debitor potuit t quandocumque etiam ante tempus satisfacere suæ obligationi creditore volente l. stipulatio ista 38. §. inter certam ff. de verb. oblig. Et sic alias tradere petias t panni qualitatibus conuentæ, vel vterius dum eas Benignus creditor contentus fuit acceptare, & recipere, l. satisfactio 52. ff. de solut. & l. solutionis verbo 176. ff. de verb. signific. Rota Ianuen. decis. 4. numero 11. Paril. conf. 69. num. 16. lib. 4.

Ex quibus sequitur quoad pannos transmissos ante sequestrum pretium potuisse compensari abque dubio, etiam in præiudicium anteriorum, quia sequens sequestrum reperit compensationem iam factam, & eâ mediante t extinctum debitum Chiriaci, & creditum Benigni l. si debitor 4. ff. qui potior in pign. habeat. Paril. conf. 121. num. 19. lib. 1. Rota coram Reuerendiss. Virgellen. decis. 379. num. 9. & in recent. decis. 374. num. 29. part. 5. & decis. 148. num. 6. part. 6.

Mandatum etiam non esse t exequendum ex eo Domini dixerunt, quia fuit relaxatum pro pretio 22. petiarum panni, & tamen ex actis apparet, quod vsque ad diem sequestræ 10. & 8. tantum petiæ fuerunt ad Benignum transmissæ, vt habetur in Summ. Ferretti, num. 5. Et amplius constat, quod tempore sequestræ 14. tantum extabant, ceteris iam diuenditis per Benignum, vt in eod. Summ. num. 6. & 7. Qui excessus nullum reddunt t ipsum mandatum, adeo vt exequi nullo modo possit, Rota penes S. M. Greg. decis. 198. & 480. n. 5. & seq. Burat. decis. 91. n. 2. & 3. in rec. dec. 359. n. 8. p. 1. & dec. 36. num. 3. & seq. p. 3.

Ideoque cum mandatum A. C. non fuerit iustum nihil releuat obligatio facta per Benignum de præterando t petias panni ad omne mandatum, quod semper intelligitur de iusto & valido l. 4. §. condemnatum ff. de re iudic. Neque etiam ab excessu excusat, quod mandatum fuerit t relaxatum ad effectum deponendi tantum, & per modum provisionis, quia cum mandatum ex prædictis appareat iniustum, non potuit ab A. C. relaxari Rota decis. 130. num. 6. part. 4. recent.

Idemque profus dicendum venit, quoad petias panni transmissas post sequestrum, quæ transierunt in Dominium Benigni, cum fuerint illi à Chiriaco t venditæ vel datæ in solutum l. si prædium 4. cum ibi notatis C. de cuius. Surd. conf. 145. numero 14. & seqq. Buratt. decis. 627. num. 1. & decis. 889. numero 1. & ex generali hypothecâ Ferretti, t à Benigno auocari non possunt, vt supra visum est.

Fuit itaque resolutum mandatum, A. C. non esse exequendum, nec aliud relaxandum, vtrâque parte informante, &c.

probationes passim dixit Rotæ, vñ coram Sanct. M. Greg. *decif. 258. num. 3. & decif. 324. n. 5. & dec. 458. num. 7.* & in Florentinâ Hospitij coram Vbaldo impressi. apud Modern. post tract. de manutent. *decif. 222. n. 5.*

Non obstat possessio Victorix: quia cum illam acceperit titulo subductionis ab vltima conductrice, & non solum interuere non potuit possessionem Matthix, & Plautillæ, quinimò pro illis censetur possidere iuxta notata in *l. quod meo, ff. de acq. posse. seff. Corn. conf. 40. n. 6. lib. 4. Rota decif. 315. num. 2. part. 1. diuers. & in recent. decif. 208. num. 2. part. 2. & decif. 513. num. 8. part. 4. tom. 3.* Quæ verò dicuntur de donatione factâ Victorix eiusque marito, & filiis non sunt presentis inspectionis, sed cum requirant altiore indaginem ad petitionem sunt remittenda Rota *decif. 477. num. 3. & decif. 614. num. 4. part. 1. recent. cor. S. M. Gregor. decif. 549. n. 6.*

Et ita vtrâque, &c.

Terracinen. fideicommissi.

Mercurij 4. Iulij 1646.

ARGUMENTVM.

Pater tenetur dotare filiam, & non patruus, ideò dos detrahi debet ex bonis patris, non autem ex fideicommissis patris. Communio vniuersalis non potest dici probata inter fratres, nisi interueniant requisita necessaria. Succedens ex propria personâ in fideicommissis non tenetur ad debita hæredis grauati.

SVMMARIVM.

- 1 *Filiam propriam dotare, est debitum patris, & non patruus.*
- 2 *Fideiusor est seruandus indemnus à principali, vel eius hærede, etiamsi talis indemnitas non fuisset promissa.*
- 3 *Communio vniuersalis inter fratres nequaquam dicitur probata, nisi probentur requisita ad hoc necessaria.*
- 4 *Clausula sciens, &c. extenditur sciens non tenens, sed teneri volens.*
- 5 *Communio vniuersalis bonorum excluditur inter fratres, quando alter ex eis promittit, uti principalis, alter verò vti fideiusor.*
- 6 *Fideicommissarius succedens ex propria personâ, non tenetur ad debita hæredis grauati antecessoris.*
- 7 *Fideicommissario non retardatur immissio propter detractiones oppositas, si illa possent compensari cum fructibus perceptis ex bonis à die purificati fideicommissi restituendis.*

DECISIO CLXVI.

Is fuit resolutum coram me, dandam esse immissionem Marco Paschali iuniori in bonis Bonifacij Paschalis fideicommissis, & in vltimâ decisione emanatâ sub die 17. Februarij anni præteriti fuerunt firmatæ quædam detractiones,

cui non acquiescente Marinangelo Drago, placuit DD. mitius agendo eum de nouo audire, sed cum nihil releuans deduxerit, persistenter in decisis.

Nam quoad bona Laurentix olim fororis Bonifacij fideicommissis, & Horatij, qui hæc promissit pro dote Ludouicæ eius filix, & quæ esse detrahenda Marinangelus plurimum contendit, factis fuit responsum in vltimâ decisione sub §. *nihil verò detrahendum.* Non enim apparet, quòd Livia à quâ causam habet Marinangelus, fuerit hæres Laurentix, nec quòd Bonifacius fideicommissis ad huiusmodi debitum vilo modo sit obligatus, sed sit proprium Horatij, ad quem spectat propriam filiam dotare *l. quis liberos 19. ff. de ritu nupt. l. final. Cod. de dot. promiss. Seraphin. decif. 451. num. 9. Durand. decif. 26. num. 9.* ideò nec Bonifacius, nec eius hæredes conueniri possunt vigore fideiussionis factæ pro Horatio eius fratre à Liviâ eius filiâ, & hæredes, quæ in omnem casum teneretur illum, & ac eius hæredes releuare indemnes, etiamsi releuatio non fuisset promissa *leg. ex mandato 20. l. qui fidei. 53 ff. mand. §. si quid antea inst. de fidei. ff. Buratt. dec. 470. n. 6.*

Nec dici potest, quòd vigeret comunio vniuersalis bonorum inter Bonifacium, & Horatium fratres, quia hæc vniuersalis comunio nequaquam probatur à testibus examinatis pro parte Marini Angeli, cum non concurrant illa requisita, ex quibus vniuersalis societas induci solet iuxta *conf. Rom. 291. Felic. de societ. cap. 10. num. 17.* imò ex verbis instrumendi relatis in Summ. Marinang. n. 3. *ibi, sciens, &c.* & quæ extenditur, sciens, se non teneri, sed teneri volens, apparet non exiitisse comunionem vniuersalem bonorum, & sed Horatium esse principalem debitorem, Bonifacium verò fideiussorem Bertazz. *claus. 39. gloss. 3. per tot.*

Quo verò ad debita soluta per Liviâ, quæ præterit retinere Marinus Angelus ab eâ causam habens, cum non constet, debita spectasse ad hæreditatem Bonifacij fideicommissis, sed Marci, & Gregorij, qui fuerunt primi hæredes grauati, & non tenetur Marcus iunior modo agens ex propria personâ vti fideicommissarius Bonifacij ea soluere iuxta notat. in *l. fin. peto 71. §. prædium. A. de legat. 2. & in l. fin. §. sed quia, & §. fin. autem, C. com. de legat.*

Cætera fuerunt sublata in decisione, 17. Februarij anni præteriti, ad cuius formam fuit resolutum dandam esse immissionem Marco Paschali iuniori, sine præiudicio melioris liquidationis faciendæ per Marinum Angelum Liviâ hæredem, quæ & poterunt compensari cum fructibus à Marino Angelo perceptis ex fideicommissis à die huius litis contestatæ iuxta praxim Rotæ in *decif. 391. n. 5. p. 5. & dec. 249. n. 21. part. 5. rec.*

Et ita vtrâque, &c.

Romana Liberationis à Molestiis.

Luna 3. Decembris 1646.

ARGUMENTVM.

Creditor accipiens pecunias sub vsuris ob moram debitoris, debitum soluere recusantis, non potest illas repetere ex capite damni emergentis, nisi constet de antecedenti interpellatione, & subsequatâ intimatione factâ debitori, quod

quod debitum esset sub vsuris, & quod verè, & realiter pecunias ex eâ causâ acceperit, nec attendatur damnum quod à creditore apparet affectatum. Expenfæ litis quales, quomodò taxentur in Rotâ.

SVMMARIVM.

- 1 *Cambium, & recambium non debitori creditori à debitore ob retardatam solutionem, nisi constet de antecedenti interpellatione, & subsequatâ intimatione factâ debitori, quod debitum esset sub vsuris.*
- 2 *Cambium, & recambium non debentur creditori à debitore ob retardatam solutionem, nisi constet realiter dictas pecunias fuisse acceptas in causam debiti.*
- 3 *Debitor ut condemnetur ad interesse, & damna passa per creditorem ob retardatam debiti solutionem, quid requiratur.*
- 4 *Damnum passum à creditore ob dilatam solutionem quando apparet affectatum, non est reficiendum per debitorem.*
- 5 *Litis expensa, quales taxentur in Rota, remissiuè.*

DECISIO CLXVII.

Vit per duas sententias Rotales condemnatus Philippus Costa ad liberandum D. Abbatem Ioann. Antonium Costam à molestiis sibi allatis occasione cambij scutorum 2115. nec non ad damna, expensas, & interesse passa, & in futurum patiendâ, vnde hodie dubitatum fuit coram me, ad quam summam sint liquidanda damna, & interesse, nec non expensæ, & propositæ dubitationi DD. responderunt, non constare de damnis, & interesse, quæ debeantur, expensas vero esse liquidandas pro summâ in hac decisione exprimentâ.

Præterebat enim Abbas pro solutione debiti proueniens ex antedicto cambio accepisse primum ad cambium tantumdem à Iulio Castellano, qui postea illud cessit Aloyfæ Erreræ, præteritâ interpellatione factâ contra Philippum, ut in Summ. Abbatis num. 3. eidemque Aloyfæ soluisse pro fructibus eiusdem cambij scuta 104. b. 30. & deinde præcedente noua interpellatione, de qua in Sum. n. 7. extinxisse cambium prædictum, sed summam præfatam recepisse ad Societatem officij à Iosepho Cataneo, & Carolo de Ferratis, & pro fructibus similis Societatis soluisse Cataneo scuta 83. b. 33. Ferrario verò scuta 116. b. 66. & sic in totum summam scut. 304

- 1 Verum prædicta DD. non sunt visa iustificata, quia non constat de præcedenti interpellatione factâ Philippo pupillo, vel eius Tutori, & minufque de subsequatâ intimatione ad effectum, ut habita notitia interesse currentis possit se ab illo eximere, & liberare Gratian. *discept. 829. num. 9. Rota decif. 52. num. 3. part. 1. recent.* Quin imò nec constat, & pecunias illas in effectu fuisse acceptas, & erogatas in extinctionem debiti prædicti cum hæredibus Petri Erreræ, quæ omnia sunt necessaria ad effectum repetendi, etiam ex capite damni passi. Honded. *conf. 50. sub. n. 3. circa finem lib. 1. Gra. discept. 240. n. 8. & dixit Rota in d. decif. 52. num. 3. & 4. part. 1. recent.*

Quo verò ad Societates officiorum contractas in alterâ ex eis, quæ fuit inita de mensè Martij 1645. non fuit expressa hæc causa, nullâque fuit facta mentio dicti debiti, altera verò non apparet, quo tempore inita fuerit, licet referatur in Summario Abbatis num. 6. nec etiam constat, quòd Abbas alio minùs dispendioso modo non possit præfatam cambium soluere, ideo damnum & resultans magis censetur affectatum, adeò ut Abbati non possit competere actio pro illius repetitione, ut concludit Baldus in *l. etiam 5. n. 5. in fin. vers. & modo dubitatur, Cod. de exec. rei iudic. Surd. de alim. titul. 1. quest. 45. num. 33. & seqq. Gratian. discept. 67. n. 17. & dictâ discept. 829. n. 7.*

Quo verò ex expensas litis DD. mandarunt, ut eas taxarent in scntis 118. b. 17. iuxta listam per senem, & probatum Notarium de more & subscriptam, seruatis tamen quoad omnia dispositis in decif. Maceraten. hæreditatis 24. Ianuarij 1642. coram Reuerendiss. Pat. Domin. meo Bichio, quam DD. in omnibus, & per omnia approbarunt.

Et ita fuit resolutum, vtrâque parte, &c.

Romana Præsentis Societatis.

Luna 10. Decembris 1646.

ARGUMENTVM.

Societas non probatur ex Apochâ imperfectâ, nec tacita inducitur ex actibus æquiuocis, qui citra ius, & nomen Societatis fieri possunt. Fama, & communis reputatio non sufficit ad probandam societatem, licet sufficiat ad probandam hominis qualitatem, eaque ut probetur per testes, quid requiratur. Socius conueniri non potest ex contractu celebrato à confocio, suo proprio nomine, maximè quando contrahens nullam habuit notitiam societatis, nisi probetur versio pecuniarum, in illius utilitatem, quæ tamen est plenè, & concludenter probanda.

SVMMARIVM.

- 1 *Appellans si non redit pro Apofolis intra terminum iuris, censetur appellationi renunciare, & sententia transit in iudicatum.*
- 2 *Iurisdictio Aud. Camera non expirat per obitum Summi Pontificis.*
- 3 *Fatalia in Tribunali A. C. currunt Apofolica Sede vacante, & etiam tempore nonendialium exequiarum.*
- 4 *Societas non probatur ex apochâ imperfectâ, & non obseruatâ.*
- 5 *Societas tacita non probatur per actum æquiuocos, & qui aptissime possunt referri ad alios titulos, & n. 8. & 9.*
- 6 *Societas tacita nunquam inducitur, nisi actus sint omnino certi, & concludentes, & qui citra ius, & nomen societatis fieri non possunt, & num. 7.*
- 10 *Testes, ut probent publicam vocem, & famam, debent deponere quòd sic publicè, & palam ab omnibus diceretur, & crederetur.*
- 11 *Testes deponentes super publicâ voce, & famâ debent*

- debet referre personas certas, à quibus audiverint.
- 12 Et ideo non probant si asserant, quod fama orta fuerit ex sermonibus incertis, variis, & contrariis.
- 13 A personis vilibus, dum publica vox, & fama ortum habuit, non attenditur.
- 14 Fama & communis reputatio non sufficit ad probandam Societatem, vel alium contractum.
- 15 Fama & communis reputatio sufficit ad probandum hominis qualitatem.
- 16 Socius conveniri non potest ex contractu celebrato ab altero socio, suo proprio nomine, & sub obligatione sui, & suorum heredum.
- 17 Ampl. quando contrahens nullam habuit notitiam Societatis, nec intentionem obligandi consocios.
- 18 Socius quamvis in contractu non nominatus, tenetur saltem vtili actione pro contractu alterius Socij, si pecunia versa fuerunt in eius utilitatem.
- 19 Versio est plene, & concluditur probanda cum qualitate tituli lucrativi, & locupletationis.
- 20 Socius neque actione subsidiaria tenetur ad debita socialia, si sit creditor Socij in maiori summa, quam importet rata socialis.
- 21 Cessionarius non debet esse melioris conditionis, quam cedens

DECISIO CLXVIII.

Domini hodie perpenfis fundamentis decisionis coram me emanatæ sub die 12. Iunii anni præteriti iterum in decis. Nam res iudicata satis resultat ex desertione appellationis, quæ benè iustificatur & ex non reditu pro Apostolis intra 30. dies, qui non solum decurrerunt Apostolicâ Sede vacante & cum iurisdicção A. C. per obitum summi Pontificis non expirat iuxta gloss. in *Cleme Rom. 2. §. eo tamen, in verbo expirare de elect.* sed etiam non uendialium exequiarum tempore, quo concurrunt fatalia, licet secus esset in actibus iudicialibus, vt dixerunt Franc. in *cap. si iustus metus 73. num. 25. de appellat. & in cap. ab eo 6. §. illud autem, d. tit. in 6. & ibi Geminian. num. 5. Rota decis. 82. de appell. in antiq. & decis. 40. n. 2. eod. tit. in nou. cum aliis adductis in aliâ decisione huius causæ. sub §. neque etiam dicendum est.*

Quo verò ad præsentem in integrum restitutionem eam non competere DD. iterum firmarunt, cum nulla probetur societas inter Petrum Antonium Riccium, & Franciscum; Non expressa, & quia hæc nullo modo consistere potest, aut residere in apochâ imperfectâ, & non obseruata. Tacita verò minus resultat ex actibus per DD. Actores productis, & quia sunt æquiuoci, & possunt aptissime referri potius ad titulum Amicitia, Agentia, vel creditoris suam curantis quouis modo satisfactiorem, quam ad & titulum societatis, quæ nunquam inducitur, nisi actus sint omnino certi, & concludentes, & & qui citra ius, & nomen societatis fieri non possint Dec. conf. 21. n. 1. circa fin. *vers. talis enim societas, Cephal. conf. 247. num. 20. & seqq. Corn. conf. 251. num. 3. vol. 4. Aldobr. conf. 116. & vltim. num. 2. lib. 1. Mant. de tacit. lib. 6. tit. 10. n. 21. Mascard. de probat. concl. 1316. num. 48. vol. 3. Cytia. contr. 477. n. 8. Rota coram Buratt. dec. 467. n. 7. In casu verò proposito plures concurrunt actus exclusiui Societatis, vt latè firmatum*

fuit in aliâ decisione huius causæ in §. præterea cum seqq.

Verum ex testibus vltimo loco per DD. Actores examinatis magis corroboratur decisio emanata, & excluditur societas, cum testes deponant Riccium opem tulisse Francioso in inueniendis pecuniis pro retinendis affectibus Casalium, & fecisse omnia facta Francioso circa eosdem affectus, vt eius amicissimum, & confidentissimum, non vt socium, sed vt procuratorem reddentes optimam rationem sui dicti, quia qui gerit negotia aliena non intelligitur socius, sed procurator; & deponant de aliis actibus æquiuocis, & qui ad amicitiam, familiaritatem, & procuratam congruè adaptantur, ideòque nihil releuant, vt supra visum est. Nec vis fieri potest in publica voce, & fama, quia cum Testes dicant, quòd sic publicè & palam ab omnibus diceretur, & crederetur, neque referant & personas certas, à quibus audiverint, sed quòd orta & fuerit in sermonibus incertis, variis, & contrariis, addentes, quòd sic loquentes nihil concluderent, & erant pecudarij, & aliæ vtilis personæ, illa ex eorum depositionibus formiter ac legitime vt opus esset non iustificatur iuxta text. in *cap. licet ex quadam 47. de testib. in cap. qualiter, & quando il. 2. de accusat. & in l. 3. §. tu magis sive, ff. de testibus Mascard. de probat. conclus. 748. n. 9. & conclus. seqq.*

Præter quàm quòd & communis reputatio, aut fama non sufficit ad probandam societatem, vel alium contractum, licet & sufficiat ad probandam hominis qualitatem. *Ruin. conf. 92. n. 10. in fin. & seqq. lib. 1. Rimini. iun. conf. 377. n. 37. Felic. de societ. cap. 11. num. 20. Mant. de tacit. d. lib. 6. & tit. 10. num. 23.*

Alterum quoque fundamentum Domini amplexi sunt: nam est quòd inter Riccium, & Franciosonum fuisset contracta particularis societas in locatione, de qua agitur, vel super illius emolumentis, tamen cum contractus principalis societatis, & cambij respectiue fuerint celebrati cum DD. Actoribus, nempe contractus locationis cum D. Principe, & contractus cambij, cum D. Eugeniâ per Franciosonum dumtaxat, & suo proprio nomine, & sub obligatione sui, ac suorum heredum, non potest Riccius conveniri, qui huiusmodi contractibus non interuenit, nec se obligauit, *l. iure societatis 83. ff. pro soc. Dec. conf. 98. n. 2. Paris. conf. 9. num. 22. lib. 1. Cephal. conf. 635. num. 4. & seqq. Theaur. decis. 136. num. 2. & 6. latè Rim. iun. conf. 331. n. 5. & seqq. Rota penès Buratt. decis. 514. num. 3.*

Quòd maxime locum habet, quia non constat DD. Actores vllam habuisse notitiam dictæ societatis, nec minus vllam habuisse intentionem obligandi consocios, quòd & tamen necessarium esset ad effectum, vt dici posset illos societati credidisse, & proinde socios omnes sibi obligatos esse voluisse, vt est text. in *l. fin. ibi, ita illud exigendum, ff. de exercit. act. Alex. conf. 44. sub n. 6. lib. 2. & conf. 217. num. 14. lib. 7. Natt. conf. 567. num. 6. Gratian. discept. 725. num. 8. vers. præterea, Seraph. dec. 375. num. 6.*

Neque obstat præsentia versio in societatis utilitatem, ex qua saltem vtilis actio deduci possit iuxta *leg. iure societatis 83. in fin. ibique gloss. penult. ff. pro soc.* quia hæc versio esset plene, & concludenter & probanda cum qualitate tituli lucratiui, & locupletationis, quòd adhuc factum non fuit, vt firmat

firmat decisio huius causæ sub §. minus obstat, quòd Riccius.

Demum Riccius etiam si fuisset socius Francioso, neque actione subsidiaria teneretur ad debita socialia, quia & est creditor Francioso in longe maiori summa, quàm importet rata socialis medietatis crediti DD. Actorum, vt constat ex iuribus relatis in Summ. primæ positionis Riccij iuxta text. express. in *l. si pro part. 10. §. idem querit. ff. de in rem verso & ibi Bart. Bald. & Salicet. & declarat Castus in d. l. in §. Domini num. 2. ideo sicuti Franciosonus si ageret, remaneret exclusus, & ita excluduntur Domini præfati ex eodem iure Francioso agentes arg. text. in *leg. non debet 42. ff. de reg. iur. Natt. consil. 398. num. 3. Rota decis. 205. n. 4. p. 1. rec.**

Fuit itaque resolutum ad fauorem Riccij, eo tantum informante, alterâ tamen parte pluries citatâ, & expectatâ, ac informare recusante, &c.

Neapolitana pecuniaria.

Luna 1. Iulij 1647.

ARGUMENTVM.

Instrumenta in vim Ritus Magnæ Curia Vicariæ Neapolis habet executionem paratam, etiam fauore heredum, maxime si agitur ex causâ promissionis dotis, cuius petitionis actio transit etiam ad hæredes. Minoris obligatio facta ex causa necessaria valida est, nec ea irritari potest, præsertim quando minor factus maior tacuit per quinquennium, cum ex hoc eandem obligationem approbasse, & ratificasse censeatur.

SVMMA RIVM.

- 1 Instrumentum habet executionem paratam vigore Ritus Magnæ Curia Vicariæ Neapolis.
- 2 Et hoc procedit etiam fauore heredis.
- 3 Et præsertim, si agatur de obligatione ex causâ dotis.
- 4 Actio petitionis dotis transit etiam in heredem num. 3.
- 5 Hæredem se probare tenetur, qui vti talis agere intendit.
- 6 Qualitas hereditaria quomodo probetur ex stylo, & consuetudine Neapolis.
- 7 Fratres plures aequaliter succedunt in hereditate maternâ.
- 8 In hereditate fraternâ proueniente ex bonis maternis aequaliter succedit frater ex latere matris, cum aliis vtrinque coniunctis iuxta consuetudinem Nobilium Neapolis, & n. 8.
- 9 Minoris obligatio facta sine debitis solemnitatibus est nulla.
- 10 Minoris obligatio pro constitutione dotis, ad quam tenebatur, & pro aliâ causâ necessaria est valida, & n. 11.
- 12 Minor maior factus, si per quinquennium tacuerit, nec dederit de nullitate contractus gesti sine solemnitatibus, intelligitur obligationem approbasse, & ratificasse.

13 Sententia validitas apparet ex resolutione processus.

DECISIO CLXIX.

Informante tantum Portiâ de Rinaldo fuit hodie resolutum, affectus, de quibus agitur, deberi & sententiam A. C. esse confirmandam. Siquidem constat de datione in solum dictorum affectuum, & insuper de obligatione de illis soluendis ex causâ dotis per Horatium ad fauorem Victoriae Austriacis Portiæ ex instrumento celebrato die 7. mensis Aprilis anno 1604. vt in *Summ. num. 1. quod sicuti vigore Ritus Magnæ Curia Vicariæ, cuius & est munitum paratam haberet executionem pro eorundem affectuum exactione ad fauorem Victoriae Vincentius de Franchis decis. 118. num. 6. & decis. 341. in princip. ita idem instrumentum debet habere paratam executionem & ad fauorem Portiæ pro portione hereditaria ad eam spectante, tam vt hæredem Victoriae, quàm vt hæredem Francisci eiusdem Victoriae cohæredis Grassi. de success. §. hereditas quest. 12. num. 5. Gallef. de oblig. Camer. secundum ordinem Zacchia quest. 4. num. 1. 12. & 14. & apud eum Rota decis. 69. num. 1. præsertim quia agitur de obligatione ex causâ promissionis dotis & cuius petitionis actio transit etiam in hæredem leg. vnic. Cod. vt act. & ab hered. & contra hered. Surd. decis. 240. num. 8. in fine. Rota in Bononien. fideicommissi de Caualea 13. Maij 1641. in §. nam primo non obstat coram Reuer. P. Dom. meo Decano.*

Quia verò ad hunc effectum potius & tenebatur probare se esse hæredem *l. non ignorat. 9. vbi Bart. C. qui accus. non. poss. Menoch. de adipisc. remed. 3. num. 164. Rota apud Zacch. de oblig. Camer. num. 2. sufficienter illa demonstrat se esse talem ex decreto vocato & præambuli secundum stylum, & consuetudinem Ciuitatis Neapolis, nempe pro quinta parte ex persona propria, & pro alia quarta parte ex persona Francisci fratris, quòd quidem fuit iustificatum ex testibus datis in *Summ. num. 3. nec huiusmodi qualitas hereditaria fuit vnquam controuersa coram aliis Iudicibus, vt constat ex resolutione processus.**

Ideòque Portiæ debentur affectus in ducatis 90. quam summam constituunt, tam quinta pars eadem debita hereditatis maternæ & pro æquali portione cum aliis quatuor fratribus iuxta text. in *l. cum aliis 4. §. ad maternas C. de secund. nupt. & in §. nec illud vers. reliqua verò quocumque aurb. de nupt. quàm alia quarta pars hereditatis fraternæ, & quæ sibi æqualiter competit etiam in concursu cum aliis vtrinque coniunctis respectu affectuum, de quibus agitur, tanquam prouenientium ex bonis d. Victoriae communis matris iuxta consuetudinem & Nobilium Ciuitatis Neapolis, de qua testatur Neapolitan. in consuet. Regn. si quis, vel si qua ab intestato decefferit num. 241. Molphes. ad consuetud. Neapol. p. 4. de success. ab intest. quest. 39. n. 8. Vtil. ad Afflic. decis. 38. num. 7. Vincent de Franch. dec. 99. num. 2.*

Neque obstat quòd Horatius esset minor de tempore obligationis, & proinde illius & obligatio nullius fuerit robotis, & momenti. Quia cum se obligauerit ex causâ necessaria & dotis constituenta, ad quam tenebatur, vel tanquam Patris hæres, vel tanquam frater, obligatio Horatii minoris & ex hac causâ necessaria proueniens est valida Bald. in *l. final. n. 2. C. de legit. iureh. Corn. conf. 254. sub*

sub num. 2. vers. quarto, & ult. lib. 1. Caputaq. decis. 199. num. 2. part. 3. Put. decis. 100. num. 3. lib. 2. in correct. Rot. post Pic. ad Statut. Urb. dec. 16. num. 1. in Camerinen. dotis 10. Decembris 1638. in §. ratio resolutionis fuit, coram R. P. D. meo Ghislerio, & in Raennaten. dotis 11. Aprilis 1644. in §. nam id procedit coram Reuer. P. Dom. meo Corrado, & cum maior factus per quinquennium, & ultra ꝑ tacuerit, obligationem approbasse, & ratificasse intelligitur leg. fin. C. si maior fact. alien. Menoch. consil. 242. n. 3. 2. & in tract. de recuper. remed. 15. n. 179. Rota decis. 81. num. 6. part. 6. & decis. 306. num. 53. part. 7. recent. in Romana fideicommissi de Albertinis 8. Aprilis præteriti in §. nec releuat & in Romana domus 27. Maij præteriti in §. quia ex cursu coram me.

Firmato itaque ex supradictis huiusmodi affectus debent euidenter resultat, quod sententia A. C. quâ condemnatus fuit Horatius ad illos soluendos sit iusta: cum verò eadem sententia sit valida, vt ꝑ apparet ex reuolutione Processus iuxta decis. Caputaq. 260. part. 2. iure merito DD. illam confirmandam esse hodie censuerunt.

Et ita hodie resolutum D. Portia tantum informante, citatâ tamen sapius, & expectatâ altera parte, &c.

Meleuitana Canonicatum.

Mercurij 13. Nouembris 1647.

ARGUMENTVM.

Producens simpliciter instrumentum, illud approbare censetur, & illud stare debet, cum amplius impugnari non possit. Sequestrum iudiciale non priuat possessionem sua possessione, nisi alia probeatur Iudicis voluntas, & est omnino nullum, quando fuit concessum absque cognitione causæ, & partis citatione. Ius non acquiritur ex contractu limitato; nisi cum sua limitatione.

SVMMARIVM.

- 1 Producent instrumentum, seu scripturam, illam approbare censetur.
- 2 Et tenetur illi stare, cum amplius impugnare non possit.
- 3 Possessio probatur ex sequestro petito contra possidemem.
- 4 Possessio probatur ex confessione aduersarij.
- 5 Sequestrum iudiciale non priuat possidemem suâ possessione, nisi alia probeatur ipsius Iudicis voluntas.
- 6 Sequestrum est nullum, quando fuit concessum absque partis citatione.
- 7 Sequestrum, vt validè dicatur concessum, debet decerni causa cogniti.
- 8 Citatio necessario requiritur, vt quis ritè sua possessione priuetur.
- 9 Ius non acquiritur ex contractu limitato, nisi cum suâ limitatione.
- 10 Possessor anterior, qui non habuit se pro spoliato, venit manutendus.

DECISIO CLXX.

Hodie per contradictas proposui dubium. Cui sit dandum mandatum de manutendo in quasi possessione exigendi annum redditum scutorum tercentorum: & DD. dixerunt, dandum esse Philippo Borg. de cuius anteriori possessione constat, tum ex instrumento dotationis Collegiæ Ecclesiæ S. Helenæ Reginæ celebrando die 4. Iunij 1632. quod vti ꝑ productum iudicialiter à Matthæolo, & Salvatore aduersus Philippum, consequenter ab ipsis censetur approbatum Bart. in l. post legat. 3. num. 4. ff. de his quibus, vt indign. Bald. in l. scripturæ 14. num. 2. C. de fid. instr. Alex. consil. 30. num. 1. lib. 7. Rota coram Sanct. M. Greg. decis. 238. numer. 5. & ibi Add. numer. 15. ita vt non ꝑ valeat amplius impugnari cap. cum venerabilis 6. vbi omnes de except. Felin. in cap. imputari 13. numer. 7. de fid. instrum. Vestr. in praxi lib. 6. titul. 1. num. 5. Add. ad Sanct. M. Greg. d. decis. 238. num. 15. Caputaq. decis. 188. num. 4. part. 1. Tum etiam ex sequestris ab iisdem Matthæolo, & Salvatore ꝑ petitis, & obtentis die 27. Ianuarij 1644. aduersus Philippum possidemem Rota post Pacif. de Salu. decis. 141. num. 2. & coram Caualer. decis. 242. n. 1. Addit etiam eorundem confessione relatâ in Summario n. 9. vt in decis. 113. n. 16. post Modern. Perus. de manu.

Neque Philippus possessione priuatus remansit per sequestrum à Vicario Meleuitano concessum. Tum quia sequestrum iudiciale non ꝑ priuat aliquem suâ possessione, nisi alia probeatur ipsius Iudicis voluntas, vt distinguendo declarat Cyn. in l. vnic. sub num. 1. versic. sed quid de necessaria Cod. de prohib. sequestr. Sarnen. in reg. de annal. quæstion. 46. num. 4. Menoch. de retinen. remed. 3. numer. 88. Rota decis. 162. num. 9. & decis. 170. numer. 8. part. 4. diuers. Mant. decis. 252. num. 6. S. M. Gregor. decis. 9. num. Caualer. dec. 86. num. 6. Tum etiam quia fuit nullum, ꝑ vt potè concessum absque partis citatione, Angel. consil. 107. num. 1. Alex. consil. 6. num. 9. lib. 4. Mareabr. consil. 12. num. 2. Rota coram Buratt. decis. 186. num. 8. & in Romana Cafalis 4. Iulij 1602. coram penia impress. Marchef. de commiss. part. 1. fol. 1219. nec causa ꝑ cognita, provt requiritur, Angel. d. consil. 107. 7. num. 1. Decius consil. 366. n. 13. Benintend. decis. 73. num. 3. & 4. Rota in Bracharen. Parochialis de Balto 15. Decembris 1606. coram Cardinal. Sacerato, quæ est decis. 229. num. 3. post 2. volum. consil. Farinac.

Immissio verò concessa per eundem Vicarium Meleuitanum super bonis assignatis pro dote Canoniatum, ad quos fuerunt nominati Matthæolus, & Saluator, non priuauit Philippum sua possessione, nec iisdem Matthæolo, & Saluatori suffragari potest: quia Philippus licet bona assignauerit, fructus tamen sibi referuauit sua vita durante, ideoque cum exactio dictorum fructuum ad ipsum Philippum spectaret, ipse erat omnino citandus leg. fin. C. si per vim. vel alio modo cap. licet Episcopus 28. & ibi gloss. vers. te non vocato de præbend. in 6. S. M. Greg. dec. 46. n. 7. & des. 500. n. 7. cum aliis allegatis in Colonien. Canonicatus, seu Ferculi 17. Iunij anni currentis in §. nec possessio coram R. P. D. meo Melitio.

Minus releuat, quòd Philippus nominauerit Saluatorem, & Matthæolum ad Canonicatus, & proinde ad ipsos spectare debeant fructus: quia nominatio

DECISIO CLXXI.

9 nominatio vtriusque legitur facta à Philippo ꝑ cum expressâ reseruatione annuorum scut. 300. eius vitâ durante, & non aliâ aliter, nec nec alio modo, idèd nominatio non potest à reseruatione diuidi, sed acceptari debet cum sua qualitate l. Pomponius 13. §. cum quis vitur. ff. de acquir. poss. Ayun. consil. 245. num. 4. Tiraquell. de retract. conuen. ad fin. tit. num. 9. Rota decis. 853. num. 10. part. 4. diuers. & coram Buratto decis. 223. num. 25. & decis. 246. num. 8. & 9.

Cum itaque Philippus non fuerit priuatus suâ anteriori possessione, ꝑ nec habuerit se pro spoliato in eâ venit manutendus Seraph. decis. 1041. num. 1. & seqq. S. M. Greg. decis. 9. num. 4. & seqq. & dec. 46. n. 9. Caualer. dec. 432. n. 1. & 2. Bur. dec. 250. n. 8. Reuerendiss. Vergellen. dec. 220. num. 4. & fuit dictum in Rossanen. Parochialis 14. Iunij 1645. §. fin. coram me.

Et ita fuit resolutum per contradictas, &c.

Raennatenf. Residui dotis.

Luna 16. Aprilis 1646.

ARGUMENTVM.

Quietantia amplissimis verbis concepta liberat penitus soluentem, & alios obligatos, & concludenter probari. Dos constituta in scutis auri, quæ postmodum fuerunt abrogata, restitui debet ad æstimationem monetæ antiquæ currentis tempore contracti matrimonij.

SVMMARIVM.

- 1 Absolutio, & quietantia amplissimis verbis concepta liberat soluentem, & alios coobligatos.
- 2 Confessio si impugnatur tanquam erronea, error debet probari concludentissimis probationibus, & n. 12.
- 3 Dos constituta in scutis auri, in auro, diuerso modo accipitur, quàm si fuerit constituta in scutis auri simpliciter.
- 4 Dos constituta in scutis auri simpliciter intelligitur de scutis, quæ tunc temporis currebant.
- 5 Hæres non potest impugnare confessionem defuncti.
- 6 Hæres hæredis non potest aliquid opponere contra confessionem defuncti.
- 7 Dotis restitutio debet fieri secundum valorem monetæ, quæ currebat de tempore constitutionis dotis.
- 8 Dos constituta in scutis auri postmodum abrogatis restitui debet, non ad æstimationem monetæ nouæ currentis, sed ad æstimationem antiquæ currentis tempore contracti matrimonij.
- 9 Testes examinati in vna causâ, non probant in diuersâ.
- 10 Testes non concludentes, & tempora non distinguuntur non releuant.
- 11 Testium depositiones dum sunt dubie, & quæ ad aliud referri possunt, non sunt attendendæ.
- 13 Per debiti accollationem quis efficitur principalis debitor, ac si ab initio ad debiti solutionem se obligasset.
- 14 Debiti solutionem hæres frustra petit, si statim id restitutus sit.

Salgado Labyrinth. Credit. Tom. II.

Contracto matrimonij anno 1587. inter Antonium Lunardum, & Valeriam spretam cum dote, & supradote scutorum 2250. auri, eoque soluto per mortem Antonij, cum factus fuerit locus restitutioni dotis, Valeria illam recepit in tot bonis stabilibus pro summâ scut. 2250. ad rationem solid. 84. pro quolibet scuto, vt apparet ex eius finali quietantia Summ. Iosephi, & litis consortium n. 7. Verum, quia Antonius Lunardus iunior hæres ex testamento Valeriæ prætendebat dotem restituentem esse in scutis auri, & idèd sibi deberi illius supplementum, seu residuum vsque ad verum illorum valorem, egit coram A. C. qui sententiam protulit ad fauorem Iosephi, & litis consortium: causâ verò appellationis mihi commissâ, proposui dubium, an Antonio d. Supplementum debeatur, quod Domini negatiuè resoluerunt.

Etenim ex prædictâ quietantiâ apertè constat, Valeriam fuisse integrè satisfactam de suâ dote, & supradote mediante assignatione tot bonorum stabilium eidem factâ per Vincentium vnum ex obligatis ad d. dotis restitutionem, qui cum reportauerit absolutionem ꝑ amplissimis verbis conceptam, non solum idem Vincentius, qui soluit, sed etiam Ioseph. & alij coobligati fuerunt penitus liberati iuxta. text. in l. verb oblig. 107. ff. de solut. l. 2. & 3. ff. de duobus Reis. Mant. de tacit. lib. 15. tit. 6. n. 1. & 2. Surd. consil. 221. n. 58. Rota in Raennaten. dotis 11. Apr. 1644. cor. R. P. D. meo Corrado §. cum itaque.

Vndè cum Antonius hæres Valeriæ impugnet illius confessionem in eadem quietantiâ emanatam tanquam erroneam, ex eo quòd dos fuerit constituta in scutis auri, solutio verò facta fuerit in scutis valoris solid. 84. tenetur ostendere huiusmodi errorem ꝑ exactissimis, & concludentissimis probationibus, ita vt res aliter se habere non possit iuxta text. in l. cum de indeb. 25. §. vlt. ff. de prob. vni notant DD. communiter, Ruin. consil. 10. num. 16. lib. 3. Socc. Sen. consil. 57. n. 11. lib. 4. Rota dec. 261. num. 25. part. 7. recent. Qui tamen error ne dum hodiè non probatur, sed imò contrarium euidenter constat ex ipsâ Apochâ sponsalium d. Summ. n. 1. in quâ legitur ꝑ dotem constitutam fuisse, non in scutis auri in auro, vt loquuntur Doctores, & decisiones in contrarium adductæ, sed in scutis auri simpliciter, pro quibus solutus fuit valor tunc currentis in monetâ argentea, vt etiam apparet ex instrumentis solutionum, eod. sum. num. 2. & seqq. ideoque intelligi debet ꝑ dotem constitutam fuisse in scutis auri solid. 84. quæ tunc temporis communiter currebant in Ciuitate Raennæ, ac in Prouincia Romandiola, vt dixit Rota in Foroliuen. legati 13. Ianu. 1642. coram Eminent. D. meo Card. Panzirolo, & fatetur etiam Iacobus Lunardus Socer Valeriæ, dum in suo testamento declarauit, huiusmodi dotem sibi solutam fuisse in scutis 2250. ad rationem solid. 84. pro scuta, iuxta quam summam mandauit etiam restitui, vt in eod. sum. n. 4. quam ꝑ confessionem scuti non potuisset Vincentius illius hæres impugnare, ita nec potest aliquid contra eam opponere Antonius eiusdem Vincentij filius, & hæres, vt ꝑ dixerunt Hond. consil. 3. n. 54. lib. 1. Menoch. & consil. 87. n. 127. & seqq. Rot. cor. Andrea dec. 86. n. 6. & in recent. dec. 265. n. 3. part. 1. & propterea in eadem summâ scut. 2250. ad rationem solid. 84. pro ꝑ scuto debebat fieri dotis restitutio Natta. consil. 454. per tot. Ioseph. Ludouic. conclus. 10. col. 2. vers. sed quid

quidquid, & firmavit Rota in Forolunien. dotis 3. Decemb. 1629. cor. bon. mem. Coccino, & in Rauenatens. Concordiæ 5. Martij 1638. cor. D. meo Carrillo, & in d. Forolun. Legati §. nec visum fuit, cor. Eminent. Panzirolo.

Præterea dum dicta scuta aurea, quæ de tempore contracti matrimonij currebant, fuerint de anno 1598. abrogata, & prohibita à S.M.Clem.VIII. neque hodie reperiantur, sed remanserint scuta imaginaria, vt dicitur in supradictis decisionibus, vtique ÷ dotis restitutio non debetur ad æstimationem monetæ nouæ currentis, sed ad æstimationem antiquæ, quæ currebat de tempore contracti matrimonij, vt tradunt Ifern. in vsb. feud. tit. quæ sint regalia §. 1. n. 20. vers. quocumque modo Cynus in l. quod 16 §. n. 9. vers. Sabinus, ff. si cert. pet. & ibi Alex. n. 6. Abbas in cap. quanto 18. n. 12. de iur. iur. Peregr. conf. 13. in fin. lib. Minfinger. obseru. 1. n. 3. & seq. cent. 4. Chartar. decis. lanuen. 134. n. 6. Rota in Romana aureorum cor. Card. Lancell. apud Marchel. p. 1. pag. 65. 2. n. 1. & impress. penès Cenc. post tract. de censibus dec. 216. n. 1. & n. 6. & dec. 217. n. 1. & coram Bur. dec. 428. n. 1.

Non ostat quòd decisiones Forolun. superius allegatæ loquantur de tempore longè diuerso, quo constituta fuit hæc dos: quia cùm de anno 1596. scuta aurea solidor. 84. fuerint abrogata à S.M.Clemente VIII. vt supra dictum est, sequitur, quòd ante dictum tempus, & sic de anno 1587. quo dos constituta fuit, erant in vsu; Testes verò Sum. Antonij n. 6. asserentes, quòd scuta aurea de anno 1586. & 1587. erant eiusdem valoris, prout sunt scuta hodie currentia, nihil releuant, quia præterquam quòd ÷ sunt examinati in alia causâ, & hæc lite pendente, neque etiam concludunt, quòd tunc temporis non adesset, nisi vna species scuti ÷ aurei, & dum deponunt, scutum aureum ascendisse ad medietatem duplæ, intelligi possunt sensisse de aureis iusti ponderis, quæ non fuerunt abrogata, non autem de illis solid. 84. in quibus constituta fuit dos, de quâ agitur, & ad eò illorum ÷ depositio non est attendenda, tanquam dubia, & quæ ad aliud referri potest, cap. in presentia 8. vbi gloss. & DD. de probat. l. non hoc. 4. vbi sal. n. 4. C. vnde legit. Reu. Virgellen. decis. 397. n. 37. & seq. maxime ad ostendendum errorem supradictæ quietantiæ, ÷ quo casu requiruntur probationes concludentissimæ, vt dixit Rota dec. 261. n. 2. §. 7. rec. cum aliis supra allegatis.

Et eò libentius in hanc sententiam iuerunt Domini, quia Vincentius in instrumento diuisionis factæ de anno 1614. inter se, ac alios hæredes Iacobi de Lunardis accollauit sibi hoc debitum dotis, & Valeria tam diuisionem, quam accollationem accepit, vt in Summ. Iosephi n. 5. & 6. per quam accollationem ÷ idem Vincentius effectus fuit principalis debitor, ac si ipse ab initio ad d. dotis restitutionem se obligasset, vt dixit Rota dec. 547. n. 1. & 2. in impress. apud Cencium tract. de censibus, & ideò Antonius cùm sit filius, ÷ hæres eiusdem Vincentij, frustra petit dotis supplementum, vti hæres Valeriæ, quòd statim restitutus esset tanquã hæres Vincentij iuxta text. in l. aliquando 13. §. fin. ff. ad Senat. Conf. Velleian. & in l. hæc stipulatio 14. §. diuus. ff. vt legat. nomin. cautatur, nam siue dos esset solvenda in scutis auri solidor. 84. siue in scutis auri, quæ constituunt medietatem duplæ, tamen non potest Antonius molestare ÷ Iosephum, & alios coobligatos, quos mediante accollatione prædicta tenetur eodem tempore conseruare in-

demnes, vt firmavit Rota in Romana præsentis nullitatis 14. Maij 1614. coram bon. mem. Cardin. Verolpio.

Et ita vtraque, &c.

Romana Domorum in Burgo.

Veneris 18. Maij 1646.

ARGUMENTVM.

In Iudicio reintegrationis duo extrema sunt necessariò probanda, scilicet anterior possessio actoris, & recentior rei conuenti, illaque datur aduersus factum Iudicis, quando nulliter, & iniuste processit. Subhastatio bonorum pupilli facta pro paruo debito de re magni valoris, existentibus rebus minoris valoris, nullo modo potest sustineri, ac vterius euidenter corrui, quoties fuit in ea citatus Tutor, qui verè non erat talis, imò falsus postea fuit declaratus.

SVMMARIVM.

- 1 Possessio anterior alicuius probatur ex mandato, subhastatione, & deliberatione contra eum factâ.
- 2 Possessio probatur ex instrumento adeptæ possessionis.
- 3 Possessio moderna partis probatur ex sustentatione litis, qua iunctis adminiculis sufficit in iudicio reintegrationis.
- 4 Possessione quis priuatur mediante deliberatione rei possessa factâ à Iudice.
- 5 Index nulliter, & iniuste procedens dicitur spoliare, & spoliatio competit reintegratio.
- 6 Subhastatio, & deliberatio est nulla, quando fuit facta contra pupillam, citato eo, qui non erat tutor.
- 7 Et fortius si Tutor fuit declaratus falsus, quo stante non potest dubitari de inualiditate totius processus, & n. 8.
- 8 Tutor quando verè non est talis, & fuit falsus declaratus, tunc ex eius actibus non potest aliquod præiudicium inferri pupillo.
- 9 Subhastatio est iniusta, dum pro modico debito res magni valoris subhastatur.
- 10 Pro debito paruo non potest subhastari res pupilli magni valoris, maxime dum constat adesse bona minoris valoris, & n. 12.
- 11 Ad reintegrationem agens probare tenetur duo extrema, nempe possessionem anteriorem suam, & iuniorem aduersarij.
- 12 Reintegratio, qua competebar auctori, competit etiam eius heredi, & n. 15.

DECISIO CLXXII.

Resoluerunt Dñi concedendum esse mandatum de reintegrando Francisco de Alexandris hæredi q. Antonij iunioris de Guidis ad possessionem domorum in Burgo de quibus agitur, quia extrema necessaria in hoc iudicio concludenter probantur. Primum enim anterioris possessionis Antonij probatur ex ÷ mandato subhastatione, & deliberatione dictarum domorum contra ipsum Antonium facta Rota coram S.M. Greg. dec. 362. in princ. & decis. 402. n. 1. & seq. & in rec. dec. 406. n. 2. p. 4. & decis. 229. n. 1. part. 7.

Secundum

Secundum verò extremum, videlicet iunior, & moderna possessio illorum de Fabiis non controvertitur, & satis probatur, ÷ ne dum ex inframento adeptæ possessionis, de quo in Summ. Francisci n. 3. vt firmavit Rota cor. Burat. dec. 363. n. 1. Sed etiam ex ipsa litis sustentatione, ÷ qua iunctis adminiculis sufficit in hoc reintegrationis iuxta dec. Caputaq. 372. p. 2. & d. dec. 406. n. 3. p. 4. & dec. 229. n. 4. part. 7. rec.

Non obstat quòd Antonius dictâ possessione priuatus ÷ fuerit mediante deliberatione factâ per Iudicem ad text. in l. iuste possidet 11. ff. de acquir. poss. Quia cùm Iudex nulliter, & iniuste processerit, talis deliberatio non ÷ est attendenda, nec potest aliquo modo reintegrationem impedire. Aym. conf. 18. n. 8. & conf. 302. n. 1. Grat. conf. 76. n. 3. lib. 2. Rol. conf. 6. n. 34. lib. 2. Rota dec. 229. n. 2. & dec. 264. n. 3. impress. apud Pacif. post tract. de Salu.

Nullitas autem subhastationis, & subsecuta deliberationis, ÷ ex eo ostenditur, quia actum fuit contra Antonium, qui tunc temporis erat pupillus, citato Vincentio Berna, tanquam eius Tutore, qui verè talis non erat, imò falsus ÷ declaratus fuit, vt constat ex sententiâ relatâ in Summ. Francisci n. 4. ideòque dubitari non potest de inualiditate totius Iudicij, ac nullitate prædictæ subhastationis, & deliberationis, vt est text. in l. si tutor 4. ibique Bald. num. 1. C. in quibus caus. rest. in integr. necess. non est. Montan. de tutor. cap. 34. reg. 1. & dixit Rota coram Cardinal. Caualer. decis. 67. num. 7. & in recent. decis. 167. num. 2. & decis. 406. num. 4. part. 4. recent.

Nec releuat quòd Vincentius se publicè genereret pro Tutore, & pro tali haberetur, ac etiam pro pupillo in causâ comparuerit. Quia cùm ille verè tutor non esset, sed fuerit falsus declaratus, vt supra dictum est, non potuit ÷ ex huiusmodi actibus aliquod præiudicium inferri pupillo, vt est text. express. in l. 1. §. idem Pomponius & toto tit. ff. quod falso tutore Auth. leg. qui neque 8. ff. de reb. eorum. Montan. de tutor. 34. reg. 1. n. 1. & seq. Rota coram Card. Caualer. dec. 67. n. 7.

Concurrit præterea evidens iustitia prædictæ subhastationis, ÷ nam pro modico debito scutorum 200. fuerunt subhastatæ domus valoris scut. 4000. vt constat ex relatione periti in Summ. n. 2. Tamen certum est pro paruo debito non posse subhastari res magni valoris, præsertim cùm ex inventario confecto ab ipsomet Vincentio, appareat plura existisse loca Montium, ex quibus, vel ex eorum venditione poterat non solum prædicto, sed ÷ etiam alteri præsentis dotis debito satisfieri; & tantum pupilli præiudicium, atque dispendium euitari iuxta text. in leg. magis puo §. non passim. ff. de reb. eorum. Rota cor. Card. Caualer. dec. 585. n. 4. Burat. dec. 627. n. 9. & in rec. dec. 406. n. 5. part. 4. & dec. 229. n. 16. part. 7.

Probatis igitur extremis in hoc iudicio necessariis, videlicet anteriori possessione harum domorum Antonij, ac ÷ earum posteriori possessione illorum de Fabiis, & probatâ etiam nullitate, ac iniustitiâ subhastationis, vtique concedenda est reintegratio ad possessionem earundem domorum, ÷ quæ sicut competebar Antonio anteriori possessori, iuxta doctrinam Abb. in cap. conquirentie 7. num. 1. de restituti. spoliat. Rota decis. 406. num. 1. part. 4. recent. ita competere debere Francisco eiusdem ÷ Antonij heredi, vt dixit Rota coram Crescent. decis. 3. de restit. spoliat. sanct. mem.

Salgado Labyrinth. Credit. Tom. II:

Gregor. decis. 542. num. 2. Burat. decis. 271. num. 1. & in Nartien bonorum 22. Aprilis 1622. coram Reiboldo.

Et ita vtraque, &c.

Romana officij Notariatus.

Veneris 19. Iunij 1648.

ARGUMENTVM.

Venditor recipiens pretium rei venditæ ab emptore, & cedens ipsi emptori iura sua sub obligatione de non contrahendo, alias ad damna, & interesse, stante contrahente postea secuta iuste condemnatur ad restitutionem pretij, cum ob contrahentem fuerit commissa stipulatio in eum casum concepra. Obligatio Cameralis habet executionem paratam.

SVMMARIVM.

- 1 Læso quando cessat, non est locus restitutioni in integrum.
- 2 Sententiarum iniustitia bene remanet comprobata ex decisionibus Rotalibus in causa factis.
- 3 Obligatio si non impletur, committitur stipulatio ad damna, & interesse in eum casum concepra.
- 4 Visa executiua rectè agitur vigore obligationis cameralis, cùm ea habeat executionem paratam.
- 5 In contractibus nominatis non licet recedere ob non implementum aliterius partis, sed agi debet ad implementum, & ad interesse, & n. 6.
- 6 Sub obligatione ad damna, & interesse venit etiam restitutio pretij.
- 7 Renunciatio aliqua, quod fuerit tantum verbalis, ex quo satis conuincatur.
- 8 Actus non effectiuus non debet attendi.

DECISIO CLXXIII.

Vendidit Paradisus medietatem officij Notariatus Marcello Iannotto pretio scuti 100. & cùm tractu temporis idem Iannottus alienasset quintam partem dictæ medietatis in Righezzium, Paradisus recepit ad computum dicti pretij scuta 250. ab eodem Righezio, illique cessit iura sua pro dictâ ratâ, cù promissione de non contrahendo, aliâ ad omnia damna sub obligatione Camerali. Verùm quia Paradisus ex causa non adimpleti contractus, ob non extinctionem certi census debiti Ascantio Mandosio per Iannott. primum emptorem promissam, obtinuit sibi adiudicari præfatâ officij medietatem, Righezz. egit pro restitutione pretij soluti, ex quo rata cessa spoliatus remansit, & mandatum executionis ab A.C. obtinuit, quòd Rota dixit esse exequendum in secunda instâtia. cor. bon. mem. Merl. & in tertia cor. R.P.D. meo Peuting. præuis pluribus decisionibus. Commissâ mihi verò causâ, ac disputato dubio: An constet de census restitutionis in integrum, & DD. negatiuè responderunt.

Ratio resolutionis fuit, quia satis superque constat de iustitiâ, ac validitate mandati A. C. & Exequatur concessi ab hoc Sacri Tribunali, quibus concurrentibus cessat læsio, ÷ sine qua nunquam datur restitutio in integrum l. quod si minor. 25. §. 1. ff. de minor. Castr. in l. fin. n. 5. vers. in Curia C. in quibus, caus. in integr. restit. non est necess. Alexand. conf. 21. num. 6. lib. 1. Odd. de rest. in integr. part. 1. quest. 4.

9.4. art. 1. per tot. Rotâ coram Seraph. decis. 1238. n. 1. & dec. 194. n. 2. coram Cauai.

Validitas enim controuertitur solum ex eo, quod Signatura commiserat causam R. P. D. meo Peutingero, cum clausula, alteri, qui ad legitimam executionem procedat, cuius rescripti formam non fuisse seruataam præterit Paradisus, ex quo nunc fuit disputatum dubium, an sit procedendum ad legitimam executionem. Sed huiusmodi obiectum cessat ex facto, attentâ decisione emanatâ sub die 27. Maij anni præteriti coram eod. D. meo Peutingero. Iustitia verò plenè remanet comprobata ex decisionibus in secundâ & terciâ instantiâ emanatis 26. Maij. 1641. coram bon. memor. Merlino 20. Nouembrijs 1645. 27. Maij 1646. & 20. Febr. 1647. coram Dom. meo Peutingero. Siquidem Paradisus dum recepit à Righezio emptore quintæ partis officij scuta 250. illique cessit iura sua sub obligatione de non contraveniendo, aliâs ad damna, & interesse, stante contrauentione postea secuta ex adiudicatione obtentâ etiam pro ratâ Righezio cessâ, iustè fuit Paradisus ꝑ condemnatus ad restitutionem pretij, cum ob contrauentionem fuerit commissâ stipulatio in eum casum concepta, iuxta text. in l. stipulationes non diuiduntur 72. ff. de verb. oblig. l. fenenerator 6. vers. si nauis. ff. de nau. fenor. Rota coram S. M. Gregor. decis. 564. num. 4. cum alijs relatis in Romana Permutationis 20. Febr. 1647. in §. siquidem coram Reuerend. P. D. meo Bichio, & quidem iustè etiam actum fuit viâ ꝑ executiuâ in vim obligationis Cameralis, quæ habet executionem paratam Zacch. de oblig. Camer. quest. 2. num. 5. Rota post eundem decis. 12. num. 1. & decis. 118. num. 5. in rec. decis. 258. n. 1. part. 6.

Nec releuat, quod in contractibus nominatis, qui ꝑ suum effectum sortiti sunt, provt est contractus, de quo agitur, quatenus altera ex partibus deficiat in implemento, non liceat alteri à contractu resilire, sed agi debeat ad implementum, ac ad ea damna, ꝑ quæ ob non implementum altera pars passa fuit, vt dixit Rota coram S. M. Gregor. decis. 30. num. 2. Quia cum in præsentî Paradisus promiserit non contravenire aliâs ad ꝑ damna, & interesse, certum est, quod sub huiusmodi obligatione damnorum, & interesse venit etiam restitutio pretij, vt latè probat Gratian. discept. 301. n. 1. & segg. Ruin. cons. 141. sub n. 9. post. med. lib. 1. Rot. dec. 741. n. 1. part. 1. diuers. post Pacif. dec. 280. n. 3. & coram S. M. Greg. decis. 88. n. 3. Adde. ad eiusdem decis. 564. n. 5. & dictum fuit in hac causâ 26. Iunij 1641. in §. iustum apparet coram bon. mem. Merlino.

Minusque releuat renunciatio facta per Paradisum dationi in solutum, ac iudicationi obtentæ totius medietatis officij. Quia cum appareat illum actualiter apprehendisse possessionem dicti officij, vt legitur in instrumento relato in fine Summarij illorum de Lorcaris, in eâque post dictam renunciationem continuasse, ac literas patètes super titulo eiusdem officij à Datarîâ obtinuisse, ac demum de anno 1645. illius amplam donationem fecisse Angelæ propriæ filix ex his sanè conuincitur, renunciationem illam ꝑ fuisse verbalem, nam si realis fuisset, prædicta vt de directo contraria, ac renunciationi repugnantia facta non fuissent, nec heripotuissent l. sic 8. §. superuacuum ff. quibus modis pign. vel hypoth. soluat. Bart. in l. post. contract. 15. n. 4. ff. de donat. Mantic. de tac. & ambig. lib. 13. tit. 36. num. 1. Farin. de falsi. & simulat. quest. 162. n. 243. & latè probatur in decisione in hac causâ

emanata 20. Febr. 1647. cor. R. P. D. meo Peuting.

Nec Contrarium deduci potest ex mandato, & declaratoria post dictum renunciationem per Paradisum obtentis ab A. C. contra Iannottum. Quia in eo casu actum fuit contra Iannottum, non pro sorte principali Censûs, pro quâ prius obtenta fuerat adiudicatio prædicta, sed pro scutis 637. & b. 70. per Paradisum solutis Mandosio creditori censûs pro fructibus eiusdem censûs, ad quos vigore præcedentis accollationis tenebatur dictus Iannottus, vt patet ex ipso mandato, & declaratoria, Summario Paradisi n. 9. vnde hinc nulla potest deduci probatio effectuationis renunciationis prædictæ, quæ idèd ꝑ vt non est affectuata, in nullâ consideratione habenda est, vt benè respondit Rota in hac causa 20. Febr. 1647. in §. neque Paradisum, coram R. P. D. meo Peutingero.

Fuit itaque resolutum, non constare de causis restitutionis in integrum, vtrâque parte informantis, &c.

Beneuentana domus.

Veneris 16. Nouembrijs 1648.

ARGUMENTVM.

Immissio in vim Saluiani interdicti conceditur, constituto de credito cum hypothecâ, possessione debitoris de tempore obligantis, vel post, ac possessione modernâ Rei conuenti. Pactum de retrouendendo transit ad hæredes, & tanquam indiuiduum, potest à quolibet ex hæredibus exerceri. Præscriptio Vrbis statutaria non habet locum in actione reali, & aduersus legalem datur hæredibus restitutio in integrum ex capite probabilis ignorantix, quæ semper in hærede præsumitur, nisi contrarium probetur.

SVMMARIVM.

- 1 Immissio vigore Saluiani interdicti, quibus concurrentibus denegari non possit.
- 2 Apocha subscripta plenè probat contra subscribentem.
- 3 Sub obligatione Camerali, quod veniat hypotheca, dubitari non potest.
- 4 Clausula, constituti, probat possessionem constituentis contra constitutarium.
- 5 Possessio posterior rei conuenti in iudicio Saluiani probatur ex clausula, constituti, in eius fauorem in instrumento apposta.
- 6 Item ea probatur ex mandato Iudicis, super manutentione ad eiusdem fauorem relaxato.
- 7 Item ex sustentatione litis, quæ sola sufficit, iuncto aliquali adminiculo.
- 8 Pactum de retrouendendo transit ad hæredes.
- 9 Pactum de retrouendendo, tanquam indiuiduum, potest à quolibet ex hæredibus exerceri.
- 10 Præscriptio Vrbis Statutaria, non habet locum in actione reali.
- 11 In hæredibus præsumitur ignorantia.
- 12 Hæredibus datur restitutio in integrum ex capite ignorantia aduersus præscriptionem.
- 13 Ex scriptura retentione in hærede, licet arguatur scientia dictæ scripturæ, non tamen concluditur scientia alicuius pacti in ea conueni.

14 Præsertim

- 14 Præsertim si agatur de magno præiudicio.
- 15 Scientia certa, & indubitata requiritur, dum agitur de magno præiudicio, nec sufficit præsumptio.

DECISIO CLXXIV.

Postquam Rota concessit manutentionem in possessione Domus, de quâ agitur Claudiæ Mustæ, vt in decisione coram me emanatâ 14. Decembris 1646. Catharina; & alij de Carissimis, acquiescentes decisione prædictæ, ac resectis omnibus expensis, conuolârunt ad aliud iudicium, & in vim pacti de restituendo eandem domum sub obligatione Camerali apposti in apochâ confectâ per Lutium Mustum Auctorem Claudiæ ad fauorem Bartholomæi, & aliorum de Carissimis Auctorum Catharinæ, & aliorum nunc Agentium, petierunt ex remedio vtilis Saluiani immissionem, quam hodiè DD. concedendam esse censuerunt.

Nam constare visum fuit de omnibus extremis necessarijs in hoc iudicio, nempe de credito cum hypotheca, de possessione Lutij, qui promisit domum restituere, & demum de possessione Claudiæ reâ conuentæ, ꝑ quibus concurrentibus immissio ex vili Saluiano interdicto denegari non debet Rota coram S. M. Greg. dec. 491. n. 6. in rec. dec. 104. n. 2. part. 4. tom. 2. & decis. 407. n. 1. p. 5. rec. & alibi passim.

Creditum enim cum hypothecâ euidenter resultat ex pacto de restituendo sub obligatione Camerali contento in Apochâ prædictâ, quæ vt per Lutium subscripta, ac pluribus testibus munita, & formiter recognita, plenè probat contra scribentem, & habentem causam ab eo l. publicia 26. §. fin. ff. de post. leg. si ego 10. vers. Planè, ff. de iure dot. auct. contra qui propriam. Cod. de non num. pec. Rot. decis. 650. num. 1. part. 1. recent. sub ꝑ obligatione verò Camerali contineri hypothecam dubitari non potest, vt tradit Gallef. super form. eiusdem oblig. quest. 5. num. 3. ibique Zacch. num. 37. Rot. post eundem decis. 189. num. 10. decis. 194. num. 15. & decis. 266. num. 1. & coram Buratt. decis. 905. n. 2.

Possessio Lutij promissoris probatur ex instrumento assignationis, ac donationis in dotem factæ ad fauorem Claudiæ ꝑ cum clausula, Constituti quæ probat possessionem Constituentis contra Constitutarium Rota decis. 766. num. 11. part. 1. diuers. & decis. 150. num. 5. post Cenc. de cens. coram Seraph. decis. 1415. num. 2. & in recent. decis. 412. n. 3. & decis. 539. num. 2. part. 4. & demum probatur possessio posterior Claudiæ, ꝑ nedum ex clausulâ prædictâ ad eius fauorem appositâ in dicto Instrumento Rot. d. dec. 539. n. 3. part. 4. recent. Verùm etiam ex mandato Rotali super manutentione ad eiusdem fauorem relaxato, ac ex litis sustentatione; ꝑ quæ sola sufficit, iuncto aliquali adminiculo Rota post Pacif. de Saluian. dec. 98. n. 11. & dec. 73. n. 4. in fin. post primum vol. conf. Farin. in recent. dec. 481. n. 7. part. 4. tom. 2. & coram Caualer. dec. 204. num. 6.

Non ostat quod pactum de restituendo fuerit conceptum ad fauorem Bartholomæi, & aliorum de Carissimis, non autem Catharinæ, & Eleonoræ nunc Agentium. Quia cum Catharina, & alij de Carissimis ꝑ sint hæredes Bartholomæi, ac aliorum, quorum fauore fuit promissa restitutio, vt in eorum Summ. num. 3. in ipsos transit pactum prædictum Rota coram Buratt. decis. 937. num. 1. Salgado Labyrinth. Credit. Tom. II.

& cum sit indiuiduum, potest à quolibet erant ipsorum hæredum exerceri. Ita. in l. stipulationes non diuiduntur 72. sub num. 2. i. vers. scilicet. Tenc. ff. de verb. oblig. Rub. Alex. conf. 90. num. 4. Tirâquell. de retract. conuent. §. 1. gloss. 6. n. 37. Mantic. de tac. & ambig. lib. 4. tit. 31. n. 27. Boët. decis. 251. n. 2. Ludou. decis. Perus. 112. sub. n. 11. & segg. Mastrill. decis. 21. in princ. & in fin. Rota coram Buratto decis. 937. n. 8.

Neque releuat exceptio præscriptionis, quæ fuit deducta ꝑ per Claudiâ in iudicio manutentionis: quia Statutaria vrbis præscriptio non habet locum in actione reali Gabr. concl. 4. num. 17. de præscript. Rot. decis. 727. num. 5. part. 1. diuers. coram Penia decis. 60. num. 7. & in Firmiana Saluani 10. Decembris 1618. in §. nec visum fuit, coram Remboldo. Præscriptio verò legalis, quatenus etiam completa fuisset, ob stare non potest, quia cum Catharina, & alij de Carissimis sint hæredes Bartholomæi, & aliorum, ad quorum ꝑ fauorem fuit promissa restitutio domus, vt dictum est, in ipsis præsumitur ignorantia huius promissionis Bartol. in l. Emilius 39. num. 5. ff. de minor. Surd. consil. 226. num. 10. & segg. Eugen. conf. 95. num. 23. lib. 1. Rot. coram Reuerendiss. Vrgellen. decis. 426. num. 9. ac proinde eidem Auctoribus ex hoc capite ꝑ competit restitutio in integrum Surd. d. conf. 226. n. 11. & segg. Caball. conf. 123. n. 4. & 5. lib. 1. Thefaur. dec. 103. n. 4. Rota coram Reuerend. Vrgellen. d. dec. 426. n. 12.

Nec huiusmodi probabilis, ac præsumpta ignorantia excludi potest ex eo, quod Catharina, & alij de Carissimis retinuerint apocham, in quâ legitur pactum de restituendo: ꝑ quia licet ex huiusmodi retentione deduci possit scientia scripturæ, non tamen concluditur scientia pacti in ea apposti, ꝑ dum præsertim agitur de maximo præiudicio Rot. coram Reuerendiss. Vrgellen. d. decis. 426. num. 16. & 18. nam tali casu requiritur certa, & indubitata scientia, ꝑ nec sufficit præsumpta Rot. decis. 95. num. 2. & decis. 111. num. 7. part. 1. recent.

Fuit itaque resolutum, dandam esse immissionem, Carissimis tantum informantibus, alterâ tamen parte sæpius vocatâ.

Anconitana dotis.

Luna 28. Iunij 1649.

ARGUMENTVM.

Quietantia facta à marito de totâ, & integrâ dote, aliquo modo promissa non probat solutionem alterius partis dotis, si alio modo aliqua pars promissa fuit. Non dicitur argumentum dotis, sed maior dos, quod vidua in limine matrimonij secundo viro tradidit, & propterea pro restitutione bet priuilegium, Auth. res qua Cod. commun. de leg.

SVMMARIVM.

- 1 Verba prædicantia de totâ, & integrâ dote sunt limitatua totalitatis in quantitate certa, & probant negatiuam quantitatis maioris.

Gg 3

2 incol

obligatio sustineretur l. si permittente patre 4. & l. si in princ. C. ad S. C. Maced. l. si tamen 14. & l. filium habeo 16. ff. eodem. In hoc enim potest filius familias maior fructus errare opinando patris consensum, aut ratificationem accessisse, & talis allegatio erroris permittitur ad excludendam relevantiam agnitionis debiti defuncto patre facti, vt bene declarat idem Castr. in alleg. l. si in sub numero 2. vers. bene ergo, & ibidem Fulgof. vers. vel dic. Connan. comment. iur. lib. 7. cap. 2. num. 9.

Præsentiam itaque ratificationem excludit etiam ignorantia facti, & de qua sufficit posse dubitari, cum requiratur scientia certa, & specifica, vt visum est, & cum apocha mutui sit simulata, & sustineri nullo modo possit, ex prædictis, aliisque ponderatis in alia decisione huius causæ, & idem mandatum A. C. eius vigore relaxatum, iterum Domini censuerunt esse infirmandum, cum omnibus inde secutis, Apocha enim prædicta, vt simulata sit nullam merebatur executionem Farin. de simul. quest. 162. num. 64. Rotam recent. decis. 61. num. 9. part. 5. & dec. 259. num. 8. part. 6. & in Romana Cambij 30. Ianuarij 1643. in §. inspecto pariter credito. coram Reuerendiss. D. meo Decano.

Et ita fuit resolutum vtraque parte informante.

Romana Depositi.

Veneris 18. Martij 1650.

ARGUMENTVM.

Notarij secundum reformationem Sanctæ mem. Pauli V. tit. de Notar. Tribunal. Vrb. num. 37. §. ad rogandum. Teneatur ad damna, & interesse parti lætæ si sequantur ex eorum culpa, vel factio, quod tamen est intelligendum, quando damnum fuit secutum ex facto, & commissio ipsius Notarij, secus si ex aliâ causâ. Item dicta reformatio est intelligenda, quatenus ex tali factio, vel culpa damnum secutum probetur. Creditor, qui causam non dedit euictioni, ad aliud non tenetur, quam ad restitutionem recepti: Debitor verò, cuius erat res vendita, tenetur emptori pro fructibus, & damnis per eum passis.

SVMMARIVM.

1. Contra Notarios attestantes, quæ vera non sunt, relaxatur mandatum pro damnis, quæ tertium patitur propter eorum non veras attestaciones.
2. Notarij debent attentis, & diligentes in faciendis attestacionibus.
3. Notarij tenentur ad damna, & interesse, si aliquod damnum ex eorum incuriâ, culpâ, vel factio sequatur.
4. Damnum extrinsecum ex commissio alterius, vt debeatur, probandum est actoris interesse.

5. Limita, nisi commissum, aut male factum intercessisset.
6. Damnum, & interesse, si non fuerit secutum ex malefacto Notarij, sed ex aliâ causâ non potest ab eo pretendi, & num. 7.
8. Creditor cui pecunie fuerunt soluta, etiam si iura simpliciter cessisset, conueniri ad aliud non potest, quam ad restitutionem recepti.
9. Creditor, qui causam non dedit, euicta re ad aliud non tenetur, quam ad restitutionem pecuniarum.
10. Et emptor euicta pro fructibus, & damnis passis tenetur se vertere contra venditorem, seu debitorem, cuius erat res vendita.
11. Reformatio Pauli V. tit. de Notariis Tribunal. num. 37. §. ad rogandum. Disponit quod Notarij teneantur ad damna, & interesse, si quid male ab eis gestum fuerit.
12. Hoc tamen intelligitur proxi de iure.
13. Damna, & interesse de iure vt ab aliquo debeantur, probandum est, quod illa promouerint ex facto, vel culpâ illius.

DECISIO CLXXVII.

Hæredes Alexandri Palladij Notarij fuerunt condemnati ad restitutionem scutor. 159. solut. à sac. Monte Pietatis Paulo de Sanctis, ac etiam scutor. 258. Dominico Sauio creditoribus Iannotti, eo quia Palladius minus rectè & attestacionem fecerat, fuisse adimpletas condiciones omnes in quodam instrumento contentas: quod tamen verum non fuit, vt videre est in decisione coram me in hac causâ, emanatâ, sub die 24. Aprilis 1648. cuius vigore fuit relaxatum, & executum mandatum, & Lercarij fuerunt satisfacti; Notarij enim debent esse attentis, & diligentes in faciendis huiusmodi attestacionibus, nam si aliquod damnum ex eorum incuriâ, culpâ, vel factio sequatur, tenentur ad omnia damna, & interesse, vt cauetur in reformatione Sanctæ mem. Pauli V. sub rubr. de Notar. Tribunal. Vrb. num. 37. §. ad rogandum.

Satisfactis inquam Lercariis de summis antedictis eisdem in mentem venit prætere damna, & interesse, & informantibus solummodò Lercariis DD. contra informantibus responderunt. Ratio est quia ad hoc vt ex commissio damnum extrinsecum debeatur, probare concludenter oportet, quod interesse, quod petit, re vera habuisset, nisi commissum, & aut malefactum intercessisset l. quemadmodum 29. sub §. si protectum meum. ff. ad l. aquiliam. Riman. iun. conf. 218. num. 103. Butsart. conf. 453. num. 34. Honded. conf. 50. num. 30. lib. 1. Citrac. controu. 540. n. 33. & 34. Rota in Romana census, seu Depositi 27. Iunij 1644. in §. secundo vltra culpam coram R. P. D. meo Bichio.

Verùm certum est quod si creditores iura simpliciter cessissent ad formam, in Instrumento præscriptam, adhuc Lercarij euictionem, & fructuum officij amissionem & passis fuissent, quia euictio euenit non ex causa huius cessionis factæ à creditoribus Iannotti, sed ex dominio, quod sibi referuauerat Flavius Paradisus, vt firmavit Rota coram me in hac causa sub §. nec etiam releuare visum fuit, ideòque non possunt & Lercarij damnum exinde secutum repetere à Palladio, siue eius hæredi

hæredibus. Rota in dicta Romana Census, seu depositi 27. Iunij 1644. coram R. P. D. meo Bichio.

- Imo Paulus de Sanctis, & Dominicus Satius creditores & quibus pecuniæ fuerunt soluta, etiam si iura simpliciter cessissent, conueniri ad aliud non poterant, quam ad restitutionem recepti, nam cum ipsi non dederint causam damno & tenentur re euictâ ad restitutionem pecuniarum receptarum duntaxat, & emptor & pro fructibus, & damnis ob euictionem passis tenetur actionem dirigere contra venditorem, seu debitorem, cuius erat res vendita, vt in l. si ob causam 13. C. de euict. & ibi Bald. in princ. vers. repetitur. Rota penes Seraph. decis. 1435. n. 2.
11. Non obstat quòd ex & d. reformatione Sanctæ mem. Pauli V. tit. de Notar. Trib. Vrb. num. 37. §. ad rogandum. Notarius, cuius culpâ, vel factio aliquid minus rectè gestum fuerit obligetur ad restituenda damna, & interesse parti, damnum passæ: Quia hoc intelligitur, proxi de iure, quatenus videlicet ex tali factio, vel culpâ damnum & sequitur probetur, vt in fortioribus terminis tradit Gratian. discept. forens. 72. num. 18. & seqq. Rot. decis. 467. n. 2. p. 1. diuers. & in Romana, seu Sutrina Pecuniaria 19. Iunij 1648. coram R. P. D. meo Bichio.

Et ita fuit resolutum contra Lercarios informantes.

Romana Alimentorum.

Luna 2. Maij 1650.

ARGUMENTVM.

Maritus tenetur alere vxorem, etiam si vxor habeat patrem, vel fratres diuites, qui aliquando breui manu alimenta præstiterint, & licet vir eam duxerit indotatam, vel cum modicâ dote, quam nec minus exegerit. Paupertas non probatur attestacionibus, aut testibus negatiuam non coarctantibus; Imo excluditur probatis prioribus diuitiis, quia semel diues semper præsumitur diues. Pauper ad effectum denegandi alimenta vxori non dicitur, qui habet dotem maternam, est musicus, & vir industrius, ac diu alimenta vxori, & familiæ præstitit.

SVMMARIVM.

1. Mulier nupta debet à Marito alimentari.
2. Filia dum habet aliunde alimenta, non potest molestare tertium possessorem bonorum Patris.
3. Maritus tenetur alere vxorem, etiam indotatam.
4. Etiam si habeat patrem, vel fratrem diuites.
5. Vxorem alendi onus primariò, & principaliter spectat ad maritum.
6. Dotis paruitas non liberat maritum ab onere alimentorum.

7. Maritus sibi imputare debet quare duxit vxorem cum parua dote, vel sine eâ.
8. Maritus dum dotem, aut illius fructus non exegit, non debet denegare alimenta vxori, sed agere poterit pro dote, & fructuum consecutione.
9. Paupertas non probatur ex attestacionibus, quibus fides simplices non faciunt fidem.
10. Testes vt probent paupertatem, debent coarctare negatiuam, quòd quis aliquid habere non possit, quin ipsi scirent.
11. Pauper ad effectum non alendi vxorem dici non potest, qui habet dotem maternam, licet extra locum, & est musicus, & industrius præditus, ac vxorem, totamque familiam laudabiliter diu aluit.
12. Hominum status est variabilis.
13. Paupertas excluditur, dum probatur antecedens alendi facultas, & nullam causam superuenisse docetur.
14. Semel diues præsumitur semper diues.
15. Pater præstans breui manu alimenta filia, non censetur hoc fecisse animo obligandi se ad præstationem alimentorum.
16. Præsertim in præiudicium fratris, qui bona patris præstans alimenta non possidet.

DECISIO CLXXVIII.

Gaspare Rogerio prætendebat Anna alimenta tanquam filia Angeli Rogerij fratris eiusdem Gasparis: & licet Annæ filiatio ad effectum alimentorum, DD. videretur sufficienter probata ex deductis ab informantibus attamen responderunt, alimenta non deberi. Nam cum Anna nupta reperitur, & à viro debet alimentari, ideòque cum alimenta sibi necessaria aliunde consequi valeat, illa prætere & non potest à Gaspare tertio possessore bonorum fideicommissò Pompeij Patris subiectotum: maritus enim tenetur alere vxorem etiam indotatam l. si cum dote 23. §. si autem in fauissimo ff. solut. matrim. Soccin. Sen. conf. 64. num. 1. & seqq. Vbi quod hoc præcedit etiam si vxor habeat patrem, vel & fratrem diuites, qui eam commodè alere possint, cum onus vxorem alendi primariò & principaliter & spectet ad eius virum. Ferret. conf. 34. ante numer. 7. Rota diuers. decision. 760. num. 6. part. 1. recent. decis. 673. sub num. 6. part. 3. & coram Cardin. Caualer. decis. 554. n. 4.

Neque obstat, quòd Anna habuerit parua dotem, nempe scuta 100. ab Angelo Rogerio eius asserto genitore, quòdque maritus illam integre adhuc non exegerit. Quia & paruitas dotis maritum non liberat ab onere præstationis alimentorum; nam sibi imputare debet si contraxit matrimonium sine dote, & vel cum parua dote, vt in his terminis respondet Ferretus d. conf. 34. ante numer. 7. vers. licet vxor. Surdus de alim. tit. 7. qua. 9. num. 18. cum seqq. Si verò dotem, aut illius fructus vir non exegit, agere & poterit pro illorum consecutione, & obtinere proxi ius erit. Boët. decis. 22. n. 5. Rota coram Cardinal. Caualer. d. decis. 554. n. 5.

Et supetuaaneum est allegare viti paupertatem; Nam ea non probatur ex datis in Summario Annæ numero 10. Quia & simplices fides, quæ dantur fidem facere non possunt; Testes verò super d. Paupertate examinati non & concludunt, quòd ipse vir nihil habeat, & coarctanda

coarctando negatiuam, quod habere non posset, quin ipsi scirent proxt ad hunc effectum requirunt. Rot. coram Bar. *decif. 41. num. 2.* coram S. M. Greg. *decif. 42. num. 5. in rec. decif. 532. num. 2. part. 2. & decif. 162. num. 2. part. 7.* in Romana de Catalanis 1. Iulij 1648. coram me, & in Toletana Matrimonij 1. Februar. 1649. coram R. P. D. meo Corrado.

11 Quin imò ex testibus ab Annâ inductis constat, quod Ioann. Baptista eius vir habet dotem maternam in Ciuitate Perusina, & præterea ipse est musicus vir gnauus, & industriâ præditus, & vxorem totâque familiam laudabiliter aluit ab anno 1626. vsque ad annum 1646. vt deponit primus testis iuxta 6. interrogatorium Suum. Gasparis *num. 16.* Idem excluditur allegata paupertatis causa, eiusque probatio ex prædictis elisa videtur ad text. in l. si quis à liberis 5. §. sed est filius ff. de liber. agnos. gloss. in l. si maritus 44. in verb. neque mandare ff. solut. matrim. Angel. Aretin. *conf. 95. num. 16. Dec. conf. 576. num. 3. Rota dec. 170. num. 3. part. 4. recent. & in dicta Toletana Matrimonij 1. Februarij 1649. coram R. P. D. meo Corrado.*

12 Idque Dominis comprobare visum fuit ex eo, quod Ioann. Baptista duxit annum Annam in vxorem cum dicta dote scut. 100. & per 20. annos & ultra, quibus Angelus superuixit præterea alimentata non petiit: idem est licet status hominum sit variabilis, inuersionibus tamen, ac conficta omnino visa fuit hodiè allegata paupertas, et dum nulla causa superuenisse probatur, cum semel diues semper et diues præsumatur Alberic. in l. si vero 5. §. qui pro rei qualitate numero 5. ff. qui satisdare cogant. Alciat. de præsumpt. reg. 2. præf. 27. num. 1. Menoch. eod. tract. lib. 6. præsumpt. 2. §. n. 2. & seqq. Ciriac. *contr. 91. num. 16.*

13 Nec subsistit in facto, quod Angelus, dum vixit, breui manu alimenta subministraverit. Quia contrarium probatur à dicto primo teste per hæc verba deponente e doppio maritata l'ha sempre mantenuta il marito, dicto Summario *num. 16.* & quamuis Angelus illis aliquod auxilium præstisset hoc tamen non censetur fecisse animo se obligandi ad præstationem alimentorum præsertim in præiudicium Gasparis et fratris, qui nulla bona Angeli possidet, sed paterna tantum, & fideicommissio supposita.

Et ita fuit resolutum vtrâque, &c.

Anconitana Censur.

Luna 9. Maij 1650.

ARGUMENTVM.

Contractus à muliere celebratus absque solemnitatibus statutariis est nullus, neque ex eo immisso concedi potest. Conquassantur priuilegia in contractu mulieris cum minore, nisi statutum, personas minorum, aut mulierum simpliciter reddat inhabiles, nullâ habitâ ratione contrahentium cum eis. Minoris priuilegium est fortius priuilegio mulieris de iure, secus ex constitutione Ægidiana. In æqualitate

priuilegiorum potior est causa illius, qui agit de damno vitando, & est reus conuentus. Probatio, aliquem non possidere certo loco, non excludit quominus alibi possidere bona possit. Condemnatio ad restitutionem fructuum intelligitur de fructibus de iure debitis, de quibus in liquidatione maturius cognosci potest.

SVM MARIVM.

- 1 Mulier sine solemnitatibus à statuto requisitis contrahens non obligatur.
- 2 Statutum Anconitane rubr. 42. & 43. requirit in contractibus mulierum interuentum proximiorum, & decretum iudicis, ultra ceteras solemnitates, alias decernit contractus nullos, & inefficaces.
- 3 Immissio vigore contractus nulli, concedi non potest.
- 4 Conquassantur priuilegia, quando mulier contrahit cum pupillis.
- 5 Fallit quando statutum inhabilitat personas minorum vel mulierum, nullâ habitâ ratione contrahentium cum illis: Quia tunc non attenditur æqualitas priuilegiorum, & proinde non inrat conquassatio, & semper contractus gesti cum quibusvis personis sunt nulli, & inualidi.
- 6 Constitutio Ægidiana prohibens mulieres obligari sine certa solemnitate, loquitur etiam de contractibus iniis cum personis priuilegiatis.
- 7 Sicque locum habet, etiam si mulier contraheret cum minore.
- 8 Minoris priuilegium est fortius priuilegio mulieris: sed hoc procedit in terminis iuris communis.
- 9 Non autem in terminis constitutionis Ægidiane, vel alterius statutariae dispositionis personarum simpliciter inhabilitantis.
- 10 In priuilegiorum æqualitate, quando versamur, tunc potior est, qui agit de damno vitando.
- 11 Mulier & minor si ambo agant de damno vitando, vel lucro captando, tunc potior est causa rei conuenti.
- 12 Minor qui pecuniam dedit mulieri, dicitur tractare de damno vitando, & mulier de lucro captando.
- 13 Quod procedit, si probetur pecuniam fuisse versam in utilitatem mulieris, aliâ secus.
- 14 L. si apud minorem 13. ff. de minor. habet limitationem in ventre, quando scilicet minor aliunde non potest consequi suum creditum.
- 15 Officialis alicuius loci, si attestet aliquem non possidere, restringitur ad eundem locum & non tollit, eundem alibi non possidere.
- 16 Fides simplex nullam gradum probationis facit.
- 17 Excensu nullo percipiens fructus, videtur excusandus à restitutione pro eo tempore, quo census pro valido fuit habitus, & reputatus.
- 18 Iudex si condemnet reum ad restituendum fructus perceptos absque liquidatione intelligitur

- 19 Neque condemnatio dici potest iniusta, vel excessiua.
- 20 Dum sententia simpliciter condemnat ad restitutionem fructuum, in liquidatione maturius cognoscendum est, quinam fructus sint restituendi.

DECISIO CLXXIX.

Manarunt in hac causâ duæ sententiæ Rotalis: Altera R. P. D. mei Peutingeri, præuis tribus decisionibus 7. Maij 1647. 27. Martij 1647. & 19. Iunij 1648. Altera R. P. D. mei Cerri, præuis itidem decisione 1. Iunij 1649. Causa verò per appellacionem mihi commissa, dubitanti an sententia Rotalis esset confirmanda, DD. vtrâque parte informante affirmatiuè responderunt. Nam cum census de quo agitur fuerit impositus à Clarice tam et proprio, quam eius filiorum pupillorum nomine, sine interuentu proximiorum, decreto iudicis, & aliis solemnitatibus requisitis tam ex statuto et Anconæ, sub rubric. 42. & 43. quam ex Constitutione Ægidiana lib. 5. cap. 25. declarantibus contractus taliter factos esse nullos, ex illo oriri non poterat vlla obligatio, vel actio, neque concedi et immisso, provt obtinuerat Cæsaranus ab A. C. Conarru. in cap. quamuis partem 2. part. §. 4. num. 6. de part. in 6. Rom. *conf. 12. num. 4.* Rota *decif. 282. num. 1. & per tot. part. 4. diuers.* & post Cenc. de cens. *decif. 31. num. 3.* coram Reuerendiss. Vrgellen. *decif. 18. num. 13.* & sequent. & in Romana, seu Perusina Censur 23. Decembris, 1644. coram R. P. D. meo Bichio.

Non obstat quod mulier contraxerit cum pupillis, quo casu et priuilegia conquassantur subsistere enim visa fuit responsio in decisionibus allata, nempe quod præfata constitutiones inhabilitant personas et minorum, & mulierum nullâ habitâ ratione contrahentium cum illis, idem non attenditur æqualitas priuilegiorum: sed mulieres, & minores etiam si contrahant ad fauorem alterius mulieris, & minoris, non seruata formâ ipsæ præscriptâ, nulliter agunt, & nullatenus obligantur, præsertim attentâ constitutione et Ægidiana, quæ loquitur de contractibus iniis cum personis priuilegiatis, & sic comprehendit et etiam minores; vt ponderatis illius verbis dictum fuit in Romana, seu Perusina Censur 23. Iunij 1645. coram R. P. D. meo Bichio, & in Anconitana nullitatis concordia 16. Aprilis 1646. coram bon. mem. Arguelles, & prosequitur luculenter decisio R. P. D. mei Cerri sub §. placuit enim responsio.

Itaque non releuat repetitum obiectum, quod priuilegium et minoris sic fortius priuilegio mulieris. Quia hoc procedit in terminis iuris communis ad limitationem Beneficij prouenientis ex Sen. *conf. Vell.* non autem in terminis constitutionis Ægidiane, et aut alterius statutariae omnes casus comprehendentis, & inhabilitantis personas ipsas mulierum, etiam cum minoribus contrahentium. Et tollitur præterea omnis difficultas, quia census de quo agitur, fuit à Clarice impositus, non solum nomine proprio, sed etiam, vt dictum est tutorio eius filiorum, & proinde et versamur in æqualitate priuilegiorum, quo casu potior est causa rei conuenti, qui agit de damno vitando, Rot. *inter diuers. decif. 557. num. 1. &*

decif. 558. n. 1. part. 1. in recent. decif. 218. num. 6. part. 2. & coram S. M. Greg. *decif. 164. num. 6.* & ibi Adden. *num. 12. & decif. 473. num. 13.* Imo si vterque tractaret de damno, vel de lucro, potior semper esset causa eius qui conuenitur. Pe-regr. *conf. 77. sub num. 39. lib. 1.* Amat. *decif. March. 77. num. 9.* Rota *d. decif. 473. num. 14.* & coram S. M. Gregor. & in *decif. 190. num. 30. part. 6. recent. & in dicta Romana, seu Perusina Censur 23. Iunij 1645. in fine.* coram R. P. D. meo Bichio.

Nec dici potest, quod minor, qui pecuniam dedit, agat et de damno vitando, mulier verò ac filij de lucro dum illam receperunt, nam dum non constat eandem pecunias fuisse versas in utilitatem mulieris recipientis, vel eius filiorum, hi semper dicuntur agere de damno vitando vt probat text. in l. verum 12. §. item queritur ff. de minor. l. si minor 35. ff. eod. Peregr. *dicto. conf. 77. num. 39. lib. 1.* Amat. *decif. March. 77. sub num. 9.* Rota in Romana Saluiani 27. Ianuarij 1640. in §. fin. coram R. D. meo Decano, & in d. Romana, seu Perusina Censur 23. Iunij 1645. coram R. P. D. meo Bichio.

Neque dispositio text. in l. si apud minorem 13. ff. de minor. suffragari potest Cæsarano quia hæc et lex habet limitationem in ventre, quando scilicet licet minor non potest aliunde consequi creditum suum, pro vt posse consequi à Tutore in præsentem casu ponderatum fuit in decisione R. P. D. Peutingeri 27. Martij 1647. §. sed nec minor, & vsque adhuc nullo modo, fuit probatum, quod Tutor non sit soluendo; Nam et fides officialis Anconæ, quod Tutor nihil possideat, non tollit, quo minus possidere alia bona possit in alio loco, & uti simplex et fides nullum gradum probationis fecit l. Instrumenta 5. C. de probat. Rota *decif. 360. n. 6. part. 1. recent. & coram S. M. Greg. decif. 214. n. 2. & 260. num. 5.*

Cessare etiam visum fuit aliud obiectum nouiter deductum, quod scilicet R. P. D. meus Peutingerus in eius sententia condemnauerit Cæsarorum ad restituendum fructus ab ipso perceptos, à quorum restitutione et videbatur excusandus, cum huiusmodi census à die eius impositionis vsque ad annum 1640. pro valido semper fuerit habitus, & obseruatus. Quia cum D. Peutingerus prouidet et condemnauerit Cæsarorum ad restituendum fructus perceptos absque vlla liquidatione, condemnatio intelligitur, provt de iure, idemque et sententia ex hoc non potest dici iniusta, aut excessiua, sed poterit, & potest in liquidatione et melius & maturius cognosci, quinam fructus veniunt restituendi, vt fuit in similibus terminis responsum, in Firmana Codicillorum 25. Martij 1648. in §. et in omnem casum coram me.

Et ita fuit resolutum vtrâque, &c.

Pisaren. Pecuniaria.

Luna 15. Ianuarij 1652.

ARGUMENTVM.

Fideiussor debet releuari indemnis à principali, maximè si fuerit indemnitas promissa cum obligatione Camerali. Requiritur tamen notificatio persona

personalis, vt quis teneatur ad damna, & interesse. Quando autem citatus habuit notitiam citationis, sufficit citatio domi executi. Notitia verò arguitur ex pluralitate citationum, comparitione, & præsentia procuratoris citati, ex decretis emanatis, ac in iudicatum transactis. Statutum loquens de *Ciue habitatore*, vtramque qualitatem desiderat, si non adfit distinctiua, *Vel*, & mandans citari domi ciues absentes, seruandum est: & quando illius *Rubrica* continet orationem perfectam, allegari potest ad decisionem causarum, etiamsi *nigrum* strictius loquatur.

S V M M A R I V M.

- 1 Fideiussor releuari debet indemnus, quando adest promissio indemnitas à principali cum obligatione Camerali.
- 2 De Fideiussionis natura est, vt fideiussor conferatur indemnus à principali licet id non promissum.
- 3 Dispendium quis pati non debet, vnde premium meruisse videtur.
- 4 Ad damna, & interesse, vt quis teneatur regulariter est necessaria iustificatio interesse quod debitor patitur.
- 5 Intimatio personalis requiritur in re magni præiudicij.
- 6 Intimationi personali æquipollet ea, quæ fuit executi domi, quando constat, eam ad notitiam citati deuenisse.
- 7 Et tunc suffragatur perinde, ac si personaliter esset executi, num. 8.
- 7 Citationis finis est deducere ad notitiam citati contenta in citatione.
- 9 Citati domi notitia apparet, quando citationes, vel intimationes sunt plures, & diuersis temporibus executæ.
- 10 Quando semper fuit præsens procurator citati. Et si aliquando procurator, vel minister eiusdem personaliter citatus fuit.
- 10 Item quando in termino dictarum citationum emanauerint plura diuersa decreta.
- 11 Maxime si fecerint transitum in iudicatum. Et si fuerit pro illis postmodum relaxata executio.
- 11 Scientia probatio resultat ex pluribus coniecturis simul iunctis.
- 12 Et sic iustificata admittitur etiam in re magni præiudicij, quando coniectura sunt vehementes.
- 13 Statuto Pisauri cauetur citari debere domi dimissa copia ciues, vel habitatores, qui à Ciuitate recedunt.
- 14 Citatio ad formam statuti suffragatur.
- 15 Statutum loquens de Ciue habitatore, vtramque qualitatem requirit.
- 16 Limita quando loquitur de Ciue, vel habitatore, quia.
- 17 Distinctio vel est distinctiua.
- 17 Rubrica statuti continens orationem perfectam sola sufficit, & allegari potest ad decisionem causarum, etiamsi *nigrum* strictius loquatur.

DECISIO CLXXX.

Autores Comitum de Thienis in duobus instrumentis censuum promiserunt releuare indemnes Comites Santinellos, qui pro ipsis fideiusserunt, sed cum principales debitores differrent solutionem fructuum eorundem censuum, coacti fuerunt fideiussores pro illis exoluendis accipere pecunias sub vsuris, quas in summam notabili soluerunt: Ideo moto iudicio super repetitione dictorum interufuriorum, & hodie proposito particulari dubio, Domini censuerunt interufuria deberi.

Clara enim est obligatio auctorum comitum de Thienis pro indemnitatem fideiussorum, ac proinde cum ex publicis instrumentis constet de damnis passis à fideiussoribus, illa refici eisdem debent, non solum ex natura promissionis indemnitatis, ac vigore obligationis Cameralis, illi adiecta, quæ includit in se etiam obligationem ad damna, & interesse. Rota post Zacch. de oblig. Camer. decis. 275. num. 3. & in Romana fructuum dotis 10. Iunij 1648. coram R. P. D. meo Peutingero. Sed etiam ex natura fideiussionis, quæ est vt fideiussor conferatur indemnus à debitoribus, etiamsi id expresse promissum non fuerit, cum dispendium pati non debeat, vnde premium meruisse videtur, vt sunt verba text. in cap. 2. de fideiuss. Gratian. discept. 459. numero 20. Rota decis. 222. numero 6. & sequentibus. part. 6. recent.

Neque Comites de Thienis tueri se possunt ex eo, quod ipsis notificatum non fuerit debitum sub vsuris, provt regulariter requiritur, vt certo sciat debitor interesse, quod patitur, & vbi velit, possit se ab eo eximere, & liberare; Quia plures dantur intimationes in Summario Comitum Santinelli num. 3. & seqq. & licet nulla ex eis appareat facta personaliter, tamen intimationi personali æquipollet ea quæ fuit executi domi, quando provt hic ex pluribus coniecturis constat eam deuenisse ad notitiam citati: tunc enim finis citationis sit, ibi contenta deducere ad notitiam, satis est, si id aliunde factum appareat, & hoc tunc casu citatio domi executi suffragatur, perinde ac si personaliter executi fuisset. Clement. causam 3. in fine de elect. Felin. in cap. cum sit Romana 5. n. 15. de appell. Alter. de cens. disp. 3. lib. 3. cap. 2. vers. excipiuntur tamen. Banac. de censur. in commun. disp. 1. quest. 1. puncto 9. num. 9. Rota decis. 11. in fine de dol. & contumac. in non. in Leodiën. Abbatissatus 20. Iunij 1644. §. 1. coram Reuerendiss. Terracinen. & in Cesarangustana distributionum, seu attentatorum 25. Maij 1646. coram R. P. D. meo Cerro. In quibus aliæ cumulantur.

In præsentia verò satis constare visum fuit de certa notitia citatorum, tunc ponderando simul quod intimationes sunt plures, & diuersis temporibus executæ, semper fuit præsens procurator Comitum de Thienis, & aliquando ipse procurator, & alter ipsorum minister personaliter citatus fuit, vt in Summario Comitum Santinelli num. 6. & duobus seqq. tunc vterius in vim harum citationum emanauerunt diuersis temporibus plura iudicium decreta super refectione damnorum quæ etiam transitum fecerunt in iudicatum, & pro ipsis postmodum fuit relaxata executio, vt in

DECISIO CLXXXI.

In d. Summ. n. 8. in fine. Ex quibus coniecturis simul iunctis negari non potest quin resultet certa probatio scientiæ, cum tunc hæc etiam in re gratis præiudicij iustificetur ex coniecturis, & præsumptionibus, quando sunt vehementes. Rota decis. 612. n. 4. part. 4. diuers. coram Seraph. decis. 1459. n. 12. in recent. dec. 336. n. 4. & seq. part. 2. & in Romana diuisionis 15. Iunij 1640. coram Reuer. P. D. meo Bichio.

Quæ omnia eò magis suffragari debent Comitum Santinello attentatæ dispositione statuti Pisauri, tunc mandantis quod citationes fiant domi dimissa copia contra ciues, vel habitatores, quia à Ciuitate recedunt: vt clarè legitur in rubric. eiusdem statuti lib. 2. tit. de pæn. conum. & de modo & forma citationis: nam cum Comites de Thienis fuerint habitatores Pisauri, & à Ciuitate recesserint, intrat clara dispositio statuti, & sufficit contra eos citatio domi executi; vt respondit Rota coram Cardin. Seraph. decis. 564. n. 1. & in recent. decis. 509. n. 2. part. 1.

Nec subsistit quod statutum loquatur de Ciui habitatore, quodque vtraque qualitas non concurrat in Comitibus de Thienis; Quia Rubrica Statuti tunc loquitur de Ciue, vel habitatore distinctiue per dictionem *vel*, interpositam, & tunc continet orationem perfectam, ipsa sola sufficit, & allegari potest ad decisionem causæ, quamuis Nigrum strictius loqueretur. Iason. in leg. 1. num. 10. ff. si cert. pet. Alderan. Mascard. de stat. conclus. 2. num. 196. Rota coram sanct. mem. Gregor. decis. 5. num. 2. & in Fanen. nullitatis apochæ 13. Maij 1648. coram Reuerendiss. P. D. meo Royas.

Fuit itaque resolutum interufuria deberi vtraque, &c.

Romana septem Ballarum.

Veneris 9. Maij 1636.

A R G V M E N T V M.

Auditor Camerae habet facultatem procedendi hic in Curia inter Mercatores manu regiæ: litteræ Mercatorum plenè inter eos probant. Requisita ad hoc vt frater pro fratre possit conueniri.

S V M M A R I V M.

- 1 Auditor Camerae potest inter Mercatores summarie, & simpliciter, & manu Regiæ, solâ facti veritate inspectâ.
 - 2 Litteræ Mercatorum inter eas plenam faciunt probationem, & habent vim rei iudicatæ.
 - 3 Consuetudo facit authenticam scripturam priuatam.
 - 4 Partia extracta Parte citatâ per Notarium ex libro Mercatorum, facit plenam probationem.
 - 5 Frater pro fratre, ad hoc vt possit conueniri, tria debent concurrere, habitatio communis, communicatio lucrorum, & non reddita ratio expensarum.
 - 6 Sequestra valent docto de bono iure sequestratis.
- Salgado Labyrinth. Credit. Tom. II.

Transmissis Horatio Benetto Mercatori in vrbem ab Hieronymo Martinello Mercatore Veneto septem Ballis Telæ Sangallæ; D. Horatius illas, vel illarum pretium soluere recusat sub prætextu, quod fuerunt sequestrate ab Antonio Benetto fratre suo, vt creditore Iacobi Martinelli d. Hieronymi fratris.

Et causâ introductâ, seruandis cor. R. P. D. Melio A. C. Locum tenente mandatum executionis contra D. Horatium relaxauit.

Et hodie causa proposta super confirmatione d. mandati, Domini affirmatiue responderunt; & d. Horatium dictas Septem Ballas, vel illarum pretium D. Hieronymo restituere teneti.

De iustitiâ non est dubitandum; quia executiue procedi potuit contra D. Horatium, cum causa in Curia cognoscenda esset, ac si inter Mercatores ageretur, quorum Index est A. C. qui summarie, & simpliciter, solâ facti veritate inspectâ, & manu Regiæ absque testimoniorum obseruantia, procedere etiam potuit. Rota expresse coram Domino meo Coccino decis. 446. num. 1. part. 2. repleti.

Nec etiam de identitate Ballarum, cum ex pluribus litteris constet D. Horatium fuisse confessum d. septem Ballas à D. Hieronymo esse transmissas, & ad suas manus peruenisse; quæ litteræ inter Mercatores plenam faciunt probationem, & vim rei iudicatæ habent; præsertim vbi & mercium, & negotiorum viget consuetudo: leg. Publica §. fin. in fin. & ibi Bart. & Bald. & Ang. ff. de positi. Boer. decis. 333. num. 8. & consuetudo scripturam priuatam, fuit authenticam: cap. cum dilectus, de fid. instrum. Card. Zarabella cons. 153. Ianuen. dec. 126. num. 8.

Corroboratur rursus facti veritas ex partita per Notarium extractâ, parte citatâ ex libro eiusdem Horatij, in qua fatetur se recepisse d. Septem Ballas, quæ est plenissima probatio contra eum: d. l. Publica, §. fin. ff. de positi. l. Desiderius, C. de positi. l. quædam §. numularias, cum gloss. ff. dec. 37. num. 14. & seq. Bart. in l. admonendi, ff. de iur. iurand.

Nec ad rem facit præsentium creditum d. Antonij Benetti, vti creditore Iacobi Martinelli fratris, d. Hieronymi, sic vt tale creditum sit ex pretio dictarum Ballarum satisfaciendum: quia ad hoc vt frater pro fratre possit conueniri, & teneatur, tria concurrere debent, scilicet communis habitatio, communicatio lucrorum, & non reddita ratio expensarum circa res, & personas: Bart. in l. restium. §. altero. n. 5. ff. de admistr. & peric. tutor. Angel. consil. 31. in fin. Anchar. cons. 30. lib. 2. Alex. consil. 24. num. 5. & consil. 48. num. 5. quæ requisita in nostro casu nullatenus demonstrantur, & sequestra valent docto de bono iure sequestratis. Rot. decis. 293. n. 1. p. 1. recent.

Et ita vnâ tantum parte, &c.

Albanen. Vineæ.

Luna 30. Martij 1637.

A R G V M E N T V M.

Administrator, seu Tutor tenerur reddere rationem rei administratæ, quamuis à testatore sit remissio redditionis ratio-

H h num.

num, quæ obligatio est transitoria etiam ad hæredes.

SVMMA RIVM.

- 1 Tutor & quilibet administrator tenetur reddere rationem officij sui.
- 2 Pupilli negotia regens tenetur reddere rationem.
- 3 Et procedit sine fiat cum mandato, sine non.
- 4 Testator remittens redditionem rationis, eam tamen reddere tenetur cum censeatur remissa scrupulosa inquisitio, quoad culpam, non quoad dolum.
- 5 Obligatio reddendi rationem transit ad hæredes.

DECISIO CLXXXII.

Certa, & verissima est in iure conclusio, quod quilibet tutor, seu administrator reddere tenetur rationem officij sui: l. §. officio. ff. de tutel. & ration. distrab. & ibi Bartol. num. 2. quem textum in tutore loquentem ad Administratores extendit Aretin. ibid. leg. tutor Cod. arbitrium tutela l. si quis rationes. ff. de deliberatione legata: Iason. conf. 100. num. 6. lib. 4. Roman. conf. 414. & seq. in princip. Dec. conf. 510. num. 7. Aymon. conf. 118. n. 1. Ruin. conf. 29. n. 1. lib. 5. Menoch. de arbitrariis casu. 209. n. 1. Rot. coram Causal. decis. 412. n. 3. coram Greg. decis. 30. n. 4. coram Decano decis. 242. n. 1. & decis. 522. n. 1. p. 1. recent.

Et hoc quocumque titulo, vel causa pupilli negotia gerat: Gabriel. conf. 148. in princ. lib. 1. Gutierrez de tutel. part. 3. cap. 1. num. 9. & cap. 45. n. 4. & sine cum mandato, vel sine illo; Escobar de ratiocinis cap. 3. num. 31. & quod fortius est, etiam si à testatore remissa sit rationis redditiō, eam adhuc reddere tenetur, quia solum videtur remissa scrupulosa inquisitio quoad culpam, non quoad dolum, vel reliquorum restitutionem: l. quidam 6. de leg. 1. Salicet. in leg. nulli num. 14. Cod. de Episc. & Cler. Matienzo in lib. 5. recop. tit. 4. lib. 14. gloss. 2. num. 67.

Tum etiam verum est, istam obligationem reddendi rationem ad hæredes transire: l. 3. §. hac autem actio. ff. de negot. gest. Roman. conf. 413. num. 2. Alciat. respons. 31. n. 7. lib. 5. Escobar. d. n. 31. Aymon. d. conf. 218. n. 18.

Hoc firmato, & constituto per testes, ab utraque parte productos, ac administratione quorundam bonorum Dom. Angelæ Cappellæ Pyrrhum Natum, Domini dixerunt Ioannem Mariam Nutum teneri Domin. Angelæ reddere rationem administrationis uti hæredem D. Pyrrhi Nuti.

Informante tantum D. Angela, &c.

Perulina Pecuniaria.

Luna 4. Maij 1637.

ARGUMENTVM.

Emptor quando teneatur ad fructus recompenfatiuos, iuxta æquitatem l. curab. C. de act. empt. Conuentio secuta inter partes de fructibus recompenfatiuis est seruanda; nec est necessaria mora ad hoc, vt fructus rei debita venditori debeantur.

SVMMA RIVM.

- 1 Emptor re, & pretio frui debet.
- 2 Mora non est necessaria, vt fructus rei debita vsque ad quantitatem pretij non soluti ab emptore venditori debeantur.
- 3 Conuentio secuta inter partes de fructibus recompenfatiuis, est seruanda.
- 4 Probatio fructus non fuisse perceptos ad summam conuentam, cui incumbit.
- 5 Venditor non debet prius tradere emptori rem, quam pretium ei soluat.
- 6 Usuræ lucrativæ non dicuntur, sed fructus recompenfatiui, qui debentur, quando pretium rei vendita non soluitur.

DECISIO CLXXXIII.

In hac causa fuit resolutum 22. Maij 1626. coram Reuerend. D. Vrgellen. D. Angelæ, & eius fororibus debeti fructus ad rationem 4. pro 100. ex summâ pretij scutorum 5000. non soluta, quam Annibal, vel eius successores d. Angelæ, & fororibus ex quodam contractu emptionis soluere debebant, ne emptor & re, & pretio fruatur cum venditoris iacturâ: Couar. var. lib. 3. c. 4. n. 2. & vt pleno calamo in dicta dec. 22. Maij fuit dictum.

Hodie proposito dubio, An esset relaxandum mandatum pro fructibus à d. anno 1626. DD. affirmatiue responderunt ex eisdem rationibus, & fundamentis cor. D. Vrgell allatis, & ponderatis cum à d. tempore hæredes Annibalis Vegliæ sint in morâ, quamuis hæc non sit necessaria, vt fructus rei vendita vsque ad quantitatem pretij non soluti ab emptore venditori debeantur: l. curabit & ibi Bald. d. n. 19. Salic. in fin. C. de act. empt.

Tum etiam quia fuit conuentum inter partes, quod circa fructus recompenfatiuos deberentur quatuor pro centenario, quæ conuentio seruanda est: Couar. lib. 1. var. cap. 15. num. 6. Anton. Gom. 2. tom. var. cap. 2. num. 11. leg. qui fundus 40. §. fundi l. qui fundum 75. ff. de contrab. empt. leg. Iulianus 13. §. si fructibus 10. ff. de act. empt. bonus text. in l. vlt. ff. de periculo, & commodo rei vend. donec ex aduerso non probetur fructus non fuisse perceptos ad dictam summam: vt concludit Negul. de pign. in 2. memb. part. 3. n. 19. vers. sed in hoc posset dubitari. Neque enim æquitas patitur, vt prius venditor rem emptori tradat, aut vt prius res emptori fructificet, quam emptor pretium venditori soluat, vt is illo utatur, possitque ei fructus parere, vt ipius subest industria: Ludouic. Molin. de contr. tract. 2. disp. 368. n. 8. per totum.

Neque hæc dici possunt vsuræ lucrativæ, sed recompenfatiuæ fructuum; quæ ratio non patitur, vt sint emptoris, interim, diem in mora est soluendi pretium. Consequens itaque est, vt non sint de earum vsurarum numero, quas naturale, & canonicum ius damnant.

Et ita vna tantum parte informante, &c.

Beneuentana, Molendini.

Veneris 19. Iunij 1637.

ARGUMENTVM.

Contractus nullus non censetur ratificatus per acquiescentiam, nec per taciturnitatem, quando resultat nullitas non solum

solum ex defectu decreti Iudicis, verum etiam Statuti solemnitatis omiffæ. Appellatio interposita post 10. dies dicitur deserta. Læsiō est necessaria pro obtinenda in integrum restitutione.

SVMMA RIVM.

- 1 Contractus nullus per acquiescentiam non censetur ratificatus, nec per lapsum temporis, & num. 6.
- 2 Appellatio interposita post terminum decem dierum, dicitur deserta, & inducitur res iudicata.
- 3 Læsiō est necessaria pro obtinendâ in integrum restitutione.
- 4 Læsiō est fundamentum restitutionis in integrum.
- 5 Læsiō excluditur, quando sententia est valida, & iusta.
- 6 Ratificatio inducitur ex taciturnitate plurium annorum.
- 7 Acquiescentia potest solum tollere defectum decreti Iudicis, non autem omiffarum solemnitarum Statuti.

DECISIO CLXXXIV.

Vendito Molendino de quo agitur de anno 1596. à Billota tunc constituto, in ætate 18. annorum, idem Bitta sub prætextu, quod venditio esset nulla ex defectu solemnitarum in contractibus à Statuto Beneuen. requisitarum, iudicium reintegrationis contra Marium Latinum emptorem in partibus intentauit; eoque ad Rotam deinde deuoluto fuit coram R. P. D. Merlino disputatum super nullitate dicti contractus, qui pro parte Latini emptoris vel prætendebatur validus, vel saltem per acquiescentiam Billotæ maioris facti ratificatus. Et plene discussis articulis coram eodem D. meo Merlino sub die 28. Iunij 1634. DD. responderunt pro nullitate contractus, & quod per acquiescentiam Billotæ ex lapfu temporis resoluta. non censetur ratificatus, vt in dec. eiusdem D. mei Merlini, qui pro reintegratione pronunciauit.

Ab hac sententiâ pro parte Latini fuit post 10. dies appellatum, & causa mihi commissâ fuit pro parte Billotæ reformata huiusmodi commissio; & obtentum mihi rescribi, vt constituto de re iudicata procederem ad illius executionem, cuius vigore dato dubio an constaret de re iudicata, vel causis restitutionis in integrum? DD. pro Billota tantum informante responderunt.

Constat enim de re iudicatâ, ex quod Rotalis sententia fuit lata sub die 27. Iunij, & appellatio à Latino interposita sub die 20. Iulij subsequentis, & sic extra tempus decem dierum, quo causam dici desertam, & inductam rem indicatam, firmat text. in l. fin. C. de transact. l. 1. §. viduum. ff. quando appell. fit. Auth. hodie, C. de appell. cum aliis per Scac. de appell. q. 7. limit. 2. n. 69.

Non constare autem de causis restitutionis in integrum, DD. deducebant, ex eo, quia non constabat de læsiōe, quæ est necessaria ad effectum obtinendi restitutionem cap. 1. & ibi Abb. n. 2. de restit. in integr. Salic. in l. 1. num. 8. C. si aduers. rem ind. Innoc. in cap. cum ex litteris, n. 7. & Cæteri DD. præsertim Abb. n. 16. de restit. in integr. Rota decis. 154. n. 1. p. 5. diuers. vbi quod læsiō est fundamentum restitutionis in integrum, & dec. 49. n. 3. & 69. n. 1. in eisdem.

Salgado Labyrinth, Credit. Tom. II.

Quin imò læsiō visa fuit penitus excludi, tam respectu nullitatis, quia apparent interuenisse omnia pro validitate necessaria, de quibus per Caputaq. 5 decis. 260. p. 2. quàm etiam respectu iniustitiæ; ex latè deductis in decisione D. mei Merlini, vbi quod firmatâ nullitate contractus à principio, non potuit idem contractus ex diuturnitate temporis videri ratificatus per acquiescentiam Billotæ; postquam fuit factus maior: Quia licet ex eâ taciturnitate videatur ab eo contractus ratificatus, vt habetur in leg. vltim. Cod. si maior fact. & voluit Rota coram Gregor. decis. 473. num. 17. Nihilominus eâ acquiescentia poterat solum tollere defectum decreti Iudicis, non autem aliarum solemnitarum requisitarum à Statuto Beneuen. quæ probantur omiffæ in hoc contractu; vt firmat Lancell. Galliaul. in consil. 105. num. 28. Bardell. conf. 58. num. 92. & Rot. coram Gregor. decis. 260. num. 13. & 21. & in Romana dotis 10. Iunij 1626. coram Illustriss. D. meo Decano, cum aliis latè deductis in d. decis. D. mei Merlini, quæ DD. placuerunt.

Et ita Billota tantum informante DD. responderunt, &c.

Romana Domus.

Mercurij 9. Iunij 1638.

ARGUMENTVM.

Tertius veniens ad causam pro suo interesse, de eo sufficit apparenter docere. Venditor defendere tenetur emptorem, intimatis molestiis, quamuis expressè obligatus non sit.

SVMMA RIVM.

- 1 Venditor intimatis ei molestiis, tenetur emptorem defendere, quamuis i instrumento expresse obligatus non sit, & n. 6.
- 2 De interesse, vt constet, sufficit quod apparenter doceatur.
- 3 De interesse dicitur constare propter venditionem factam cum reservatione dominij vsque ad satisfactionem, & de eâ non docetur.
- 4 Interesse maius dici non potest, quam præfensio dominij.
- 5 Venditori incumbit defensio ratione emictionis promissa.
- 7 Interesse non potest extinguere sine facto proprio.
- 8 Exceptio nostra interest, quid importet.

DECISIO CLXXXV.

Moto in Rota iudicio vsque de anno 1627. per Angelum Cruciatum contra Ioan. Paulum, & Atrilium de Vadis, & Alcanium ab eis causam habentem super immissione in possessionem nonnullorum bonorum, & signanter cuiusdam situs, & aliarum domorum in vrbe existentium vigore asserti fideicommissi, quæ bona dict. de Vadis vsque de anno 1611. emerunt ab Elizabetha Magdalenâ, & forore Maria Columba in sæculo Agnetæ nuncupata, fororibus germanis de Turrinettis, & earum nomine à Cæcilia de Quadris eandem Tutrice, cum consensu Iulie Marochie pro annuo legato scut. 50. ex fructibus pretij dd. domorum sibi persolueno, cum promissione ad fauorē emptorū de emictione in forma, & obligatione rem liberatā

H h 2 tradere.

tradere, & quemlibet consentire facere, cum reservatione dominij vsque ad integram pretij solutionem, aliisque favorabilibus clausulis, de quibus in instrumento, quod datur *summ. num. 1.*

Vnde intimatis molestiis per illos de Vadis fororibus Turrinetis fuerunt hæ mulieres coactæ dictos emptores defendere, & liberare, prout tenebatur quantumvis in instrumento expresse obligatæ non essent: *l. si plus, §. nota quæst. ff. de euict. Romin. iun. conf. 326. n. 1. lib. 3. Nat. conf. 232. n. 1. & Rota in Ariminens. Domus 10. Decembris 1636. coram bon. mem. Motman. Ideo Magdalena, & Maria Columba forores de Turrinetis, & Iulia Marochia legataria petunt ad causam admitti præciâ commissione Sanctissimi mihi directâ, cum clausulâ *Constituto de interesse*: & cum Cruciatius hanc admissionem impugnet, fuit dubitatum an constaret de interesse.*

Et Domini absque vllâ hæsitacione affirmatiue responderunt, plene illud deducendo ex duobus & tamen ex vulgatis Rotæ regulis apparenter sufficeret de eodem docere, vt in *decis. 47. num. 19. coram Reuerendiss. D. meo Decano, & 53. num. 7. coram bonæ mem. Buratto sequendo Cardinalem Zabarella in c. veniens il. 2. n. 3. & Abb. ibid. n. 9.*

Et primò probatur hoc interesse ex eo, quod forores præfatæ vendiderunt supradicta bona illis de Vadis cum Dominij reservatione vsque ad integram pretij satisfactionem, & Iulia Marochia pro anno legato scut. 50. super iisdem rebus idem ius reseruauit: quod pretium, & legatum respectiue, cum adhuc non fuerint completè persoluta, dominium dictarum domorum procul dubio remansit penes ipsas venditrices, & consentientem respectiue. *Abb. conf. 66. n. 2. part. 1. Surd. dec. 305. n. 39. & 40. Rota decis. 704. n. 3. part. 1. & dec. 507. part. 3. rec. Maius. que interesse non potest in alio considerari quam præsentio dominij rei controuersæ.*

Secundò deducebatur etiâ hoc interesse ex obligatione iurata de euictione, de tradendo rem liberam, & de faciendõ omnem personam consentire ad fauorem dd. de Vadis emptorum, propter quam Turrinetæ tenentur dictos emptores defendere: *Mangil. de euict. quæst. 184. n. 18. Giurba decis. 8. n. 3. Romin. iun. conf. 326. n. 4. lib. 3. quod procedit vt supra dixi, etiam si specialiter, & expresse non essent obligatæ: per l. si plus §. nota quæstione ff. de euict.*

Non obstat vnicum fundamentum per Cruciatium oppositum, scilicet causam in Rota introductâ inter ipsam Cruciatium, & illos de Vadis, esse iam per concordiam terminatam, per quam iidem de Vadis remanserunt per Turrinetas liberati: & hodie solummodò in Curia Capitolinâ agatur pro obseruatione Concordiæ inter ipsasmet Turrinetas.

Quia vltra quod hæc concordia in hæc petitione per Cruciatium non fuit exhibita, prout tenebatur, & interesse, de quo agitur non solum pertinet ad Ioannem, & Elisabetham, quæ Concordiæ interfectæ fuerunt, sed etiam ad Magdalenam, & Mariam Columbam, ex supra deductis, & ad Iuliam Marochiam, iure legati; quæ duæ forores, & Marochia, cum in dicta Concordiâ non interuenerint, nec nominatæ fuerint, certum est quod eorum interesse sine facto proprio non potuit extinguì, cum ipsas fororibus sufficiat dicere, *Concordia de nobis non loquitur*; & propterea obstat exceptio nostra *interest. Greg. decis. 396. cum aliis allegatis.*

Et ita vtraque, &c.

Romana Computorum.

Luna 17. Martij 1642.

ARGUMENTVM.

Scriptura probatur per recognitionem de manu notâ, & comparacione literarum.

S V M M A R I V M.

- 1 Quando alia deficiunt probationes probatur scriptura per comparacionem literarum.
- 2 Presertim si præcessit iuramentum calumniæ, & non adest alius modus iustificandi scripturam.
- 3 Et presertim in apochâ confectâ per magnatem.
- 4 Et in scripturâ antiquâ.
- 5 Et in vrbe Româ ex æquissimo stylo admittitur ista probatio.

DECISIO CLXXXVI.

Resolutum fuit in hæc causâ coram bon. mem. Pironano sub die 14. Iunij 1634. excellent. D. Ducem Sermonetæ heredem bon. mem. Cardinalis Henrici Camerarij fuisse satisfactum de credito scut. 2778. quoad scuta 1400. tantum exsolutionibus per Ambrunum factis ad commodum Cardinalis, quo verò ad residuum sub die 20. Nouembris 1637. dictum fuit consistere de satisfacione ex apochâ manu eiusdem Cardinalis Henrici tunc Camerarij subscripta, & cum contigerit disputari super recognitione faciendâ subscriptionis apochæ, fuit datum dubium coram bon. mem. Pironano, an recognitioni per comparacionem locus esset: quod hodie per me propositum in eius locum suffecto fuit affirmatiue resolutum.

Etenim semper est locus recognitioni per comparacionem, dum aliæ probationes deficiunt, ne veritas occultetur *Text. in §. si verò moriatur auct. de instrum. cautel. & fid. Gloss. in l. comparaciones in verbo ab his vers. curant. autem, C. de fid. instr. vbi Angel. & Salic. presertim, dum prout in præsentem præcessit calumniæ iuramentum, & eos non habere alium modum iustificandi apocham, Menoch. de arbitr. lib. 2. c. 114. n. 34. Farin. qui alios congerit in fragm. part. 1. in verb. comparacione. n. 491. Rot. p. 5. recent. dec. 199. n. 18. Addent. ad Burat. dec. 611. ad fin. vers. notandum autem, cum versetur in apochâ confectâ per magnatem, in qua esset indecentia adducere testes in subscriptione, vt per Rot. part. 4. rec. dec. 41. ad fin. vers. præterea, iuncto etiam, quia agitur de scriptura subscripta vsque de anno 1589. & sic antiquâ, quo casu leniora sufficiunt, Causal. dec. 457. n. 3. vers. stabis autem laterculus, & n. 4. Thef. iun. lib. 1. g. 24. n. 19.*

Prædictis accedit, quod sumus in Vrbe ex æquissimo stylo admittitur hæc probatio per testes habentes notam manum absque eo quod viderint scribere, *Rota diuers. dec. 124. n. 2. part. 2. Seraph. decis. 150. n. 1. & in recent. decis. 303. n. 1. & 582. n. 8. part. 1. & decis. 192. n. 3. p. 3. & dec. 76. n. 32. p. 6. & dec. 39. n. 5. p. 7.*

Sed quia quamplura fuerunt per D. Ducem appositâ contra d. Apocham, idè Domini admiserunt hanc recognitionem, saluis tamen exceptionibus suo tempore discutiendis. Vtraque parte informantæ, &c.

Hortana Spolij.

Luna 25. Iunij 1640.

ARGUMENTVM.

Melioramenta vt impediunt restitutionem Spoliati debent probari plenè, & fuisse necessaria, seu vtilia, eisque non potest, illorum cautione præstitutio concedenda est.

S V M M A R I V M.

- 1 Proponenti melioramenta ad impediendam reintegracionem, possessionem præfigendus terminus ad ea probanda.
- 2 Contra spoliacionem competit reintegratio.
- 3 Quæ requirantur ad transacionem.
- 4 Ex statuto aliquo dua sententiæ conformes habent vim trium, & transeunt in iudicatum, & propterea exequenda sunt.
- 5 Melioramenta reficienda non sunt, nisi necessaria, & vtilia sint.
- 6 Melioramenta debent probari plenè, vt illis impediatur immissio in possessionem.
- 7 Impensæ, & meliorati collatio faciendâ est, & illud, quod minus est venit reficiendum.
- 8 Plantaciones arborum non connumerantur, inter melioramenta vtilia necessariò reficienda, ex opinione Roia.
- 9 Quando sunt aliqua melioramenta, de quibus, vt debet, non constat, illis non obstantibus immisso in possessionem alteri conceditur præstitutâ cautione de reficiendis melioramentis, quando de eis consiterit.

DECISIO CLXXXVII.

Is fuit coram me resolutum constare de duabus conformibus, ad fauorem Diamantis de Rubeis, & litis consortium super reintegracione ad possessionem Terreni arborati, positi in agro Hortano sub vocabulo *il Renaro* contra Capitulum Hortanum ac litis consortes, & esse locum statuto Urbis *cap. 178. lib. 1.* Nempe sub die 14. Iunij 1638. & 16. Ianuarij 1640. vt latius in dd. *decis. 13.* Sed cum præfatum capitulum exciperet de melioramentis ibi factis, propterea non competere Diamanti reintegracionem, nisi illis refectis pro eis probandis fuit præfixus, & assignatus certus terminus dicto Capitulo *in xia dec. Put. 461. l. 2. in correft.* eique concessa remissoria, cuius vigore fuerunt examinati nonnulli testes, & proposito hodie dubio, an constaret de melioramentis, quæ venirent reficienda, Domini dixerunt Diamanti, ac litis consortibus dandam esse immisionem datâ cautione de reficiendis melioramentis.

Ratio resolutionis fuit quia illi immissio non potest negari, cum ex tot decisionibus tam coram R. P. D. meo Ghislerio, quàm coram me constet subhastacionem, & deliberacionem fecutam de hoc prædio nullam exitisse, ac spoliatiuum, propterea benè competere Diamanti reintegracionem ex *Greg. dec. 335. n. 2.* Nullitas deducta fuit ratione excessus, cum Diamantes se obligauerit ad fructus societatis officij pro Michaële Marito, ad quos non tenebatur Michaël, cum societas officij esset contracta per Planos pro soluendis debitis Michaëlis, pro quo Plani fideiusserant non præcedente intimacione in personam dicti Michaëlis, prout latius in dd. *Salgado Labyrint. Credit. Tom. II.*

decisionibus, cuius obligationis vigore fuit deuentum ad subhastacionem, huius prædij.

Similiter nec obstat transacionem factam inter Diamantem, & Planos, qui bene respondent decisiones transacioni non potuisse locum esse, cum illa careret tribus illis requisitis necessariis pro eâ sustinenda, nempe quoddam fuerit facta super re dubiâ aliquo dato, vel retento, & tandem quod interuenerit bona fides, quæ omnia requisita in d. transacione deficiunt, idè censuit *Angel. conf. 94. n. 6. Duran. decis. 120. n. 25.* Vltimus locum esse statuto de duabus conformibus *cap. 178. lib. 1.* cum sententiæ sunt in omnibus conformes, vt in vltimâ decisionem coram me 16. Ianuarij præteriti, quibus stantibus venit Diamanti concedenda immissio, ex quo dictæ sententiæ propter statutum urbis habent vim trium, ac rei iudicatæ, & post rem iudicatam, nihil aliud remanet, quàm vt & executioni mandetur, vt dixit Rota in Romana vineæ de Fabijs 24. Maij 1612. coram Litta apud Marches. de commiss. 10m. 2. fol. 139. Mant. decis. 187. n. 4. & fuit coram me resolutum hæc eadem die 25. Iunij 1640. in Romana Tutelæ.

Nec obstant præfata melioramenta opposita per capitulum, quæ reducuntur ad duo genera. Primò ad constructionem vnius domunculæ, quia à quo fuerit ædificata non probatur, nec quid fuerit impensum, nec valor præsentis temporis, imò testes deponunt prædium præfatum domo non egere, cum reperiat positum propè ciuitatem: Certum tamen est, quod melioramenta non veniunt reficienda, nisi necessaria, & vtilia, & quæ fructus rei augment. l. 1. & 2. *l. impensa & l. voluntaria, & ibi Gloss. in verb. exornat. ff. de impens. in reb. dot. fact. Rot. dec. 650. n. 4. p. 2. rec. dec. 834. num. 12. coram bon. mem. Buratto.*

Quo verò ad plantaciones arborum hodie pariter resolutum de istis melioramentis non constate, ita vt impediatur immisionem, cum vnicus tantum testis deponat, prædium, seu vineam fuisse prius tantummodò in medietate arboratam, in præsentem verò totam, alij verò testes non benè deponunt quid fuerit melioratum, vt per Seraph. *dec. 951. n. 9. & decis. 1453. n. 5. & coram Burat. dec. 834. n. 11. & 13. non apparet quid fuerit impensum, prout requiritur ex quibus factâ collatione impensæ, & meliorati illud, quod minus est veniat reficiendum ex Alber. in l. in fundo n. 5. vbi etiam Bart. ff. de rei vendic. Menoch. de recuper. remed. 15. n. 55. Rot. dec. 399. n. 47. p. 5. & dec. 116. n. 2. p. 6. & fuit dictum in Spoletana Abbatia 19. Decembris 1625. cor. Reuerend. D. meo Decano, & in Imolen. melioramentorum 18. Apr. 1636. coram R. Patriarcha Macchianello.*

Vltra quod Rota tenet opinionem, quod plantaciones arborum non reputentur inter melioramenta vtilia necessariò reficienda, vt apud Cæf. de *Grass. dec. 5. de reb. Eccl. non alien. alias 136. & dec. 316. n. 6. p. 1. diuers. & dec. 650. n. 5. p. 2. rec. in puncto. Duran. dec. 338. n. 7. v. Rota verò.*

In omnem casum quamuis dicta melioramenta essent reficienda, quia ex testibus datis de illis præfatis non constat vt debet immissio Diamanti, ac litis consortibus nequit denegari datâ cautione de illis reficiendis, quando fuerint liquidati, vt Rota solei passim praticare *Put. decis. 461. lib. 2. in corr. Rot. dec. 37. n. 7. part. 2. rec. Causal. decis. 54. in fin. & in Perusina melioramentorum 18. Ianuarij 1616. coram Illustriss. D. meo Decano.*

Et ita resolutum, &c.

H h 3

Romana

Romana, seu Ianuen. Locorum Montium.

Veneris 1. Martij 1641.

ARGUMENTVM.

Ad impediendam restitutionem alicuius rei debitæ credita debent per liquida, & clara.

SVMMARIVM.

- 1 Qui post lapsum tempus aliquid promisit, eo lapsõ tenetur.
2 Credita ad impediendam restitutionem adducta, vt illam impediunt clara esse debent.
3 Ita vt si altiore requirant indaginem retentio non competat.
4 Partita Gabelle cambiorum solum probat denunciationem respectu interesse gabellarum; non autem numerationem pecuniarum.
5 Non est perfectè liquidum, quod per Iudicis sententiam non est liquidatum.
6 Ex mandato soluendi cambium factum non est liquidum: præsertim si ab eo appellatum sit.

DECISIO CLXXXVIII.

Securã venditione Palatij ad fauorem D. Aloyfij Centurioni D. Simon ab Aria fideiussit & de euictione promisit pro DD. Angelo, & Ioanne Vincentio fratribus de Lomellinis, venditoribus pro limitato tempore 15. annorum, & pro indemnitate D. Simonis D. Maria Lomellina Mater supradictorum venditorum resignauit hæc in vrbe, quamplura loca Montium, cum hæc conditione, Quod elapso tempore 15. annorum teneatur d. D. Simon resignare ad loca Montium eidem D. Maria, vel eius hæreditibus, & interim soluere fructus exigendos.

Elapso tempore præfixo 15. annorum D. Angelus vt hæres testamentarius supradictæ D. Mariae Matris institit, pro actuali consignatione medietatis dd. locorum Montium, & introducta causa coram bon. mem. Buccabella emanauit decisio super bono in re d. D. Angeli sub die 31. Maij 1638. & D. Buccabella vita functo fuit in eius locum subrogatus R. D. meus Pironanus, coram quo emanauit secunda decisio sub die 25. Iunij 1640. in quibus bene discussis, ac diligenter examinatis omnibus præteritis creditis D. Simonis, quorum vigore prætendebat retentionem dd. locorum Montium fuit lata sententia ad fauorem d. D. Angeli, & in gradu appellationis mihi causã commissa dubitari hodiè an præfata sententia Rotalis esset confirmanda, affirmatiuè resolutum fuit, cum visa fuerit Dominis valida, & iusta.

De validitate non potest dubitari, cum neque à parte fuerit appositum.

Iustitia verò desumpta fuit ex eo quia debitum D. Simonis est clarum cum lapso termino 15. annorum teneri voluerit ad restitutionem præfatorum locorum Montium ei, vt supra, consignatorum quod tempus cum iam effluerit, & insuper D. Angelus expressam liberationem D. Simonis à præfata Centurione reportauerit, vt in præfatis decisionibus deducitur, non est dubium, quin teneatur eius obligationem adimplere in illis fideiussor. 9.

vt. vbi Gloss. ff. mandati Dec. conf. 72. n. 13. Seraph. dec. 55. n. 1. Rota dec. 567. n. 1. & seqq. part. 1. disersy. cum aliis late deductis in prædictis decisionibus, in hæc causã.

Non obstat quòd pro parte D. Simonis adducantur alia credita pro retentione dd. locorum Montium, quia cum de istis creditis deberet concludentissimè constare, vel per confessionem, vel per rem iudicatam, vel per instrumenta publica, quæ nullam amittant controuersiam, & tamen de hoc non doceatur, idèd illa non fuerunt habita in consideratione præsertim, cum ea satis fuerint discussa in decisionibus, tam bon. mem. Buccabella, quam R. D. mei Decani, & præter in eis deductos dixerunt Menoch. conf. 338. n. 8. Marefc. var. lib. 2. cap. 121. n. 8. Rota dec. 433. n. 3. part. 2. recent. Duran. dec. 197. n. 1. aded vt si altiore requirant indaginem retentio non competat, Rota post Zacch. de oblig. Camer. dec. 130. n. 8. & in rec. dec. 433. n. 2. part. 2. Greg. XV. decif. 254. num. 3. vbi Adde. n. 8. & post traç. de manus. decif. 323. n. 24.

Credita autem quæ pro parte D. Simonis adducebantur pro retentione dd. locorum Montium non visa fuerunt DD. aded clara & iustificata, ac demùm talia, vt pro illis retentio competere possit Simoni cum adducta in præfata dispositione ad duas partitas reducantur, quarum prima est scut. 1700. continens in se aliud creditum scut. 1725. Vt literis in summ. datis, ex quibus clarè videtur inferri vnicum tantùm esse creditum, secunda verò scutorum 1213. multas ipsa quoque patitur exceptiones, nec concludenter apparet iustificata ex partitã gabelle Cambiorum, quia non probat, nisi denunciationem respectu interesse Gabellarum, noui autem numerationem pecuniarum, & Scac. de camb. §. 7. gloss. 3. num. 8. pro parte Simonis adductus, cum loquatur de Charitular. S. Georgij, quod est langè diuersum à manuali Gabelle non applicatur, & super dictis partitis nulla adest Iudicis sententia illas liquidans, quod necessarium videtur pro retentione ex doctrinã Baldi in litem quia in secundã lecturã in princ. ff. de part. dicentis, non esse perfectè liquidum, quod per Iudicem non fuit liquidatum, & idem firmanit Rota in decif. 90. numero 10. post Statil. de Saluian. Afflic. decif. 205. num. 1. & quamuis super dictã primã partitã datur mandatum Genuæ relaxatum, illud tamen non apparet iustificatum, vt requiritur, & fuit suspensum per appellationem ab eo interpositam, Lap. alleg. 2. num. 5. Parif. conf. 28. n. 22. lib. 4. Ofasch. decif. Pedemon. 5. num. 1. Grarian. decif. March. 9. num. 11.

Ex qua partitarum dubietate, ac illiquido D. Simonis credito visum fuit DD. ei non competere retentionem, sed potius hoc spectare ad aliud iudicium reconuentionis, in quo supradictæ partites sigillatim discuti poterunt.

Et ita resolutum, &c.

Romana Pecuniaria.

Mercurij 29. Maij 1641.

ARGUMENTVM.

Quando probetur debitum literarum cambij inter Mercatores, & quomodo illo probato procedi possit.

SVMMARIVM.

SVMMARIVM.

- 1 Partita computi libri alicuius contra scribentem probant: præsertim si fuerint ab eo producti.
2 Mercator qui accepit literas cambij, & non docuit remissam, condemnandus est.
3 A. C. potest procedere contra mercatores executiuè, & de plano, solã facti veritate inspectã.
4 Clausulã, sola veritate inspectã, de plano & sine figura iudicij, & manu Regiã proced. operantur, vt Iudex possit procedere vsi Princeps.
5 Inter mercatores proceditur ex bono & equo.
6 Transmissio literarum cambij pro extinguendo debito quomodo fiat, & quid importet.
7 Quid importent verba del stare, del credere.
8 In materiã cambiorum plurimum creditur mercatoribus.
9 Verba sine præiudicio seruant præiudicium in rebus non expressis.

DECISIO CLXXXIX.

Dixerunt hodiè Domini mandatum ab A. C. relaxatum pro scutis auri Marcarum 612. contra Antonium de Federighis debitorem Iacobi Brignoni esse exequendum, vt validum, & iustum, de validitate constat ex reuolutione actorum, in quibus leguntur omnes citationes necessariæ in hoc iudicio, Veral. decif. 260. part. 2. Durand. decif. 310. n. 1.

Iustitia verò desumpta fuit ex eo, quia Federighus præfatus scripsit D. Brignono sub die 1. Decembr. præteriti se remisisse d. pecuniarum summam Procuratori Christophori Brignoni ad proximas nundinas Apparitionis Placentiæ, hucque pro aliis scut. 910 de quibus per conto saldo deditur creditum d. Iacobo, necnon ex adnotatione facta in propriis libris eiusdem Antonij de Federighis, ex quibus omnibus benè remanet probatum creditum Brignoni, præsertim cum fuerint ab eodem Antonio producta, quæ idèd contra eum plenè probant Rota in recent. decif. 120. n. 4. p. 1. & p. 2. dec. 2. n. 1. & 142. n. 3. Gregor. XV. dec. 138. n. 4. vbi Adde. n. 15. Durand. decif. 185. n. 17. quapropter cum D. Antonius fuerit conuentus coram A. C. ad docendum de remissa, & de eã non fuerit doctum, vtique fuit benè deuentum ad relaxationem mandati, vt in similibus terminis firmat Scoc. de camb. §. 7. gloss. 4. n. 1.

Non obstat quòd fuerit actum sine obligatione Camerali, & absque litteris Cambij, pro quibus tantummodò executiuè procedi solet, fuit enim responsum A. C. benè potuisse executiuè in hoc casu procedere per amplissimas facultates, quas habet in negotiis spectantibus ad Mercatores, vt in eius facultatibus impressis post Salust. Tiber. in prax. n. 19. vbi expressè dicitur A. C. posse procedere inter, & contra Mercatores, Curia vsque ad quamcumque suam summam summarie simpliciter, de plano & sine strepitu, & figura iudicij solã facti veritate inspectã, & manu Regiã, quæ clausulæ remittunt solemnitates iuris. Dec. in cap. Pastoralibus num. 17. de appellat. Oldrad. conf. 115. Honded. conf. 49. num. 32. lib. 1. Grauat. ad Vestr. lib. 5. cap. 1. num. 7. Mart. de claus. part. claus. 180. Scacc. de appell. quest. 161. limit. 1. num. 76. Rota decif. 446. n. 1.

p. 2. recent. & p. 5. decif. 120. num. 1. & operantur vt Iudex possit procedere vti princeps, Mandol. conf. 61. num. 10. & conf. 96. volum. 1. Grarian. decif. March. 68. n. 5. Iaf. in §. bona fidei instit. de actios. num. 45. Butr. de cess. bon. quest. 36. in 4. q. princip. n. 6. cum aliis per Grarian. d. dec. 68. n. 2. cum inter Mercatores procedatur de bono & equo, Menoch. de arbitr. q. 51. n. 396. Thel. dec. 166. n. 7. Franch. decif. 303. n. 3. Rota Ianuen. dec. 641. in fin. & p. 5. decif. 395. n. 12.

Minus obstat quòd d. Antonius de Federighis sit debitor præfate summæ, occasione mercium transmissarum ad effectum vendendi, quæ successiue fuerunt venditæ diuersis personis habitã fide de pretio, & consequenter illum non esse conueniendum non discussis prius emptoribus.

Fuit enim dupliciter responsum. Primo debitum præfatum scut. 612. auri marcarum benè provenire ex litteras cambij, cum dictus Antonius debitum, de quo, pro tali recognouerit, dum dixit, quòd pro eo extinguendo transmiserat ad Nundinas Placentiæ litteras continentes proprii debiti solutionem transmittere autem litteras, hoc inodo, nihil aliud importat, quam transmissionem literarum cambij pro solutione faciendã ita Nauar. conf. 31. lib. 6. vsur. Alex. Radten. in opus. super bacco S. Ambrosij n. 37. Rota Ianuen. dec. 2. per tot. præsertim n. 10. & 11.

Secundò responsum fuit, quòd dum Antonius, & Brignonus conuenerunt del stare del credere suscipiendo d. Antonium duplicatam provisionem, hoc casu non esse deueniendum ad excussionem eorum, qui merces emerunt, sed eundem Antonium esse reputandum personalem debitorem, & in se suscepisse nomina debitorum Scacc. de camb. §. 3. n. 6. & de hoc verbo del stare del credere est decif. 120. part. 5. recent.

Vlteriùs data fuit fides mercatorum attestantium hæc verba importare, quòd Mercatores teneantur post acceptam duplicatam provisionem ad conuentionem del stare del credere maturatis pagis Mercium venditarum transmittere pecunias retractas, quamuis non exactas, & de proprio absque vllã debitoris excussione, quibus plurimum in hæc materiã esse deferendum dixit Bald. conf. 40. num. 10. lib. 5. Soccin. Iun. conf. 27. lib. 22. lib. 1. Gregor. XV. decif. 126. num. 3. & 7. Durand. decif. 368. num. 12.

Vltimò non obstat quòd in Epistolã dicti Antonij adsint illa verba senia præiudicio. Quia dicta verba benè præseruant præiudicium in aliis, non autem expressis, ita Oldrad. conf. 330. n. 9. in fin. Grarian. disc. 867. num. 10. Marta de claus. part. i. claus. 142. n. 2.

Et ita vtraque, &c.

Comen. Bonorum.

Veneris 29. Ianuarij 1644.

ARGUMENTVM.

Quando ex aliquã causã rescinditur permutatio, vna quæque pars ad suam rem redire debet, æqualitãque seruanda est.

SVMMARIVM.

- 1 Rescissã permutacione vnusquisquè ex permutantibus redit ad sua bona.

- 2 *Ecclesia, quæ est iustitia cultrix, tenetur restituere omnia, quæ occasione contractus rescissi acceperit.*
- 3 *Quando restituuntur bona permutata rescissa permutacione, valor fructuum ad æqualitatem ex æquitate restituendus est, & compensandum.*
- 4 *Si tamen liquida sit inæqualitas.*
- 5 *Requiriturque ita clara, & liquida probatio, ut nullo modo offuscari possit.*
- 6 *Relatio peritorum sine die, mense, & anno, nec in actis producta non est in consideratione.*

DECISIO CXG.

Censuere hodie Domini Ludouico Vaccano, & Barbaræ conjugibus dandam esse reintegrationem ad bona permutata cum aliis bonis spectantibus ad Canonicatum Ecclesiæ Comen. possess. per Canonicum Peregrinum, quia cum per sententiam A. C. fuerit rescissa permutatio ad instantiam Ecclesiæ, cuius vigore recuperavit bona, quæ ex causâ permutacionis præfate tradiderant Authoribus dictorum Ludouici, & Barbaræ, inde quisque debet redire ad sua primæua iura, & sic debet dicta Ecclesia relaxare bona, quæ eandem causam recuperat iuxta terminos, l. si diuersa pars, Cod. de transact. & l. prima, C. quando liceat ab emptiore disced. & l. i. Cod. de rescindendâ venditione Surd. conf. 179. n. 37. Pedrach. conf. vnic. num. 556. Caldas de empt. & vendit. num. 31. n. 42. Rebuff. in Prax. tit. de permut. num. 25. & in concordan. de collat. §. volumus in verb. permutacionis. Seraph. decis. 547. num. 4. & 5. Gregor. XV. decis. 418. num. 9. & part. 5. recent. decis. 315. num. 15. cum non sit æquum quod Ecclesia quæ est cultrix iustitiæ, & Pietatis locupletetur cum alienâ iactura, vnde tenetur omnia occasione huius contractus accepta restituere gloss. in Auth. hoc ius in fine, Cod. de sacrosanct. Eccles. Abbas in cap. si quis in fine, de reb. Eccles. non alienandis. Denian. conf. 36. sub num. 8. Rota post Cenc. de cens. decis. 463. & in Perusina obligationum 4. Iulij 1640. coram bon. mem. Merlino, & 10. Febr. 1642. & 4. Maij 1643. coram R. P. D. meo Cerro.

Nec obstat exceptio retentionis opposita per d. Canonicum Peregrinum pro fructibus recompenfatiuis promissi, pro ratâ declaratâ per Peritos electos iuxta tenorem præfate transactionis in ita de soluendo scuta quinque pro 100. pro eò, quod plus valeant bona Ecclesiæ permutata cum Authoribus præfatorum conjugum iuxta æquitatem l. curabit, C. de act. empt. Greg. XV. dec. 254. num. 6. vbi Adden. n. 7.

Quia fuit per Dominos responsum obiectum cessare in præfenti, ex quo negari non potest, quin dictum præfensum Ecclesiæ creditum sit saltem illiquidum, & turbidum, tam in quantitate, quam in substantiâ, vnde retentio venit neganda aduersus petitam reintegrationem leg. finali, C. de compens. Alex. conf. 93. num. 1. lib. 4. Paris. conf. 121. column. 3. lib. 1. Menoch. de arbitrar. casu 24. num. 1. Gratian. discept. 734. num. 3. & seq. Surd. decis. 184. num. 6. Seraphin. decis. 1455. num. 4. & part. 1. recent. decis. 679. in fine, & part. 3. & decis. 743. n. 8. Burat. decis. 49. num. 3. cum ad hunc effectum requiratur probatio tam clara, & liquida, ut nulla exceptione, seu velamine offuscari & adumbrari queat; ut fuit resolutum in Romana, seu Ianuen. locorum Montium 31. Maij 1638. coram bon. mem. Bucca-

tella, & in ead. coram me 1. Maij 1641. postea confirmata coram R. P. D. meo Merlino sub 26. Ianuarij 1643. & in Romana Retentionis Domorum 23. Maij 1643. coram Reuer. P. D. meo Ghislerio, & in Neapolitana pensionis 2. Maij 1643. coram me.

Nec pro liquidatione fructuum facit adducta æstimatio, seu relatio Peritorum, quia cum illa careat die, mense, & anno, & non in actis producta, nec minùs recognita non fuit habita in consideratione, & perinde se habet ac si esset extra mundum Rota dec. 404. n. 1. part. 1. recent. Add. ad Gregor. XV. decis. 224. num. 6.

Et ita vtrique, &c.

Perusina Saluiani.

Veneris 22. Maij 1643.

ARGUMENTVM.

Ex Decis.

SUMMARIVM.

- 1 *Fructus crediti sociales debent esse communes inter socios.*
- 2 *Non potest agi aduersus socium, nisi prius calculatis omnibus partibus.*
- 3 *Partita non probata non est in consideratione.*
- 4 *Instrumentum non productum in actis non est in consideratione.*
- 5 *Omnes socij presumuntur possidere suam ratam.*
- 6 *Sententia præfatuina iurium nihil tribuit, sed tantum conseruant, quod aliunde competit probatum fuerit.*
- 7 *Principales conductores respectu locatoris sunt & dicuntur correi, inter se tamen proportionibus sociorum dicuntur ad inuicem fideiussores.*
- 8 *Solueri presumitur ut propriam tantummodò obligationem extinguat.*

DECISIO CXCI.

Perstitit hodie DD. in decis. coram me emanatâ sub die 12. Decembris 1639. in quâ fuit confirmata sententia Vicarij Perusini in Saluiano lata ad fauorem eorum de contemptis, ac litis confortium, dum concurrunt omnia requisita necessaria in hoc iudicio ex rationibus, & fundamentis in eâ deductis.

Nec obstat nouiter excitata per DD. de Oddis pro recessu à decis. ad effectum induendi extinctionem crediti ex duplici partitâ prima ex solutione facta ex iuribus coloniæ, & melioramentis ab hæredibus Eusebij Ceccantis in florenis 1050. quæ iura, & melioramenta, eorumque fructus debuerunt esse communes etiam Iulio Cæsari Danzettæ alteri ex sociis, à quo DD. de Oddis causam habent, provt erat commune creditum sociale ad dd. hæredes Ceccantes, vt declarauit etiam sententia Vicelegati Perusiæ, iuxta text. in l. cum duobus §. quidam sagariam, vers. proinde, ff. pro soc. Burat. decis. 79. n. 7.

Inde prædictâ ratâ spectante ad Iulium Cæsarem Danzettam erat diminuendum creditum sociorum.

Secunda ex aliâ rata scutorum 2400. exacta à sociis de anno 1602. pro pretio frumenti communis, nec propterea potuisse agi ad aliquid decre-

tum aduersus DD. de Oddis, nisi præfatis omnibus prius calculatis ac demptis leg. de illo, ff. pro soc. Franc. Ant. Conf. 56. n. 1. lib. 1. Aciat. conf. 192. per tot. Surd. dec. 184. n. 2.

Quia fuit responsum exactiorem frumenti nulli remanere probatam, in quâ consistit maior summa, imò nec de eâ dari sumum, vnde dicta secunda partita non fuit habita in consideratione.

Quo verò ad assignationem factam ab hæredibus Eusebij Ceccantis, quæ constat ex publico instrumento, quamuis in actis non producto, inde solummodo dicere non esse habendum in consideratione, ac si esset extra mundum Rot. decis. 285. n. 5. part. 5. recent. nihilominus animaduertebant Domini traditionem, seu cessionem iurium de Colonia, ac melioramentorum emanare ad fauorem omnium locorum, aliunde non constare, nec quòd alter ex sociis aliunde possederit, provt esset probandum, ad hoc vt posset inferri ad credendum d. Iulij Cæsaris pro suâ virili aduersus possessorem, cum alioquin omnes præsumantur possidere suam ratam, dum cum assignationem stipulati fuerunt, & ad omnium fauorem repetitur opposita clausula Constituti: Cuman. conf. 183. in fin. vers. in dub. Mant. de tacit. lib. 15. tit. 3. n. 12.

Nec aduersatur præfata sententia Vicelegati, quæ sola declarat ad bona, ac fructus debere esse communes, etiam Iulio Cæsari, sed non condemnat consocios ad aliquid restituendum signum euidens, quod pro d. ratâ Iulij Cæsaris nihil fuerit præceptum, & quamuis d. sententia in fine præferret Iulio Cæsari iura contra consocios pro redditione rationis computorum administrationis affictu, quia tamen ibi nullum verbum fit de bonis assignatis, sed de affictu habito à Marchione à Cornea, inde remanet verum dicere, quòd non constat portionem bonorum assignatorum spectantem ad Iulium Cæsarem fuisse ab aliis possessam, vel illi fuisse aliquid debitum ex causâ affictus, ad hoc vt hodiè sit locus compensationi, & d. Iulium Cæsarem in tantum posse agere pro redditione rationis affictus, in quantum doceret fuisse à solis consociis administratum, aliter quàm ex d. sententiâ relegati, cum ea tantum contineat præseruationem iurium, quæ tribuit, sed tantummodò est apta conseruare quòd aliunde competeat, si competere probaretur Crauet. conf. 29. n. 8. & 127. n. 7. & 144. n. 15. Rot. decis. 242. n. 2. & part. 1. rec. & in Romana census 1800. 23. Iunij 1623. coram bon. mem. Coccino.

Ultra quòd si probaretur exactum, quòd ad Iulium Cæsarem præfatum spectaret, adhuc portio debita eisdem ascenderet ad scut. 971. provt cantat d. sententia Vicarij Perusini per Rotam confirmata, etenim creditor cessit iura Alexii ex his actoribus, non solum pro rata scut. 366. quæ repartita in quinque partes, quælibet ascendit ad scuta 971. verum etiam pro scutis 7300. quæ iuxta eandem repartitionem, spectant ad singulos pro rata scutor. 1300. circiter, vnde cessant ea, quæ dicuntur de excessu d. sententiæ Vicarij.

Nihil obstat, quòd ex scutis 7300. sui essent ante scutam cessionem soluta scuta 3926. quia cum versetur in principalibus conductoribus, qui licet respectu locatoris, dicantur correi debendi, & principales debitores, inter se tantum proportionibus spectantibus ad consocios, dicuntur fideiussores ad inuicem, iuxta distinctionem gloss. vir uxori §.

mulier verb. intercessione factus vers. in distingue. ff. ad Vell. & ibidem Castren. num. 5. Fulgol. num. 7. Bart. in l. reos num. 1. vers. aut non merâ liberalitate, ff. de duobus reis, Bald. in l. 1. num. 1. & 3. C. eod. & in nostris terminis plurimum conductorum, qui in solidum se obligarunt Sutd. conf. 150. sub num. 7. infra me d. vers. in presenti, inde potuit etiam ex intervallo pro summa antea solutâ reportari cessio, cum soluens, soluisse præsumatur, vt propriam tantum obligationem extingueret, non autem aliorum, l. Papini anus ff. mand. Casanat. conf. 14. n. 6. vers. sed etiam, Herman. Pistorien. obseru. 44. n. 14. Rota decis. 41. n. 5. 16. & per tot. part. 6. recent. Et ita resolutum, &c.

Romana Societatis officij.

Veneris 11. Martij 1650.

ARGUMENTVM.

Fructus Societatis non potest quis habere, si Societas non habet effectum,

SUMMARIVM.

- 1 *Fructus nulli debentur stante cassatione societatis.*
- 2 *Alius factus contemplatione alterius dicitur correspectiuus.*
- 3 *Ex natura correspectiuorum, sublato vno corrui & alter.*

DECISIO CXCI.

Censuerunt DD. nullum esse relaxandum mandatum ad fauorem Pauli Rossi contra Fuardos pro fructibus Societatis Officij scut. 900. ex eo, quia licet d. Societas fuerit in ita ad fauorem Alphonli Lucij, à quo causam habet præfatus Paulus, vt apparet ex instrumento publico rogatorio sub die 28. Octobris 1638. tamen die 10. Ianuar. subsequentis de claratum fuit d. Societatem officij nullum habuisse effectum propterea d. Alphonlus medio iuramento consensit cassationi præfate Societatis, & instrumento, vnde stante d. cassatione, quæ virtualiter importat reductionem ad pristinum statum, vt bene per Ang. in l. ab empt. num. 6. v. & sic, ff. de pact. Rot. decis. 374. num. 17. part. 5. recent. nulli debentur fructus: nam Societate officij non extante illi non debentur Gabr. conf. 78. in fin. l. 1. & conf. 63. n. 16. lib. 2. Pacif. de Salu. interd. in spect. 4. cap. 1. sub n. 51. Mant. de tacit. lib. 6. tit. 24. n. 36. Marefc. var. resol. lib. 1. c. 67. per tot. cum aliis per Zacch. de societ. offic. num. 307. & dixit Rota decis. 24. num. 6. post eundem Zacch. ac in Romana fructuum, & interesse 10. Decembr. 1614. cor. Sanctissimo Domino nostro.

Nec releuat quòd huiusmodi cassatio facta fuit, ex quo dd. de Fuardis eadem die se accollarunt, aliam societatem scut. 450. per d. Paulum debitum, itavt dd. actus dici debeant correspectiuus ad inuicem, & vnus factus contemplatione alterius, vt firmatum fuit coram me sub die 14. Maij præteriti. Quapropter dum Fuardi impugnant d. accollationem tenuiscere debeat d. instrumentum primæ societ. scut. 900. ex natura correspectiuorum, quòd vno sublato corrui, & alterum, leg. fin. ff. de accept. Burat. decis. 325. num. 9. decis. 62. num. 68. part. 5. rec. cum vulg.

Quoniam suppositum impugnationis societatis accollatæ

accollatæ tollitur ex facto, dum non docetur verè fueros accollationem impugnasse, imò ipsi illam fatentur præstando, quòd nullam aliam habent causam cum Rossio, nisi super præsensâ accollatione societatis scut 450. ideòque non intrat regula respectiuorum, cum hoc casu requireretur certa, & indubitata impugnatione, cum expressâ declaratione, quod ipsi nollent accollationem acceptare, nec debitum accollatum persolvere ad hoc vt dici possit sublatum alterum ex respectiuis iuxta notat. per Socin. *conf. 63. num. 14. lib. 3. Menoch. conf. 233. num. 6.* ac post Rot. *decis. 166. n. 7. part. 7. recent.* Propterea Paulus agere debet ad obseruationem instrumenti accollationis, non autem ad solutionem fructuum primæ Societatis iam cessæ, ex qua nullibi debentur fructus ex *supra* deductis.

Et ita contra Paulum solum informantem, &c.

Romana Saluiani,

Veneris 4. Aprilis 1650.

ARGUMENTVM.

Manutentio datur immisso vigore Saluiani auctore prætoris, in præiudicium possessorum anteriorum.

SVMMARIVM.

- 1 Possessor auctore prætoris iuste possidere censetur, nisi de nullitate, & iniustitiâ sententiæ clare doceatur.
- 2 Validitas sententiæ resultat ex actorum reuolutione iuxta capitulum dec. 260. p. 2.
- 3 Index ritè procedens potest priuare reum sua possessione absque aliâ expulsiōe.
- 4 Possibilitas deducendi non attenditur in iudiciis executiuis, sed quid fuerit deductum.
- 5 Creditum illiquidum nequit impedire manutentionem.

DECISIO CXCIII.

Decisiones coram me factas sub diebus 18. Februarij 1647. & 15. Ianuarij 1648. concedentes Franciscæ Perusie manutentionem in possessionem domus controuersæ DD. in nouâ causâ propositione confirmantur, nam dubitari nequit de eius possessione capta vigore sententiæ ad eius fauorem in Saluiano latæ A. C. ritè, & rectè procedente, quoad hunc effectum suffragari debet ad Text. in l. iuste possidet, & l. qui vniversus §. item cum prætor, ff. de acquir. poss. Angel. in l. eam possidere §. qui ad nundinas num. 2. in fin. vbi Ias. n. 20. eod. tit. & dixit Rota coram Caval. dec. 42. num. 1. ac *decis. 321. num. 6. part. 6. recent.* adeo vt possessor auctore prætoris iuste possidere censetur, nisi de nullitate, & iniustitiâ sententiæ ita clare doceatur, vt nulla tergiversatione defendi possit Abb. in cap. cum causam num. 4. versic. secus si de offic. delegat. Crauet. *conf. 5. num. 8. & conf. 300. num. 2. in princ.* Seraph. *decis. 616. num. 8. & 9.* cum aliis latè congestis in terminis per Rotam *decis. 199. num. 12. decis. 306. num. 1. part. 7. recent.* nec reuocari potest in dubium validitas, & iustitia d. sententiæ, quia illa resultat ex actorum reuolutione iuxta vulg. Caput. *decis. 260. part. 2.* hæc vero optimè probatur ex eo, quia omnia requisita in huiusmodi iudicio

Saluiani necessaria iustificata apparent, vt in veraque *decis. finitatum* fuit.

Non obstat anterior possessio Antonij Rubci, & vxoris, quia A. C. ritè, & rectè procedens potuit ipsos citatos suâ anteriori possessione priuare absque aliâ expulsiōe Angel. in d. l. qui vniversus, §. item cum prætor in fin. ff. de acquir. poss. Greg. *decis. 9. num. 8. & decis. 69. num. 9. & seg.* illamque in Perusiam transferre ad d. leg. iuste possidet. ff. de acquir. poss. etiam ad dictum effectum manutentionis Greg. d. *decis. 9. num. 4. & decis. 382. num. 2. ac decis. 305. num. 1. & 2. part. 6. recent.* ac in Romana vineæ 25. Octobris, & 14. Nouemb. 1633. coram Motmano.

Nec pariter obstat, quòd dd. Antonius, & vxor vti creditores anteriores Perusie vigore dotis Dorotheæ eorum auctricis debitæ non potuerunt eorum possessione priuari absque notoriâ iniustitiâ, vt probant Text. in leg. 1. ff. quibus modis pignus & hipoth. solu. & in leg. qui aequitate. ff. de dol. & mal. & met. excepti. & tradit Neguf. de pignor. part. 5. memb. 2. n. 1. & segq. Mant. *dec. 69. num. 1. & decis. 318. num. 25. part. 6. rec.* tum quia de hac hypothecâ anteriori Dorotheæ oppositum non fuit, antequam dict. Perusia per sententiam in Saluiano bonorum immisionem reportauit, idè hæc exceptio nouiter adducta non est apta impedire manutentionem Perusie debitam, cum sufficiat quòd sententia ex eisdem actis dicatur iusta ad hoc, vt possessionem manutentibilem transferat eâ ratione, quâ in iudiciis executiuis non attenditur possibilitas deducendi, sed quid fuerit deductum Put. *decis. 391. lib. 1. Seraph. decis. 965. num. 10.* Buratt. *decis. 630. num. 2. & decis. 850. num. 4. ac decis. 80. num. 10. cum segq. part. 4. tom. 2. recent.* ac in terminis dictum fuit *decis. 306. num. 34. cum segq. part. 7. recent.* & in Romana additionis hæreditatis 23. Februar. 1613. coram Coccino quæ est *dec. 69.* post Magon. de subhast. ac coram me in Auenion. hæreditatis 10. Iunij 1648. sub §. alia verò Credita, tum etiam quia eadem Dorothea habuit in vim sententiæ prædictis Zeccatum omnia bona Colini viri considerabilis valoris, ac dicta domus, quæ locabatur pro annuis scutis 140. vnde ex his, vel remansit suâ dote integrâ satisfactâ, vel saltem eius creditum redditur ad eò incertum, & illiquidum, vt ex illo nequeat impedire manutentionem Perusie auctore prætoris possidenti, vt in his terminis resoluit Rota d. *decis. 306. n. 44. & 45.*

Et ita vtraque, &c.

Romana Donationis.

Veneris 16. Aprilis 1649.

ARGUMENTVM.

Immissio in possessionem bonorum datur ex Saluiano extremis requisitis probatis ex ipso.

SVMMARIVM.

- 1 Factum.
- 2 Instrumentum publicum facit probationem probatam, & rem manifestam.
- 3 Immissio nunquam denegatur si concurrat anterior Donantis, & posterior rei conueni.
- 4 Credita hæreditis ademptis sine inuentario præsumuntur consupta ex alienationibus factis ab ipso.

§ Victoria

5 Victoria Legi, & inuentarij, caret consciens illud non legitimum.

6 Sententia iusta & valida est confirmanda.

DECISIO CXCIV.

Decreta fuit per sententiam R. P. D. mei Verospij ex remedio Saluiani interdicto Hieronymo Bonifino in possessionem bonorum q. Petri Baietti in eâ descriptorum, ex eo quia probata fuerunt omnia extrema in huiusmodi iudicio requisita. Creditum enim cum hypotheca prædicti Hieronymi optimè resultabat ex instrumento donationis, vbi legitur dictum Petri omnia sua bona tempore sui obitus existentia inter vitios donasse Vincentio eius fratri auctori dicti Hieronymi, referuata duntaxat sibi facultate testandi in scut. 100. ac illorum usufructu, vitâ eius durante, vnde bene probatur dictum creditum cum hypothecâ, cum huiusmodi instrumentum facit probationem probatam, ac rem manifestam Bart. in l. 1. num. 8. vbi Ias. num. ff. de nou. oper. nunciat. Decian. *conf. 36. num. 6. Surd. conf. 173. num. 31. & dixit Rota decis. 277. num. 2. & dec. 451. num. 1. part. 1. recent.* & coram Gregor. *decis. 58. num. 2. ad fin.* ac coram me in Cremen. seu Ianuen. Pecuniaria 1. Iulij 1648. §. hæc sunt. Possessio verò tam anterior Petri donantis, quam posterior rei conueni controuertebatur, his itaque concurrentibus nunquam immisio denegatur ad text. in l. 1. vbi gloss. in verb. competit in fin. C. de precar. & Salu. interd. Barth. in l. num. 3. ff. eodem. Arerin. in §. Item Seruiana num. 9. in fin. de action. latè Gabr. *conf. 14. n. 7. lib. 1. Rota decis. 44. n. 4. lib. 1. Diaerf. decis. 294. num. 3. decis. 307. num. 4. part. 1. ac decis. 497. n. 1. part. 4. tom. 2. recent.* ac Burat. *dec. 728. num. 4.*

Nec huiusmodi immisionem retardare poterat retentio super dd. bonis competens Victoria Auctricis possessoris pro suis creditis dotalibus, quia cum ipsa vt hæres scripta prædicti Petri debitoris illius hæreditatem adiuerit nullo conuentario, ac nonnulla illius bona alienauerit, præsumuntur dd. credita ex præfatis alienationibus fuisse consumpta, & prorsus extincta, vt de credito legitimum tenuit Rota *decis. 226. num. 16. & decis. 399. n. 28. part. 5. recent.* ac coram me in Bononien. fidei commissi de Clauaritis 10. Decembris 1636. in Romana fideicommissi de Marianis 4. Iulij 1648. §. nec pariter obstat confirmata 20. Decembris eisdem anni, & 3. Iunij 1647. sub num. 2. part. 2. recent. *decis. 254. num. 3.* coram Gregor. XV. *decis. 150. num. 8.* post Zacch. de obligat. Camer. secundum antiquam impress. & in Ariminen. Saluiani 18. Iunij 1643. §. non obstat retentio & 30. Maij 1646. §. fin. coram R. P. D. meo Bichio.

Nec ad excludenda supradicta inuentarium exhibitum suffragari poterat, ex quo illud non fuit legitimè confectum. Tum quia in eo descripta fuerunt solum bona mobilia testatoris, non autem stabilia contra dispositionem Text. in l. fin. §. fin. auctorem dubium, C. de iur. deliber. Ideo Victoria carere debet beneficio d. legis, & inuentarij, vt tenent Dec. *conf. 633. n. 10. & 11. Hond. conf. 34. n. 12. lib. 1. Surd. decis. 212. num. 1. Roland. de inuentar. par. 3. mittendum n. 4.* Tum etiam, quia citatus non fuerat in confectioe illius Vincentius prædictus certus creditor hæreditatis. Ideòque ipsi nocere non potest in l. fin. §. cum igitur num. 3. C. de iur. deliber. Bald. in auct. sed cum testator n. 8. C. ad leg. Falcid.

Greg. *decis. 496. n. 1.* cum aliis adductis per Buratt. *decis. 715. n. 5.* vbi Add. num. 7. & ponderatum fuit in hac causâ coram R. P. D. meo Verospio sub die 21. Iunij 1648.

Cum itaque tam ex prædictis, quam ex aliis adductis in decision. 31. Ianuar. & 5. Iunij 1648. coram Reuerendiss. P. Dom. meo Verospio clare apparebat de iustitia d. sententiæ Rotalis, ac de validitate non dubitetur illam esse conformandam resolutum fuit Bonetino solum informantem, &c.

Romana Societatis Officij.

Veneris 14. Maij 1649.

ARGUMENTVM.

Societas aliquando præsumitur facta contemplatione alterius Societatis.

SVMMARIVM.

- 1 Factum.
- 2 Societatem esse factam contemplatione alterius desumitur ex correpectiuitate actuum.
- 3 Actus dicuntur correpectiui, & vnus factus contemplatione alterius, si adinuicem compatiuntur, & ad eundem finem tendant.
- 4 Commodum, & incommodum Societatis spectat ad socios.
- 5 Effectus remouetur, remota causâ.

DECISIO CXCIV.

Consuetudine DD. societatem officij scut. 900. per Reuerend. Episcopum Mantecanum Marchionem Cinthium, & Corn. Franciscum de Suardis eius nepotes factam ad fauorem Alphonsi Lucij cessant esse contemplatione alterius societatis scut. 450. per dd. de Suardis accollatæ, quia hoc bene suadet correpectiuitas actuum desumpta non solum ex eo quia eodem die gesti fuerunt, ita vt censeatur vnus factus fuisse propter alium, vt notat Crau. *conf. 356. in princ. Menoch. de præsumpt. lib. 6. præf. 12. num. 5. Gratian. discept. 897. n. 13. versic. & satis est, Rota decis. 12. num. 4. p. 5. & decis. 323. num. 26. part. 6. recent.* Sed etiam quia tam contractus cassationis, quam accollationis societatis in eodem loco, & coram eod. Notario celebratus fuit ad Text. in l. si ventri §. vlt. vbi gloss. de priuileg. credit. Alex. *conf. 90. num. 8. versic. nec habent oblatere lib. 3. Crauet. conf. 298. sub num. 13. Gabr. de præf. concl. 13. num. 28.* & alij adducti Mant. de tacite. lib. 3. tit. 15. num. 50. Eòque magis, quia cum dd. actus se ad inuicem compatiuntur, & ad eundem finem tendant, dicuntur correpectiui, ideò præsumitur vnus factus contemplatione alterius iuxta gloss. in l. vi. iurisurandi in verb. libertatis in princ. ff. de libert. Bald. in l. præsens n. 49. ff. de pact. Corn. *conf. 10. n. 13. & conf. 117. n. 14. lib. 4.* ac aliis alios cumulat Menoch. de præsumpt. n. 4. & 5. Rot. *decis. 89. n. 2. p. 2. rec.*

Hocque fortiùs dicendum est in præsentis casu, dum ex depositionibus trium testium examinatum optimè concluditur, dictam cassationem societatis Officij scut. 900. factam fuisse occasione accollationis alterius societatis scut. 450. vnde dubitari non potest de correpectiuitate actuum, cum illa satis remanet probare ex dd. tribus testibus, quorum alter est instrumentarius, alter notarius

rogatus

rogatus ad Text. in cap. omni negotio, & cap. licet de testib. cum aliis per Buratt. decis. 46. n. 1. & decis. 886. n. 2.

Nec dici potest prædicta non procedere attenda causarum, & personarum in utroque actu interuenientium, nam accollatio facta fuit ad fauorem Pauli Rossi debitoris societatis scut. 450. ex causa cessionis pensionis ab Episcopo eidem Paulo debita, cassatio uero ad fauorem illorum de Suardis facta legitur per Alphonsum Lucium Creditorem, ex eo quia Societas prædicta effectum non habuit.

Quia ad personas nulla adest diuersitas, licet enim dicta Societas scut. 900. inita fuerit ad fauorem Alphonfi, ipse tamen in ea habebat nudum nomen, ut constat ex eiusdem declaratione, ac ex testium depositionibus, commodum uero, & incommodum prædictæ societatis spectabat ad ipsum Paulum, cui exinde planum ius super illâ acquisitum fuit Bald. post gloss. in leg. proprietatis, Cod. de probat. Rot. decis. 262. num. 1. part. 1. & decis. 771. num. 5. in fin. part. 2. recentior. Causal. decis. 221. n. 3. & in Romana Pecuniaria 20. Martij 1620. coram Reboldo, ac in Anconitana Prædij 18. Iunij 1642. coram Reuerend. P. D. meo Bichio. Unde virtualiter eadem concurret persona tam in instrumento accollationis, quam in instrumento cassationis.

Quidquid dicitur respectu diuersitatis causarum non subsistit, quia quamuis in instrumento Cassationis legatur illam factam fuisse, ex quo dicta societas non habuit effectum, hoc tamen non inducit diuersitatem causæ animaduertendo, quod illa contracta fuit ad effectum soluendi pensiones, quarum satisfactio, dum proueniebat ex instrumento accollationis, non poterat prædicta societas suum sortiri effectum; unde clarè apparet utrumque actum tam cassationis, quam accollationis esse correlative, dum tendunt ad eundem finem satisfaciendi pensiones, quæ sola fuit causa, ut prædicta societas contraheretur, quo remota per accollationem alterius societatis, remorsu pariter fuit eius effectus, itaque dubitari nequit, quin cassatio facta fuerit contemplatione accollationis ex iuribus supra adductis.

Et ita Paulo solum informante resolutum, &c.

Faentina Dotis.

Luna 16. Februarij 1651.

ARGUMENTVM.

Dos restitui debet eisdem modis, quibus recepta fuit & non alias, quando in instrumento dotali hoc pactatum fuit.

SVMMARIVM.

- 1 Factum.
- 2 Pactum omnino seruandum venit.
- 3 Lucratione dimidia partis dotis stante ex statuto adhuc datur idem tempus ad restituendum, ac si illam partem non lucraretur, & n. 5.
- 4 Dos restitui debet de iure communi statim, si consistat in stabilibus, sine mobilibus, si uero in pecuniâ, infra annum.
- 6 Condicio contrahentium, ut equalis sit, in dubio faciendâ est interpretatio.
- 7 Pactum appositum in restitutione dotis non cen-

setur appositum respectu quantitatis dotis, sed respectu temporis.

8 Dispositio contrahentium restringitur, & modificatur ex forma Statuti.

DECISIO CXCVI.

Cum dos promissa per Laderchium Gratiolo soluta fuerit in octo paghis certam ratam quolibet anno, in eisdem octo paghis illam restituendam esse DD. existimauerunt attento pacto expresso in instrumento dotali, ubi conuentum fuit, quod dos restitueretur eisdem modis, & solutionibus, quibus recepta fuit, & non alias, id est dum Laderchius huiusmodi dotem soluit termino octo annorum, eodem temporis spatio restitutio fieri debet ad formam pacti præfati, quod uenit omnino seruandum ad Text. in l. 1. ff. de pact. & l. hoc amplius in fin. ff. de reg. iur. cap. 1. eod. tit. Crauet. consil. 31. sub num. 30. Barz. decis. Bonon. 90. n. 1. & seqq. & decis. 139. n. 1. & Rot. dec. 172. n. 75. rec. & dec. 691. n. 1. part. 8.

Nec officit, quod in præfati casu restituenda uenit solummodo medietas præfata dotis; cum altera medietas superlucrata fuerit iuxta dispositionem statuti Faentini, quapropter soluendo eandem summam, ut in pacto exprimitur potius restitutio faciendâ sit 4. quàm 8. annorum, aliâ dici non posset, quod eisdem modis, & solutionibus restituatur, hocque esse magis conforme dispositioni iuris communis iuxta quod statim dos restitui debet, si consistit in stabilibus, seu mobilibus, si uero in pecuniâ, infra annum ad Text. in leg. unica §. cum autem in exactione, Codic. de rei uxor. ult.

Quoniam præfata optime procederent, quando pactum non adesset, in quo pariter contrahentes considerauerunt præfatum lucrum, dum conueniunt, quod restitutio dotis fieri debet eisdem modis, & solutionibus, quibus soluta fuit saluo iure lucrandi dimidiam ad formam statuti, itaque stante etiam præfato lucro contrahentes uoluerunt, quod eisdem solutionibus, & eodem temporis spatio, quod considerari in hoc casu duntaxat debet, cum in eo consistat utilitas soluendis, restitutio faciendâ esset. Nam æquum est, quod si Laderchius ad satisfactionem hanc dotem gaudens fuit dilatione octo annorum eodem temporis spatio concedi debet Gratiolo pro illius restitutione, non solum attento præfato pacto ad tradita per Menoch. consil. 768. num. 7. cum seqq. Sed etiam in dubio hæc faciendâ est interpretatio, ut contrahentium æqualis sit conditio, ad sustinendam enim æqualitatem uerba includuntur in dispositione, quæ aliâ non includerentur, & ad hunc effectum etiam receditur à proprietate uerborum, ita ut semper in hærendum sit interpretationi, & opinioni, quæ fauet inæqualitati, præsertim in contractibus, qui mutuam pariunt obligationem, ut latè firmat Rot. decis. 567. num. 7. part. 4. & decis. 232. num. 21. & seqq. part. 6. recent. ac coram Buratto decis. 295. num. 12.

Nec dicatur, quod hoc modo restitutio non fieret eisdem solutionibus, sed illis dimidiatis. Quia DD. considerauerunt pactum non fuisse appositum respectu quantitatis summæ tam soluendæ per Laderchium, quàm restituendæ per Gratiolum, sed respectu dilationis temporis sub qua cadit beneficium pacti, sicque si Laderchius in soluendo dilationem reportauit, ita pariter Gratiolus in restituendo

tuendo eadem dilatione gaudere debet, dum hanc contrahentes considerauerunt, ut apparet ex lectione instrumenti dotalis, ultra quod eadem possumt dici solutiones, dum adueniente quolibet termino illarum debet Gratiolus maritus retinere medietatem pro eius lucro, soluendo alteram medietatem hæredi uxoris attento præfato ubi, ubi solutiones restrictæ, & modificatæ fuerunt ex illis uerbis, saluo iure lucrandi dimidiam ad formam statuti, ex hac enim clausulâ restringitur, & modificatur præcedens dispositio, Angel. cons. 790. vol. 2. vers. & hoc importa. Dec. cons. 556. num. 6. Benint. decis. 164. num. 7. & 8. Buratt. decis. 165. num. 1.

Et ita utraq; &c.

Romana Lucri Dotis.

Luna 15. Maij 1651.

ARGUMENTVM.

Lucrum dotale debetur marito post obitum uxoris, & in quo consistit, ostenditur.

SVMMARIVM.

- 1 Factum.
- 2 Quartum dotale defertur ad fauorem coniugis superstitis ratione statuti.
- 3 Dotatio facta à muliere constante matrimonio sine solemnitatibus est nulla.
- 4 Dos in iure specialiter est privilegiata.
- 5 Relationibus peritorum standum est in æstimationibus.
- 6 Ratio habetur de dote habitâ, non autem promissa ad effectum detrahendi lucrum dotale.
- 7 Sententia sine actis nullam præbet probationem etiam excipiendo.

DECISIO CXCVII.

Dissoluto matrimonio per obitum Marguaritæ Mansuetæ, constructo cum Ioanne Baptista Barzellino constituta dote in quâdam domo, & vinea, ac duobus censibus, & iocalibus dubitari contingit, an præfato Ioanni Baptistæ deberetur lucrum dotale, & ad quam summam ascenderet, & quoad primam partem dubij DD. transierunt sine difficultate attentâ expressâ dispositione statuti Urbis lib. 1. cap. 131. Cuius vigore semper defertur quartum dotale ad fauorem Coniugis superstitis, nisi expressè de uoluntate contrahentium fuerit remissum, aut aliâ conuentum.

Nec obstat si dicatur huiusmodi dotationem fuisse nullam, ut factam constante matrimonio à muliere sine solemnitatibus, ut disponitur in eodem statuto Urbis lib. 1. cap. 151. & tradit Gabr. cons. 10. num. 4. & seqq. lib. 1. Gratian. discept. 498. num. 14. & seqq. Coccin. decis. 433. num. 3. & dec. 479. num. 5. Nam obiectum cessat, ex eo quia præfata dotatio facta fuit præcedente promissione dotandi, ac à muliere maiori, quo casu non requiruntur huiusmodi solemnitates statutariæ, cum dos in iure sit specialiter privilegiata; ita ut hæsitandum non sit, an præfata dotatio fuerit uoluntaria, seu necessaria; semper enim sine solemnitatibus præfatis sustinetur, ut tradit in Salgado Labyrinth. Credit. Tom. 11.

terminis huius statuti, Rota decis. 13. num. 6. post Pic. ad d. statut. & decis. 113. num. 4. 5. & 6. ac decis. 289. num. 27. cum seqq. post Pacif. de Salu. interd. Coccin. d. dec. 433. num. 1. cum aliis latè congestis in d. decis. 168. n. 1. & decis. 241. n. 8. & seq. part. 6. recent. Auctoritates uero supra adductæ loquuntur in muliere minori, & in augmento dotis, quod præsumitur factum in fraudem statuti, ut in d. decis. 289. num. 29. post Pacif. & ponderat Coccin. d. dec. 433. num. 3. vers. & propterea.

Quo uero ad secundam partem dubij respectu summæ, ad quam lucrum ascenderet DD. considerando bona stabilia in dotem tradita, illorumque æstimationem factam à tertio perito; cuius relationi standum est, etiam si discordet ab illis iuxta gloss. in l. item si unus §. principaliter in uerb. auctoritate in fin. ibique Bald. ff. de arb. Specul. eod. tit. §. sequitur num. 19. vers. sed nunquid stabitur cum aliis relatis per Rotam decis. 194. num. 12. part. 1. recent. Existimauerunt lucrum dotale ascendere ad scuta 488. sc. 73. $\frac{1}{2}$ nam licet iuxta præfatum relationem domus in dotem tradita, uñ cum mansionibus terrenis, æstimata fuerit in scut. 1195. sc. 33. ex hac tamen summâ demenda sunt scut. 173. f. 93. pro dd. mansionibus, ac scut. 340. f. 46. pro tertiâ parte eiusdem domus, quæ non erat ipsius Marguaritæ, ut apparet ex instrumento ipsius possessionis, quæ capta fuit solum pro duabus ex tribus partibus, mansiones uero spectabant ad Clitiam eius sororem, ut constat ex possessione de illis adeptâ de anno 1636. antè matrimonium contractum; sicque valor præfata domus remanet duntaxat in scut. 680. f. 94. cum ad hunc effectum habenda sit ratio de dote habitâ, non autem promissâ; ex quo non apparet fuisse eius quantitatis, quam Marguarita in promissione affirmauerat, illiusque æstimatio faciendâ est de tempore obitus, non autem de tempore promissionis, ut firmavit Rota coram Seraph. decis. 882. num. 2. & 3. & notat Fenzon. ad statut. urbis in annot. d. cap. 131. num. 28.

Itaque attento valore domus in præfatis scut. 680. f. 94. ac vineæ in scut. 924. iuxta præfatum relationem, nec non censuum scut. 150. in sorte personali, ac iocalium, quæ fuerunt tradita æstimata in scut. 200. ut ex instrumento dotali totam dotem ascendit ad summam scutor. 1954. 94. $\frac{1}{2}$ quorum quartum dotale consistit in scut. 488. 73. sed ad istius computum calculari debent scut. 200. pro iocalibus æstimatis per uirum re-tentis.

Nec releuat, si dicatur vineam in dotem datam integram non spectare ad præfatum Marguaritam, cuius eius quarta pars prætenditur pertinere ad hæredes Victorie ipsius sororis. Quia hoc non iustificatur ex solâ sententiâ adiudicatoriâ, quæ sine actis nullam præbet probationem etiam excipiendo, ut latè firmavit Rota coram Mohed. decis. 3. num. 1. de testib. ac dec. 665. num. 2. part. 1. & decis. 639. pariter num. 2. part. 2. recent.

Et ita utraq; &c.

Vrbeuetana bonorum.

Veneris 13. Maij 1644.

ARGUMENTVM
Ex Decisio.

S V M M A R I V M.

- 1 Quando bona vendita aliis sunt obligata, qui in venditione expressi non fuerint, potest illorum pretium à venditore retineri.
- 2 Et sic locum habet dispositio l. si post perfectam C. de euict.
- 3 Si emptor non certiorauerit emptorem de omni futuro damno potest pretium retineri.
- 4 Quando venditio non ascendit ad summam crediti anterioris non est locus excomputationi.
- 5 Decretum executorium Aud. Cam. iustificandum ex eisdem, non ex nouis.
- 6 Valor monetae dotis inspiciendus est iuxta valorem loci contractus.
- 7 Si in dotem datum fuerit praedium illius probatio requiritur.
- 8 Statutum extra territorium non extenditur.

DECISIO CXCVIII.

Fundamenta decisionis in hac causâ emanatæ coram me sub die 4. Febr. 1643. Domini hodie approbâtunt ex eisdem motiuis, & rationibus de quibus in eâ. Interim dum Venturini mediante iuramento asseruerunt bona Dominico Fabricio vendita non reperiri aliis hypothecata, præter creditoribus descriptis in folio, & tamen apparet de contrariis, vt ex consuetum impositionibus certè est locus retentioni pretij ac rescissioni contractus, Surd. decis. 53. num. 7. & 13. ac 17. Gratian. discept. 175. n. 23. Rot. decis. 318. n. 2. part. 1. rec. in Romana Officij 5. Maij 1627. coram bon. mem. Pirouano.

Nec dicatur dicta bona distracta non reperiri hypothecata præterquam creditoribus d. Fabricio bene notis, quia dum actum fuit de creditoribus describendis in folio, eisque soluendis, vt folium cantabat, rectè hæc æqualitas conciliari cum distinctione, quod aliqui ex creditoribus fuerint noti emptori præfati; non autem alij creditores in folio non descripti, & de quibus actum non fuit cum euictio Fabricio imminens canter ad instantiam aliorum creditorum anteriorum, qui in lista non sunt descripti, prout sunt DD. de Lante, & Stephanucci, idcirco rectè locum sibi vendicat dispositio, l. si post perfectum C. de euict. Dec. conf. 483. n. 18. Olsch. decis. 24. num. 4. Seraph. decis. 321. num. 8.

Non obstat quod euictio proueniat ex culpa præfati Dominici emptoris ob non securam solutionem iuxta legem conuentionis, quia hoc non remanet iustificatum, dum ipse ignorabat quinam essent anteriores creditores, vnde non valebat soluere sub periculo, cum spectaret ad Venturinos dare listam anteriorum, & ita certificare emptorem de omni imminente futuro damno, aliàs rectè idem Dominicus valebat retardare solutionem sub prætextu molestiarum per DD. de Lante, & Pallagijs illatarum, licèt sat esset, quod de facili possent inferri, Surd. decis. 295. n. 7. in fine versimò si lis.

In omnem euentum adhuc factâ solutione creditoribus anterioribus non venit dicendum d. em-

ptorem potuisse excomputare proprium creditum scut. 850. in hac venditione, sine quâ emptio bonorum ascendit ad scut. 3434. vt cantat relatio Periti per Rotam electi, secuta non fuisset, vt desumitur ex instrumento; prima enim partita crediti anterioris est creditum Palagij scut. mille pro censu summæ. Debentur etiam scut. 500. pro fructibus eiusdem. Secunda scut. 500. debita Stephanuccis cessionariis Marabottini. Tertia verò scut. mille, DD. de Lante habentibus iura Octauia de Miraculis creditricis eorum de Venturinis anterioris ex causâ dotis, & pariter alia scuta 474. Sbaræ, & Antoniatæ. Quibus omnibus simul coaceruatis constituunt summam scut. 3474. Vnde dum venditio non ascendit ad hanc summam non erat locus excomputationi.

Nihil obstat quod creditum Palagij quoad fructus hodiè doceatur solutum, quia cum agatur de executione decreti Auditoris Cameræ certe erat illud iustificandum ex eisdem, non ex nouiter ductis, Put. dec. 391. lib. 1. in correct. Seraph. decis. 290. n. 2. Buratt. dec. 584. n. 6. Ultra quod non constat solutionem factam fuisse legitimo Procuratori, prout de iure requiritur ex congestis in fine decisionis hodiè confirmatæ.

Minus obstat, quod D. Octauia non esset scut. 1000. monetae Romanæ, sed monetae Viterbiensis, cum fuerit ibi constituta, vt per Barbat. conf. 15. vol. 2. Surd. dec. 227. n. 2. Quæ ad rationem monetae Romanæ non excedit scuta 666. quia dum fuit datum in dotem totum certum præiudicium, non autem certa quantitas pecuniarum certè requirebatur probatio valoris dicti Prædij in omnem attentum Venturini debebant hanc declarationem specialiter reportare.

Vltimò non obstat statutum Pisauri prohibens mulieribus proprias dotes hypothecare, sine consensu Principis, quia dum contractus fuit celebratus in terrâ Ficuli sub Comitatu vrbs veteris, & sic extra territorium statutum illud non extenditur, nec porrigitur ultra suos fines iuxta theoricam, Bart. in l. cunctos populos n. 32. C. de summ. Tren. & fid. Cathol. Ruin. conf. 160. n. 1. & 3. lib. 4. Arer. conf. 54. col. 2. in fin. Buratt. dec. 27. n. 7. Cætera verò deducta tanquam nullius momenti non fuerunt habita in consideratione.

Et ita resolutum, &c.

Vrbeuetana Bonorum.

Luna 19. Iunij 1645.

ARGUMENTVM
Ex Decis.

S V M M A R I V M.

- 1 Quando bona vendita sunt obligata creditoribus non expressis in contractu venditionis locus est retentioni pretij, & cessione contractus.
- 2 Licet venditor caueat emptori si bona vendita sint specialiter obligata alteri, non potest emptorem compellere ad soluendum pretium.
- 3 Lite motâ super re vendita emptor non tenetur ad pretium, nisi cautio præstetur non solum pro lite motâ, sed etiam mouenda.
- 4 Statutum refertur annullans obligationem.

Mulier

Mulier habens releuationem in bonis viri non remanet indotata.

DECISIO CXCIX.

Lacuerunt Dominis fundamenta decisionum in hac causâ sub diebus 4. Febr. 1643. & 13. Maij 1644. coram me pro confirmatione sententia Rotalis emanatarum, cum verum sit dicere Venturinos venditores medio iuramento asseruisse bona vendita Fabricio esse libera, nec aliis reperiri hypothecata, quam creditoribus in folio specificatis, & cum constat de contrariis ob motas postea molestias super dd. bonis emptis ab aliis creditoribus eorundem venditorum: non solum fuit locus retentioni pretij, iuxta l. si post perfectum 24. C. de euict. verum etiam rescissioni contractus, cum bona non dicantur data libera, iuxta l. si in emptione 2. §. vacua cum l. seqq. ff. de act. empt. ex his prædijs 5. C. de euict. Vbi optimè Bald. Tiraquell. in tractat. consang. §. 1. gloss. 9. num. 56. Ciriac. controu. 278. num. 24. Grat. discept. 175. num. 23. Surd. decis. 253. numero 7. 17. & 18. Rot. decis. 244. num. 12. & 322. n. 9. p. 5. recent.

Nec suffragari dictum fuit, quod Venturinus hodiè offerat se promptum ad fideiubendum, ita vt Fabricius, emptor remaneat tutus, quia cum doctum fuerit sub istis bonis venditis factam fuisse executionem del 1629. ad instantiam Excellentissimi Principis Burghesij, nec non Stephanucci, fuisse pariter concessam associationem DD. de Lante habentibus iura anteriora Octauia de Miraculis Matris Venturini, idcirco dum Fabricius emptor non habuerit, nec habeat possessionem vacuum bonorum emptorum, non potest cogi ad soluendum pretium, licèt Venturinus præfatus obrulerit modo cautionem pro liberatione à molestiis, cum ea cautio non reddat possessionem vacuum, nec locum sibi vendicet, quando est clarum bona esse alteri specialiter obligata, vt declarando doctrinam Bart. tradit ex sententia Cumani Alex. in l. Iulianus 31. §. qui fundum n. 20. in fine vers. tamen uno modo ff. de verb. oblig. Vbi quod tunc venditor tenetur liberare, non autem cauere. Rot. decis. 586. num. 8. in fin. p. 1. diu. & in Romana Palatij, post Mangel. de subbas. decis. 15. num. 20.

Minus obstat, quod si Fabricius emptor soluisset pretium dd. bonorum euictio non fuisset sequuta, quia cum lis per creditores fuisset mota, & ius eorum clarum exiisset, non tenebatur dictus emptor soluere pretium, nisi fideiussio fuisset præstita, non solum pro motâ, sed etiam pro mouenda iuxta decis. Surd. 295. num. 8. & 9. cum dicatur euictionem imminere in limine contractus, quæ cautio tunc non fuit præstita, nec oblata, hodiè verò res non est amplius in eodem statu, cum fuerint decursi quamplures fructus debitorum; idcirco excomputationi crediti scut. 850. præfati Fabricij redditur impossibilis.

Vltius adfuisse plures creditores Venturini non descriptos in folio, seu notulâ habentes hypothecam specialem, quod si fuisset notum d. Fabricio bona non emisset, prout, nec emptio sequuta fuisset, si sciuisset dictum suum creditum scut. 850. non valuisse excomputare, vt ex combinatione partitarum æris alieni, de quibus in decisionibus, & præsertim vltimâ §. in omnem euentum.

Salgado Labyrinth. Credit. Tom. II.

Nec obstat præsentia nullitas obligationis dictæ Octauia de Miraculis matris Venturini ex statuto vrbs veteris Put. decis. 388. lib. 1. in corr. & fuit dictum in Vrbeuetana restitutionis dotis 6. Februarij 1640. §. nec obstat. coram bon. mem. Metlino, quia cum illud emanauerit fauore filiorum, fauor iste cessat in præfati, dum ipse filius vnâ cum progenitoribus contraxit ad fauorem DD. de Lante, nec eandem Octauiam remansisse penitus indotatam probatur, cum haberet releuationem in bonis viri, quod sufficit, Castr. in l. mania 50. §. 1. num. 4. ff. solut. matrim. Guttier. de iuram. confirm. p. 1. c. 1. numero 20. & sequens. Barbof. in 5. part. l. 1. numero 68. ff. solut. matrim. Dutan. decisio 141. numero 6. & 7. In omnem euentum istas exceptiones esse discutiendas cum ipsismet DD. de Lante, & aliis habentibus præ se decretum associationis, cuius vigore d. Fabricius emptor non habet liberum vsum Prædiorum.

Et ita resolutum, &c.

Lucana Canonicatus.

Veneris 1. Februarij 1647.

ARGUMENTVM:

Iudex mixtus literarum Apostolicarum à suâ sententia debet admittere appellacionem ad vtrumque effectum.

S V M M A R I V M.

- 1 Sententia appellabilis non potest exequi interposita appellacione.
- 2 In iudicio executiuo literarum Apostolicarum datur appellatio suspensiuâ, quando iudex est mixtus.
- 3 Iudex an sit mixtus desumitur ex clausulis positâs in literis.
- 4 Quæ clausula indicent mixturam.
- 5 Attentatorum privilegio non renunciat, qui commisit causam super eo.
- 6 Attentata si non ad instantiam partis, saltem officio Iudicis sunt renouanda.
- 7 Clausula sine præiudicio literarum Apostolicarum appositâ in commissione præseruat iurisdictionem Iudicis à quo.
- 8 Sed non ardet iudicem ad quem, quin valet executionem nullam non reuocare.
- 9 Sequestrium apponitur in possessione attentatâ.

DECISIO CC.

Vit hodiè resolutum possessionem Dominichini esse attentatam, in de que sequestrandam. Attentata desumpta fuere ex eo, quod Dominichinus vigore sententiæ latæ super executione literarum Apostolicarum ab executore in eisdem literis deputato possessionem Canonicatus controuersi fuit assecutus post appellacionem interpositam à Lemmetto, quæ appellatio licèt fuerit à Iudice reiecta, nihilominus, quia d. sententia erat appellabilis, appellatio veniebat admittenda, aliter omnia postea gesta attentatorum vitio subiiciuntur, non solum de appell. in 6. Gonz. super reg. 8. in annot. cont. nullit. n. 34. & n. 203. Rot. dec. 32. n. 2. p. 1. rec. & decis. 488. n. 5. part. 3. & 613. p. 4. & in Burgen. dimidij beneficij 5. Decembr. 1639. coram Me.

II

Nec

2 Nec dicatur quod in iudicio executio literarum Apostolicarum non solet concedi appellatio suspensiva, quia Domini dicebant etiam in tali iudicio dari appellationem, quando executor est mixtus *c. exhibita* vbi Abb. *num. 6. Felin. n. 4. de iudic. Gonzal. ad reg. 8. gloss. 4. in annotat. contr. nullit. 235. Buratt. decis. 185. num. 3. & 524. num. 5. Coccin. decis. 146. num. 1. & p. 5. recent. 538. n. 16.* & in Gerunden. Parochialis 26. Nouembr. 1646. coram R. P. D. meo Bichio. Qualis autem sit executor rectè dignoscitur ex clausulis positis in literis Apostolicis, vt censuit Rot. coram Greg. XV. *decis. 403. num. 2. & per rot.* Vbi late addit, & in casu nostro concurrunt plures clausulæ facientes executorem mixtum, nempe clausula, verificato iure patronatus ex fundatione, vt fuit resolutum in Spoletana Capellanix 17. Maij 1619. coram Martino Andrea;relata per Addent, ad Greg. XV. *decis. 413. num. 4.* circa finem, nec non clausula dummodo non sit alteri ius quæsitum Caputaq. *decis. 413. num. 4. Barbof. clausul. 44. num. 12.* Rot. *decis. 21. n. 2. p. 2. recent.* & in Lucana beneficij 12. Ianuarij 1626. coram Remboldo, vbi quod hoc procedit, etiam in literis Apostolicis ad sit clausula appellatione postposita, quia intelligitur, quando ritè & rectè processit, nec refertur ad contradicentes de iure, sed tantum ad contradicentes de facto Gonz. in *annot. cont. nullit. num. 242.* Achill. de Grass. *decis. 11. de sent. excomm.* Rota in Calaguritanas beneficij, 18. Aprilis 1603. coram Lancellott. post Marches. *de commiss. part. 1. fol. 311.* Quibus clausulis concludentibus certè iudicium non erat executiuum. Sed ordinarium, & veniebat admittenda appellatio suspensiva, Zabbar. *conf. 63. num. 1. & 2. Rot. decis. 30. de rescript. in nou. & decis. 32. eod. tit. in antiq.* Gonz. in *annot. cont. nullit. num. 226.* Gregor. XV. *d. decis. 91. num. 3.*

Nihil obstat, quod Iudex secundæ instantiæ non pronunciauerit super attentatis, sed tantum super negotio personali, vnde veniat censendum tacite fuisse renunciatum priuilegio attentatorum, quia hoc videtur procedere in eo, qui patitur sententiam transire in iudicatum, secus verò, si vt in casu præsentis reperitur commissæ causæ super attentatis, vt per Cæsar. de Grass. *decis. 2. de appell.* Greg. XV. *decis. 91. n. 7. & 8.* In omnem casum adhuc semper

esset reuocanda executio attentata, si non ad instantiam partis saltem officio iudicis Cæsar. de Grass. *d. decis. 2. num. 1. de appell.* Gonz. *supr. reg. 8. quæst. 7. probem. n. 6.* cum aliis congeitis per Gregor. XV. *d. decis. 91. n. 8.* & vbi Addent. *n. 12.* Rot. *decis. 235. n. 7. part. 1. recent.*

Demum non obstat quod d. Iudici secundæ instantiæ signaturæ commiserit causam appellationis cum clausulâ sine præiudicio literarum Apostolicarum, quia cum præseruet iurisdictionem Iudicis à quo, efficit, vt idem procedendam ad executionem non dicatur attentatum committere, Coccin. *decis. 144. numero 7.* Rota in Vrbinaten. beneficij 22. Iunij 1629. coram bon. mem. Merlino.

Nam Domini dicebant præfatam conclusionem non esse absolutè intelligendam, vt procedat omni casu, sed potius dictam clausulam non suspendere, nec impedire, quin Iudex ad quem valeat executionem reuocare, si nulla sit, & attentata Garz. *de beneficio. part. 1. cap. 5. num. 573. cum seqq.* & fuit resolutum in Hispalen. & Caurien. permutationis 11. Martij 1596. coram Gipsio, apud eundem Garz. *post d. n. 573.* & penès Marchesan. *de commiss. part. 1. fol. 366.* & in Senogallien. bonorum 14. Aprilis 1623. coram Remboldo. Greg. XV. *d. decis. 91. num. 11.* Vbi Add. *n. 13.* Buratt. *decis. 185. num. 7.* Sed cessat omnis scrupulus in præsentis, quo causa reperitur commissæ cum facultate reuocandi attentata, vt declarauit Rota coram Buratt. *decis. 185. n. 7. vers. vt in simili,* vbi quod idem admittitur in Borgomen. beneficij, seu iurispatronatus, 24. Nouembris 1614. coram Vbaldo Seniore in fin. & tradit Add. ad Gregor. XV. *decis. 91. num. 13. in fin.*

Quibus statibus cum possessio sit attentata ex prædictis meritò dictum fuit esse apponendum sequestrum iuxta notarium stylum huius sacri tribunalis, de quo per Cæsar. de Grass. *decis. 2. num. 4. de appellat.* Cassad. *decis. 3. num. 6. de restit. Spoliat.* Caputaq. *decis. 157. part. 3. Garz. de beneficio. part. 9. cap. 4. num. 22. 23. & 24.* vbi quamplures decisiones cumulantur Rota *decis. 586. num. 1. part. 2. recent.* Coccin. *decis. 225. n. 1. & 293. num. 4.* & in dicta Burgen. dimidij beneficij 5. Decembris 1639. coram Me.

Et ita resolutum altera tantum, &c.

SERIES



SERIES HVIVS CENTVRIÆ Decisionum, earumque Argumenta.

DECIS. I. BONONIEN. Pecuniaria. Administratio bonorum ex quibus probetur: Statutum Bononiæ de probatione non comprehendit rationem administrationis. Othobono. pag. 3.

II. Aucinionen. pecuniaria. Danda est remissoria in prophætiis, data alicui articulo rerum reuocantia. Vnus articulus continens materiam obiectionis, non valet impedire remissoriam quoad alios. Royas. 5

III. Romana dotis. Confessio dotis de recepto, a viro post decoctionem emissa, vbi clara est obligatio de restituendo, probat quoque ad præiudicium tertij, concurrentibus coniecturis, & que coniectura suffragantur: remisso hypotheca non inducitur per actum factum ab eo, qui duplicem representat personam, quando potest actus ex vno capite absque ea possideri. Bichio. ibid.

IV. Romana pecuniaria. Cambia debentur vti damna & interesse, ex capite non adimplementi, ab eo qui mandatum ad cambiandum suscepit, quando non docuit se fecisse debitas diligencias, & rationem Nummarum currentium de eo tempore, quo peti possunt; de quibus statim attestationi mercatorum. Quomodo probetur dominium: Et quando mutetur causa possessionis. Melitio. 9

V. Romana Pecuniaria. Mandata de consignando quando sit locus. Quomodo ex partia pecuniarum descripta in libro per Banchevrium, transferatur dominium. Solutio in quam causam cedat. Et quando in Apocha habeat locum præsumptio leg. Scripturas, Cod. qui potior in pign. Dunozet Decano. 11

VI. Bononien. pecuniaria, seu dotis. Fructus debentur à die mota litis: & illorum perceptio, ac liquidatio, ex quibus deducatur: Dunozet Decano. 13

VII. Romana pecuniaria. Cambia iniuste percepta, extenuant sortem, debentur ab eo, per quem stetit non cambiari, quando suscepit mandatum ad cambiandum, loco damnorum, & interesse, & ad quam rationem debeantur. Facultas in obligatione ad commodum creditoris, non ponit conditionem in ipsa obligatione admittere, & suffragatur creditori, licet non declarauerit se vti velle. Dunozet Decano. 14

VIII. Romana pecuniaria. Apocha mutui simulata, nullam meretur executionem, licet sit obligatio Camerary munita. Ad conuincendam simulationem sufficit causa simulandi, & concursus saltem duarum con-

Salgado Labyrinth. Credit. Tom. I I.

iecturarum. Quid accipiat pro tali causa. Et que habeantur tales coniectura. Simulatio est licita de persona ad personam, vel de contractu ad contractum, data validitate primi contractus. Othobono. 16

IX. Romana pecuniaria. Fideiussor Administratoris, pro reliquam fideiussisse censetur, & maxime vbi verba continent expressam obligationem reddendi rationem. Othobono. 17

X. Romana pecuniaria. Cambia que non debentur vti cambia, quando de eorum realitate non constat ex literis expeditionis. Et redditus nummarum iuxta stylum Mercatorum; debentur saltem vti damna & interesse, quando illi, qui mandatum ad cambiandum suscepit non docuit se fecisse debitas diligencias de inueniendo personis, que ad cambium pecunias acciperent. Et quomodo sit facienda talis liquidatio. Melitio. 18

XI. Brundusina Bonorum. Possessio probatur ex cessione qualificata partis, tum ex præcepto de exhibendo & dimittendo. Et plura de possessione, & sequestro. Melitio. 20

XII. Romana de Luraghis. Assignatio, & receptio in solutum pro credito impofterum declarando, nullum habet respectum ad hoc vel illud creditum. Cerro. 21

XIII. Bononien. litterarum Cambij. Breui numeratione recensentur requisita habilia ad cessionem crediti, vt solutionem in emptione importet. Verospio. 24

XIV. Romana lucris dotis. Quartum dotale, iuxta statuta derrahendum, quando detrahi debeat 3 & an detrahi possit, præ mortua iuste, nondum soluta dote. Terracinen. 24

XV. Romana affectus Ferreriæ. Retentio rei locata ex parte conductoris, & exactio pensionum ex parte locatoris, important tacitum vtriusque partis consensum ad continuandam, seu renouandam locationem, & alia circa materiam tacita continuationis, seu renouationis locationis, præcipue ad releuandum partium consensum: & maxime in pupillo, & hereditate iacente; vbi etiam agitur de importautia solemnitarum. Melitio. 27

XVI. Romana Centus. Alienatio seu distractio bonorum fideicommissis subiectorum, quando sit facienda in defectum librorum ad dotandam mulierem subsidiario, vigore Authent. Res quæ C. communia de legatis. Agitur de vigore clausula constituti, & de aliis contractibus apponi solitis. Bichio. 29

XVII. Bitum

Argumenta Decisionum.

- XVII.** Biruntina census. *Intendens gaudere beneficio Scriptura amissa, debet ante omnia probare, illam in rerum natura extitisse, eaque forma, ac tenore conceptam, ut si realiter exhiberi possit, illi omnino profutura esset, deinde casu amissam fuisse. Et plura circa materiam, & probationem amissionis Scripturae.* Corrado. 32
- XVIII.** Romana lucri dotis. *Quartum dotale statutarium, debetur etiam ex portione dotis non soluta: actioni subsidiaria quando sit locus. Quando possit auocari pecunia soluta, posteriori creditori, ab anteriori creditum habente. Et multa de excursione debitoris.* Albergato. p. 35
- XIX.** Romana Saluiam. *Hypotheca extinguitur quando res hypothecata iam peruenit ad manus creditoris iure domini, etiamsi postea eadem res denuò redeat ad debitorem, siue eius heredem vigore redemptionis. Et multa de resolutione hypothecae.* Corrado. 37
- XX.** Romana legati. *Legatum satis probatur ad effectum executionis ex testamento heredis legantis, & eo maxime ubi versamur in causa per plura de confessione facta in testamento, & parte non acceptante, & de favore pie causae.* Corrado. 40
- XXI.** Romana, seu Spoletana redditionis rationis. *Relatio Periti non debet excedere fines sui officij: Suspectus de fuga non dicitur qui habet fideiussores, ac proinde vitalis, non potest carcerari. Obligatio facta ab existente in carceribus non valet.* Orthobono. 42
- XXII.** Romana dotis. *Confessio viri de dote recepta, alias non iustificata, non probat dotis numerationem: ac proinde nulla datur actio mulieri de dote repetenda, sed in tutum collocanda. Donatio inter virum, & uxorem, est de iure prohibita, & etiam ex dispositione statuti urbis, quod ulterius, implicito, ac aliquo apparenti pretextu factas, irritat. Voluntas donandi iustificatur ex legitimis coniecturis, ex facti circumstantiis, Iudicis arbitrio pensandis. Plures coniectura simulationis enumerantur.* Corrado. 44
- XXIII.** Romana dotis. *Plura de simulatione resultant ex confessione dotis de recepto facta, à viro, absque quod aliunde appareat eius solutio, & de causis ipsius simulationis. Et de iuramento contractu simulato apposto.* Corrado. 48
- XXIV.** Romana Rescissionis Transactionis. *Transactio inita à filio cum matre, ratione administrationis bonorum, ex causa lesionis enormissima rescinditur. Lesio enormissima, qua de iure communi, est ultra dimidiam, ex dispositione statuti urbis designatur ultra tertiam partem. Multa capita lesionis enumerantur. Et luculenter agitur de competentia, ac congruitate dotis filie constituenda.* Corrado. 51
- XXV.** Romana Rescissionis Concordiae. *Concordia verbis generalibus, & amplis, quamlibet litis etiam futurae, & incognita renunciationem praeserentibus tollens: non potest rescindi, seu postponi sub pretextu*

instrumenti, seu iuris non memorari. Plura de Personarum legitimatione circa naturalium restitutionem, ac de firmitate, & obseruantia transactionis. Corrado. 57

XXVI. Romana Rescissionis Concordiae. *Articuli irrelevantes, vel suspecti, non admittuntur contra instrumentum; & nonnullorum irrelevantia in hac hypothese terminatur. Concordia satis roboratur verbis generalibus, & amplis, ad hoc ut comprehendatur etiam non expressa Testatoris voluntas magis elicitur ex verbis testamenti, quam ex aliis probationibus extrinsecis. Communis usus loquendi, an habeat locum in Instrumento: & quomodo probetur. Et an legitime veniant sub nomine legitimatorum, seu testatorum attentio communi usu loquendi.* Corrado. 62

XXVII. Romana Rescissionis Transactionis. *Tutor tenetur reddere rationem administrationis, & partitas distinctas in calculo describere. Transactio rescindi debet ex capite enormissime lesionis.* Corrado. 68

XXVIII. Callien. Bonorum. *Stante Bulla fel. rec. Urban. VIII. de qua in Bullario nouo, in ordine 51. §. 2. vetante alienationem bonorum iurisdictionalium absque beneplacito Apostolico; si Ecclesia, defunctis omnibus illis, quibus facta erat inuestitura, promittat feminae descendenti ex inuestitis facere inuestituram, quatenus beneplacitum Apostolicum obtineatur, possit, eo obtento, alterum inuestire, & femina deur restituta in integrum aduersus inuestientes.* Meltio. 76

XXIX. Callien. Bonorum. *Habetur supra, in decisione in hac causa 8. Aprilis 1647.* Meltio. 79

XXX. Rom. Societatis de Rotignis. *Socius tenetur ad debita Societatis, etiam inita post dissolutionem Societatis, quando contrahentibus cum sociis non est notificata dissolutio.* Ghislerio. 81

XXXI. Rom. Successionis. *Statutum urbis l. c. 131. quo cauetur uxori superstiti deberi lucrum dotale praedefuncto viro, quomodo intelligatur extantibus liberis eiusdem matrimonij. Impensa funeris uxoris, quando facienda. Contractus filij familiae validus redditur, interveniente Patris consensu. Exceptio requirens altiore indaginem, non impedit restitutionem dotis.* Corrado. 85

XXXII. Eugubina praedij. *Statutum fori, vnde emanavit prima sententia, debet attendi etiam in turia in gradu appellationis. Venditor, qui promisit rem liberam & immunem, potest cogi in casu detecti grauaminis, ad deponendum pretium, donec liberatio sequatur. Pacta inter emptorem, & venditorem, circa modum solutionis pretij, non possunt praediacare creditoribus, nec graduacionem turbare.* Cerro. 87

XXXIII. Beneuentana Domus. *Immissio ex remedio utilitatis Saluiam interdicti conceditur concurrentibus extremis. Quae enumerantur, multa de praescriptione, & scientia, qua ibi requiruntur. Minor potest agere contra Tutorem, ex cuius scientis negligentia*

Argumenta Decisionum.

- gentia passus est praescriptionem.* Orthobono. 89
- XXXIV.** Rom. Dotis. *Testator non potest derogare Testamento facto iam perfecto per Epistolam, vel aliquem simplicem actum, absque solemnitatibus ad Testamentum requisitis. Per Epistolam duobus testibus munitam potest à Testatore declarari dispositio Testamenti dubia. Legatarius in re legata praesertur creditoribus non habentibus hypothecam, quando hereditas est soluenda.* Cerro. 91
- XXXV.** Rom. Domus. *Agitur latissime de alienatione Emphyteusis ex pacto, & prouidentia.* Pentingero. 93
- XXXVI.** Rom. vinca. *Hac decisio late tractat de Emphyteusi Ecclesiastica; eius clausularum natura, caducitate, identitatis rei probatione, associatione domini directi: illius iudicio, & causis: spolio, ac reintegratione inde occurrente, ac aliis fidei ad materiam facientibus, & obiter incidentibus; adeo ut plenior horum tractatus vix desiderari queat, prope magis distincte per summarium.* Corrado. 96
- XXXVII.** Verulana bonorum. *Attentorum materia, secundum praecipuas inspectiones ad terminos iudicij enucleatur.* Dunozet Decano. 100
- XXXVIII.** Cefenat. Emphyt. *Emphyteusis ex pacto & prouidentia, per suos articulos late expenditur, ad inferendum praecipue circa renouationem, quid iuris sit de comprehensis in inuestitura, & quid de proximioribus. Plura de alienatione: ac ipsius translatione; graduum prorogatione; linearum ratione, & consimilibus.* Meltio. 101
- XXXIX.** Meleuitana hereditatis. *Agitur de materia donationis inter viuos, quae potissimum ad illam concurrant. Item aliqua ex quibus arguatur causa mortis. Item & de materia spolio respectu bonorum Ecclesiasticorum. Item & de constituto donationi apposto.* Royas. 104
- XL.** Bononien. de Totinis. *Transactio habet in ventre exceptionem litis fuitae. Emanata ex falsa causa, est ipso iure nulla; debet tamen per tres sententias conformes declarari. Sustinetur ex quavis probabilis dubitandi ratione. Fideicommissarius, quando possit impedire inmissionem herede scripto.* Cerro. 106
- XLI.** Perusina bonorum. *Fatalia appellationis, spatio triginta annorum intereunt; quod limitatur in sacr. Tribunali Rota, stante iniustitia sententiae: & plura de materia rei indicatae. Exceptio illiquida requirens, altiore indaginem non valet impedire inmissionem indicati. Plura de praescriptione, ac temporis lapsu: & de stylo Rota circa executionem.* Corrado. 108
- XLII.** Forosempronien. bonorum. *Matri debetur legitima ex bonis filij praedefuncti: limitatur in iuribus quoad bona a patre promouentia. Excipiuntur textus, in leg. feminae S. illud Cod. de secund. nupt. in S. cum igitur, Auth. de non eligen. secund. nupt. & in S. hinc nos Auth. de nupt. & in proposito agitur de poena matris secundo nubentis. Item & non petentis à indice extorrem filio impuberi. Et quomodo intelligatur, & de aliis ad speciem facientibus.* Bichio. 111
- XLIII.** Rom. Census. *Virtus clausulae constitutae inspicitur: ubi facultas capiendi possessionem propria auctoritate, inde resultans, non modicum expenditur: & quid singulariter in censu operetur. Hinc sumpta occasione, associationis materia dilucidatur; & termini possessionis civilis ac naturalis in proposito sumptè veniunt.* Ghislerio. 115
- XLIV.** Rom. Reintegrationis. *Immissio in Saluiano cessat ex satisfactione crediti: & illius continuatio promouat ad actionem spolio. Calculus probat contra scribentem. Varia illius inspectiones circa legitimum creditum in hac specie perpenduntur; ubi magis de lucro, & inuersuris dotalibus aperitur.* Orthobono. 117
- XLV.** Rom. Supplementi legitima. *Supplementum legitima debetur filio; & pro eius hereditibus in bonis patris. Status hereditatis concordatus à partibus coram iudice attenditur, donec de errore concludenter probetur. Ipsius deterioratio quomodo probetur. Legitima debetur iuxta valorem status de tempore obitus Patris. An imminuat diminutione bonorum, quae contingit ex post. diminutio, pendente mora soluendi supplementum, sequitur heredem possessorem.* Meltio. 118
- XLVI.** Rom. successione. *Dispositio leg. hac Edictali Cod. de secund. nupt. ubi occurrunt praedictio filiorum primi matrimonij sedulo perpenditur, & coniectura contemplationis habitae secundi viri à muliere in iuribus testante, luculenti ratiocinio recensentur, & late de materia.* Corrado. 119
- XLVII.** Auenionen. hereditatis. *Agidiana constitutio quando habeat locum, ad effectum reiiciendi appellationem saltem suspensiuam interpositam à sententia in iudicio possessorio, lata. Agitur de mixtura iudicij: & quando ex iuribus post sententiam deductis, exequutio illius sit retardanda. Et quando competat retentio creditori.* Royas. 124
- XLVIII.** Meleuitana territorij. *Fideicommissarius quando debeat possessionem bonorum fideicommissi subiectorum obtinere. Agitur de possessione defuncti continuata in heredem. Termini donationis nonnulli inspicuntur. Exceptio requirens altiore indaginem, reintegrationem aduersus spoliū, retardare non potest.* Orthobono. 125
- XLIX.** Rom. seu Albanen. diuisionis. *Diuisionis stabilium, facultas desuper peritorum imponenda seruitute, & illius verba in scriptura: qualitas duorum instrumentorum coram eodem Notario, Testibus, & incontinenti celebratorum, attentata correspondente, seu dependentia, vel non, contractuum: ipsorum successiuitas, & continuatio, seu diuersio, & alia his cognata sumptè ponderantur.* Cerro. 127
- L.** Interamnen. V usufructus. *Agitur de statuto, feminarum propter masculos, à successione exclusiuo. De cautione ab usufructuario praesentata.*

Argumenta Decisionum.

- praestanda. De effectu aditionis hereditariae cum beneficio legis, & inuentarij. De iure accrescendi circa legata. Et de melioramentis quando habeantur in consideratione. Cerro. 129
- L I.** Rom. Vineæ. Agitur de deuolutione rei emphyteutica ad directum, ob alienationem factam ab Emphyteuta, ipso requisito, & quando habeat locum, & ob defectum solutionis Canonum per biennium, & quando habeat locum: & ubi Dominus teneatur probare suum dominium: & de pactis in inuestitura apposis: de alienatione conditionati, & alijs consimilibus. Corrado. 132
- L II.** Rom. separationis bonorum. Dominium locorum montium, quomodo ostendatur. Confessio emanata in iudicio, est quibusdam alijs efficacior. Plura de confessione, negetina, errore, aditione hereditatis; ac de statuto Veronen. circa exteriorum successiones in stabilibus. Verospio. 137
- L III.** Mediolanen. bonorum. Fructus restituendi sunt à die mota litis, & ulterius. Causa appellationis est eadem cum prima, licet instantia sit diuersa. Plura de materia, & de mala fide respectu possessoris. De locatione circa probationem: ac de melioramentis tam circa liquidationem, quam circa restitutionem. Arguelles. 138
- L IV.** Perusina bonorum. Res iudicata in terminis luculenter demonstratur. Heredi fideicommissario aduersus inuisionem ex aduerso petitam competit retentio pro valore bonorum fideicommissi subiectorum ab herede grauato alienatorum. Plures recensentur fideicommissi in proposito legitime detractionis. Statutum Perusinum, femininarum propter masculos exclusum, perpenditur, & quando exceptio fideicommissi valeat impedire executionem rei iudicatae. Corrado. 142
- L V.** Mediolanen. bonorum. Saluianum interdictum. Clausula apprehensionis bonorum, & pacta executiua instrumentorum: euictionis remedium, ac iudicium. Prohibitio alienationis. Substitutio. Fideicommissum. Detractiones. Incapacitas successione: & consimilia facti speciem suapte contingentia, summo studio calculo per suas inspectiones digeruntur. Corrado. 146
- L VI.** Bononiens. praedij. Remedium euictionis, ad qua extendatur, quando illi sit locus: & qua in eius iudicio deducantur. Valor bonorum quis attendatur, & quomodo hoc procedant in perturbatione, ubi statutum Bononiae sub rub. Pactum constitutum, & libelli in permutatione, consideratur. Corrado. 151
- L VII.** Rom. quatuor domorum. Extrema in Saluiano requisita, qua sint. Obligatus inuestire pecunias, in casu non implementi, ad qua teneatur. Praescriptio quando detur. Peutingero. 154
- L VIII.** Rom. Retentionis domorum. Egidiana non habet locum, stante iniustitia sententia. Bona fideicommissi debent contribuere ad solutionem legatorum: extinctio crediti, quomodo inducatur inter socios. Pro-
- bationes post sententiam, cuius sint valoris. Legata de quo soluantur, ac de substantia, an de fructibus hereditatis: attentio fideicommissi, & modo legendi testatori. Verospio. 154
- L IX.** Anconitana Saluiani. Possessio ex decreto iudicis capta est manutentibilis in praedictum anterioris aduersarij. Saluianum cuius sit natura. Possessio, qua provenit ex aditione hereditatis, est mere civilis. Exceptiones illiquide non impediunt inuisionem in Saluiano, & plura de manutentione. Corrado. 156
- L X.** Anconitana Cambiorum. Quando debeantur cambia illi, qui habuit facultatem recipiendi pecunias ad cambia: & quomodo intelligatur illa facultas: & cambia, quando debeantur uti damna, & interesse. Peutingero. 159
- L XI.** Rom. fructuum census. Accollatio facta ab emptore, non extenditur ultra expressum in venditione. Dispositio l. curabit, Cod. de actio. empt. exornatur, & declaratur. Euictionis periculum, si excusat emptorem retinentem pretium, is mora non excusat emptorem retinentem pretium à mora, non excusat à fructibus compensationis. Verospio. 160
- L XI.** Rom. Cambij. Obligatio conditionalis mandatur executioni, impleta conditione concipitur etiam, per aduerbium futuri temporis. Demonstratio est quid diuersum à conditione. Sententia lata cum legitimo contradicatore, afficit etiam non citatum, in consequentiam. Pupillus, sicut obligari, neque sine tutore conditionem implere potest. Non creditur procuratori nisi mediante exhibitione mandati. Mandatum aliquando probatur coniecturis, & praesumptionibus, & quocumque legitimo modo probationum validum reddit iudicium. Plura huius generis habentur in Summario. Arguelles. 161
- L XII.** Rom. fructuum census. Census impostus à minore absque solemnitatibus est nullus, nec iuramentum conuadatur: praesumitur enim à statuto urbis dolo, & metu extortum; ratificatur tamen ab ipso facto maiore, & soluente fructus, nullitatem non ignorante. Priuilegium minoris, & ratificationis materia tangitur: obligatio naturalis ligat solam conscientiam. Promissio facta de soluendo debita intelligitur de debitis. Procurator, excedendo fines mandati, principalem non obligat: index in indicando debet attendere factum cum circumstantiis. Meltio. 165
- L X IV.** Rom. subhastrationis. Nullitas mandati extenditur ad inde sequentia: & insurgit ex relaxatione contra minorem absque curatore. Citatio ipsiusmet absque curatore, quomodo sit consideranda. Actio pro certa summa non competit, non liquidata summa retentio pro summa debita in spolio non admittitur, ne iudicium reddatur elusorium. Verospio. 169
- L X V.** Rom. redditionis rationis. Emergentia circa rationem redditionem in administratione necessariam hic breuissimo contextu valde

Argumenta Decisionum.

- valde perspicua cadunt, & notatu digna, prout in Summario. Peutingero. 171
- L X VI.** Ianuen. praetensa separationis tori. Nullitas excessus valde inficit ad iudicationem, & executionem. Exequutio quomodo fiat in annis praestationibus. Latio ultra dimidiam datur in subhastratione; & proinde remedium l. fin. Cod. de rescind. vend. contra ea habet locum. Fructus dotales veniunt in iudicio dotis. Praesentia partis supplet defectum intimationis pignoris natura, & necessitas in executione examinatur. Stylus fori est attendendus: & quomodo probetur. Latio quomodo probetur. Res civili vinculo alligata, pretio minuitur. Manutentio non datur sine spoliato. Meltio. 173
- L X VII.** Romana domus. Agitur de deuolutione rei emphyteutica ob finitam lineam, & canones non solutos; ubi plura secundum propositam facti speciem, congeruntur ad materiam; & in specie de facultate domino directo competenti, capiendi possessionem rei propria autoritate: de probatione deponentis de facto proprio, & de Emphyteutia excusatione ob non solutos canones. Celso. 176
- L X VIII.** Rom. praetensa restitutionis dotis. Actio spoliij non competit aduersus sententiam simpliciter iniustam, quando iniustitia non est valde notoria. Competit spoliato ex mandato ex falsa causa relaxato pro omnibus etiam inde sequentis. Latio euormis datur etiam in subhastratione rei facta vilissimo pretio citra omnem proportionem. Executio iudicis à quo, iniusta, potest reuocari à iudice ad quem per viam attentatorum. Peutingero. pag. 179
- L X IX.** Rom. supplementi legitima. Sententia probatur valida ex reuolutione Actorum, & Roris iniusta ex decisionibus. Excessus, est iniusta. Dos filiae impuatur in legitimam. Legitima filijs debita, est tertia pars hereditatis. Exceptio partita non iustificata, non valet retardare executionem sententiae. Legitima non minuitur ex legatis hereditatis etiam debentis. Districtiones, ac deductiones quales admittantur, & quomodo iustificentur ad praedictum legitime. Verospio. 179
- L X X.** Rom. hereditatis de Gratianis. Via executiua non habet locum contra tertium. Limitatur in succedente in re litigiosa. Interdictum quorum bonorum, est actio personalis. Res litigiosa ex causa dotis, legati, transactionis, & diuisionis, sine vitio alienari potest. Collusio, est regulariter non praesumatur, cum tamen secretè soleat committi, etiam ex coniecturis, & suspitionibus probatur: plures enumerantur in casu coniecturae. Quinquennium non tollit collusionem, nisi ingenuitatis. In alienatione facta in fraudem, & ubi existant alia bona penes alienationem, non potest agi recta via contra tertium possessorem, sed prius agendum est reuocatoria ad rescissionem contractus. Meltio. 182
- L X XI.** Rom. hereditatis de Gratianis. Vitium litigiosum, quando afficiat possessionem. Et quomodo in actione personali contrahatur. Alienatio dotis nomine, potest fieri. Non obstante vitio litigiosi. Nonnulla afferuntur de priuilegio dotis. Contractus simulatus redditur nullus. Actus iudiciales non nocent non citato. Via executiua competit contra tertium, attento vitio litigiosi, & fraude. Bichio. 185
- L X XII.** Rom. domorum in Burgo. Fructus etiam in iudicio spoliij debentur à die mota litis, quando spolium non est attentatum, vel violentum; non debentur tamen qui percipi potuerunt, spolium iudiciale, quando dicatur attentatum, aut violentum. Fructus civiles non praesumuntur in simplici possessione rei penes aliquem. Fructus domus veniunt ex habitatione, & ex locatione, ex vltima locacione inferuntur ad alias respectus personarum domus. In spolio canones soluti à spoliatore, debent rescipi per spoliatum. Orthobono. 187
- L X XII I.** Bituntina census. Instrumenta habent viam executiuam, pacta sunt ad libitum partium, modo licita, & honesta clausula gaurentigia, sine obligatio cameralis, non est necessaria ubi adest publicum instrumentum obligationis. A statuto ad pactum valet argumentum, & è contra, saltem affirmatiue. Heres, & defunctus, vna & eadem persona censentur. In via executiua licita est variatio. Statuta laicorum non comprehendunt Clericos. Limitatur, in Clerico heredi ratio rei hereditariae, conuenitur tamen in suo foro, & coram suo iudice. Arguelles. 189
- L X X I V.** Ciuitatis Castelli census. Extinctio census potest fieri etiam consignatione speciei; in locum pecuniae concurrat consensu. Traditio rei quomodo possit fieri. Epistola probat contra scribentem. Quietantia Procur. habentis facultatem, à principali impugnari non potest. Fidei defuncti maiorem vim habet. Publica vox & fama probatur mediante attestacione Guber. loci: Actus in tempus collatus potest de consensu partium ulterius prorogari. Verospio. 191
- L X X V.** Eugubina praedij. Statutum Eugubinum vult haberi duas sententias conformes pro re iudicata. Sententia in secunda instantia lata in Curia, utique comprehenditur sub dicto statuto, sicut sub omni alio loci prima instantia. Appellationis simplex delatio non facit appellabilem causam, aliàs inappellabilem. Venditor promittens rem liberam, potest cogi in casum oneris detecti deponere pretium ad defensionem rei donec liberetur; imo emptor potest contra eum agere pro rescissione contractus. Relatio periti de consensu partium facit probationem probatam. Cerro. 192
- L X X VI.** Rom. Vineæ. Remedium l. fin. Cod. de edict. diu. Adr. toll. competit heredi scripto. Que sint illius extrema. Possessor cum titulo est legitimus contradicitor. Agitur de validitate tituli, & de possessione vitiosa. Heres beneficiarius potest immitti iure proprio, & non hereditario. Orthobono. 195
- L X X VII.** Rom. domorum. Excessus ad hoc ut vi-

Argumenta Decisionum.

- riet deliberationem, debet concludenter probari. Excluditur ex non impugnacione partitarum in actis productarum, citata parte. Solutio quando dicitur facta metu mandati. Ordo solutionis demandato, quam vim habeat in termino satisfacionis. Sententia secunda lata, non potest validitas prima controuerti. Otthobono. 196
- LXXXVIII. Caietana bonorum. Nonnulla recensentur circa ordinaria iudicij, ad firmandam validitatem sententia. Quamplura de Emphyteusi Ecclesiastica, ubi cadunt multa obseruatione digna circa clausulas in ea apponi solitas, & circa prohibitionem alienationis. Confraternitas instituta ad pium opus, habens Ecclesiam, & alia Ecclesiastica signa, non potest dici merè laicalis, manus mortua ad effectum incapacitatis emphyteusis, que dicitur. Cerro. 198
- LXXXIX. Caietana bonorum. Clausularum emphyteusis importancia pertractatur. Nonnulla de beneplacito Apostolico, & de linea finita ad effectum deuolutionis, ac de prohibitione alienationis in emphyteusi, recensentur: sententia recipit declarationem à libello. Cerro. 201
- LXXX. Pisaurum Iocalium. Iocalia pretiosa, & vestes festiua transmissa per sponsum sponse, an soluto matrimonio, veniant restituenda, & quomodo. Arguelles. 203
- LXXXI. Pisaurum, administrationis montis. Possessio, que sufficit ad effectum manutentionis, & quomodo probetur, & quando sit vacans; obseruancia circa solum in ordinario iudicij, quomodo consideretur, & an inducatur per actum mere voluntarium. Cerro. 204
- LXXXII. Rom. Reintegrationis. In Saluiano secunda creditoris satisfacione si denegatur reintegratio, datur actio spolij. Calculus probat contra producentem. Interfusuria dotalia debentur vidue. Facta interpellatione pro credito illiquido, & incerto non competit retentio. Otthobono. pag. 205.
- LXXXIII. Rom. hereditatis de Gratianis. Filiatio respectu patris, cum sit difficilis probationis, probatur per coniecturas, quarum nonnulla recensentur, & per testes etiam alias inhabiles, & quomodo per confessionem illius, de cuius negotio agitur: legitimatus per subsequens matrimonium, efficitur verè, & propriè legitimus. Cerro. 206
- LXXXIV. Alculana hereditatis. Immissus iustè à indice in possessionem, debet manuteneri. Quis ordo in successione fratrum seruetur. An femina dotata, à successione per statutum exclusa, sint etiam exclusa à bonis prouenientibus sine linea materna. Renunciatio facta per feminas successioni resolutur in pactum de non succedendo, & quando requirat infirmationem. Royas. 208
- LXXXV. Meleuitana hereditatis. Saluiannum quando inuret, & quibus concurrentibus, quam dispositionem habeat in fructibus beneficij. Immissio ex remedio leg. fin. Cod. de edict. D. Andr. Toll. quando habeat locum. Cello. 210
- LXXXVI. Rom. locorum Montium. Causa, quando efficiatur deserta, etiam interposita appellatione citationis. Reproductio, an sit necessaria, & qua de causa. Loca montium subrogata aliis extractis, mediante pecuniarum conuersione, efficiuntur fideicommissaria, non minus quam alia, quibus subrogata fuere. Primogenitura vinculum, quando habeat locum: qua requirantur ad hoc ut donatarius vniuersalis teneatur seruare factum defuncti. Meltio. 211
- LXXXVII. Pisaurum, donationis. Donatio facta alicui contemplatione matrimonij, ubi interuenit stipulatio pro heredibus, & successoribus, quando ob generalitatem verborum extendatur etiam ad filios ex secundo matrimonio natos. Que habeatur huiusmodi donationis causa finalis, & qua impulsua. In concursu capitulorum, & instrumenti cuius sit standum. Otthobono. 213
- LXXXVIII. Pisaurum, donationis. Hic cadit thema præcedentis decisionis. Otthobono. 216
- LXXXIX. Rom. Cambij. Quando habens interesse admittatur ad causam, & quale debeat interesse haberi. Transactio super sententia, non nisi per res sententias conformes rescindi potest. Royas. 218
- LXXXX. Cernien. Bonorum. An de melioramentis debeat laudemium, & de quo tempore attendatur valor bonorum in renouatione facien. & an plura sint soluta. laudemia si plures erant facien. renouationes. Otthobono. 219
- LXXXXI. Anconitana dotis. Que exceptiones non retardent executionem mandati relaxati pro restitutione dotis maxime exceptio fideicommissi. Verofpio. 221
- LXXXXII. Rom. domorum. Ex quibus probetur deuolutio emphyteusis, & dominium directum Ecclesie, & quando non teneatur inuestire proximorem ultimi Emphyteuta. Bichio. 222
- LXXXXIII. Firmiana codicillorum. Ex quibus appareat legatum vsufructus relictum uxori non esse relictum ad sola alimenta, sed integrè deberi etiam existenti filio, & ipsa uxor dicatur implese condiciones appositas. Cerro. 223
- LXXXXIV. Rom. fideicommissi, seu Saluiani. Fideicommissarij non possunt impugnare extinctionem census legitima alienatione factam. Et ex quibus dicatur verè extinctus non in alium translatus. du Nozet. 226
- LXXXXV. Rauennaten, seu Ferrariem, decimarum. Ius decimandi non potest concedi laicis; secus commoditas percipiendi fructus decimales. Et ex quibus constat concess. huiusmodi non posse restringi ad solos fructus decimales sed in totum corruiere. Meltio. 228.
- LXXXXVI. Rom. Saluiani. Quando validitati census non obstat constitutio Pauli V. 108, licet confirmata per constitutionem Urbani VIII.

Argumenta Decisionum.

- VIII. 65. Pentingero. 232
- LXXXXVII. Portuen. Stagni. Manutentio non datur sine possessione, & quando possessio ad hunc effectum non iustificetur. Verofpio. 233
- LXXXXVIII. Bononien. pecuniaria. Quando simplex subscriptio curatoris in literis cambij non inducat eius obligationem vel fideiussionem. Verofpio. ibid.
- LXXXXIX. Rom. de Mazzarostis. Quando in bonis futuris obligat sub conditione, ea eueniente conualescat pignus, vel hypotheca ad fauorem primi creditoris, licet medio tempore fuerint ante impletam conditionem in alterum alienata. Et plura distinguuntur, & declarantur circa conditionem casualem vel mixtam, & conditionem potestatiuam. Coccino Decano. 235
- C. Rom. Renunciacionis. Quando & ex quibus dicatur captatoria voluntas? Et renunciatio matris facta filio, ut de suis bonis disponat ad fauorem familia non dicatur captatoria dispositio, neque à iure improbat. Cerro. 239
- CI. Rom. seu Ianuen. pecuniaria. Agitur de iustificatione cambiorum; de liquidatione interese, & damnorum, & aliis ad negotiationem facientibus. Bichio. 244
- CII. Faentina Societatis. Contractus socialis producti obligationem, actionem, & excessionem, consociorum; Quomodo talis esse deprehendatur, & alia de Societate. Cello. 246
- CIII. Rom. pecuniaria. De probando debito, ex solidatione, subscriptione Apocha, & debiti ipsius agnitione per solutionem partis ipsius. Cello. 247
- CIV. Rom. seu Ianuen. Cambij. Tractatur Magistraliter de speciebus Cambij, & litterarum eius; Executio an sit parata pro ipsis. Et de debitis nundinalibus. Cello. 248
- CV. Rom. seu Ianuen. cambij. De eadem re, & comprobatione Litterarum cambij, ac solutionis facte. Et de mandato ad solendum. Bichio. 250
- CVI. Rom. seu Ianuen. Cambij. Pergitur in materia Cambiorum. Differitur de earum speciebus, litteris in ipsis usitatis; & eorum probatione. Bichio. 251
- CVII. Beneuentana dotis. Agitur de credito dotali cesso; eius probatione, iure, exactione, prescriptione, &c. 253
- CVIII. Beneuentana dotis. Cessio acquiritur ei, cuius interest. De Prescriptione Statutaria 30. annorum aduersus creditum dotis. Et de renunciacione ipsius per uxorem facta. Bichio. 255
- CIX. Rom. pecuniaria. Agitur de Obligatione Camerali. Confessio de recepto extraiudiciali voluntarie facta à Tutore, non praeiudicat Pupillo; & de coniecturis, & praesumptionibus pro comprobatione solutionis. Cello. 257
- CX. Rom. census, seu Saluiani. De Hypotheca viribus, quoad heredes debitoris. De hypotheca dotali precipue quoad ademptes sine beneficio Inuentarj. Creditum dotalè anterius praefertur posteriori creditoris, etiam cum expressa hypotheca. De adiudicatione bonorum debitoris iuridicè facta creditori. Et hypotheca ob reintegrationem fideicommissi. Cello. 259
- CXI. Rom. pecuniaria. Locator tenetur de leui solum culpa; non de leuissima. Correi fideiubendi qui dicantur. De diligenti officij administratione, &c. Bichio. 260
- CXII. Rom. pecuniaria. De Apocha non habente requisita, l. scripturas, C. qui pot. Nonatur debitum per creationem noue partia. In illud fit executio, quod fuit in obligatione deductum. Cello. 263
- CXIII. Rom. mercium. Potest creditor agere contra debitorem sui debitoris; & si adsit obligatio Cameralis, etiam non praemissa primi debitoris excessione. De actione in venditorem ad rem, vel pretium, aut interese, &c. Cello. 264
- CXIV. Anconitana manna. Instrumenta vinculata obligatione Camerali habent paratam executionem. De probationibus, & variis coniecturis satisfacionis; De quietantiis, receptionibus, & aliis ad rem. Cello. ibid.
- CXV. Rom. pecuniaria. Agitur de cessionis virtute, & qualitate. Et de compensacionis effectibus. Breuilacqua. 266
- CXVI. Amerina successione. Ius Retentionis non intrat pro credito, nisi, cum est liquidum, & bona retinenda perueniunt ex eadem crediti causa. Breuilacqua. 268
- CXVII. Viterbien. Transaccionis. Non debentur fructus pro simplici debito pecuniario, etiam inter Mercatores, nisi interuenientibus legalibus requisitis. Cello. ibid.
- CXVIII. Bononien. pecuniaria. Quietantia pro Residuo, & Taciturnitas creditoris diuturna arguunt pro solutione. De testibus super recognitione scripturarum. Meltio. 270
- CXIX. Romana Saluiani. De Saluiani requisitis. Illud non retardatur ex credito illiquido, etiam dotali; De melioramentorum retentione, & probatione. Alborgato. 271
- CXX. Romana locationis. Quando, & ex quibus mora dicatur incurfa. De probatione per Epistolam, Nouatione, solutione in certam causam, &c. Verofpio. 273
